CATALOGUS CODICUM LATINORUM BIBLIOTHECAE MEDICEAE...

Biblioteca Medicea Laurenziana, Carlo Gregori, ...

Digitized by Google

17
1
Biblioteca Nazionale

17—1

Digitized by Google

CATALOGVS

CODICVM LATINORVM

BIBLIOTHECAE LAVRENTIANAE

TOMVS PRIMVS.

Digitized by Google

Digitized by Google

CATALOGVS
CODICVM LATINORVM
BIBLIOTHECAE MEDICEAE LAVRENTIANAE
SVB AVSPICIIS

PETRI LEOPOLDI

REG. PRINC. HVNG. ET BOIOH. ARCH. AVSTR. M. E. D.

ANG. MAR. BANDINIVS I. V. D.

REG. BIBLIOTH. PRAEF. RECENSVIT ILLVSTRAVIT EDIDIT

TOMVS I.

In Quo Sancti Patres Latini Et Scriptores Eccleſiaſtici Recenſentur, Operum Singulorum Notitia Datur, Plura Nondum Vulgata Indicantur Aut Proferuntur, Edita Supplentur Et Emendantur.



FLORENTIAE ANNO CIↃ. IↃ. CC. LXXIV.

PRAESIDIBVS ADNVENTIBVS.

Digitized by Google



CANDIDO AC BENEVOLO LECTORI

ANGELVS MAR. BANDINIVS.

PRaeſtantiae, amplitudini ac dignitati celebriorum Europae Bibliothecarum maxime conſulere, deque omnigena eruditione benemereri eos, qui manu exaratos Codices in tenebris deliteſcentes in lucem efferunt, eorum notitiam & uſum publico bono exponentes, nemo eſt qui non videat. Nam, aut ii nondum vulgata contineant, ſive edita dumtaxat, autographa tamen, vel autographis proxima, vel etiam a doctis hominibus deſcripta; ad exornandam, amplificandam, & altius provehendam rem litterariam maximo certe adiumento eſſe poſſunt.

Quapropter ſuperioribus annis Viri doctiſſimi, non modo in vetuſtis membranis a carie & ſordibus vindicandis ſedulam navarunt operam, ut litterarias, quae in iiſdem latebant, veluti opes effoderent; ſed non parum in contexendis praecipuarum Europae Bibliothecarum Catalogis inſudarunt, rati eos, quantumvis nuda plerumque auctorum nomina praeſeferrent, non vulgari tamen beneficio Litterariam Rempublicam adfecturos; quae quidem eos minime fefellit opinio. His enim eximiis ad ſapientiam tutiſſime comparandam praeſidiis adiuti, qui ſubſequuti ſunt antiquitatis cultores, veteres ferme omnes, tam ſacros quam profanos Scriptores, qui antea ſcribarum partim inſcitia, partim oſcitantia vitiati, aut ſenio confecti, aut rerum humanarum vicibus miſerrime detruncati circumferebantur, priſtinae reſtituere integritati maxime ſtuduerunt.

So-

Sola adhuc ſupererat Laurentiana Medicum Bibliotheca, Codicum etiam Latinorum numero, antiquitate atque praeſtantia toto orbe celeberrima; cuius iamdudum Viri docti abſolutiſſimum Catalogum fruſtra exoptaverant. Quapropter nos iis rem facturos longe gratiſſimam, atque utiliſſimam exiſtimantes, arduum ſane opus adgreſſi ſumus, eaque diligentia, Deo adiuvante, perfecimus, ut ii quoque, qui exteras Regiones incolunt, neque huius Bibliothecae adſpectu frui hactenus potuerunt, prae manibus habere, tractare, volutare, perpendere, admirari ipſos Codices ſola Catalogi noſtri lectione propemodum viderentur.

Sed incredibile dictu eſt, quam res illa plena fuerit difficultatis, ac moleſtiarum; cum multis enim in itinere monſtris decertare, & cum iis congredi per annos plures neceſſe fuit, antequam nobis liber aditus in florentiſſimos hoſce Heſperidum hortos pateret. Vix enim recenſendae Bibliothecae cura nobis, licet immeritis eſt demandata, primo Codicum omnium Graecorum deſcriptionem nulla interpoſita mora ſuſcepimus, eamque immani quidem duodecim annorum labore abſolutam, tribus in folio Voluminibus publici iuris fecimus, quibus confectis, alacri laetoque animo excutiendis Latinis Codicibus manus admovimus; iuxta Pluteorum ordinem, in quibus repoſiti ſunt procedentes, Italicis omnibus in poſtremum Catalogi Volumen reiectis.

Ac primo quidem ab Eccleſiaſticis Scriptoribus, quemadmodum in Graecis fecimus, inchoantes, praeter titulum exteriori Codicis tegumento iuſſu Coſmi I. Magni Etruriae Ducis adpoſitum, cui nos, utpote mutilo plerumque, aut erroneo genuinum adiecimus, titulos etiam interiores, ſive ab ipſis profectos Auctoribus, vel a Librariis additos, & argumentorum ſyllabos, ſicubi praefigantur, ita fideliter, ne ſcrupuloſe nimis dicamus protulimus, ut voces quoque ipſas, quae ſequioris aevi barbariem prorſus ſapiunt, ut plurimum retinuerimus, niſi ſi quando ad maiorem rei intelligentiam puriorem adhibere dialectum ſatius duxerimus. Inde ad Codicis ipſius deſcriptionem progredientes, ſingula paragraphis diſtinximus, opera accurate perpendimus cum editiſque contulimus, paginas editionis, in quibus incidunt, ſub-

ſubiicientes, adlato ſingulorum initio, & fine, quod tamen in iis facere, brevitatis gratia, praetermiſimus, quae vel notiora ſunt, vel integra, nulliſque temporum iniuriis obnoxia ad nos pervenere: Nec ea, quae minoris fortaſſe momenti videri cuiquam poterunt, ut Epiſtolas, Prologos, Sententias, Argumenta, aut eiuſdem, aut alterius eſſent Scriptoris, omiſimus adnotare: Si vero opera ſint inedita, Librorum argumenta & diviſiones, rerumque in iis contentarum ſummaria, & ſpecimina quaedam fideliter exhibuimus; optimumque praeterea exiſtimavimus, vel in ipſo recenſionis contextu, vel in ſubiunctis in calce paginarum notis Auctorum praecipue obſcuriorum aetatem definire. Inde muneris noſtri eſſe duximus Codicum formam inſpicere; & an membranacei, an chartacei ſint pronunciare, quot foliis conſtent, an temporis iniuria detriti, aut foedati, utrum integri, an mutili, vel eraſi, vel ab imperito bibliopego male compacti, vel ab alia manu ſuppleti ad nos devenerint; tum ſcripturae genus, elegans ne, an rude, correctum, an mendoſum ſit indicare; quae frontium ornamenta, quae initialium litterarum picturae, an aureae, an colorum varietate diſtinctae; icones, emblemata, ſtemmata gentilitia, & alia huiuſmodi minus obvia, ſubſcriptionibus etiam quibuſdam, ut ad quos olim pertinerent, palam fieret, in medium prolatis. Tandem ſi quae alia ſcitu ac notatu digna forent, ad integram perfectamque tum Codicum, tum Scriptorum notitiam, addito de his omnibus iudicio, ea opportune nullis fracti laboribus proſequi, atque illuſtrare tentavimus; nam quandoque, ut opuſculi unius, aut homiliae auctorem indagaremus, integra Sanctorum Patrum Volumina, in quibus eadem occurrerent argumenta pluries evolvimus. Exemplo ſint Homiliaria bene multa, tercentas, & amplius pleraque homilias continentia, quas ſingulas, vel in nuperrimis Patrum editionibus, vel in Bibliothecis, Homiliarum Laurentii Cumdii, & Gerardi Moſani Lugduni ex officina Iuntarum MDLXXXVIII. fol. IV. Voluminibus, & Concionatoria Franciſci Combefiſii, recuſa Venetiis, Tomis VII. fol., ut pagellas editionis indicaremus, incredibili quodam taedio perquirere, ſuiſque auctoribus vindicare conati ſumus.

De-

Digitized by Google

Denique Auctores etiam, qui nobis hactenus innotuerunt operae pretium duximus nominare, a quibus Codices noſtri vel memorantur, vel illuſtrantur, vel ex illis anecdota proferuntur. His omnibus Clariſſimi Ioannis Lamii accedat auctoritas, qui in tribus Memorabilium S. Florentinae Eccleſiae Voluminibus, poſt eius obitum nuper publica luce donatis, Acta quaedam Sanctorum, Martyrologia, Litanias, & alia huiuſmodi ad ſacram liturgiam ſpectantia ex Codicibus in Pluteis XVII. XX. & XXI. potiſſimum deliteſcentibus eruta interſerit.

En Operis totius methodus, atque conſpectus, cuius quanta futura ſit in Rempublicam Litterariam utilitas non opus eſt proſequi verbis, quum etiam rudiores intelligant. Telam certe teximus atque Herculeo quidem labore reteximus; donec optatam pertingere metam contingat, uno adiutore Antonio Sartio Presbytero Laurentiano, viro integerrimo, patientiſſimo, atque in dignoſcenda antiqua ſcriptura perquam paucis comparando, qui meliori dignus fortuna, non modo in Graecis, ſed in Latinis etiam Codicibus extricandis meo lateri ſemper adhaeſit. Denique, ſi claro, ut par eſt ordine recenſio noſtra procedit, ſi omnia fideliter exhibet, ac proinde eam tibi, optime ac benevole Lector, iudicas profuturam, dixerit fortaſſe quiſpiam nos omne punctum tuliſſe. Vale, & propediem alia Latiniorum Codicum Volumina exſpecta.

Dabam Florentiae die Septembris XXVII. quae nobis feſta & ſollemnis eſt Sanctorum Martyrum Coſmae & Damiani Commemoratione, A. CIↃ. IↃCC. LXXIII. Vale qui legis

FELICITER.

BI-

BIBLIOTHECAE
MEDICEAE LAVRENTIANAE CATALOGVS
PLVTEVS XII.
QVI CONTINET LATINOS CODICES MSS. XXXI.

CODEX I.
D. AVGVSTINI EPISTOLAE.

Continet hic nitidiſſimus & ornatiſſimus Codex D. Aurelii Auguſtini, & aliorum ad eumdem Epiſtolas CLXXXIII. quarum accuratiſſimus index praecurrit ipſarum titulos & initia repraeſentans, adſcripto in ipſius calce Scriptoris nomine litteris maiuſculis, & quidem ita: *Iohannes Franciſcus Martius Geminianus hoc Epiſtolarum Divi Auguſtini volumen exſcripſit*. Diverſum autem in Codice ordinem obtinent, ac in nupera Operum D. Auguſtini editione, cura Monachor. Ordinis S. Benedicti e Congregatione S. Mauri, recuſa Venetiis apud Io. Bapt. Albrizzi mdccxxix. fol. T. II. Quare, prout iacent in Codice, heic duximus recenſendas, adpoſitis numeris, quos in memorata obtinent editione.

I. Epiſtola B. Auguſtini ad Voluſianum. In cit. edit. T. II. N. cxxxii.
II. Voluſiani ad D. Auguſtinum. cxxxv.
III. Auguſtini ad Voluſianum. cxxxvii.
IV. Marcellini ad Auguſtinum. cxxxvi.
V. Auguſtini ad Marcellinum. cxxxviii.
VI. Ad Italicam. xcii.
VII. Ad Marcellinum. cxliii.
VIII. Hieronymi ad Auguſtinum. lxxxi.
IX. Auguſtini ad Hieronymum. lxxxii.
X. Alypii [1], & Auguſtini ad Aurelium. xli.
XI. Auguſtini ad Longinianum. ccxxxiii.
XII. Longiniani ad Auguſtinum. ccxxxiv.
XIII. Auguſtini ad Longinianum. ccxxxv.
XIV. Ad Bonifacium. xcviii.
XV. Paullini & Theraſiae ad Auguſtinum. xxv.
XVI. Auguſtini ad Paullinum. xxvii.
XVII. Paullini ad Auguſtinum. xxx.
XVIII. Auguſtini ad Paullinum & Theraſiam. xxxi.
XIX. Paullini, & Theraſiae ad Alypium. xxiv.
XX. Paullini & Theraſiae ad Romanianum. xxxii.
XXI. Severi ad Auguſtinum. cix.
XXII. Auguſtini ad Letum. ccxliii.
XXIII. Ad Licentium. xxvi.
XXIV. Licentii ad Auguſtinum Carmen. Includitur in ſuperiori Auguſtini ad Licentium Epiſtola.
XXV. Auguſtini ad Licentium. Eſt continuatio ſuperioris Epiſtolae, poſt adlatum Licentii Carmen §. 4.
XXVI. Maximi ad Auguſtinum. xvi.
XXVII. Auguſtini ad Maximum. xvii.
XXVIII. Auguſtini ad Armentarium, & Paullinam. cxxvii.
XXIX. Ad Valentinum & Monachos. ccxiv.
XXX. Ad Vincentium. xciii.
XXXI. Ad Deogratias presbyterum de ſex quaeſtionibus &c. cii.
XXXII. Ad Bonifacium. clxxxv.
XXXIII. Macedonii ad Auguſtinum. cliv.
XXXIV. Auguſtini ad Macedonium. clv.
XXXV. Macedonii ad Auguſtinum. clii.
XXXVI. Auguſtini ad Macedonium. cliii.
XXXVII. Dioſcori ad Auguſtinum. cxvii.
XXXVIII. Auguſtini ad Dioſcorum. cxviii.
XXXIX. Ad Dardanum. clxxxvii.
XL. Paullini ad Auguſtinum. cxxi.
XLI. Auguſtini ad Paullinum. cxlix.
XLII. Nectarii ad Auguſtinum. xc.
XLIII. Auguſtini ad Nectarium. xci.
XLIV. Ad Maximianum. xxiii.
XLV. Ad Donatum Donatiſtam. clxxiii.
XLVI. Ad Evodium. clxiv.
XLVII. Ad Probam de orando Deo. cxxx.
XLVIII. Ad Paullinam de videndo Deo. cxlvii.
XLIX. Ad Victorianum. cxi.
L. Ad Orontium. cclvii.
LI. Ad Olympium. xcvi.
LII. Ad Cornelium. cclix.
LIII. Ad Donatum. c.
LIV. Ad Olympium. xcvii.
LV. Ad Seleucianam. cclxv.
LVI. Ad Circenſes. cxliv.
LVII. Ad Memorium. ci.

[1] In Codice fere ſemper *Alipius*, aliquando etiam *Alippius*.

LVIII. Hieronymi ad Marcellinum, & Anapſycem. CLXV.

LIX. Auguſtini ad Heſychium. CIC.

LX. Ad Florentianam. CCLXVI.

LXI. Ad Italicam. XCIX.

LXII. Ad Pammachium. LVIII.

LXIII. Ad Severum. CX.

LXIV. Ad Felicem, & Hilarium. LXXVII.

LXV. Eccleſiae Hipponenſi. LXXVIII.

LXVI. Ad Clericos. CXXII.

LXVII. Ad Poſſidium. CCXLV.

LXVIII. Audacis ad Auguſtinum. CCLX.

LXIX. Auguſtini ad Audacem. CCLXI.

LXX. Ad Maximam. CCLXIV.

LXXI. Alypii, & Auguſtini ad Iulianam. CLXXXVIII.

LXXII. Auguſtini ad Anaſtaſium. CXLV.

LXXIII. Ad Sebaſtianum. CCXLVIII.

LXXIV. Ad Conſentium. CCV.

LXXV. Ad Proculianum. XXXIII.

LXXVI. Ad Valerium. XXI.

LXXVII. Ad Profuturum. XXXVIII.

LXXVIII. Ad Donatum. CXII.

LXXIX. Ad Mandaurenſes (1). CCXXXII.

LXXX. Ad Elpidium. CCXLII.

LXXXI. Ad Nebridium. III.

LXXXII. Ad Caeleſtinum. XVIII.

LXXXIII. Ad Antoninum. XX.

LXXXIV. Ad Gaium. XIX.

LXXXV. Ad Romanum. XV.

LXXXVI. Nebridii ad Auguſtinum. V.

LXXXVII. Ad eumdem de phantaſia, & memoria. VI.

LXXXVIII. Reſcriptum Auguſtini de eadem quaeſtione. VII.

LXXXIX. Ad Nebridium. IX.

XC. Ad eumdem. XXVIII.

XCI. Ad eumdem. IV.

XCII. Auguſtini & aliorum Epiſcoporum de Concilio Cretenſi ad Donatiſtas. CXLI.

XCIII. Publicolae ad Auguſtinum. XLVI.

XCIV. Auguſtini ad Publicolam. XLVII.

XCV. Ad Martinianum. CCLVIII.

XCVI. Ad Probam. CXXXI.

XCVII. Ad Optatum de origine animae. CXC.

XCVIII. Ad Glorium, Eleuſium, Felicemque grammaticum. XLIII.

XCIX. Ad Donatiſtas. CV.

C. Ad Bonefatium Comitem. In Appendice dicti Tomi p. 921. ſub n. I.

CI. Bonefatii ad Auguſtinum. Ibid. n. II.

CII. Aug. ad Bonefatium. III.

CIII. Ad eumdem. IV.

CIV. Bonefatii ad Auguſtinum. V.

CV. Aug. ad Bonefatium. VI.

CVI. Bonefatii ad Auguſtinum. VII.

CVII. Aug. ad Bonefatium. XI.

CVIII. Bonefatii ad Auguſtinum. XII.

CIX. Aug. ad Bonefatium. XIII.

CX. Bonefatii ad Auguſtinum. XIV.

CXI. Aug. ad Bonefatium. XV.

CXII. Bonefatii ad Aug. XVI.

CXIII. Aug. ad Bonefatium. VIII.

CXIV. Bonefatii ad Aug. IX.

CXV. Eiuſdem ad eumdem. X.

CXVI. Aug. ad Bonefatium. Inter Epp. num. CLXXXIX.

CXVII. Ad Euſebium. XXXIV.

CXVIII. Ad eumdem. XXXV.

CXIX. Ad Severinum. LII.

CXX. Ad Donatiſtas. LXXVI.

CXXI. Ad Ianuarium Epiſcopum Donatiſtarum. LXXXVIII.

CXXII. Ad Criſpinum ſchiſmaticum. LI.

CXXIII. Ad eumdem. LXVI.

CXXIV. Contra Paſcentium Arrianum de Vnitate Trinitatis. CCXXXVIII.

CXXV. Ad eumdem. CCXXXIX.

CXXVI. Paſcentii ad Auguſtinum. CCXL.

CXXVII. Aug. ad Paſcentium. CCXLI.

CXXVIII. Ad Probam, & Iulianam de converſione neptis. CL.

CXXIX. Ad Honoratum. CCXXVIII.

CXXX. Ad Italicam. Inc. *Quum petiviſſes ut de inviſibili Deo, utrum per oculos corporeos poſſit videri ſcriberem, negare non potui, ne ſanctum ſtudium tuum offenderem. Erige ita ſpiritum mentis tuae, qui renovatur in agnitionem Dei ſecundum imaginem eius, qui creavit eum, ubi per fidem in te habitat Chriſtus*. Deſ. *De corpore vero ſpirituali, ſi Dominus iuverit, opere alio experiemur, quid diſputare valeamus*. Quatuor conſtat paginis, at non convenit cum Epiſtolis ad Italicam relatis ſub numeris XCII. & XCIX.

CXXXI. Ad Marcellinum. CXXXIX.

CXXXII. Ad Apringium. CXXXIV.

CXXXIII. Ad Marcellinum. CXXXIII.

CXXXIV. Silvani, Aug. & aliorum Epiſcoporum ad Papam Innocentium. CLXXVI.

CXXXV. Aug. ad Honoratum Epiſcopum. XLIX.

CXXXVI. Ad Emeritum. LXXXVII.

CXXXVII. Ad Eleuſium, Glorium, & Felicem. XLIV.

CXXXVIII. Auguſtini, Fortunati, & Alypii ad Generoſum. LIII.

CXXXIX. Aug. ad Feſtum. LXXXIX.

CXL. Commonitorium ad Fortunatianum. CXLVIII.

CXLI. Ad Ecclitiam. CCLXII.

CXLII. Ad Aſellicum Epiſcopum. CXCVI.

CXLIII. Ad Paullinum, & Theraſiam. LXXX.

CXLIV. Ad Paullum, & Eutropium de perfectione iuſtitiae, adverſus eos, qui adſerunt hominem poſſe fieri iuſtum ſolis ſuis viribus. T. X. P. I. p. 167. & inſcribitur *Liber de perfectione iuſtitiae hominis*.

CXLV. Ad Hermogenianum. Inter Epp. num. I.

CXLVI. Ad Zenobium. II.

CXLVII. Nebridii ad Auguſtinum. VIII.

CXLVIII. Aug. ad Nebridium. XIV.

CXLIX. Ad eumdem. XIII.

CL. Ad Caeleſtinum Diaconum de charitate. CXCII.

CLI. Alypii & Aug. ad Maximum medicum

(1) In edit. *Madaurenſes*.

Digitized by Google

eum Thenitanum Ennomianiſtam. CLXX.

CLII. Aug. ad Felicitatem & Ruſticum de correctione. CCX.

CLIII. Evodii ad Aug. de ratione. CLX.

CLIV. Ad eumdem de virginitate Beatae Mariae, & corpore Filii. CLXI.

CLV. Aug. ad Evodium de viſione ſomniorum. CLIX.

CLVI. Ad eumdem de ratione ac Deo, & de corpore Domini, & de viſionibus ſomniorum. CLXII.

CLVII. Ad Hieronymum. LXVII.

CLVIII. Hieronymi ad Auguſtinum. LXVIII.

CLIX. Aug. ad Hieronymum. LXXIII.

CLX. Hieronymi ad Aug. XXXIX.

CLXI. Aug. ad Praeſidium. CXLVIII.

CLXII. Ad Hieronymum de interpretatione Graecorum ſcriptorum provocantis, & de ſuperflua poſt LXX. Interpretes editione, ac de expoſitione Epiſtolae ad Galatas carpentis. XXVIII.

CLXIII. Hieronymi ad Auguſtinum. LXXII.

CLXIV. Aug. ad Hieronymum. XL.

CLXV. Ad eumdem. LXXI.

CLXVI. Hieronymi ad Aug. LXXV.

CLXVII. Aug. ad Hieronymum de origine animae. CLXVI.

CLXVIII. Conſultatio & diſputatio inter Auguſtinum, & Hieronymum de origine animae, collecta ex ipſorum dictis per dialogum. Inter Opera D. Hieronymi ſtudio ac labore Dominici Vallarſii Veronae 1742. Tom. XI. a pag. 246. ad 255.

CLXIX. Hieronymi ad Aug. CLXXII.

CLXX. Ad eumdem. CXCV.

CLXXI. Ad eumdem. CXXIII.

CLXXII. Explanatio fidei S. Hieronymi ad Aug. & Alypium Epiſcopos miſſa. In dicto Hieronymi Tomo a pag. 146. ad pag. 148. ubi inſcribitur *Symboli explanatio ad Damaſum.*

CLXXIII. Aug. ad Darium Comitem. CCXXIX.

CLXXIV. Darii Comitis ad Auguſtinum. CCXXX.

CLXXV. Aug. ad Darium. CCXXXI.

CLXXVI. Ad Valentinum. CCXV.

CLXXVII. Valentini ad Aug. CCXVI. & Tom. X. P. I. pag. 746.

CLXXVIII. Aug. ad Auxilium Epiſcopum. CCL.

CLXXIX. Ad Bonefatium. Inc. *Quum innumerabilibus anguſtiis affligeretur Eccleſia, quiſquis exiſtimet omnia potius ſuſtinenda, quam Dei auxilium, ut per Chriſtianos Imperatores ferretur, fuiſſe poſcendum.* Deſ. *convivium Domini unitas eſt Corporis Chriſti, non ſolum in Sacramento altaris, ſed etiam in vinculo pacis.* Sunt quatuor paginae.

CLXXX. Ad Donatiſtas. Inc. *Si, inquiunt, oportet, ut nos extra Eccleſiam, & adverſus Eccleſiam fuiſſe poeniteat, ut ſalvi eſſe poſſimus, quomodo poſt iſtam poenitentiam apud vos Clerici & Epiſcopi permanebimus.* Deſ. *Qui ergo vult habere Spiritum Sanctum, caveat foris ab Eccleſia remanere, caveat in ea ſimulatus intrare, aut ſi iam talis intravit, caveat in eadem ſimulatione perſiſtere, ut veraciter coaleſcat arboris vitae.* Sunt quinque paginae.

CLXXXI. Ad Conſentium. CXX. ſed incipit a §. 2.

CLXXXII. Ad Syxtum. CXCIV.

CLXXXIII. Geſta Auguſtini quando ſucceſſorem ſibi elegit. CCXIII.

Cod. membranac. Ms. in fol. nitidiſſimus, numiſmatibus, Mediceae Gentis inſignibus, atque initialibus Epiſtolarum litteris auro, variiſque coloribus egregie depictis, ac D. Auguſtini effigie, qui licet Epiſcopalibus veſtibus indutus ſit, nigram tamen Auguſtinianorum cucullam praeſefert, ac volumen apertum ſuſtinet, mirifice exornatus. Conſtat foliis ſcriptis 456.

D. AVGVSTINI VARIA.

PRaecedit ornatiſſima tabula, uno intuitu legentibus exhibens eorum Divi Auguſti- *Cod. II.*
ni Operum, quae in hoc mirae pulcritudinis Codice continentur, titulos litteris maioribus aureis & caeruleis exaratos. Prima item pagina auro diſtinguitur, una cum Mediceis emblematibus, & inſignibus: initiales quoque ſingulorum librorum litterae elegantiſſime depictae ſunt. Opera igitur occurrunt haec.

I. pag. 2. D. Aurelii Auguſtini Hipponenſis Epiſcopi de Fide, vel de Symbolis Liber. Oper. Tom. VI. a pag. 151. ad pag. 164.

II. p. 10. De Fide, & Operibus Liber. Ibid. a pag. 165. ad pag. 192.

III. p. 27. *b.* De videndo Deo Liber ad Paullinam. Inter Epiſtolas Tom. II. pag. 473. ſub n. CXLVII. Habes & in Cod. ſuperiori §. XLVIII. In hoc titulus recenti manu in margine adiectus eſt.

IV. p. 43. Liber de praeſentia Dei ad Deodatum (in margine correctum eſt ad Dardanum) Inter Epp. loc. cit. pag. 678. ſub n. CLXXXVII. Habes & in Cod. ſuper. §. XXXIX. In hoc tamen incipit a verbis: *Quaeris utrum &c.* quae ſunt in principio §. III. & deſ. in verbis: *veri corporis modum,* quae incidunt in pag. 692. lin. 17.

V. p. 50. De Eſſentia Divinitatis Dei, & de Inviſibilitate, atque Incommutabilitate Dei Liber. Tom. VIII. in Append. a pag. 67. ad pag. 72.

VI. p. 56. De Oratione Liber. Inc. *Evangelica praecepta, fratres dilectiſſimi, nihil ſunt aliud quam magiſteria divina.* Deſ. *hic quoque orare & agere gratias non deſinamus.* Interſeritur Oratio Dominica. Exſtat Ms. in Codice LXVIII. Venetae Bibliothecae, ut ex eius Catalogo eruitur p. 43.

VII. p. 64. De fide S. Trinitatis Libri II. quorum primus inc. *Quamvis in exſilii aerumnoſam caecitatem pro originalis peccati poena &c.* Alter deſ. *& horum una actio eſt, ſicut una voluntas.* Vterque Capitibus conſtat XIII. & prologo. Habetur in cit. Cod. Biblioth. Ven.

VIII. p. 73. De fide rerum inviſibilium Liber.

Digitized by Google

Liber. Operum Tom. VI. a pag. 141. ad pag. 150.

IX. p. 78. De Patientia Liber. Ibid. a pag. 533. ad pag. 546.

X. p. 83. De Singularitate Clericorum. Inc. *Promiſſam quidem vobis ante tempus epiſtolam, filii chariſſimi*. Deſ. *& Deus pacis, & dilectionis erit vobiſcum*. Origeni, Auguſtino, & Cypriano perperam adſcribitur. Adſervatur etiam in cit. Codice Veneto.

XI. p. 100. De Deo Liber Capitibus conſtans CI. Inc. *Deus, hoc eſt quod nulla attingit opinio*. Deſ. *ad ſe converſi credentibus*. In Codice eſt anepigraphus.

XII. p. 160. *b*. De vera innocentia Liber. In App. Tom. X. a pag. 223. ad pag. 254. ubi inſcribitur: *Proſperi Aquitani ſententiae ex Auguſtino delibatae, Liber unus*. Sunt autem ſententiae num. CCCXC.

XIII. p. 190. De quaeſtionibus Evangeliorum Libri II. Tom. III. P. II. a pag. 241. ad pag. 276. In Codice tamen deeſt prologus, & quaeſtionum elenchus.

XIV. p. 220. *b*. Eiuſdem contra Creſconium Grammaticum & Donatiſtam Libri IV. praevia Retractatione ex Libro II. Cap. XXVI. Exſtant Tom. IX. a pag. 389. ad pag. 526. Clauditur Codex amanuenſis ſubſcriptione litteris maiuſculis expreſſa, quae ita habet: *Alexander Verazanus* (1) *exſcripſit MCCCCXCI.*

Cod. membr. Ms. in fol. optimae notae Saec. XV. exeuntis. Conſtat foliis ſcriptis 303.

D. AVGVSTINI OPERA VARIA.

Cod. III. HIC ornatiſſimus Codex ſcriptus videtur ab eadem Alexandri Verrazzani manu, cui praecedentem debemus. Pulcherrimis picturis in litteris praeſertim librorum initialibus, ac Mediceis inſignibus in prima pagina, auro variiſque coloribus diſtinctis, maxime praeſtat. In circulis praeterea quibuſdam item aureis deſcripti ſunt Operum tituli, quae in ipſo continentur. Ea vero ſunt.

I. p. 2. D. Aurelii Auguſtini Confeſſionum Libri XIII. Oper. Tom. I. a pag. 69. ad pag. 244.

II. p. 106. Eiuſdem de ſermone, quem habuit Dominus in monte (2) Libri duo, cum Retractatione in fine deſumta ex Lib. I. Cap. XIX. T. III. P. II. a pag. 165. ad pag. 236. ubi Retractatio libris eſt praevia.

III. p. 154. *b*. Eiuſdem ad Pollentium de adulterinis coniugiis Libri II. Tom. VI. a pag. 387. ad pag. 418. Secundo Libro praemittitur particula Retractationum ex libro II. Cap. LVII.

IV. p. 173. Eiuſdem Tractatus de Continentia. Ibid. a pag. 297. ad pag. 318.

V. p. 186. Eiuſdem Exhortationum Liber ad quemdam Comitem chariſſimum ſibi. In App. dicti Tomi a pag. 193. ad pag. 210.

VI. p. 210. *b*. Eiuſdem Retractatio ſuper XIII. Libros Confeſſionum ſuarum, quae fortaſſe ipſis Confeſſionum, quos ſupra innuimus Libris praemitti debuerat.

Cod. membranac. Ms. in fol. Saec. XV. exeuntis elegantiſſimus. Conſtat foliis ſcriptis 210.

DIVI AVGVSTINI VARIA.

IN octo circulis aureis & diverſicoloribus inſcriptiones Operum, quae in hoc inſunt ornatiſſimo Codice, Mediceo item ſtemmate inſignito, cum initialibus quoque litteris miro artificio depictis, exhibentur. Eaque ſunt. Cod. IV.

I. p. 1. D. Aurelii Auguſtini Locutiones in quinque Libros Moyſis, unum Ieſu Nave, & alterum Iudicum, praevia Retractatione ex Libro II. Retractationum Capite LIV. Habes Tom. III. Part. I. a pag. 325. ad pag. 378.

II. p. 31. Eiuſdem Quaeſtiones praedictorum Librorum, ſcilicet Pentateuchi, Ieſu Nave, & Iudicum, Libris VII. Ibid. a pag. 379. ad pag. 624. praevia Retractatione ex Libro II. Cap. LV. ac praeterea elencho Capitulorum Quaeſtionum Libri Geneſeos, qui priora quatuor folia complectitur, quique in edit. deſideratur.

III. p. 208. Eiuſdem Adnotationes in Iob. Ibid. a pag. 625. ad pag. 680.

IV. p. 244. Eiuſdem contra Epiſtolam Parmeniani Donatiſtarum Carthaginenſis Epiſcopi Libri tres, quibus praecurrit Retractatio ex Libro II. Capite XVII. Habes Tom. IX. a pag. 11. ad pag. 78. In fine maioribus, ac rubris litteris exſcriptor ita ſe prodit: *Alexander Verrazanus* (3) *exſcripſit MCCCCLXXXX.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. ornatiſſimus. Conſtat foliis ſcriptis 282.

D. AVGVSTINI VARIA.

HVnc quoque praeſtantiſſimum Codicem idem Alexander Verrazzanus exſcripſit, & egregiis exornavit picturis. Initio aureis, & caeruleis litteris exaratus occurrit Operum, quae inibi continentur, elenchus laterculo mira arte elaborato incluſus, una cum Mediceis inſignibus, elegantiſſime, ac diverſimode pictis. Opera vero haec ſunt. Cod. V.

I. p. 2. D. Aurelii Auguſtini contra Academicos Libri tres, quibus praecurrit Retractatio ex Lib. I. Cap. I. ut in edit. Tom. I. a pag. 249. ad pag. 296.

II. p. 35. *b*. Eiuſdem de ordine rerum Liber praevia item Retractatione ex Lib. I. Cap. III. Ibid. a pag. 315. ad pag. 328. & eſt Liber primus tantummodo.

III. p. 45. Eiuſdem Liber de quantitate animae. Ibid. a pag. 401. ad pag. 440.

IV. p. 72. Eiuſdem de origine animae ad Hieronymum. Inter Epiſtolas Tom. II. num. CLXVI. pag. 583.

V. p. 80. Eiuſdem de immortalitate animae

(1) Montfaucon. in ſuo Catalogo perperam legit *Verrakanus*.
(2) Secundum Evang. Matth. Cap. V. v. 1.
(3) Heic quoque Montfaucon. in Catalogo pro *Verrazano* legit *Verrakanus*.

Digitized by Google

mae Liber unus praevia Retractatione ex Lib. I. Cap. V. Tom. I. a p. 387. ad p. 398.

VI. p. 88. *b.* Eiuſdem de praedeſtinatione, & gratia. In Append. Tom. X. a pag. 49. ad pag. 60.

VII. p. 97. *b.* Eiuſdem de gratia, & libero arbitrio Liber unus. In dicto Tom. Part. I. a pag. 717. ad pag. 744.

VIII. p. 115. *b.* Liber ſine titulo, ſed eſt *Eiuſdem Auguſtini de correptione, & gratia ad Valentinum, & cum illo Monachos Adrumentinos*. Ibid. a pag. 749. ad pag. 778.

IX. p. 133. Eiuſdem de Magiſtro Liber unus, praevia Retractatione ex Lib. IX. Cap. VI. Tom. I. a pag. 541. ad pag. 564.

X. p. 149. *b.* Eiuſdem Enchiridion ad Laurentium Primicerium Eccleſiae Vrbis Romae, ſive, de fide, ſpe, & charitate Liber unus. T. VI. a p. 195. ad p. 242. In Codice praecedit brevis haec adnotatio: *Auguſtinus in Africa fuit: in Eioneria Civitate Arcadius cum Honorio Rege annis XIII. aetas mundi quinque milia. du. III. Erat Laurentius primocerius Vrbis Romae. Enchiridion graece manualis liber.*

XI. p. 183. Eiuſdem de bono coniugali Liber unus. Ibid. a pag. 319. ad pag. 340.

XII. p. 196. *b.* Eiuſdem de nuptiis, & concupiſcentia Libri II. ad Valerium, praevia Retractatione ex Libro II. Capite LIII. & Epiſt. ad ipſum Valerium. Tom. X. P. I. a pag. 277. ad pag. 334.

XIII. p. 232. Eiuſdem de catechizandis rudibus Liber unus. Tom. VI. a pag. 263. ad pag. 296.

XIV. p. 254. Eiuſdem de conflictu vitiorum; atque virtutum, & expoſitio in Cantica Canticorum Lib. I. In App. ad dictum Tomum a p. 7. ad p. 18. ubi inſcribitur: *Quaeſtionum ſexaginta quinque dialogus ſub titulo Oroſii percontantis, & Auguſtini reſpondentis.*

XV. p. 271. Eiuſdem de decem chordis. Tom. V. P. I. Sermo IX. pag. 48.

XVI. p. 282. Eiuſdem de contemtu mundi. In App. ad Tom. VI. a pag. 293. ad pag. 295.

XVII. p. 285. *b.* Eiuſdem de beato latrone. Eſt Sermo CLIV. in App. Tom. V.

XVIII. p. 288. Eiuſdem de honeſtate mulierum. In Append. ad Tom. V. pag. 488. Sermo CCXCIII. ubi inſcribitur: *De incauta familiaritate extranearum mulierum.*

XIX. p. 290. Eiuſdem de origine haereſum ad Quodvuldeum Liber I. Inc. *Quum ergo Dominus adſcendiſſet in caelum, hi haeretici exorti ſunt: Simoniaci a Simone &c.* Def. *defuiſſet.* Exſtat Tom. VIII. pag. 4. v. 28. ſed finis diſcrepat: ſequuntur enim in edit. nonnulla de Neſtorianis, & Eutychianis, quae Auguſtino abiudicantur. Vid. Notas ad dictum locum pag. 27. littera d.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. niridiſſimus, & ornatiſſimus. Conſtat foliis ſcriptis 304.

D. AVGVSTINI VARIA.

Praecurrit eorum, quae in hoc pulcherrimo Codice continentur tabula duplex. Cod. VI. Prima fuſior, Operum non modo, ſed Capitum etiam, quibus Opera conſtant, titulos ſingillatim repraeſentat, numeris etiam paginarum, in quas unumquodque ipſorum incidit, appoſitis: altera brevior decem aureos circulos exhibet, in quibus praecipua tantum Librorum argumenta comprehenduntur. Prima vero pagina, unde Opera incipiunt, aeque ac praecedentium Voluminum, Mediceis inſignibus auro, variiſque coloribus mirifice expreſſis, exornata eſt. Opera vero ſunt, quae ſequuntur.

I. p. 4. Arianorum Sermo, qui eorum fidem, ſive potius perfidiam continet. Oper. Tom. VIII. a pag. 621. ad pag. 624.

II. p. 7. Liber S. Auguſtini Epiſcopi contra ſuperiorem Sermonem, ſeu perfidiam Arianorum. Ibid. a pag. 625. ad p. 648.

III. p. 23. *b.* Eiuſdem ad Optatum contra Felicianum Arianum, videlicet diſputatio habita cum ipſo Feliciano de Vnitate Trinitatis. In App. dicti Tomi a pag. 39. ad pag. 48.

IV. p. 36. Eiuſdem de ſex quaeſtionibus contra Paganos expoſitis, cui praemittitur Epiſtola ad presbyterum Deogratias. Tom. II. inter Epiſtolas num. CII. Habes & in Cod. I. huius Plutei §. XXXI.

V. p. 47. Eiuſdem de gratia Chriſti, & peccato Originali, contra Pelagium, & Caeleſtium, ſive contra Pelagianos Libri duo. Tom. X. Part. I. a pag. 229. ad pag. 276. In fine Libri ſecundi repetitur titulus hoc pacto: *Liber Sancti Auguſtini de gratia Chriſti, & peccato Originali contra Pelagium, & Caeleſtium ad Albinam, Pimachum* (1), *& Melaniam finit.*

VI. p. 79. *b.* Eiuſdem Acta Fortunati, ſeu diſputatio contra Fortunatum Manichaeum, Liber unus. Tom. VIII. a pag. 93. ad pag. 108.

VII. p. 90. Eiuſdem contra quaeſtiones Adunati (2), Manichaei diſcipuli. Ibid. a pag. 111. ad pag. 150.

VIII. p. 117. *b.* Eiuſdem de geſtis Pelagii contra adverſarios gratiae D. N. I. C. ad Aurelium Epiſcopum Liber unus. Tom. X. P. I. a pag. 191. ad pag. 228.

IX. p. 143. Concilium Carthaginis contra Pelagium, vel Caeleſtium diſcipulum ejus, ſive, *Patrum Concilii Carthaginienſis Epiſtola Innocentio Pontifici Romano de Actis adverſus Pelagium, & Caeleſtium.* Inter Epiſtolas Aug. Tom. II. num. CLXXV. & epitome eiuſque compendium in App. ad Tom. X. p. 91.

X. p. 145. Epiſtola Innocentii Papae Vrbis Romae ad eumdem Aurelium, & alios Carthaginienſis Concilii Patres. Inter Auguſtinianas CLXXXI. & in dicta Append. pag. 93.

XI. p. 147. Concilium Milevitanum, ſeu potius,

(1) In edit. *Pinianum*.
(2) In edit. *Adimantii*. In calce vero Libri repetitur *Adimanti*.

Digitized by Google

potius, *Milevitani Concilii Patrum Epiſtola Innocentio Papae de cohibendis Pelagianis haereticis*. Inter Aug. Epp. Tom. II. n. CLXXVI. & in dicta Append. pag. 92. Habes & in Cod. I. §. CXXXIV.

XII. p. 148. Epiſtola Innocentii Papae ad Silvanum, & alios Patres Concilii Milevitani, comprobans illorum acta adverſus Pelagianos. Eſt Epiſtola CLXXXII. inter Auguſtinianas, & in dict. App. pag. 93.

XIII. p. 150. Eiuſdem de Geneſi contra Manichaeos Libri duo. Tom. I. a pag. 645. ad pag. 684.

XIV. p. 181. Eiuſdem Collatio contra Maximinum. Tom. VIII. a pag. 650. ad p. 744. Sunt Libri III. eiſque praecedit ad inſtar Prologi, quod de eadem Collatione Poſſidius retulit in Auguſtini Vita Cap. XVII.

XV. p. 248. Eiuſdem de diverſis quaeſtionibus octoginta tribus (1) Liber unus. Tom. V. a pag. 1. ad pag. 78.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. elegantiſſime ſcriptus. Conſtat foliis ſcriptis 302.

D. AVGVSTINI RETRACTATIONES.

Adde etiam

Alia eiuſdem Opera.

Cod. VII. PRaecedit in primis ſeptem foliis accuratiſſima recenſio Capitulorum, quae continentur duobus Retractationum Libris, & quatuor de Conſenſu Evangeliſtarum, relictis deinceps vacuis aliis quatuor foliis ad reliquorum Sermonum, & Librorum, quae in hoc continentur Volumine elenchum perſcribendum. Pag. 8. *b.* in octo circulis elegantiſſima pictura diſpoſitis ipſi Operum ſingulorum tituli adponuntur. Prima itidem pagina auro, ac diverſis coloribus, una cum Mediceo ſtemmate mirifice adfulget: manus videtur eſſe Alexandri Verrazzani, licet nomen heic ſuum non adſcripſerit.

I. p. 9. Divi Aurelii Auguſtini Retractationum Libri duo cum Prologo, ut in edit. Tom. I. a pag. 1. ad pag. 64.

II. p. 55. Eiuſdem de Conſenſu Evangeliſtarum Libri quatuor, quibus praecurrit ex Libro II. Retractationum Caput XVI. Tom. III. P. II. a pag. 1. ad pag. 162.

III. p. 165. Eiuſdem de verbis Apoſtoli Sermo primus. Tom. V. Part. I. pag. 640. ſub num. CXXXI.

IV. p. 172. Eiuſdem Sermo ſecundus de verbis Apoſtoli. In Append. ad dictum Tom. pag. 198. num. CIX.

V. p. 173. *b.* Eiuſdem Sermo tertius de verbis Apoſtoli. In dicto Tom. P. I. pag. 785. ſub num. CLXIII.

VI. p. 177. Eiuſdem Sermo quartus de verbis Apoſtoli. Ibid. pag. 727. num. CLIII.

VII. p. 181. *b.* Eiuſdem Sermo quintus de verbis Apoſtoli. Ibid. pag. 734. num. CLIV.

VIII. p. 186. Eiuſdem Sermo ſextus de verbis Apoſtoli. Ibid. pag. 741. num. CLV.

IX. p. 191. Eiuſdem Sermo ſeptimus de verbis Apoſtoli. Ibid. pag. 796. num. CLXV.

X. p. 194. *b.* Eiuſdem de verbis Apoſtoli Sermo octavus. Ibid. pag. 830. n. CLXXIV.

XI. p. 197. *b.* Eiuſdem Sermo nonus de verbis Apoſtoli. Ibid. pag. 835. num. CLXXV.

XII. p. 200. Eiuſdem Sermo decimus de verbis Apoſtoli. Ibid. pag. 839. n. CLXXVI.

XIII. p. 202. Eiuſdem Sermo undecimus de verbis Apoſtoli. Ibid. pag. 136. n. XXVI.

XIV. p. 206. *b.* Eiuſdem Sermo duodecimus de verbis Apoſtoli. Ibid. pag. 150. num. XXX.

XV. p. 209. Eiuſdem Sermo decimus tertius de verbis Apoſtoli. Ibid. pag. 749. num. CLVI.

XVI. p. 214. *b.* Eiuſdem Sermo decimus quartus de baptiſmo parvulorum & contra Pelagianos. Ibid. Part. II. pag. 1183. num. CCXCIV.

XVII. p. 222. Eiuſdem Sermo decimus quintus de verbis Apoſtoli. Ibid. P. I. pag. 808. num. CLXIX.

XVIII. p. 228. *b.* Eiuſdem Sermo decimus ſextus de verbis Apoſtoli. Ibid. pag. 761. num. CLVIII.

XIX. p. 231. *b.* Eiuſdem Sermo decimus ſeptimus de verbis Apoſtoli. Ibid. pag. 765. num. CLIX.

XX. p. 234. Eiuſdem de verbis Apoſtoli Sermo decimus octavus. Ibid. pag. 774. num. CLXI.

XXI. p. 238. Eiuſdem Sermo decimus nonus de verbis Apoſtoli. Ibid. pag. 849. num. CLXXVIII.

XXII. p. 241. *b.* Eiuſdem Sermo vigeſimus de Pſalmo nonageſimo quinto, & de verbis Apoſtoli, *cui vult miſeretur, & quem vult indurat*. Ibid. pag. 143. num. XXVII.

XXIII. p. 244. Eiuſdem Sermo XXI. de verbis Apoſtoli: *invicem onera veſtra portantes*. Inc. *Quia lex veteris Teſtamenti cuſtodita timorem habebat; non potuit apertius ſignificari novi Teſtamenti donum eſſe charitatem*. Deſ. *ne Chriſtum negligamus propter infirmum, quum infirmum debeamus diligere propter Chriſtum*. Vid. Quaeſt. 71. in Lib. 83. Quaeſt. Tom. VI.

XXIV. p. 246. Eiuſdem Sermo XXII. de eodem. In dicto Tom. V. pag. 790. num. CLXIV.

XXV. p. 249. *b.* Eiuſdem Sermo XXIII. de verbis Apoſtoli. Ibid. pag. 757. num. CLVII.

XXVI. p. 251. *b.* Eiuſdem Sermo XXIV. de verbis Apoſtoli. Ibid. pag. 803. num. CLXVII.

XXVII. p. 254. Eiuſdem de beata Vita Liber unus. T. I. a pag. 297. ad 312.

XXVIII. p. 260. *b.* Eiuſdem de fide ad Petrum, ſive, *de regula verae fidei Liber unus.*

In

(1) In contextu tamen numerantur octogintaquinque.

In Append. Tom. VI. a pag. 19. ad pag. 34.

XXIX. p. 278. *b.* De divinatione Daemonum Liber unus. T. I. a pag. 505. ad pag. 514.

XXX. p. 284. Eiuſdem de cognitione verae vitae Liber unus. In App. Tom. V. a pag. 169. ad pag. 184.

XXXI. p. 292. Eiuſdem contra Epiſtolam Parmeniani Libri tres, praevia Retractatione ex Libro II. Cap. XVII. Tom. IX. a pag. 11. ad pag. 78.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. elegantiſſimus. Conſtat foliis ſcriptis 334.

D. AVG. ADVERSVS IVLIANVM HAERETICVM.

Et alia.

Cod. VIII. HVius quoque Codicis prima pagina miro eſt artificio elaborata, ac picturis, una cum Mediceae gentis inſignibus, exornata. Continet autem varia D. Auguſtini Opera, quorum tituli in tribus aureis circulis comprehenduntur; ſunt autem iſta, ſcilicet

I. pag. 1. D. Auguſtini contra Iulianum haereticum Pelagianum Libri VI. praevia Epiſtola nuncupatoria ad Claudium Coëpiſcopum. Oper. Tom. X. P. I. a pag. 495. ad pag. 710.

II. p. 144. Eiuſdem contra Epiſtolam Pelagianorum Libri IV. ad Bonifacium Epiſcopum Vrbis Romae. (1) Ibid. a pag. 411. ad pag. 494.

III. p. 196. Eiuſdem contra Pelagianos Libri quatuor. Eſt idem omnino opus cum ſuperiore, bis ab exſcriptore inconſulto exaratum. Heic tantum poſt verba, *clementer exaudit*, in quibus definit Liber quartus, ſequuntur alia, a maiori quidem littera incipientia, ſed nullo inſcripta titulo, quorum initium: *Sed iam gloriſiſſimo martyri Cypriano ad iſtos cumulatius redarguendos beatiſſimum addamus Ambroſium &c.* Finis vero: *innoteſcere potuerunt*. Occupant autem tria circiter folia.

IV. p. 253. Eiuſdem Epiſtola ad Valentinum. Tom. II. n. ccxv. Habes & in Cod. I. §. CLXXVI. Clauditur autem Codex amanuenſis ſubſcriptione, quae ita habet: *Antonius Sinibaldus ſcripſi anno Dom. MCCCCXCI. XV. Maii.*

Codex membr. Ms. in folio Saec. XV. admirandae quidem ſcripturae, cum initialibus librorum litteris auro, variiſque coloribus affabre expreſſis. Conſtat foliis ſcriptis 255.

D. AVG. DE TRINITATE ET EIVSDEM EXPOSITIO SVPER GENESIM.

Cod. IX. I. pag. 1. COdex hic mirae prorſus pulcritudinis, artificioſe depictus, ac Mediceo ſtemmate in fronte decoratus, exhibet primo D. Aurelii Auguſtini de Trinitate Libros XV. praevia Retractatione ex Libro II. Capite XV. & Prologo, cui titulus: *Domino beatiſſimo & ſinceriſſima charitate venerando ſancto fratri & conſacerdoti Papae Aurelio Auguſtinus in Domino ſalutem*. Exſtant Operum Tom. VIII. a pag. 749. ad pag. 1004. ſingulis autem libris Capitum tabula praemittitur. In fine vero rubris litteris adnotantur haec: *Scriptum Florentiae de menſe Iulii, ſalutis anno MCCCCLXXXX.* (2) *laus, honor, imperium, & gloria ſit omnipotenti Iheſuchriſto, eiuſque almae Genitrici ſemper Virgini Mariae per infinita ſaeculorum ſaecula amen. OMNIVM RERVM VICISSITVDO EST.*

II. pag. 191. Eiuſdem ſuper Geneſim ad litteram Libri XII. Tom. III. a pag. 117. ad 324.

Cod. membranac. Ms. in fol. Saec. XV. elegantiſſime ſcriptus & hic manu, ut videtur, Antonii Sinibaldi. Conſtat foliis ſcriptis 340.

D. AVG. QVAESTIONES SVPER GENESIM.

Adde

Eiuſdem Auguſtini alia, Philonis Iudaei Liber quaeſtionum, & ſolutionum, Euſebii Corradi Opuſculum, & Poſſidii Calamenſis Liber.

PRima huius egregii Codicis pagina D. Auguſtinum pontificalibus veſtibus indutum exhibet, una cum ſtemmate Leonis X. a quo fortaſſe redemtus fuit, quum ex epigraphe in calce adpoſita conſtet Codicem hunc pro Rege Hungariae Matthia Corvino fuiſſe exaratum. Habentur autem in hoc quae ſequuntur Opera, nimirum Cod. X.

I. pag. 1. D. Aurelii Auguſtini Quaeſtionum in Heptateuchum Libri VII. ut in Cod. IV. §. II. Heic tamen nulla praevia Retractatio eſt, nulluſque Capitum elenchus, ut in illo. Habes autem in edit. Tom. III. a pag. 379. ad pag. 624.

II. p. 196. *b.* Liber quaeſtionum, & ſolutionum Philonis Iudaei in Geneſim: ſunt autem quaeſtiones CII. quarum prima inc. *Quare* XL. *annorum erat Iſaac quum nupſiſſet ei Rebecca? Solutio. Nuptiae maturae ſapienti quadragenariae ſunt; bonum eſt enim prius exerceri & concreſcere eruditionum directis ſpectaculis*. Vltima deſ. *Illi namque pro corona adipiſcenda ſpecies geſtant optimas pro victoria & laude exercitii: hi vero uſque ad tenebras peregrinando deveniunt*. Vide quae de hoc Philonis Opere deperdito refert Fabricius Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 4. Tom. III. pag. 110.

III. p.

(1) De his nulla apud Montfaucon. mentio in Catalogo.

(2) Quod in notitia huiuſce Codicis adfirmat Montfauconius in ſuo Catalogo, *Scriptum fuiſſe Florentiae anno* 1438. *pro Sereniſſimo Matthia Rege Hungariae*, in hunc Codicem minime convenit, qui nullam eiuſmodi ſubſcriptionem habet, ſed in ſequentem.

Digitized by Google

III. p. 219. B. Auguſtini liber de timore Domini. Inc. *Divinarum ſcripturarum multiplicem abundantiam latiſſimamque doctrinam.* Deſ. *ut ſenilis ſermo non ſolum ſit gravis, ſed etiam brevis.* Eſt Sermo CCCL. Tom. V. Part. II. pag. 1348. ubi inſcribitur: *De charitate.*

IV. pag. 220. Eiuſdem de fide. Eſt Sermo CCCXLVI. cui titulus: *De peregrinatione noſtra in hac vita per fidem.*

V. pag. 221. *b.* Eiuſdem de timore. Eſt Sermo CCCXLVII. inſcriptus *de timore Dei I.*

VI. pag. 223. Eiuſdem de timore. Eſt Sermo CCCXLVIII. *de timore Dei II.* Tum haec in Codice ſubiiciuntur: *Explicit Liber Beati Auguſtini de Timore Domini.*

VII. pag. 225. *b.* Eiuſdem de vera religione Liber unus, praevia Retractatione ex Lib. I. Cap. XIII. Operum Tom. I. a pag. 747. ad pag. 788.

VIII. pag. 259. Eiuſdem de beata vita Liber unus, praevia Retractatione ex Libro I. Cap. II. Ibid. a pag. 298. ad p. 312.

IX. p. 271. *b.* Eiuſdem de aſſumptione Beatae Virginis Mariae in corpore & anima Liber. Tom. VI. a pag. 249. ad p. 254. inter ſuppoſitos.

X. pag. 276. *b.* Euſebii Corradi (1) Mediolanenſis, Canonici Regularis Congregationis Lateranenſis, ad ſanctiſſimum D. N. Sixtum IV. Pont. Max. pro auferendo de Eccleſia errore ſcribentium, S. Auguſtinum Eccleſiae Doctorem fuiſſe Eremitam, Libellus cum Prooemio, quod inc. *Non multorum more dicentium.* Deſ. *ditare potes Eccleſiam.* Liber vero inc. *Ante omnia, fratres chariſſimi.* Deſ. *non indicatur.*

XI. pag. 281. Poſſidii Calamenſis Epiſcopi de vita & moribus S. Auguſtini, quocum annis fere quadraginta vixit, Liber. In App. ad Tom. X. Operum D. Auguſtini P. II. a pag. 259. ad pag. 280. In fine vero ita ſe prodit exſcriptor Codicis: *Antonius Sinibaldus Florentinus ſcripſit Flo. anno Domini M. CCCC. LXXXIX. pro Sereniſs. Math. R. Vngariae.*

Cod. membr. Ms. elegantiſſime exaratus in fol. Saec. XV. Conſtat foliis ſcriptis 300.

D. AVGVSTINI HOMILIAE IN EVANG. D. IOANNIS.

Cod. XI. IN hoc ſplendidiſſimo, ac pulcherrimis picturis inſtructo Codice, qui Mediceis item geſtit inſignibus, continentur, ut ex praemiſſo titulo aureis & caeruleis litteris exarato patet, Divi Auguſtini Hipponenſis Epiſcopi ſuper Evangelium beati Ioannis Evangeliſtae Homiliae CXXVI. in duas partes diviſae, quarum prima LV. altera LXXI. Sermones continet. Exſtant in edit. cit. Tom. III. Part. II. a pag. 289. ad pag. 826. ubi ſunt CXXIV. eo quod poſt Sermonem XVIII. qui deſinit: *& ſanitatem ſaevientium requirebat,* edit. pag. 427. ſubſequatur alius in Codice, qui inc. *Haec auribus, & cordibus veſtris nota ſunt: reparant tamen dicentis affectum, & quodammodo commemorata innovant nos.* Deſ. *nam neque ſatiaberis, ut velis diſcere, neque aliquid didiceris, ut quaſi inopiam patiaris.* Sermo vero LXV. Partis ſecundae Codicis dividitur in duos, quorum alter notatus numero LXVI. incipit a verbis: *De eo quod dicit: Vna ſabbati &c.* ut in cit. edit. pag. 805. §. 6. In fine rubris & maioribus litteris ita ſe ſubſcripſit amanuenſis: *Hanc Aurelii Auguſtini expoſitionem Iohannes Franciſcus Martius Geminianus Magnifici Laurentii de Medicis ſumptibus feliciter exſcripſit.*

Codex membr. Ms. in fol. Saec. XV. eleganti ſſimus, cum initialibus Sermonum litteris aureis. Conſtat foliis ſcriptis 404.

D. AVGVSTINI DE CIVITATE DEI.

Adde

Anonymi Hiſtoria de D. Auguſtino.

I. pag. 1. S. Aurelii Auguſtini Hipponenſis Epiſcopi ad Marcellinum de Civitate Dei contra Paganos Libri XXII. cum Capitum elencho ſingulis praevio; primo vero Libro etiam Prologus praecurrit ex Libro II. Retractationum Cap. XLIII. Tom. VII. a pag. 1. ad pag. 702. Tum haec ſubſcriptio rubris litteris eſt adpoſita: *Aurelii Auguſtini Hipponenſis Epiſcopi vigeſimus ſecundus liber & ultimus de Civitate Dei feliciter explicit. Totum autem hoc opus tranſcriptum fuit per me Gandulphum de Abbatibus civem & notarium Mutinenſem anno Domini MCCCCLXV. die VIIII. menſis Aprilis, indictione tertia decima.* Cod. XII.

II. pag. 219. Incerti Auctoris Hiſtoria de operibus & virtutibus S. Auguſtini. Inc. *Auguſtinus hoc nomen ſortitus eſt, vel propter excellentiam dignitatis, vel propter fervorem dilectionis, vel propter etymologiam nominis: propter excellentiam dignitatis, quoniam ſicut Imperator Auguſtus praecellebat omnes reges, ſic & ipſe excellit omnes Doctores. ſecundum quod dicit Remigius. Eius vitam compilavit Poſſidius Calamenſis Epiſcopus, ut dicit Caſſiodorus in libro de Viris Illuſtribus.* Deſ. *Monachi neceſſitate compulſi illa inde auferre curarunt.* Notanda interim eſt hiſtoriola quaedam, quae ſub finem (pag. nimirum 223.) legitur his verbis expreſſa: *Circa annum Domini treceteſimum duodecimum,* (intellige ſupra mille) *quidam viri graviter infirmi plus numero quam quaquaginta &c.*

(1) Euſebius Corradus Mediolanenſis, Canonicus Regularis, pro aſſerendo Canonicorum ſuorum iure adverſus Eremitanos Fratres, & Benedictinos Monachos calamum ſtrinxit. Quum enim quatuor Eccleſiae Doctorum Statuae in principe Mediolanenſi Eccleſia collocandae eſſent, Regulares Canonici apud fabricae Praefectos inſtiterunt, ut S. Auguſtinus Canonica veſte indutus effingeretur: contra Eremitani more ſuo cucullatum volebant. Euſebius nonnulla ea occaſione ſcripſit, ac prae reliquis opuſculum, quod in hoc Codice habetur. Viciſſe Eremitanos notat Saxius in Hiſt. Typogr. Med. pag. 183.

Digitized by Google

quadraginta de Gallia & Germania, Romam ibant ad viſitanda limina Apoſtolorum, quorum curvi ſcannis, quidam in terra ſe repebant, alii baculis ſe ſuſtentabant, alii oculis excaecati poſt alios pergebant, qui montes tranſeuntes ad locum, qui dicitur Cartonaria appulerunt. Quum autem paene ad locum, qui Cava dicitur adveniſſent, tribus miliariis diſtantem a Papia, Auguſtinus Pontificalibus ornatus de Eccleſia quadam in bonore ſanctorum Damiani & Coſmae conſtructa exiens, cunctis apparuit, eoſque ſalutans, quo tenderent inquiſivit; qui quum ei quo tenderent, reſpondiſſent, adiecit: ite Papiam, & Coenobium S. Petri, quod dicitur Caelum Aureum veſtigate; nam ibi miſericordiam, quam optatis, habebitis. Interrogantibus de nomine ſuo, ait: Ego ſum Auguſtinus, quondam Hipponenſis Epiſcopus; ſtatimque ab oculis eorum evanuit. Illi autem Papiam pergentes, quum ad dictum Monaſterium perveniſſent, ac ibidem corpus S. Auguſtini requieſcere didiciſſent, omnes coeperunt cum orationibus & lacrymis exclamare: Sancte Auguſtine libera nos: ad clamores quorum Monachi, & cives excitati ad tam grande ſpectaculum concurrerunt. Et ecce ex nervorum diſtenſione multus coepit ſanguis effluere: quum autem ad ſepulcrum S. Auguſtini veniſſent, fiunt omnes ſanitati integre reſtituti &c. Quiſque ſanae mentis diiudicare facile poteſt, cuius ſit iſta confictio.

Codex membr. Ms. in 4. maiori, Saec. XV. bene ſervatus, minutis, & compendiariis litteris exaratus, cum ſtemmate familiae cuiuſdam in principio. Conſtat foliis ſcriptis 223.

D. AVGVSTINI HOMILIAE.

Et alia Opera.

Cod. XIII. I. pag. 1. IN hoc admirandae pulcritudinis Codice, cui Mediceum ſtemma praefigitur mirifice illuminatum, & Operum argumenta intra tredecim circulos aureos incluſa, occurrunt primo S. Auguſtini Sermones L. qui uſque ad XXVI. incluſive concordant cum editis; deinceps hoc ordine procedunt: XXVII. in Codice, eſt L. in edit.

XXVIII.——cxx. ſed quatuor verſibus auctior in principio, qui deſiderantur in Codice.

XXIX.——xvii.
XXX.——xlii.
XXXI.——l. Incipit a Cap. 2. & progreditur uſque ad initium §. 8.
XXXII——xxxiii. Incipit a §. 3. & progreditur uſque ad §. 9. ſed contractior in Codice.
XXXIII.——lxxii. In App.
XXXIV.——liv. In App.
XXXV.——cxlii.
XXXVI.——cccxv. In App.
XXXVII.——xliv.
XXXVIII.——ccclxviii.
XXXIX.——ccclxxxv.
XL.——cccxi. In App.
XLI.——ccxi.
XLII.——cccxciii.
XLIII.——lviii.
XLIV.——cxxxv.
XLV.——ccxc.
XLVI.——ci. In App.
XLVII.——lvi. In App.
XLVIII.——cccx. In App.
IL.——lxxxviii. In App.
L.——cccxciii.

II. pag. 98. Eiuſdem de bono perſeverantiae. Tom. X. P. I. a pag. 821. ad p. 858.

III. pag. 120. De vita beata, praevia Retractatione, ut ſupra in Cod. VII. §. XXVII.

IV. pag. 130. De ſancta Virginitate cum Retractatione ex Libro II. Cap. XXIII. Tom. VI. a pag. 341. ad pag. 368.

V. pag. 146. De virginitate B. Mariae. Inc. *Exhortatur nos Dominus Deus noſter pariter & admonet dicens: Audi Iſrael, Dominus Deus tuus unus eſt. Deus bic noſter non poteſt aeſtimari, non poteſt eſſe minor, non poteſt numerari.* Deſ. *donatum eſt charitati.*

VI. pag. 155. De natura boni. Tom. VIII. a pag. 502. ad pag. 518.

VII. pag. 165. De divinatione Daemonum. Tom. VI. a pag. 505. ad pag. 514.

VIII. pag. 171. Liber de moribus Eccleſiae Catholicae Capitibus conſtans LXVII. praevia Retractatione ex Libro I. Cap. VII. Tom. I. a pag. 687. ad pag. 716.

IX. pag. 193. De octo Dulcitii quaeſtionibus, praevia Retractatione ex Lib. II. Cap. LXV. Tom. VI. a pag. 122. ad pag. 140.

X. pag. 206. *b.* Contra quinque hoſtium genera. Tom. VIII. a p. 2. ad p. 12. in App.

XI. pag. 218. *b.* De decem plagis. In Append. ad Tom. V. Part. II. pag. 42. ſub num. xxi.

XII. pag. 221. Quaeſtiones Oroſii ad S. Auguſtinum. Tom. VI. a pag. 7. ad p. 18. inter ſuppoſ. ubi hunc habent titulum: *Quaeſtionum ſexagintaquinque Dialogus ſub titulo Oroſii percontatoris, & Auguſtini reſpondentis.*

XIII. pag. 235. S. Auguſtini Liber contra Epiſtolam Manichaei, quam vocant Fundamentum. Tom. VIII. a pag. 151. ad p. 182.

Cod. membr. Ms. in fol. Saec. XV. elegantiſſimus, & ornatiſſimus, ſcriptus fortaſſe ab Antonio Sinibaldo. Conſtat foliis ſcriptis 255.

D. AVGVSTINI SERMONES.

HIc eximiae pulcritudinis Codex, picturis itidem ut ſuperiores, & Mediceis ſuperbiens inſignibus, D. Auguſtini Sermones continet LXXXIV. in duas partes diviſos, *Cod. XIV.* quarum prima LI. altera XXXIII. complectitur. Horum praevia eſt tabula, inſcriptiones ſingulorum, & initia repraeſentans (1); ordo vero ſequens.

I. p. 4. De cantico novo. Tom. VI. a pag. 590. ad pag. 598.

(1) Qui Codicis pagellas numeravit, has tres priores omiſit.

II. p. 9. De quarta feria. Ibid. a p. 598. ad pag. 602.

III. p. 14. De Catechiſmo (corr. *de Cataclyſmo*). Ibid. a pag. 602. ad pag. 608.

IV. p. 21. *b.* De tempore barbarico. Ibid. pag. 608. in Append.

V. p. 25. *b.* De praedeſtinatione gratiae Dei. Ibid. a pag. 608. ad pag. 614., & Tom. X. App. p. 44. ſuſpecto auctore, & ſub alio titulo.

VI. p. 35. De benedictionibus Eſau, & Iacob. Inc. *Quid eſt quod ſub ſpecie Eſau benedicitur Iacob &c.* Exſtat Ms. in Biblioth. Venet. Beſſarionis Cod. LXIX. Vide Catalog. p. 44.

VII. p. 42. De luctatione Iacob. T. VI. n. v.

VIII. p. 46. *b.* De eo quod apparuit Dominus Moyſi in rubo. Ibid. ſub num. VI.

IX. p. 48. De cantico Exodi. CCLXIII.

X. p. 51. Sermo habitus ad menſam S. Cypriani de verſu Pſ. II. *Erudimini &c.* XIII.

XI. p. 54. De verſu Pſalmi, *Tibi derelictus eſt pauper &c.* XIV.

XII. p. 56. *b.* Expoſitio ſuper Pſalmum XXII. *Dominus regit me &c.* CCCLXVI.

XIII. p. 59. *b.* De VIII. verſu Pſalmi XXV. *Domine dilexi decorem domus tuae.* XV.

XIV. p. 63. De III. verſu Pſalmi XLIX. *Deus enim manifeſtus veniet.* XVIII.

XV. p. 65. De humilitate agendae poenitentiae, & de Pſalmo L. *Miſerere mei Deus &c.* CCCLII.

XVI. p. 72. De verſu eiuſdem Pſalmi, *Cor mundum crea in me Deus.* XX.

XVII. p. 74. *b.* De eo quod ſcriptum eſt in Pſalmo LXIII. *Iucundabitur iuſtus in Domino.* XXI.

XVIII. p. 78. *b.* De III. verſu Pſalmi LXVII. *Sicut deficit fumus deficiant.* XXII.

XIX. p. 82. *b.* Sermo habitus in Baſilica Fauſti de verſu Pſalmi LXXVII. *Tenuiſti manum dexterae &c.*, & de viſione Domini. CCLVIII.

XX. p. 86. *b.* De verſu Pſalmi LXXXI. *Deus quis ſimilis tibi.* XXIV.

XXI. p. 89. *b.* De ſacrificio veſpertino. CCCXLII.

XXII. p. 91. *b.* De iudicio Salomonis inter duas meretrices. X.

XXIII. p. 95. *b.* De verbis Michaeae prophetae C. VI. ubi dicitur: *quid dignum offeram Domino carnem genu* (ſic) *Deo excelſo.* XLVIII.

XXIV. p. 97. *b.* De eadem re Sermo habitus ad menſam S. Cypriani. XLIX.

XXV. p. 101. De eo quod dicit Eſaias propheta: *Quid mihi multitudo ſacrificiorum veſtrorum*, & de Capitulo Evangelii (Lucae 5. 37. 38.) *remittite, & remittetur vobis.* XLII.

XXVI. p. 102. De excidio Vrbis Romae. Tom. VI. a pag. 622. ad pag. 628.

XXVII. p. 106. Tractatus de paſtoribus. Inc. *Qui paſtorum nomen audire volunt, implere volunt quid ad eos per Prophetam dicitur.* Deſ. *qui nos cogunt ad unitatem.* Eſt Sermo XLVI. ſed in principio aliquantulum ab edito diſcrepat.

XXVIII. p. 120. *b.* De ovibus Chriſti in Exechiel Cap. 34. XLVII.

XXIX. p. 133. De eo quod ſcriptum eſt in Proverbiis Salomonis: *Si ſapiens fueris, tibi, & proximis tuis eris, ſi autem malus evaſeris, ſolus hauries mala.* XXXV.

XXX. p. 134. De eo quod ſcriptum eſt in Proverbiis: *Sunt qui divites ſe affectant nihil habentes &c.* XXXVI.

XXXI. p. 138. De lectione Proverbiorum Salomonis: *Mulierem fortem quis inveniet.* XXXVII.

XXXII. p. 146. *b.* De eo quod ſcriptum eſt in Eccleſiaſtico: *Fidem poſſide cum proximo in paupertate ipſius.* XLI.

XXXIII. p. 149. *b.* De eo quod ſcriptum eſt in Eccleſiaſtico: *Concordia fratrum, & amor proximorum.* CCCLIX.

XXXIV. p. 154. *b.* De amore Dei, & proximi. CCCXIV.

XXXV. p. 158. De eadem re. CCCXLIX.

XXXVI. p. 160. De pace, & charitate. CCCLVIII.

XXXVII. p. 162. *b.* De laude pacis. CCCLVII.

XXXVIII. p. 165. De gratia Dei. Inc. *Lectionibus, canticis, ſermonibuſque Divinis.* Deſ. *quaſi ſibi aliquid dederit: Qui gloriatur, in Domino glorietur.* Ms. in Bibl. Ven. Cod. 69. Catal. pag. 46.

XXXIX. p. 167. *b.* De timore Domini. CCCXLVIII.

XL. p. 168. *b.* De tribulationibus, & preſſuris Mundi. Inc. *Quotieſcumque preſſurae, ſeu tribulationis aliquid patimur, admonitiones ſunt, & ſimul correptiones noſtrae.* Deſ. *ergere ſplendore mercedis.* Ms. in Bibl. Ven. Cod. cit.

XLI. p. 169. *b.* De lapſu mundi, & avaritia. LX. ſub alio titulo.

XLII. p. 173. *b.* De continentia, & ſuſtinentia. XXXVIII.

XLIII. p. 177. De patientia. Tom. VI. a pag. 533. ad pag. 546.

XLIV. p. 185. De generalitate Eccleſiarum (1). Inc. *Sunt qui exiſtimant, Eccleſias iuſtis tantummodo eſſe praebendas.* Deſ. *maxime autem ad domeſticos fidei.* Ibid. pag. 300. in Append.

XLV. p. 186. De baptiſmo parvulorum contra Pelagianos die Nativitatis S. Ioannis. Tom. V. ſub num. CCXCIV.

XLVI. p. 193. *b.* De eo quod Chriſtus in Scripturis Sanctis tribus modis intelligitur. CCCXLI.

XLVII. p. 198. *b.* Ad vigilias Maximiani de quodam Donatiſta, qui reverſus eſt ad Eccleſiam. CCCLX.

XLVIII. p. 199. Sermo B. Maximiani Epiſcopi, vel Auguſtini in traditiones Symboli. Inc. *Quum apud Patres noſtros, ſicut Liber Iudicum refert, quaedam Iſraeliticae tribus.* Deſ. *hoc eſt Symbolum, quod viventes ſanctificat, & mortuos reducit ad vitam.* Ms. in Cod. 69. Bibl. Ven. Catal. pag. 46.

XLIX. p. 201. De vanitate huius ſaeculi. Inc.

(1) Alias *eleemoſynarum.*

Digitized by Google

li. Inc. *In hac vitae poſiti fratres ita agite*. Deſ. *& dicant ſemper: magnificetur Dominus, qui volunt pacem ſervi eius*. Tom. VI. pag. 292. in App. Includuntur & ea quae ſunt Eligii.

L. p. 204. De perſecutione Chriſtiana. Ibid. pag. 368.

LI. p. 205. *b.* De bono diſciplinae. Inc. *Multi ſunt, qui ſanae doctrinae adverſantur*. Deſ. *ut ea, quae religioſis actibus competunt, ſequenti tempore differamus*. Ibid. p. 295. Valeriano Gymolęnſi reſtitutus.

LII. p. 208. *b.* De verſu 66. Pſalmi CXVIII. *Bonitatem, & diſciplinam, & ſcientiam doce me*. Eſt Sermo LV. in App. Tom. V.

I. p. 210. Sequitur Sermonum pars ſecunda, ac primo quidem Sermo de Symbolo, ſeu de redditione Symboli. CCXV.

II. p. 212. *b.* De Oratione Dominica. LVI.

III. p. 218. *b.* De quatuor virtutibus ſanctae charitatis. CVI.

IV. p. 221. *b.* De timore Dei. CCCXLVI. Vid. Editorum notam.

V. p. 222. *b.* De charitate. CCCL.

VI. p. 223. *b.* De fide excerptus ex primo Libro de Doctrina Chriſtiana. Inc. *Haec dicimus, & haec docemus, chariſſimi, quod Deus lux eſt*. Deſ. *ſed etiam cum delectatione faciamus*. Ms. in cit. Cod. Veneto 69. Cat. p. 46. At minime in primo Libro de Doctrina Chriſtiana agitur de iis, quibus Sermo conſtat.

VII. p. 227. *b.* De diſciplina Chriſtiana. Tom. VI. a pag. 581. ad pag. 590.

VIII. p. 230. De decem chordis. Eſt Sermo IX. Habes & in Cod. V. §. XV.

IX. p. 240. De decem plagis, & de decem praeceptis. XXI. in App.

X. p. 243. De bono Latrone, ut in Cod. V. §. XVII. Exſtat & in Biblioth. Patrum ſub nomine Euſebii.

XI. p. 246. De eo quod nihil eſt gloria mundi. Tom. VI. pag. 367. App.

XII. p. 247. De obedientia, & humilitate. Tom. VI. App. a pag. 297. ad pag. 298. veluti fragmentum incerti auctoris.

XIII. p. 248. *b.* De eleemoſynis faciendis. CCCLXXXIX.

XIV. p. 252. *b.* De periurio. CLXXX.

XV. p. 256. *b.* Ad iuvenes. CCCXCI.

XVI. p. 259. De timore Dei. CCCXLVII.

XVII. p. 261. De Adam. Inc. *Nemo qui neſciat in principio hominem a Deo plaſmatum*. Deſ. *regnum infinitum in aevum*. Ms. in Cod. Bibl. Ven. 69. Cat. pag. 47.

XVIII. p. 263. *b.* De Ioſeph. XLII. in App. Caeſario tributus.

XIX. p. 265. De Paſcha. CCXXX.

XX. p. ead. *b.* De Paſcha. Inc. *Non minus etiam nunc laetari debemus: heſterno laetati ſumus*. Deſ. *promittit illico eſſe reddendam reſurrectionis auroram, qui vivit &c.* Ms. in eodem Codice.

XXI. p. 267. De Paſcha. CCXXXV.

XXII. p. 268. In Paſcha. CCXXXVI.

XXIII. p. 269. De Paſcha. CCXXVIII.

XXIV. p. 270. De Paſcha. Inc. *Hoc quod videtis in altare Dei*. Deſ. *ſed Teſtamentum contra ſe*. Ms. in cit. Cod.

XXV. p. ead. *b.* De Paſcha. CCLIX.

XXVI. p. 274. De Nativitate Domini. Inc. *Quid eſt quod audivimus, fratres, dicentem Dominum, qui credit in me*. Deſ. *ſubrepat ſomnus oblivionis*.

XXVII. p. 275. *b.* De Nativitate Domini. Inc. *De eo quod Evangeliſta dicit, In principio erat Verbum, & quod in Geneſi ſcriptum eſt: In principio fecit Deus caelum, & terram*. Deſ. *niſi credideritis, non intelligetis*. Ms. in cit. Cod. Bibl. Ven. 69. Cat. p. 47.

XXVIII. p. 276. *b.* De Nativitate Domini. Inc. *Conſulte, & ſalubriter divina nobis eloquia*. Deſ. *ut eiſdem veſtigiis, quibus primus homo perierat, ſecundus ſalvaretur*. Ms. in cit. Cod.

XXIX. p. 278. De Nativitate Domini. Inc. *Audiſtis, fratres, quemadmodum nobis beatus Evangeliſta generationis Chriſti retulit ſacramentum*. Ms. in cit. Cod. Bibl. Ven.

XXX. p. 280. De Apparitione Domini. CCI.

XXXI. p. 281. *b.* De Apparitione Domini. CC.

XXXII. p. 283. De S. Vincentio. CCLXXVII.

XXXIII. p. 289. De gratia Dei. CLXVIII.

XXXIV. pag. 291. *b.* De S. Vincentio. CCLXXVI. In fine rubris litteris amanuenſis ſubſcriptio legitur: *Explicit ſecunda pars Sermonum B. Auguſtini Epiſcopi Hipponenſis: finis totius operis feliciter. XV. April. MCCCCLXXXXI.*

Codex membran. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus. Conſtat foliis ſcriptis 291.

D. AVGVSTINI SERMONES.

Cod. XVI.

I. pag. 1. D. Auguſtini Sermones de Verbis Domini LXIV. & quidem ſecundum veterem ordinem, qui exhibetur in Indice Tom. V. cit. edit. Primus enim eſt, qui inc. *Evangelium audivimus, & in eo Dominum &c.* Vltimus vero inc. *Sancta & divina eloquia &c.* Aliquod tamen diſcrimen animadvertimus: ille enim, qui inc. *Magna quaeſtio eſt*, in dicto indice ſub num. XI., in Codice habetur inferius ſub num. XX. praeterea Sermo XIV. (in Cod. XIII.) cuius initium: *Audivimus & quodammodo &c.* diverſe incipit in Codice, ſcilicet: *Quum Evangelium legeretur, audivimus navicellam periclitantem &c.* Tum Sermo XXVII. qui inc. *Sanctum Evangelium quum legeretur, audivimus a femina religioſa ſuſceptum &c.* deſideratur in Codice: huius tamen defectum ſupplet alter Sermo, nempe ultimus, qui in dicto indice non inter Sermones de Verbis Domini, ſed inter illos de Verbis Apoſtoli recenſetur; ex quo fit, ut tota Sermonum ſumma eadem ſit tam in edito, quam in Ms. Notandum denique eſt Sermones illos quinque, qui in memorato Indice *omiſſi* dicuntur eo quod alibi reperiantur, in Codice ſuo loco integros haberi: contra vero ex Sermone XXVII. (in edit. XXVIII.) cuius initium: *Apoſtoli ſancti &c.* initium tantum adferri in Co-

Digitized by Google

Codice, primos ſcilicet verſus quatuor, ac reliqua praetermitti.

II. pag. 212. *b.* Eiuſdem Liber de vita Chriſtiana. Tom. VI. in Append. a pag. 183. ad pag. 192.

III. pag. 227. Sermo de divite, & Lazaro paupere. Inter Sermones ſub num. CCLXVII.

IV. pag. 228. *b.* De Symbolo contra Iudaeos, Paganos, & Arianos. Tom. VIII. in App. a pag. 11. ad pag. 20.

V. pag. 242. *b.* Sermo de charitate. CCCL.

VI. pag. 245. *b.* Sermo de confeſſione. Inc. *Omnipotentis Dei miſericordia ab humano genere non deerit*. Deſ. *promiſſo praemio eius*. Non invenimus.

Cod. membranac. Ms. in fol. Saec. XV. pulcherrimae ſupra quam dici poſſit ſcripturae, cum eleganti pictura in principio, effigie D. Auguſtini, ſtemmate Leonis X. Pont. Max. ad quem fortaſſe pertinuit, atque initialibus Sermonum litteris aureis, & illuminatis. Conſtat foliis ſcriptis 247.

D. AVG. DE CIVIT. DEI.

Cod. XVI. D. Auguſtini de Civitate Dei Libri XXII. praevio in primis decem foliis Capitum totius Operis elencho. Inc. Lib. I. *Glorioſiſſimam Civitatem*. Deſ. Lib. ultimus: *Deo mecum gratias congratulantes agant*. Subiicitur Retractatio ex primo Libro Retractationum Cap. LXIX. ut in edit. cit. Tom. VII. a principio uſque ad finem.

Cod. membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. bene ſervatus, ac minuto charactere exaratus, cum pictura in prima Operis pagina, ac effigie S. Doctoris, Epiſcopalibus veſtibus induti, cui nigram Auguſtinianorum cucullam non ſatis doctus pictor adiecit. Conſtat foliis ſcriptis 284.

D. AVGVSTINVS DE CIVITATE DEI.

Cod. XVII. HVic S. Auguſtini Operi ſequens praefigitur titulus, maiori charactere, partim rubro, partim viridi conſcriptus: *Incipit Liber de Civitate Dei Sancti Auguſtini Epiſcopi mirifice diſputantis adverſus Paganos & Daemones eorum Deos ab exordio mundi uſque in fines ſaeculi*. Praecurrunt item Tabulae quatuor, quae ſanctam Civitatem, & errores Paganorum exhibent, ab imperito pictore, prout ea aetas ferebat, delineatae, qui initiales quoque litteras figuris quibuſdam rudibus, ac Chriſtianorum veterum ſymbolis expreſſit. Praecedit item *ſententia beati Auguſtini Epiſcopi de libro retractationum in libros ſuos, quos de Civitate Dei compoſuit*, ut in aliis Codicibus. Volumen claudit paragraphus, in quo mentio fit de ſententia, quam ex Timaeo Platonis ſumit, & in XIII. Libro huiuſce Operis ponit D. Auguſtinus, ac praeterea ſequens ſchemation

Coniectura Bedae.

Patrum	*Venit*	*Argentum*
Patriae	*Victor*	*Aurum*
Profectus	*Vitalis*	*Aufert*
Regnum	*Vicit*	*A vobis*
Romanorum	*Vivos*	*Fame*
Ruit	*Vrb*	*Ferro*
	Vrbis	*Frigore*

Cod. membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. ineuntis, optime exaratus, dignus certe qui conferatur cum edito, in cuius calce legitur: *Liber Petri de Medicis Coſ. fil.* Conſtat foliis ſcriptis 226.

D. AVGVSTINVS DE CIVITATE DEI.

D. Auguſtini de Civitate Dei Libri XXII. ad Marcellinum Epiſcopum contra Paganos, ut in ſuperioribus Codicibus, Retractatione excepta, quae heic deeſt. In primis decem foliis Capitum totius Operis elenchus deſcribitur accuratiſſime, ſingulorum titulos, & initia repraeſentans, adiecto etiam paginarum, in quibus incidunt, numero. Prima Operis pagina elegantiſſime depicta eſt, & initialis littera effigiem Sancti Epiſcopi volumen clauſum ſuſtinentis exhibet. Cod. XVIII.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. optimae notae, in cuius interno tegumento legitur: *Adi 18. di Marzo 1558. fu viſto queſto Libro da Frate Carlo Sparancoli Coadiutore di Meſſer Alexandro Machiavelli Inquiſitore*. Conſtat foliis ſcriptis 281.

D. AVG. DE CIVITATE DEI.

DEficerent me quidem verba, ſi hunc praeſtantiſſimum, & admirandae pulcritudinis Codicem deſcribere vellem, quem & aurei tituli, & picturae ſingulis libris praemiſſae, cum puerulis, thoreumatibus, volatilibus, ac reptilibus innumeris artificioſe expreſſis, ſummopere commendant. Primo igitur circulus aureus, quem alati pueri tredecim undequaque ſuſtentant, aureis maioribus litteris Operis titulum exhibet incluſum, & quidem ita: *Aurelii Auguſtini, Epiſcopi Hipponenſis, Doctoris Clariſſimi, de Civitate Dei ad Marcellinum Epiſcopum contra Paganos Liber primus incipit feliciter*. In prima Operis pagina cum pueris item alatis ferme innumeris, quadrupedibus, volatilibus, monſtris quoque mira arte diſpoſitis depicta, Sanctus Auguſtinus in littera initiali ante Sacram Triadem genuflexus exprimitur: pavones tres inferius locati ſub pedibus emblema in faſciola oſtentant, quod ita habet REGARDE MOI. Mediceo item ſtemmate ſuperbit Codex, in cuius fine legitur poſſeſſoris nomen: *Liber Petri de Medicis Coſ. F.* Cod. XIX.

Codex membr. Ms. in fol. Saec. XV. Conſtat foliis ſcriptis 355.

D. AVG.

Digitized by Google

D. AVG. DE CIVITATE DEI.

Cod. XX. S. Auguſtini Libri XXII. de Civitate Dei, praevia Retractatione, & tabula ad finem ſubiecta. Prima pagina non ineleganti pictura inſtructa eſt, ac poſſeſſoris ſtemma praeſefert, de quo mihi non conſtat.

Cod. membr. Ms. in fol. Saec. XIV. optime ſervatus. Conſtat foliis ſcriptis 309.

D. AVG. DE CIVITATE DEI.

Cod. XXI. S. Auguſtini Epiſcopi de Civitate Dei Libri XXII. praevia Retractatione, & antiquiſſima pictura eiuſdem ſancti Doctoris ſtantis, Graeco more induti, qui dextra clauſum volumen ſuſtinet, ſiniſtra videtur benedicere erectis duobus digitis, indice, & medio: caput vero nimbo circumdatum habet: maximis hinc inde litteris aureis legitur: *Hipponenſium Epiſcopus atque Doctor Sanctus Auguſtinus. In nomine Dei ſummi incipiunt Libri Sancti Auguſtini Epiſcopi de glorioſiſſima Civitate Dei num. XXII.* Inde in altera pagina grandioribus item litteris ita inſcribitur Liber I. *Incipit Liber primus Aurelii Auguſtini Epiſcopi de Civitate Dei contra Paganos.* Claudit poſtremum Librum ſequens εὐλογία: *Gloria & honor Patri, & Filio, & Spiritui Sancto omnipotenti in excelſis Deo in ſaecula ſaeculorum Amen.* (1) & haec alia: *Explicit Domino adiuvante Liber XXII. Sancti Auguſtini Epiſcopi de Civitate Dei.*

O Aureli Doctor noſtrorum cuſtos ſemper adeſto.

In averſa tandem poſtrema pagina occurrit *Sententia, quam Beatus Auguſtinus de Timaeo Platonis ſumit*, quae etiam aderat in altero antiquo Codice XVII. huius Plutei.

Cod. membr. Ms. in fol. Saec. XII. venerandae maieſtatis, & characteribus Langobardis ſcriptus, in fronte cuius legitur: *Hunc vetuſtum, emendatumque librum Auguſtini de Civitate Dei . . .* cetera expuncta ſunt a recenti fortaſſe poſſeſſore, qui nomen ſuum ita ſubdidit: *Mitia fata mihi. Franciſci Saxetti Thomae filii civis Florentini.* Conſtat foliis ſcriptis 291.

D. AVG. DE TRINITATE.

Adde

Eiuſdem Auguſtini Sermones aliquot, Alcuini de Trinitate Libri III. & Fidei Catholicae Recapitulatio.

Cod. XXII. I. pag. 1. D. Aurelii Auguſtini de Trinitate Libri XV. cum Epiſtola nuncupatoria ad S. Fratrem & Conſacerdotem Papam Aurelium. Oper. Tom. VIII. a pag. 749. ad pag. 1004.

II. pag. 178. Alcuini (2) de Trinitate Libri tres, praevia Epiſtola ad Carolum Imperatorem, quae inſcribitur: *Domino glorioſo Carolo Imperatori Auguſtiſſimo, atque Chriſtianiſſimo humilis Levita Alcuinus in Domino Deo praeſentis proſperitatis, & perpetuae beatitudinis ſalutem.* Inc. *Dignitas Imperialis a Deo ordinata.* Deſ. *per quem cuncti credentes efficiuntur filii aeternae beatitudinis.* Tum ſequuntur hi verſus elegi:

O Rex Auguſte (3) *clariſſime, dignus honore,*
Et dux, & doctor, & decus Imperii.
Te Pater, atque Patris proles, te Spiritus Almus,
Protegat, exaltet, ſalvet, honoret, amet.
Quem Tu (4) *per populos, terras, per regna, per urbes,*
Mens pia permandet ſemper amare Deum.

Adiiciuntur Libri I. Capitula XVII. (5) quibus expletis, Prologus inc. *Quamvis* (6) *in huius exſilii aerumnoſam caecitatem.* Deſ. *pervenire poſſe certiſſimum eſt.* Liber I. inc. *Denique ad veram beatitudinem.* Liber III. deſ. *cuius nullus eſt finis. Gloria & pax a Deo Patre etc.* Inde rubris maioribus litteris adiunctum eſt: *Explicit Liber tertius Alcuini Diaconi de Fide Sanctae & individuae Trinitatis.* Sequitur denique pag. 206. *b.* Invocatio & confeſſio ineffabilis Trinitatis, miſericordiae imploratio, & gratiarum actio. Inc. *Adeſto lumen verum.* Deſ. *o beata Trinitas.*

III. pag. 207. Eiuſdem Fidei Catholicae recapitulatio. Inc. *Credimus Sanctam Trinitatem.* Deſ. *dum emiſit in cruce ſpiritum Chriſtus.* Inde maioribus rubricatis litteris legitur: *Omnis itaque creatura Sanctae Trinitati laudes ferat.* Exſtant haec omnia inter Alcuini Opera editionis Pariſienſis typis Seb. Cramoiſy MDCXVII. fol. a pag. 702. uſque ad pag. 766.

IV. pag. 211. S. Auguſtini Sermo de Poenitentia. Inter Sermones num. CCCXCIII.

V. pag. 212. Eiuſdem Sermo de virtute Patientiae. Oper. Tom. VI. a pag. 533. ad pag. 544.

VI. pag. 220. Eiuſdem Sermo ad Iuvenos. Inter Sermones num. CCCXCI.

VII. pag. 223. Eiuſdem in nativitate Mariae de hoc quod dicit: *Mulierem fortem quis inveniet?* Ibid. num. XXXVII.

Cod. membr. Ms. in fol. Saec. XV. ornatiſſimus cum effigie in principio B. Auguſtini, ſub Eremiticis Auguſtinianorum veſtibus, ſcribentis; initialibus Librorum litteris artificioſe depictis, ac ſtemmate Leonis X. Pont. Max. ad quem Codex fortaſſe pertinuit. Conſtat foliis ſcriptis 231.

D. AVG.

(1) Haec eadem concluſio legebatur etiam in Codice ſuperiori.

(2) Flaccus Albinus, ſive notiore nomine Alcuinus, Anglus, Bedae, & Egberti diſcipulus, plurium peritus linguarum, Theologus, Philoſophus, & Poeta, obiit Turonis Abbas S. Martini A. C. DCCCIV. XIV. Kal. Iun.

(3) In edit. *Auguſto*.

(4) In edit. *Tuo*.

(5) In edit. *XVI.*

(6) In edit. *In Nomine Sanctae Trinitatis. Quamvis enim in huius exſilii aerumnoſam caecitatem &c.*

Digitized by Google

D. AVG. LIB. CONFESSIONVM.

Ac praeterea

Nonnulla S. Ioannis Chryſoſtomi, Origenis, S. Hieronymi, S. Bernardi, Fr. Aegidii, ac tandem alia eiuſdem Auguſtini.

Cod. XXIII. I. pag. 1. ORatio S. Hieronymi presbyteri pro cuſtodia diei. Inc. *Mane quum ſurrexero, intende ad me Domine*. Deſ. *in ſaecula ſaeculorum. Amen*.

II. pag. 2. Divi Auguſtini Confeſſionum Libri XIII. praevia Retractatione, ut in edit. cit. Tom. I. a pag. 69. ad pag. 244. Praecurrit amanuenſis ſequens diſtichon:

Hunc celer ad fontem deſerta per arida pergat,
Quiſquis eget lacrymis, quibus impia crimina tergat.

Tum de hoc Opere teſtimonium Franciſci Petrarchae, quod ita habet: *Dominus Franciſcus Petrarcha Poëta eximius in epiſtola, quam miſit Germano ſuo, ita ait: Lege Auguſtini ſcatentes lacrymis Confeſſionum libros, de quibus quidam ridiculi homines ridere ſolent; tu vero in eis ſolamen, ac refrigerium non mediocre reperies*. Initialis littera ſanctum Doctorem pontificalibus veſtibus indutum exhibet.

III. pag. 63. Liber Ioannis Oſaurei de poenitentia, & de reparatione lapſi. Inc. *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum? opportunius multo nunc a me, quam tunc a Propheta Dei dicetur*. Deſ. *alia ultra medicamenta non quaeras*. Non adparet inter Homilias de Poenitentia relatas a Montfauconio in nupera Operum Chryſoſtomi editione Pariſienſi Tom. II. p. 277. ſeqq.

IV. pag. 69. Origenis ex Homilia X. Libri Ieſu Nave de dolo Gabaonitarum Excerpta duo. Primum inc. *Sunt quidam in Eccleſia credentes, quidam & habentes fidem*. Alterum deſ. *Iſraëliticae libertati*.

V. pag. ead. *b*. Eiuſdem ex Homilia XI. eiuſdem Libri Excerpta item duo. Primum inc. *Quum ſe anima humana verbo Dei ſociaverit*. Alterum deſ. *vel pacificus Salomon*.

VI. pag. 70. Eiuſdem ex Tractatu ſuper Ioannem. Inc. *Vox ſpiritualis aquilae auditum pulſat Eccleſiae*. Deſ. *finis & propheticarum viſionum, cui gloria cum Patre, & Spiritu Sancto Amen*. Eſt interpretatio in Evangelii ſecundum Ioannem Cap. I. Evangeliſtae textus rubrica a commentario diſtinguitur.

VII. pag. 76. *b*. Eiuſdem ex Homilia XX. in Libro Ieſu Nave Excerpta duo. Primum inc. *Si enim creditur a gentibus*. Alterum deſ. *torpeſcunt his meditationibus, & effugantur*.

VIII. pag. 77. Beati Hieronymi ad Euſtochium de virginitate ſervanda. Eſt Epiſtola XXII. Tom. I. eius Operum edit. Veronenſis in fol. anni MDCCXXXIV.

IX. pag. 92. Miracula de B. Virgine Maria Domina noſtra de Imaginibus, & quidem num. LXVII. Inc. *Apud Conſtantinopolim Iudaeus quidam Eccleſiam S. Sophiae ingreſſus, quamdam Chriſti imaginem ibidem conſpexit*. Deſ. *qui monaſterium intravit, & devote ſervivit Dominae, quoad vixit*. Notanda eſt pag. 94. *b*. hiſtoriola de D. Franciſci Stigmatibus, a Franciſcano quodam fortaſſe conficta. Inſerta ſunt etiam S. Crucis, & S. Nicolai miracula quaedam.

X. pag. 104. Sequuntur ſine principio ſententiae quaedam ex ſacris Libris & SS. Patribus excerptae. Inc. . . . *infirmitas. Alter alterius onera portate. Galat. VI. 1. Gloſſa. Onera infirmitatis invicem portamus, cum lenitate iram alterius ſuſtinemus*. Deſ. *ergo reſponde, quid tardas? Explicit amen*.

XI. pag. 107. *b*. D. Auguſtini Liber Soliloquiorum animae ad Deum, de ineffabili dulcedine Dei. In Append. ad Tom. VI. a pag. 85. ad pag. 104.

XII. pag. 121. *b*. Collationes, quas Frater Aegidius habebat cum Fratribus. Inc. *Quia ſermo Dei eſt vivis*. Deſ. *& haec ſola commendabilis. Deo gratias*. Aegidius Aſſiſias, S. Franciſci ſocius, defunctus A. C. MCCLXII. de quo Acta Sanctorum XXIII. Aprilis Tom. III. pag. 218. ſeq. Eius Collationes, & aliae aſceticae lucubrationes feruntur manuſcriptae exſtare in Bibliothecis Belgii. Aurea verba collecta a diſcipulis luci data Antuerp. MDXXXIV. 8.

XIII. pag. 123. *b*. Beati Bernardi Excerpta duo ex Libro de interiore homine, quomodo ſe ipſum inveniat. Primum inc. *In monaſterio namque ſaepe dum oro non attendo quod dico*. Alterum deſ. *hoc te computes perdidiſſe*.

XIV. pag. ead. Alterum eiuſdem ex Serm. XIII. ſuper Cant. in fine. Inc. *O ſancta anima ſola eſto*. Deſ. *orate pro me &c.* Subiiciuntur ad implendum paginae ſpatium, auctoritates quaedam ex Io. Chryſoſtomo, Auguſtino, & Bernardo.

XV. pag. 124. Eiuſdem Tractatus de interiore homine, quomodo inveniat Dominum. Operum Tom. V. p. 332. ubi vide ad Lectorem monitum. Subiiciuntur pag. 132. *b*. varia excerpta moralia; primum eſt anepigraphum, alterum ex Libro de tranquillitate animi ex Seneca, tertium ex Libro de clementia: tum definitio mulieris, vitae monaſticae, & ſententiae quaedam e ſanctis Patribus, Auguſtino, Gregorio ec.

XVI. pag. 134. Eiuſdem in Natale Beatae Mariae Virginis Sermo. Inc. *Ave Maria &c. Syllabas caeleſtibus ſacramentis plenas ore polluto proferre*. Deſ. *ut ſalutem noſtram, quam pariendo inchoaſti, in . . . perficias*. In fine & heic ſententiae nonnullae ad implendum vacuum, quod ſupererat, adferuntur. Non inveni in eius Operum edit. Pariſ. Occurrunt quidem duo ſimilia principia Tom. III. pag. 1187. 1188. ſed in reliquis diſcrepat Sermo.

XVII. pag. 137. Liber B. Auguſtini, qui vocatur Manuale, ſive Speculum. In Append. ad

Digitized by Google

ad Tom. VI. a pag. 145. ad pag. 154. Ad calcem huius Operis legitur ita poſſeſſoris nomen: *Liber Coluccii Pyerii de Stignano*, de quo vid. Praefationem Cl. Laur. Mehus ad eius Epiſtolas Florentiae editas 1741. 8.

XVIII. pag. 146. Prophetia Sibyllae Erythraeae cum ſcholiis marginalibus. Inc. *Exquiritis me, o illuſtriſſima turba Danaûm, quatenus Graios eventus, Phrygiaſque ruinas in ſcriptis referam*. Deſ. *iudicabit autem bonos & malos, ut illos ſurſum elevet, hos autem in ſortem Daemonum voret Avernus*.

XIX. pag. 148. *b*. Excerpta octo brevia ex Hieronymo ſuper viſiones Danielis, VI. VII. VIII. & X. Inc. *In hoc loco diſcimus, ne temere nos offeramus periculis*. Deſ. *quantum caelum diſtet & ſtellae*.

Cod. membr. Ms. in 8. Saec. XIV. minutiſſimo charactere, ac per compendia exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 149.

D. AVG. CONFESSIONES.

Adde

Eiuſdem contra quinque Haereſes, & Anonymi quaedam liturgica.

Cod. XXIV. I. pag. 1. D. Aurelii Auguſtini Confeſſionum Libri XIII. praevia Retractatione, ut in Cod. ſuperiori.

II. pag. 85. Eiuſdem contra quinque Haereſes. In Append. ad Tom. VIII. a pag. 1. ad pag. 12.

III. pag. 98. Speculum Eccleſiae, ſeu varia Liturgica, I. de myſteriis ſacroſancti ſacrificii, II. de ſeptem horis canonicis, III. de ſignificatione ornamentorum pontificalium, & presbyteralium. Inc. *Dixit Apoſtolus ad Ephesios VI. Induite vos armatura Dei*. Deſ. *& haec de praedictis ornamentis cauſſa brevitatis dixiſſe ſufficiat*. Tum ſubditur ab eadem manu: *Frater Bonaventura Generalis Miniſter Fratrum Minorum poſuit praedictas ſignificationes, & ego Magiſter Petrus de Vrbe Veteri, Doctor Decretorum, adiunxi concordantias memoratas, propter brevitatem, plures alias omittendo*.

IV. pag. 106. *b*. Miſſa contra Paganos. Introitus inc. *Omnia quae feciſti nobis Domine &c.* Vltima Oratio deſ. *liberis tibi mentibus ſerviamus*.

Cod. chartac. Ms. in 4. maiori Saec. XIV. intricatiſſimae ſcripturae. Conſtat foliis ſcriptis 106.

D. AVGVSTINI DE QVANTITATE ANIMAE.

Adde etiam

Confeſſionum Libri XIII. Contra Academicos Libri III. & alia.

Cod. XXV. I. pag. 1. Poſt accuratiſſimam tabulam Capitum ſingulorum Librorum, qui in hoc continentur volumine, quam priora novem complectuntur folia, occurrit primo D. Auguſtini Liber de quantitate animae. Tom. I. a pag. 401. ad pag. 440.

II. pag. 23. Eiuſdem Confeſſionum Libri XIII. praevia Retractatione. Ibid. a pag. 67. ad pag. 244.

III. pag. 78. Eiuſdem contra Academicos Libri III. praevia Retractatione. Ibid. a pag. 250. ad pag. 296. Libro I. ſequens eſt titulus: *Incipit Liber primus Aurelii Auguſtini Hipponenſis Epiſcopi, & Doctoris Catholici trium Librorum, quos elegantiſſime ſcripſit contra Academicos, ideſt Platonicos*.

IV. pag. 93. *b*. Eiuſdem de beata vita, praevia Retractatione. Ibid. a pag. 295. ad pag. 312.

V. pag. 98. *b*. Eiuſdem de ordine rerum Libri II. praevia item Retractatione. Ibid. a pag. 313. ad pag. 352.

VI. pag. 112. Eiuſdem de immortalitate animae Liber, praevia Retractatione. Ibid. a pag. 386. ad pag. 398.

VII. pag. 116. Eiuſdem de Magiſtro liber unus, praevia Retractatione Libri de quantitate animae, & de Magiſtro. Ibid. a pag. 539. ad pag. 564.

VIII. pag. 124. *b*. Eiuſdem de perfectione iuſtitiae hominum ad Epiſcopos Eutropium & Paullum Epiſtola, ſeu Liber. Tom. X. P. I. a pag. 167. ad pag. 190.

IX. pag. 131. Eiuſdem Epiſtola ad Selentianam, quod Petrus Apoſtolus fuerit baptizatus, & de poenitentia eius. Inter Epiſtolas num. CCLXV.

X. pag. 132. Eiuſdem Liber de bono coniugali. Tom. VI. a pag. 319. ad pag. 340.

Cod. membr. Ms. in 4. maiori, Saec. XIV. ineuntis, binis columnis exaratus, ac difficillimae ſcripturae. Conſtat foliis ſcriptis 138.

D. AVG. SVPER GENESIM.

Adde

De Civitate Dei Libri tres poſteriores, & alia.

I. pag. 1. Expoſitio S. Auguſtini contra Manichaeos ſuper Geneſim *Cod. XXVI.* Libris duobus, quorum ſecundus, in fine mutilus, deſinit in verbis: *atque utinam frueremur, ſicut praeceptum eſt, omni ligno paradiſi* . . . Operum Tom. I. a pag. 645. ad pag. 681.

II. p. 25. Eiuſdem de Civitate Dei Libri III. poſteriores. Tom. VII. a pag. 573. ad pag. 702. Vltimo tantum Libro index Capitum praecurrit.

III. pag. 97. Eiuſdem de praeſentia Dei ad Dodatum. Inter Epiſtolas num. CLXXXVII. ubi inſcribitur *de praeſentia Dei Liber ad Dardanum*, incipitque in Codice a §. 3. edit. cit.

IV. pag. 100. Eiuſdem de opere manuum, ſeu,

Digitized by Google

ſeu, de opere Monachorum, ad Aurelium. Tom. VI. a pag. 475. ad pag. 504.

V. pag. 109. *b.* Epiſtola Macedonii ad S. Auguſtinum. Inter Epiſtolas num. CLII.

VI. pag. 110. Epiſtola S. Auguſtini ad Macedonium. Ibid. num. CLIII.

VII. pag. 112. *b.* Sequuntur Acta quaedam Capituli Generalis Ordinis Vallis Vmbroſae, in quibus praecipue divinae pſalmodiae ordo praeſcribitur, eruiturque, in eodem Ordine haereticos, ac ſchiſmaticos fuiſſe. Inc. *Divini & humani iuris ſtatuta beata nos admonent*. Definit imperfecte in verbis: *ad mortem uſque perſeverantes vitam finierint, abbas ipſorum* . . . . Mutilus enim in fine Codex.

Cod membran. Ms. inſignis in 4. Saec. XI. ab initio uſque ad pag. 97. ac deinde Saeculi XIII. uſque ad finem. Conſtat foliis ſcriptis 112.

D. AVGVST. EPISTOLA AD IVLIANVM ET ALIA DIVERSORVM OPERA.

Seu potius

D. Auguſtini Epiſtolae quaedam, & alia aliorum nonnulla.

Cod. XXVII. I. pag. 1. B Auguſtini Epiſtola ad Iulianum Comitem. In App. ad Tom. VI. a pag. 193. ad pag. 210. ubi inſcribitur: *Liber exhortatorius, vulgo de ſalutaribus documentis, ad quemdam Comitem.* Sequuntur deinde Capita quaedam, quae unde fuerint deſumpta, minime comperimus: nimirum

II. p. 21. *b.* De fide recta. Inc. *Confiteor me credere Deum Patrem*. Def. *ut vitam aeternam habeant*.

III. p. ead. De laude charitatis. Inc. *Charitas, fratres chariſſimi, ut in tota ſerie &c.* Def. *& inſpirante Domino Ieſu Chriſto, qui cum aeterno Genitore &c.*

IV. p. 22. Item de charitate. Inc. *Si igitur charitatem puram*. Def. *ad caeleſtia regna feſtinant per Dominum noſtrum &c.*

V. p. ead. De charitate, & concordia. Inc. *Attendendum nobis, & penſandum eſt*. Def. *verum etiam a morte aeterna*.

VI. p. 23. De peccati recordatione, vel conſuetudine. Inc. *Bonum eſt homini ſemper ante oculos*. Def. *miſericors, & miſerator Dominus noſter Ieſus Chriſtus, cui ſit honor, &c.*

VII. p. ead. *b.* Epiſtola anepigrapha. Inc. *Ex quo in animum tuum ſermo Dei perlatus eſt*. Def. *tamquam iter ſolidum evademus*. Non invenimus in cit. edit.

VIII. p. 24. Eiuſdem Epiſtolae quindecim, nimirum:

I. Ad quemdam amicum ſuum. Inter Epiſtolas cit. edit. num. XVIII. *ad Caeleſtinum*. In Codice tamen in duas videtur diviſa, quarum ſecunda eſt anepigrapha, & incipit a §. 2.

II. ad Antonium. Ibid. num. XX.

III. ad Gaium. XIX.

IV. ad Hermogenianum. I.

V. ad Romanianum. XV.

VI. ad Zenobium. II.

VII. Nebridii ad Auguſtinum. V.

IIX. Eiuſdem ad eumdem. VI. ſed finis diverſus.

IX. Auguſtini ad Nebridium. VII.

X. Nebridii ad Auguſtinum. VIII.

XI. Auguſtini ad Nebridium. IX.

XII. Eiuſdem ad eumdem. XIV.

XIII. Eiuſdem ad eumdem. XIII.

XIV. Eiuſdem ad eumdem. X.

XV. Eiuſdem ad eumdem. IV.

IX. p. 32. Eiuſdem Liber de mendacio. Oper. Tom. VI. a pag. 419. ad pag. 446.

X. p. 47. Sequitur apoſpaſma quoddam de ligno vitae, & de ligno ſcientiae boni, & mali, ab alia quidem manu, ſed item antiqua exaratum, & *ex Dialogo Greg.* (ita enim in margine ſcriptum legitur) excerptum. Inc. *Lignum vitae arborem manus* (ſic) *plantatus a Deo in medio Paradiſi, qui rigatur undique quatuor fluminibus*. Def. *non ſpecie naturali*.

XI. p. 48. Alia manu, item antiqua, medicamentum occurrit, cuius titulus: *Pulvis domini Frederici Imperatoris, valens contra omnium humorum exceptionem, & praecipue contra flegmaticum, & melancholicum, ex quibus diuturnae infirmitates capitis, & ſtomachi habens provenire. Valet &c.* Cui ſubiicitur deſcriptio veris advenientis ab eadem, ut videtur, manu conſcripta.

XII. p. 49. Domini Innocentii (1) Papae III. Liber de contemtu Mundi, in tres partes diviſus. Inſcrib. *Domino Patri chariſſimo P. Portuenſi Epiſcopo Lotharius, indignus diaconus, gratiam in praeſenti, & gloriam in futuro*. Inc. *Modicum ocii*. Def. *& ignis ardens in ſaecula ſaeculorum Amen*. In fine ſcriptor adiecit:

Vae mihi naſcenti, vae nato, vae morienti;
Vae, quia ſi non vae, non vivit filius Evae.
Quando favet fortuna, cave rotam rotundam.

XIII. p. 61. *b.* Incipit contemtus mundi Domini G. (f. *Gregorii*) Papae VII. ſupra tamen recentiori manu, expuncto priore nomine, adiectum eſt: *Beati Bernardi Abbatis*. Inc.

Chartula noſtra tibi portat, Rainalde, ſalutem.

Def.

Et cuicumque datur, ſine fine beatificatur.
Hoc tibi det munus, qui regnat trinus, & unus.

Non invenimus inter Opera D. Bernardi, ubi tamen legitur Tom. V. pag. 913. Rhythmus de contemtu mundi, ſed a noſtro plane diverſus.

XIV. p. 68.

(1) Innocentius III. antea dictus Ioannes Lotharius, Comes Signinus, Anagninus, virtutibus clarus, Pontificatum tenuit ab An. MCXCVIII. Ian. VIII. ad An. MCCXVI. Iul. XVI. Eius Opera, curante Stephano Baluzio, Pariſiis prodierunt duobus Voluminibus in fol. An. MDCLXXXII.

Digitized by Google

XIV. p. 64. Verſiculi quidam hexametri occurrunt contra Ghibellinos, qui ita ſe habent:

Gens Corindina, frendens feritate lupina,
Mente leonina, ſociata cohors Ghibelina,
Valle Palentina, celeri conſumta ruina
Sic fuit, ut lina flammis, vel ſole pruina.
Karolus hos ſtravit vincens, vicit, ſuperavit,
Auxilio caeli confiſus corde fideli.
His Rex adiutus iniit certamina tutus,
Et ferro pupugit; gens perſida territa fugit
Vlnis pertenſis; quos regius attigit enſis,
Per varias caedes tenebroſas tranſit in aedes.
Hinc caput, inde pedes truncat novus hic Diomedes.
Singula ſi penſes, Karoli dum facta recenſes,
Sunt imbecilles, Aiax, Hector, & Achilles.
Karole vive, precor, tibi ſubſit tellus, & aequor.
Quem timor Henrici fremit, & germen Frederici.
Vive pugil Chriſti, ſub quo duce ſigna tuliſti:
Cui vi divina ceſſit victoria bina,
Dum Clemens plorat, ieiunat, ſupplicat, orat,
Hiſpidus Hiſpanus ruit, & collega profanus.

XV. p. ead. Verſiculi alii hexametri quatuor contra Monachos Nigros.

XVI. p. ead. *b.* Alii verſus elegi in laudem Alexandri Magni, quorum initium eſt:

En ego qui totum mundum certamine vici,
Dictus Alexander vincor in ora brevi.

XVII. pag. ead. Hexametris aliis verſiculis bellum quoddam deſcribitur, ex quibus hos excerpſimus:

Lombardi, Thuſci, Galli flent, ac Alamanni,
Angligenae, Siculi, Calabri, ſimul Appulienſes,
Quos procul impulerat ſitis ad mare phyũe,
Nec tantum vico dire confligitur uno,
Sed cunctis inſtant raptus, combuſtio, caedes,
Lambertinorum vis ſaevit cum Scanabiccis,
Principibus iunctis Pizigottis Guido Ioannis,
Ac verſis obſtat ſtirps Artenifia proli,
Caſtelli, Britti, Paſſavaziſque Rotaldi,
His ſuffragantur pronis curſantia ſignis
Robora Galutia, Bazaleria, Cazanemica,
Samaritana ſimul, Leazaria, cum Malavoltis,
Hos Carbonenſis ſurgens, ac Albarus implet
Andalo, Bayſius, Acbariſius, & Magarottus,
Corde bipertiti, panici ſunt, ac aſinelli,
Vix numerare tribus quis poſſet utrinque ruentes.

XVIII. p. 65. Decretales Domini Innocentii Papae III. de ſumma Trinitate, & Fide Catholica. Inc. *Apoſtolicae ſervitutis officium.* Deſ. *ſemper habens noſtri memoriam in tuis orationibus apud Deum.*

XIX. pag. 67. Idem I. (ſ. *Innocentius.*) quondam Lugdunenſi Archiepiſcopo: Cur Pſalmiſta tertiae diei nullum Pſalmum inſcripſit. Inc. *Quod pietatem colendo.* Deſ. *ut raro poſſimus Rachelis attingere venuſtatem.*

XX. p. 70. Anonymi Tractatus de Irregularitate. Inc. *Oportet ſacerdotem non ſolum attendere genera peccatorum &c.* Finis vero evaneſcentibus litteris expiſcari nequit.

Codex membr. Ms. in 4. minori Saec. XII. quoad Opuſcula D. Auguſtini, quorum tamen prima pagina ab alia antiqua manu ſuppleta fuit; Saeculi vero XIII. quoad reliquum. Conſtat foliis ſcriptis 72.

D. AVGVSTINI VARIA.

QVae in hoc praeſtantiſſimo Codice, Mediceo ſtemmate, & pulcherrimis picturis inſtructo, contineantur Opera, exhibet praemiſſus index, qui aureis, & caeruleis litteris exaratus, in laterculo mira arte depicto concluditur. Ea vero ſunt *Cod. XXVIII.*

I. p. 1. D. Auguſtini de Doctrina Chriſtiana Libri IV. praevia Retractatione. Tom. III. P. I. a pag. 1. ad pag. 92.

II. p. 61. Eiuſdem de vera Religione Liber, praevia Retractatione ex Lib. I. C. XIII. Tom. I. a pag. 747. ad pag. 788.

III. p. 93. *b.* Eiuſdem de natura boni contra Manichaeos Liber unus, praevia Retractatione ex Libro II. Cap. IX. Tom. VIII. a pag. 499. ad pag. 518.

IV. p. 106. *b.* Eiuſdem de utilitate credendi ad Honoratum Liber unus, praevia Retractatione ex Libro I. Cap. XIV. Ibid. a pag. 41. ad pag. 70.

V. p. 125. *b.* Eiuſdem de gratia Novi Teſtamenti ad Honoratum, praevia Retractatione ex Libro II. Cap. XXXVI. Inter Epiſtolas Tom. II. num. CXL.

VI. p. 151. *b.* Eiuſdem Epiſtolae ad Romanos inchoata expoſitio, Liber unus, cum Retractatione in fine. Tom. III. P. II. a pag. 925. ad pag. 942.

VII. p. 163. *b.* Eiuſdem tractatus in Epiſtolam ad Romanos, ſeu potius, expoſitio quarumdam propoſitionum ex Epiſtola ad Romanos. Ibid. a pag. 903. ad pag. 924.

VIII. p. 178. *b.* Eiuſdem Epiſtolae ad Galatas expoſitionis Liber unus. Ibid. a pag. 941. ad pag. 980.

IX. p. 206. Eiuſdem tractatus (decem) ſuper Epiſtolam S. Ioannis Evangeliſtae: de eo quod ſcriptum eſt: *Quod erat ab initio, quod audivimus, & quod vidimus oculis noſtris,* uſque ad id quod ait: *Advocatum habemus apud Patrem &c.* Ibidem a pag. 825. ad pag. 900. ubi titulum habent: *In Epiſtolam Ioannis ad Parthos Tractatus decem.*

X. p. 261. Eiuſdem de cura agenda pro mortuis. Tom. VI. a pag. 516. ad pag. 532.

XI. p. 271. *b.* Eiuſdem de Incarnatione Verbi ad Ianuarium. In Append. Tom. VIII. a pag. 51. ad pag. 58.

Codex membr. Ms. in fol. Saec. XV. ſupra quam dici poſſit nitidiſſimus. Conſtat foliis ſcriptis 285.

D. AVGVSTINI DE TRINITATE.

Cod. XXIX. D. Auguſtini de Trinitate Libri XV. praevia Retractatione, ut in Cod. XXII. huius Plutei §. I.

Cod. chartac. Ms. in 4. maiori Saec. XV. compendiariis characteribus, ac nonnullis in locis evaneſcentibus exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 87.

FLORES S. AVGVSTINI.

Cod. XXX. ANonymi Flores excerpti ex Libris quindecim S. Auguſtini de Trinitate (1). Ex Libro I. inc. *Flores beati Auguſtini de Trinitate Dei ſic colliguntur. Prima veritas quod tripliciter contingit errare contra divina.* Ex Libro XV. deſ. *ubi clauſiſti aperi pulſanti. Amen.* Tum ſubditur: *Expliciunt Flores beati Auguſtini de Trinitate Dei. Scriptus per Willhelmum de Eboracenſi Civitate de Anglia.* Notandum heic eſt, Flores ex Libro III. decerptos, quum ſuo loco, nempe pag. 8. *b.* praetermiſſi a ſcriptore fuiſſent, in medio Libri XV. pagina nimirum 54. *b.* fuiſſe poſtea ab eodem exaratos. Hoc Opus recurrit etiam inferius in Cod. XV. Plutei ſequentis, & Auguſtino Triumpho Anconitano tribuitur, & pars eſt Milleloquii, quod ipſe ex D. Auguſtini ſcriptis collegit.

Cod. chartac. Ms. in 4. maiori Saec. XIV. compendiariis litteris exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 67.

ANSELMI DE CONCORDIA PRAEDESTINATIONIS, ET GRATIAE CVM LIBERO ARBITRIO

Cod. XXXI. I. p. 1. ANſelmi (2) Cantuarienſis Archiepiſcopi Liber de concordia praeſcientiae, & praedeſtinationis, & gratiae Dei cum libero arbitrio. Exſtat in Operum D. Anſelmi editione, curante D. Gabriele Gerberon Congr. S. Mauri, Venetiis apud Ioſeph. Coronam MDCCXLIV. fol. T. I. a pag. 183. ad pag. 199.

II. p. 11. Eiuſdem Monologium, ſive Soliloquium, una cum prologo, & elencho Capitum. Ibid. a pag. 3. ad pag. 40.

III. p. 30. *b.* Eiuſdem Proſlogium, ſive adlocutio ad Deum, item cum prologo, & elencho Capitum. Ibid. a pag. 41. ad p. 49. Adiicitur pag. 36. *b. Sumptum de eodem libro.* Inc. *Ergo Domine, qui das fidei intellectum.* Deſ. *non intelligere.*

IV. pag. 37. Eiuſdem Liber apologeticus contra Gaunilonem reſpondentem pro inſipiente, praevio ipſius Gaunilonis pro inſipiente Libello. Ibid. a pag. 50. ad pag. 59.

V. pag. 41. Eiuſdem Liber de Veritate cum prologo, & elencho Capitum. Ibid. a p. 162. ad pag. 171.

VI. p. 48. Eiuſdem de libertate arbitrii, praevia Capitum tabula. Ibid. a pag. 174. ad pag. 182.

VII. pag. 52. *b.* Eiuſdem de caſu Diaboli, in quo de origine mali diſputatur, praemiſſo Capitum elencho. Ibid. a pag. 91. ad p. 107.

VIII. p. 62. *b.* Eiuſdem de conceptu virginali, & originali peccato Liber ad Boſonem, item cum tabula Capitum in principio. Ibid. a pag. 143. ad pag. 158.

IX. p. 70. *b.* Eiuſdem de proceſſione Spiritus Sancti Liber cum prologo. Ibid. a pag. 71. ad pag. 90.

X. p. 80. *b.* Eiuſdem Liber de Sacrificio. Ibid. a pag. 200. ad 203. ubi titulum habet: *S. Anſelmus de tribus Waleranni quaeſtionibus, ac praeſertim de azymo, & fermentato.*

XI. p. 81. *b.* Eiuſdem Epiſtola de Sacramentis Eccleſiae. Ibid. a pag. 206. ad p. 207. & inſcribitur: *S. Anſelmi ad Waleranni querelas reſponſio.*

XII. p. 82. Eiuſdem Liber de Incarnatione Verbi. Ibid. a pag. 59. ad pag. 70. ubi inſcribitur: *Liber de fide Trinitatis, & de Incarnatione Verbi contra blaſphemias Ruzelini, ſive Roſcellini.* In Codice tamen deeſt Praefatio, quae occurrit in editione.

XIII. p. 87. Eiuſdem Liber de ſimilitudinibus. Inc. *Voluntas tripliciter intelligitur.* Deſ. *ne nobis noceant, in quantum volunt.* Ibid. T. II. a pag. 189. uſque ad pag. 238. Quae quidem poſtrema verba ſunt in fine Cap. CXCII. deeſt enim in Cod. Caput ultimum. In edit. autem inſcribitur: *Eadmeri Cantuarienſis Monachi Liber de Sancti Anſelmi ſimilitudinibus.* In Eadmeri operibus, quae in editionibus Pariſ. MDCLVII., & MDCCXXI. fol. Anſelmo ſubiiciuntur, exſtant, praeter Anſelmi vitam Liber quoque *de beatitudine caeleſtis patriae* Anſelmo a quibuſdam tributus, & Liber *de S. Anſelmi Similitudinibus*, in cuius Cap. XLVII. ſeqq. tractatio illa *de beatitudine* iiſdem verbis recurrit.

XIV. p. 108. Ioannis presbyteri Damaſceni Liber primus, in quo eſt traditio certa Orthodoxae Fidei Capitulis C. a Burgundione Iudice cive Piſano (3) D. tertio Eugenio beatae memoriae Papae de Graeco in Latinum translatus &c. Inc. *Deum nemo vidit umquam &c.* ut in edit. Lequien. Tom. I. p. 123.

(1) Male Montfauc. in ſuo Catalogo habet *de Civitate*.

(2) Anſelmus ex Abbate Ordinis Benedictini Beccenſi, Archiepiſcopus Cantuarienſis ab anno MXCIII. ad MCIX. doctrina, & ingenii ſubtilitate nulli ſuorum temporum ſecundus. Eius vitam ſcripſit Eadmerus. Vid. Surium, & Acta Sanctorum XXI. Apr. Tom. II. pag. 865. ſeqq. & Theoph. Raynaudum in Syntaxi Operum Anſelmi Lugduni MDCXXX. fol.

(3) Ioannes Burgundio, Civis Piſanus, claruit ab anno circiter MCXL. ad annum MCLXXX. & ultra, qui quum Conſtantinopoli aliquandiu ob negotia manſiſſet, ibidem anno MCXLV. interfuit colloquio celebri, quod cum Graecis habuit Anſelmus Havelbergenſis Epiſcopus, qui in Opere ſuo Ioannem Burgundionem ob linguae Graecae peritiam laudat. Convertit e Graeco in Latinum ſermonem anno MCL. hoc S. Damaſceni opus de Fide Orthodoxa, cuius Mss. Codices plurimos enumerat Caſimirus Oudinus in Commentario de Scriptoribus, & Scriptis Eccleſiaſticis Saec. XII. Vid. Clar. Mazuchellium in Bibliotheca Scriptorum Italicorum verbo *Borgondio*.

Digitized by Google

p. 123. Deſinit autem in verbis: *gratia Domini fructificavit*, quae ſunt poſtrema Capitis *de Virginitate*, diverſa tamen omnino ab iis, in quibus abſolvitur idem Caput in edit. cit. pag. 297. Tum in fine ſequitur index Capitum imperfectus; deſinit enim in Capite VIII. Libri II.

Cod. membr. Ms. in 4. maiori, Saec. XIII. binis columnis, & difficillimis litteris exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 139.

PLVTEVS XIII.

QVI CONTINET LATINOS CODICES MSS. XVI.

CODEX I.

D. AVGVSTINI EXPOSITIO IN PSALMOS.

IN aureo circulo, Mediceis emblematibus mirifice ornato, uncialibus aureis & caeruleis litteris Operis titulus ſeſe ſtatim offert, & quidem ita: *In hoc Volumine continentur Divi Auguſtini ſuper Pſalmos a primo uſque ad quinquageſimum*. Secunda item pagina egregiis picturis, ac Mediceo ſtemmate inſignita eſt, ubi occurrit primo Argumentum, ſeu Prologus in Explanationem Libri Pſalmorum, qui inc. *Iſte Liber apud Hebraeos*. Deſ. *ſupereſt ut de ipſo Pſalmo tractemus*. Expoſitio vero incipit a Pſalmo primo *Beatus vir*, & deſinit in Pſalmo L. ut in edit. Tom. IV. a pag. 1. ad pag. 474. ubi deeſt Prologus praedictus.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. ſupra quam dici poteſt elegantiſſimus. Conſtat foliis ſcriptis 314.

D. AVGVSTINI EXPLANATIO PSAL. A L. VSQVE AD C.

Cod. II. IN circulo, ut in praecedenti Cod. mirifice depicto talis occurrit titulus: *In hoc Volumine continetur explanatio Divi Auguſtini quorumdam Pſalmorum, videlicet a quinquageſimo uſque ad centeſimum Pſalmum*. Subſequens item pagina pulcherrimis picturis, & Mediceo ſtemmate adfulget. Expoſitionis initium & finis cum edita concordat loc. cit. a pag. 475. ad pag. 1091. In fine rubris litteris haec adnotata ſunt: *Explicit pars ſecunda Pſalmorum Beati Auguſtini Epiſcopi, ſcripta manu Sigiſmondi de Sigiſmondis Comitis Palatini de Carpo, per magnificum ac potentem dominum Laurentium Petri de Medicis ac heredum ſuorum, anno a Nativitate Domini noſtri Ieſu Chriſti MCCCCLXXXXI. die vero penultima Februarii, in civitate Florentia*.

Cod. membranac. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus. Conſtat foliis ſcriptis 373.

D. AVGVSTINI EXPOS. IN PSALMOS.

IN circulo diverſimode ab illo ſuperioris Codicis, ſed mirifice depicto hic titulus occurrit: *In hoc Codice continetur Liber Divi Auguſtini ſuper Pſalterium a centeſimo uſque ad quinquageſimum ſubſequenter Pſalmum*. In prima pagina, quae Mediceo ſtemmate & elegantiſſimis ſuperbit picturis, alter adponitur titulus, nimirum: *Incipit tertia pars Divi Auguſtini ſuper Pſalterium a Pſalmo centeſimo uſque ad Pſalmum quinquageſimum ſubſequenter*. Et haec quoad initium & finem concordat cum edita loc. cit. a p. 1091. ad pag. 1698. Cod. III.

Cod. membr. Ms. in fol. Saec. XV. ſcriptus ab eadem manu, cui duos praecedentes debemus. In hiſce autem tribus Codicibus praeter ornamenta initio appoſita, litteras quoque ſingulorum Pſalmorum initiales videre eſt miro artificio depictas & illuminatas. Conſtat foliis ſcriptis 391.

D. AVGVSTINI PSALTER.

ſeu potius

D. Auguſtini Explanationis in Pſalmos pars prima.

D. *Aurelii Auguſtini Epiſc. pars prima expoſitionis in Pſalmos*, ut in Cod. I. huius Plutei. Heic tamen deeſt Praefatio. In fine adnotatum eſt ab alia minus antiqua manu: *Auguſtinus ſuper tertia parte Pſalterii, Librariae Sancti Laurentii de Florentia de hereditate Presbyteri Laurentii de Caſtello*. Cod. IV.

In membrana, quae in fine Codicis vacua ſupererat, carmina plurima hexametra binis columnis exarata ſunt ab antiqua manu, in quibus de vitiis ſaeculi agitur. Inc.

Eſt plenus vitiis mundus miſer iſte nefandus:
Hic detractores, hic cernis mille leones,

 Mil-

Mille ſuſurrones, vitiorum mille colores:
Hic ſunt ſerpentes, pia viſcera cordis edentes &c.

Item in alio eiuſdem paginae vacuo ſpatio aliud Carmen elegiacum occurrit, in cuiuſdam Coenobii, ad quod fortaſſe Codex pertinuit Praeſidis mortem, antiqua pariter manu Saeculi XIII. exaratum, cuius tamen nonnulla a bibliopego reciſa perierunt: quod ſupereſt, ita legimus:

Coenobii rector, paſtor, pater, atque protector
Hoc iacet in tumulo, iuſtitiae cumulo,
Prudens Thedaldus, ſapiens, virtutibus altus,
Terrea dum tenuit; caelica promeruit.
Carnea dum vexit, carnis motus bene rexit,
Corporis in tenebris luce fuit celebris.
Lux exſtincta gregis, plus lucet lumine regis;
Lux exſtincta ſibi, lucet & ardet ibi.
Virtutis palma, requie nunc utitur alma,
Digna paternus amor, digna corona labor.
Sulcans in mundi remis operum mare . . . .
Litorea requie fungitur in ſpecie.
Summa petens alis volucris geminaque . . .
Ales ut ipſa petit gaudia vera metit.
Qui tamen iſta viri legitis prece . . . . . .
Huic rogitate Deum, qui miſeretur eum.

Tandem in averſa eiuſdem folii pagina varia poſſeſſorum nomina adſcripta erant, quae poſtmodum eraſa exciderunt. Supereſt quaedam anni nota, nimirum, *MCCCXXVII. de gugnio*. Inferius vero: *Queſto libro che . . . . di Guiſcardo monaco . . . .* Alio in loco: *queſto libro è pegno per II. fiorini doro, ecce già emtrato de merto inſino oggie III. libre e VII. ſoldi*. Item: *Iſte liber eſt emtus per fratrem . . . . pro fratre . . . .*

Cod. membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. ineuntis, binis columnis exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 161.

D. AVGVSTINI MVSICA.

Adde etiam

Plures de Baptiſmo libros, de Geneſi, & Epiſtolas aliquot.

Cod. V. PRaecedit circulus affabre depictus cum epigraphe: *In hoc Volumine continentur infraſcripta Opera, quae in circulis ſunt adnotata*. Subſequens item pagina elegantiſſima pictura, aureo titulo, ac Mediceo ſtemmate intuentium oculos fulgore perſtringit. Opera vero iſthaec ſunt:

I. pag. 1. D. Auguſtini de Muſica Libri VI. praevia Retractatione. In cit. edit. Tom. I. a pag. 443. ad pag. 539.

II. pag. 72. Eiuſdem Epiſtola ad Memorium Epiſcopum. Inter Epiſtolas num. ci. (1)

III. pag. 74. Eiuſdem de Baptiſmo Libri VII. praevia item Retractatione. Tom. IX. a pag. 79. ad pag. 204.

IV. pag. 166. Eiuſdem de Baptiſmo parvulorum ad Marcellinum Libri III. praevio Argumento, ac Retractatione. Tom. X. Part. I. a pag. 1. ad pag. 84.

V. pag. 218. *b.* Eiuſdem de unico Baptiſmo contra Petilianum ad Conſtantinum Liber unus. Tom. IX. a pag. 527. ad p. 544.

VI. pag. 229. *b.* Eiuſdem de Geneſi ad litteram imperfectus Liber. Tom. III. P. I. a pag. 93. ad pag. 116.

VII. pag. 245. Eiuſdem geſta habita cum Fortunato Manichaeorum presbytero. Tom. VIII. a pag. 93. ad pag. 108.

VIII. pag. 256. *b.* Eiuſdem Epiſtola ad Sixtum presbyterum adverſus Pelagianiſtas. Inter Epiſt. num. cxciv. In fine rubris litteris adnotatum eſt: *Anno ſalutis MCCCCLXXXXI. & die XXX. menſis Maii Opus hoc celeberrimum Florentiae abſolutum eſt, die autem lunae, hora vero diei XII. Laus, honor, imperium, & gloria ſit omnipotenti Ieſuchriſto, eiuſque almae Genitrici ſemper Virgini Mariae per infinita ſaecula ſaeculorum amen. Omnium rerum viciſſitudo eſt.*

IX. pag. 269. Eiuſdem Auguſtini philoſophi acutiſſimi de decem Categoriis ex Ariſtotele decerptis ad filium Adeodatum. In App. ad Tom. I. a pag. 821. ad pag. 836.

Cod. membr. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus. Conſtat foliis ſcriptis 286.

D. AVGVSTINI DE VERBIS DOMINI.

Ac praeterea

Alia eiuſdem Opera.

Cod. VI. I. pag. 1. IN prima pagina circuli quidam elegantiſſime illuminati Opera, quae in Codice continentur, exhibent: in altera vero mire depicta, Mediceum ſtemma duo iuvenes ſuſtinent, ac inſequens titulus aureo, & caeruleo charactere expreſſus legitur: *Incipit Liber Aurelii Auguſtini Epiſcopi de Verbis Domini ſuper libros trium Evangeliſtarum*. Sunt autem Sermones lxvi. ſcilicet xxiii. in Evangelium Matthaei, xv. in Evangelium Lucae, ac xxviii. in Evangelium Ioannis. Horum ſeries eadem eſt cum illa, quae exhibetur in eorum indice praemiſſo in Tom. V. D. Auguſtini Operum col. 1. ubi adſcribitur *Ordo vetus*. Idcirco autem plures ſunt in Codice, quam in edito, quia inter Sermones xxxvii. & xxxviii. inſertus legitur in Codice alius Sermo, qui inc. *Omnium Chriſtianorum ſpes &c.* ex Sermonibus de Verbis Apoſtoli deſumtus, quique occurrit in App. ad dictum Tom. V. ſub num. cix. edit. pag. 198. quemadmodum etiam ultimus, qui inc. *Sancta & divina eloquia &c.* ad eadem Apoſtoli Verba pertinet, & eſt ccclxxxiv. edit. pag. 1485. Praeterea Sermo XIV. inc. *Quum Evangelium legeretur, audivimus navicellam*

(1) Haec in Montfauconii Catalogo praetermiſſa eſt.

Digitized by Google

lam periclitantem &c. Tandem per extenſum referuntur in Codice Sermones ii, qui in dicto indice dicuntur *praetermiſſi*, quia alibi occurrant. In calce poſt tituli repetitionem ſubiungitur: Μόνῳ τῷ Θεῷ τιμὴ ϗ δόξα.

II. pag. 184. Eiuſdem Liber de dogmatibus Eccleſiaſticis, Gennadio tributus, cui praecedit Capitum LIII. tabula. Tom. VIII. a pag. 75. ad pag. 80. in App.

III. pag. 190. Eiuſdem de agone Chriſtiano Liber unus. Tom. VI. a pag. 246. ad pag. 262.

IV. pag. 202. *b.* Eiuſdem Liber de perfectione iuſtitiae. Inc. *Ante omnia interrogandus eſt qui negat hominem ſine peccato eſſe poſſe, quid ſit quodcumque peccatum, quod vitari poteſt.* Deſ. *qui interpellat etiam gemitibus inenarrabilibus, donec in nobis ſanitas perficiatur, & Deus ſicuti eſt videndus in aeterna veritate monſtretur.* T. X. P. I. a p. 167. ad p. 188. Incipit autem a Capite 2. edit. & deſinit in Cap. 43. quare deſideratur in Codice primum, atque ultimum Caput.

V. pag. 206. Eiuſdem de duabus animabus contra Manichaeos Liber unus. Inc. *Opitulante Dei gratia.* Deſ. *vel magis credere cogebamur.* Tom. VIII. a pag. 75. ad pag. 91. ubi tredecim verſus longior eſt.

VI. pag. 216. *b.* Eiuſdem Liber contra mendacium ad Coſentium. Tom. VI. a pag. 448. ad pag. 474.

VII. pag. 236. Eiuſdem de mendacio Liber unus. Ibid. a pag. 420. ad pag. 446.

VIII. pag. 255. *b.* Eiuſdem de fide & operibus, praevia Retractatione ex Libro II. Cap. XXXVIII. Ibid. a pag. 163. ad pag. 192.

IX. pag. 276. Eiuſdem de littera & Spiritu Sancto ad Marcellinum Liber unus, praevia Retractatione ex Libro II. Cap. XXXVII. Tom. X. P. I. a pag. 83. ad pag. 126.

Cod. membr. Ms. in fol. Saec. XV. elegantiſſime ſcriptus, in quo ſingulae Sermonum & Opuſculorum initiales litterae mirifice illuminatae ſunt. Conſtat foliis ſcriptis 302.

D. AVG. CONTRA FAVSTVM MANICHAEVM.

Adde etiam

Hypomneſticon, de Vnitate Trinitatis contra Felicianum, & de Opere Monachorum.

Cod. VII. PRaecedunt in circulis mira arte depicti tituli Operum, quae in hoc Codice continentur, hac in medio inſcriptione adpoſita aureis, ac caeruleis maioribus litteris exarata: *In hoc ornatiſſimo Codice continentur Opera Divi Auguſtini, quae in circulis adnotata ſunt*: quae vero ſequitur pagina, Mediceum ſtemma, aliaque ornamenta auro, diverſiſque coloribus elaborata praefefert.

I. pag. 1. Primo itaque occurrit Beati Auguſtini Doctoris excellentiſſimi, nec non Epiſcopi Hipponenſis Liber (ſeu potius Libri XXXIII.) diſputationum contra Fauſtum Manichaeum, praevia Retractatione ex Lib. II. Capite VII. ut in edit. Tom. VIII. a pag. 183. ad pag. 470. In Cod. nulla Librorum diſtinctio eſt.

II. pag. 193. Eiuſdem contra Pelagianos & Caeleſtianos haereticos Libri ſex, vulgo Hypomneſticòn dicti. Praecedit Praefatio, & Capitum Index. In Append. ad Tom. X. a pag. 6. ad pag. 50. Notandum in Codice priores quinque Libros *Reſponſiones* inſcribi: ſextum vero *de Praedeſtinatione* titulum habere.

III. pag. 233. *b.* Eiuſdem ad Optatum, Diſputatio ſcilicet, quam habuit cum Feliciano. In App. ad Tom. VIII. a pag. 39. ad pag. 48. ubi titulum praeſefert: *Contra Felicianum Arianum de Vnitate Trinitatis liber unus Vigilio reſtitutus.*

IV. pag. 246. Eiuſdem Liber de Opere Monachorum, praevia Retractatione ex Libro II. Cap. XXI. Tom. VI. a pag. 475. ad pag. 504. Clauditur hac ſubſcriptione: *Anno ſalutis MCCCCLXXXXI. Opus hoc celeberrimum Florentiae abſolutum eſt die Iovis, & V. menſis Maii, hora vero diei XXI. Laus, honor, imperium, & gloria ſit Omnipotenti Ieſu Chriſto eiuſque almae genitrici ſemper Virgini Mariae per infinita ſaecula ſaeculorum amen. OMNIVM RERVM VICISSITVDO EST.*

Cod. membr. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus, cui ſolemne eſt titulos Libris praefixos, in fine etiam ſingulorum repetere. Conſtat foliis ſcriptis 265.

D. AVGVSTINI SERMONVM SECVNDA PARS.

Seu potius

D. Auguſtini Sermones CL.

Cod. VIII. PRaecedunt duae elegantiſſimae picturae, quarum prima circulum mira arte exornatum exhibet, una cum inſequenti titulo aureis, & caeruleis litteris exarato: *In hoc Codice continetur ſecunda* (1) *pars Sermonum divi Auguſtini Hipponenſis Epiſcopi*; altera vero emblemata varia, & Mediceae gentis ſtemma gentilitium, quod Hercules armatus clava, & leonina pelle indutus praeſefert. Sermones ſunt CL. quorum brevitatis gratia, titulos tantum adferemus, numerum, quem in editorum ſerie obtinent ſubiungentes; quos vero inter editos minime deprehendimus, eorum initium quoque, & finem adnotabimus. Ii vero ſunt.

I. pag. 1. S. Auguſtini Epiſcopi Sermo de Incarnatione. Inc. *Diem noviſſimum ſcimus venturum.* Deſ. *tibi cito erit.* Ms. in Cod. 69. Bibl. Ven. Vid. Catalog. pag. 47.

II. p. 2. Eiuſdem de Incarnatione Domini contra Iudaeos. Tom. VIII. pag. 29. ubi inſcribitur: *Tractatus adverſus Iudaeos.*

III. p.

(1) In calce vero Codicis dicitur tertia pars.

Digitized by Google

III. p. 9. *b.* Eiuſdem de ortu Salvatoris Sermo excerptus ex VIII. Libro de Civitate Dei. Inc. *Regnante Herode*. Deſ. *ſcimus fuiſſe confeſſos*.

IV. p. 10. Eiuſdem de Adventu Domini. Inter Sermones ſub num. xvii.

V. p. 13. Eiuſdem de Natali Domini. clxxxvii.

VI. p. 14. *b.* Eiuſdem de eodem. Inter ſuppoſ. cxvii.

VII. p. 17. *b.* Eiuſdem de eodem. clxxxviii.

VIII. p. 19. Eiuſdem de eodem. cxcvi.

IX. p. 20. Eiuſdem de eodem. Inc. *Primus homo, quo cadente omnes cecidimus*. Deſ. *in illo renaſci*. Ms. in Cod. 69. Bibl. Ven. Cat. pag. 48.

X. p. 21. *b.* Eiuſdem de eodem. cxci.

XI. p. 23. Eiuſdem de eodem. clxxxvi.

XII. p. 24. Eiuſdem de eodem. ccclxix.

XIII. p. 25. Eiuſdem de eodem. cxciv.

XIV. p. 26. *b.* Eiuſdem de eodem. clxxxiv.

XV. p. 27. *b.* Eiuſdem de eodem. cccxli.

XVI. p. 29. Eiuſdem de eodem. clxxxv.

XVII. p. 30. Eiuſdem de eodem cxciii.

XVIII. p. ead. *b.* Eiuſdem de conſonantia Evangeliſtarum Matthaei, & Lucae in generatione Domini. li.

XIX. p. 45. Eiuſdem de Natali S. Stephani protomartyris. Inter ſuppoſ. ccx.

XX. p. ead. Eiuſdem de eodem. Inter ſuppoſ. ccxv.

XXI. p. 46. *b.* Eiuſdem de eodem. cccxvii.

XXII. p. 48. Eiuſdem de eodem. Inter ſupp. ccxii.

XXIII. p. 49. Eiuſdem de eodem. cccxv.

XXIV. pag. 52. *b.* Eiuſdem de eodem. cccxvi.

XXV. p. 54. *b.* Eiuſdem de Kalendis Ianuarii. Inter ſupp. cxxix.

XXVI. p. 56. Eiuſdem de Epiphania Domini. Inter ſupp. cxxxi.

XXVII. pag. 57. *b.* Eiuſdem de eodem. ccclxxiii.

XXVIII. p. 58. *b.* Eiuſdem de eodem. cci.

XXIX. p. 60. Eiuſdem de eodem. Inter ſupp. cxxxii.

XXX. p. 61. Eiuſdem de eodem. ccii.

XXXI. pag. 62. *b.* Eiuſdem de eodem. ccclxxv.

XXXII. p. 63. Eiuſdem de eod. ccclxxiv.

XXXIII. p. 64. *b.* Eiuſdem in Natali plurimorum Martyrum. cccxxxi.

XXXIV. p. 66. Eiuſdem in Natali SS. Fructuoſi Epiſcopi, Angerii, & Eulogii Diacon. & Agnetis Virginis. cclxxiii.

XXXV. p. 68. *b.* Eiuſdem in Natali B. Vincentii. cclxxiv.

XXXVI. p. 69. Eiuſdem de eodem. cclxxv.

XXXVII. p. 70. *b.* Eiuſdem in Converſione S. Paulli Apoſtoli. cclxxix.

XXXVIII. p. 74. Eiuſdem in Cathedra S. Petri. Inter ſupp. cxc.

XXXIX. p. ead. *b.* Eiuſdem de eodem. In App. cxci.

XL. p. 75. Eiuſdem in Natali SS. Perpetuae, & Felicitatis Martyrum. cclxxx.

XLI. p. 77. Eiuſdem de eodem. cclxxxi.

XLII. p. 78. Eiuſdem de eodem. cclxxxii.

XLIII. p. ead. *b.* Eiuſdem in Natali unius Confeſſoris. cccxli.

XLIV. p. 80. *b.* Eiuſdem in Dominica Quinquageſimae de Abraham, vel immolatione Iſaac. ii.

XLV. p. 84. Eiuſdem de Quadrageſima. ccv.

XLVI. p. 85. Eiuſdem in Dominica ſecunda Quadrageſimae. ccvi.

XLVII. p. 86. Eiuſdem de eodem. Inc. *Moyſes XL. diebus, & noctibus in eremo ieiunavit, ut legem Dei mereretur accipere*. Deſ. *vivere debeamus*. Ms. in Cod. 69. Bibl. Ven. Catal. pag. 49.

XLVIII. p. 87. Eiuſdem de eodem. Inter ſupp. clxxv. ſub titulo *de Letania III.*

XLIX. p. 88. Eiuſdem feria quarta de eodem. ccvii. Inter ſupra adlatum, & hunc Sermonem notula in margine legitur, quae ita habet: *In hoc loco deficit Sermo integer, qui ita incipit: Dominus Deus nolens*.

L. p. 89. Eiuſdem feria quinta. ccviii.

LI. p. 90. *b.* Eiuſdem feria ſexta. ccix.

LII. p. 91. Eiuſdem in ſabbato. ccx.

LIII. p. 95. *b.* Eiuſdem ad Coniugatos. cccxcii. Deeſt Caput I.

LIV. p. 97. *b.* Eiuſdem de decem plagis, & decem praeceptis. viii.

LV. p. 102. Eiuſdem de eleemoſynis faciendis. cccxc.

LVI. p. 103. Eiuſdem in traditione Symboli. ccxii.

LVII. p. 104. *b.* Eiuſdem de Oratione Dominica. Inc. *Audiſtis quod creditis, quoniam non potuiſſetis invocare*. Deſ. *ibi neceſſarium eſt, ut petamus*. Ms. in Cod. 69. Bibl. Ven. Catal. pag. 49.

LVIII. p. 105. *b.* Eiuſdem in Paraſceve. ccxviii.

LIX. p. 107. *b.* Eiuſdem in vigilia Paſchae. Inter ſupp. cclxx.

LX. p. 108. Eiuſdem de eodem. ccxx.

LXI. p. ead. *b.* Eiuſdem de eodem. ccxxi.

LXII. p. 109. *b.* Eiuſdem de eodem. ccxxii.

LXIII. p. 110. Eiuſdem de eodem. ccxxiii.

LXIV. p. 111. Eiuſdem de ſancto die Paſchae. ccxxvi.

LXV. p. ead. *b.* Eiuſdem de Sacramentis Sermo habitus die ſancto Paſchae. ccxxvii.

LXVI. p. 112. *b.* Eiuſdem alius in ſancto die Paſchae. ccxxxiii.

LXVII. pag. 114. Eiuſdem unde ſupra. ccxxxii.

LXVIII. p. 116. *b.* Eiuſdem de eodem. ccxl.

LXIX. pag. 118. Eiuſdem feria ſecunda. ccxli.

LXX. p. 121. Eiuſdem de eadem die, qua ſupra. ccxxxii.

LXXI. p. 124. Eiuſdem eadem die, qua ſupra. ccxxxiv.

LXXII. p. 125. *b.* Eiuſdem feria tertia. cxvi.

LXXIII.

Digitized by Google

LXXIII. p. 128. Eiuſdem de eadem die. CCXXXVII.
LXXIV. p. 130. Eiuſdem de eadem die. CCXLII.
LXXV. p. 132. *b.* Eiuſdem feria quarta. CCXLIII.
LXXVI. p. 135. Eiuſdem de eadem re. CCXLVI.
LXXVII. p. 137. Eiuſdem de eadem feria. CCXLIV.
LXXVIII. p. 139. Eiuſdem feria quinta. CCXXX.
LXXIX. p. ead. *b.* Eiuſdem feria quinta de Alleluia. CCLVI.
LXXX. pag. 141. *b.* Eiuſdem feria ſexta. CCXLIX.
LXXXI. p. 142. *b.* Eiuſdem unde ſupra. CCL.
LXXXII. pag. 145. Eiuſdem unde ſupra. CCLI.
LXXXIII. p. 147. *b.* Eiuſdem in ſabbato. CXLVII.
LXXXIV. p. 148. *b.* Eiuſdem de eadem die. CCLIII.
LXXXV. p. 150. Eiuſdem de Reſurrectione Domini. Inc. *Reſurrectionis Dominicae veneranda ſolemnitas cunctis hodie per orbem*. Deſ. *propter iuſtificationem noſtram, cui eſt cum Deo Patre &c.* Ms. in Cod. 69. Bibl. Ven. Cat. pag. 50.
LXXXVI. p. 152. *b.* Eiuſdem Dominica in Albis. Inc. *Ad omnes quidem pertinet ſermo, quos cura noſtra complectitur*. Deſ. *regnetis*. Ms. in cit. Cod.
LXXXVII. p. 153. *b.* Eiuſdem in die Adſcenſionis Domini. CCLXV.
LXXXVIII. p. 157. *b.* Eiuſdem de eadem. CCLXIII.
LXXXIX. p. 158. *b.* Eiuſdem de eadem die. Inc. *Et quando de cruce noſtra proceſſit oratio*. Deſ. *quam nos omnes faciat promereri gaudium D. N. I. C. cum quo &c.* Ms. in cit. Cod.
XC. p. 163. *b.* Eiuſdem de Pentecoſte. Inter ſuppoſ. CLXXXIII.
XCI. p. 164. *b.* Eiuſdem de eodem. CCLXX.
XCII. pag. 169. *b.* Eiuſdem de eodem. CCLXXVIII.
XCIII. p. 170. Eiuſdem de eodem. CCLXVIII.
XCIV. pag. 171. *b.* Eiuſdem de eodem. CCLXIX.
XCV. p. 173. *b.* Sermo B. Maximi Epiſcopi de eodem. Inc. *Diſceſſurus ex mundo iſto*. Deſ. *eſſe dignetur*. Inter Aug. ſuppoſ. num. CLXXXIV.
XCVI. 174. B. Auguſtini Sermo in nativitate B. Ioannis Baptiſtae. CCLXXXVIII.
XCVII. pag. 177. *b.* Eiuſdem de eodem. CCXCII.
XCVIII. p. 182. *b.* Eiuſdem de eodem. CCXCIII.
XCIX. p. 187. *b.* Eiuſdem de eodem. Inc. *Omnibus ſanum ſapientibus liquet*. Deſ. *in honore Dei*. Ms. in cit. Cod. Ven.
C. p. 193. *b.* Eiuſdem de eodem. CCLXXXIX.
CI. p. 196. *b.* Eiuſdem de eodem. CCXCI.
CII. p. 198. *b.* Eiuſdem de eodem. CCCLXXIX.
CIII. pag. 199. Eiuſdem de eodem. Inc. *Quum & Patriarchas pariter & Prophetas*. Deſ. *amabiliter ſuadeo*. Ms. in cit. Cod. Ven.
CIV. p. 200. *b.* Eiuſdem de eodem. Inc. *B. Ioannis Baptiſtae laudatores oſtendunt*. Deſ. *in ſaecula ſaeculorum Amen*. Ms. in cit. Cod. Veneto.
CV. p. 201. *b.* Eiuſdem de eodem. Inc. *Vox Domini in virtute*. Deſ. *in ſaecula ſaeculorum Amen*. Ms. ibidem.
CVI. p. 203. Eiuſdem de eodem. Inc. *Perſuaſum habet hactenus*. Deſ. *in ſaecula ſaeculorum Amen*. Ms. ibidem.
CVII. p. 204. Eiuſdem in Natale Apoſtolorum Petri, & Paulli. Inter ſupp. CCV.
CVIII. p. 205. *b.* Eiuſdem de eodem. Inc. *Fortis, & humilis, maximus, & minimus*. Deſ. *meruerunt coronam*. Ms. in cit. Cod. Ven.
CIX. pag. 206. *b.* Eiuſdem de eodem. CXLVII.
CX. p. 207. Eiuſdem de eodem. CCXCVI.
CXI. p. 211. Eiuſdem de eodem. CCXCVII.
CXII. p. 214. *b.* Eiuſdem de eodem. CCXCV.
CXIII. pag. 216. *b.* Eiuſdem de eodem. CCCLXXXI.
CXIV. pag. 217. *b.* Eiuſdem de eodem. CCXCVIII.
CXV. p. 218. *b.* Eiuſdem in Natali Maccabaeorum. CCC.
CXVI. pag. 220. *b.* Eiuſdem de eodem. CCLXXIV.
CXVII. p. 223. *b.* Eiuſdem in Inventione S. Stephani. CCCXVIII.
CXVIII. p. 225. Eiuſdem de miraculis S. Stephani protomartyris Sermo excerptus ex Libris de Civitate Dei. Inc. *Ad aquas Tabelicanas*. Deſ. *reſurrectio praedicatur*.
CXIX. pag. 228. *b.* Eiuſdem in Natali S. Laurentii martyris. CCCII.
CXX. p. 233. *b.* Eiuſdem de eodem. CCCV.
CXXI. p. 235. Eiuſdem de eodem. CCCIV.
CXXII. p. 236. *b.* Eiuſdem de eodem. Inc. *Inter laurigeros Confeſſores, quos ad caelum pervexit*. Deſ. *ſi vero confitearis acquiris*. Ms. in cit. Cod. Ven.
CXXIII. p. 237. *b.* Eiuſdem in Aſſumptione B. Mariae Virginis. Inter ſupp. CXCIV.
CXXIV. p. 241. *b.* Eiuſdem de Maſſa Candida. CCCVI.
CXXV. p. 245. Eiuſdem in Decollatione S. Io. Baptiſtae. CCCVII.
CXXVI. p. 246. Eiuſdem de eodem. CCCVIII.
CXXVII. p. 247. *b.* Eiuſdem in Natali S. Cypriani martyris. CCCX.
CXXVIII. p. 248. Eiuſdem de eod. CCCIX.
CXXIX. p. 249. *b.* Eiuſdem de eod. CCCXI.
CXXX. pag. 253. *b.* Eiuſdem de eodem. CCCXIII.
CXXXI. pag. 254. *b.* Eiuſdem de eodem. CCCXII.
CXXXII. p. 256. Eiuſdem in Nativitatem plurimorum martyrum. LXIV.
CXXXIII. p. 257. Eiuſdem Sermo de eodem. CCCXXXII.

CXXXIV.

Digitized by Google

CXXXIV. p. 258. *b.* Eiuſdem de eodem. CCLXXXV.

CXXXV. p. 259. *b.* Eiuſdem de eodem. CCCXXXV.

CXXXVI. p. 260. *b.* Eiuſdem de eodem. CCCXXX.

CXXXVII. p. 262. *b.* Eiuſdem de eodem. LXV.

CXXXVIII. pag. 265. Eiuſdem de eodem. CCCXXIX.

CXXXIX. pag. 266. Eiuſdem in Natali unius martyris. CCCXXVII.

CXL. p. ead. *b.* Eiuſdem in Nativitatem plurimorum martyrum. CCCXXXIV.

CXLI. pag. 268. *b.* Eiuſdem de eodem. CCLXXXIII.

CXLII. pag. 269. Eiuſdem de celebritate Defunctorum, & reſurrectione eorum. CLXXII.

CXLIII. p. 270. Eiuſdem de eod. CLXXIII.

CXLIV. p. 271. Eiuſdem de die ordinationis ſuae. CCCXL.

CXLV. p. 272. Eiuſdem in Natali plurimorum martyrum. CCCXXV.

CXLVI. p. 273. Eiuſdem in Natali S. Victoriae martyris. CCLXXXI.

CXLVII. p. 275. Eiuſdem in Natali plurimorum martyrum. CCCXXVI.

CXLVIII. p. ead. *b.* Eiuſdem de Dedicatione Eccleſiae. CCCXXXVII.

CXLIX. pag. 277. Eiuſdem de eodem. CCCXXXVI.

CL. p. 279. Eiuſdem de eod. CCCXXXVIII.

In fine uncialibus ac rubris litteris ita ſe prodit amanuenſis: *Explicit tertia pars Sermonum B. Auguſtini Epiſcopi Hipponenſis. Deo gratias. Ioannes Franciſcus Martius Geminianus pro Magnifico Laurentio de Medicis feliciter tranſcripſit.*

Cod. membran. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus. Conſtat foliis ſcriptis 280.

D. AVGVSTINVS DE SPECVLO ANIMAE.

Cod. IX. I. pag. 1. SAncti Auguſtini de ſpeculo animi Liber unus. Inc. *Veritas lumen cordis mei, non tenebrae meae loquantur mihi; defluxi a te miſer, & obſcuratus ſum; erravi, & recordatus ſum tui &c.* Deſ. *nec caſus finem dabit, ſed ante ſaecula, & in ſaeculis, & per ſaecula &c.* Tom. VI. a pag. 145. ad pag. 154. in Append. ſed initium penitus diverſum.

II. p. 58. *b.* Anſelmus de conſideratione humanae miſeriae. Eſt Meditatio ſecunda inter Opera Anſelmi Tom. I. p. 293. ibique titulum habet: ***De terrore iudicii, ad excitandum in ſe timorem.***

III. p. 62. Oratio S. Auguſtini in Libro Soliloquiorum. Inc. ***Deus univerſitatis conditor.*** Deſ. *regni tui amen.* Tum rubris litteris ſubiicitur: *Qui ſcripſit ſemper ſcribat, & cum Domino ſemper vivat.* Eſt Excerptum ex eius Libro Soliloquiorum animae ad Deum, qui extat Tom. VI. p. 85.

Cod. membr. Ms. in 4. minori Saec. XIII. optime ſervatus, & grandioribus litteris exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 64.

ALBERTI THEVTONICI EXPOSITIO IN IOB.

ALberti Theutonici (1) de Ordine Fratrum Praedicatorum ſcriptum ſuper Iob. Prooemium inc. *Exemplum accipite, fratres, exitus mali.* Deſ. *& laetitia ſempiterna erit eis.* Expoſitio inc. *Huic operi praemittit Iobus vel duos prologos.* Deſ. *adhuc multiplicabuntur in ſenecta uberi.* In fine: *Explicit ſcriptum ſuper Iob Fratris Alberti Theutonici de Ordine Fratrum Praedicatorum.* Hoc Opus, tamquam ineditum, memorat Iacobus Quetif, & Iacobus Echard in Hiſtor. Scriptor. Ordinis Praedicatorum Tom. I. p. 179. his verbis: *Scriptum ſuper Iob F. Alberti Theutonici de Ordine FF. Praedicatorum. Opus ineditum, Codex rarus, cui adiicitur haec nota* (2) „ *Hanc Iobi explanationem A. MDCLXXX. annuente Sereniſs. Coſmo III. Magno Duce Pater Maximilianus Dexa Lucenſis Congregationis SS. Matris Dei, tunc temporis diſertiſſimus verbi Dei praeco in Eccleſia S. Laurentii, ſibi tranſcribendam curavit, typis eam daturus quamprimum.* „ *Sic ibi, quod an opere praeſtiterit vir clarus, mihi hactenus incompertum. Simile exemplum vidit Petrus de Pruſſia.* Vberiorem Alberti Operum editionem adornavit Petrus Iamnus Ord. Praedicatorum Lugduni MDCLI. Tomis XXI. in fol. Cod. X.

Cod. membr. Ms. in fol. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis exaratus, in cuius primo, & ultimo folio quaedam leguntur eiuſdem aetatis, excerpta ex Canonibus Eccleſiaſticis. Conſtat foliis ſcriptis 62.

THEOLOGIA ALBERTI MAGNI.

ALberti Magni Compendium Theologicae Veritatis Libris VII. cui praecedit Librorum ac Capitum tabula. Inc. *Veritatis Theologicae ſublimitas quum ſuperni ſit ſplendoris radius.* Deſ. *ſecundum merita recipiet ſine ſine.* Tum rubris litteris adſcriptum eſt: *Explicit Liber. Benedictus ſit Dominus Ieſus Chriſtus & beatiſſima Mater eius.* Inde alia manu recentiori ſequuntur definitiones, & ſententiae quaedam intricatis, & minutis litteris exa- Cod. XI.

(1) Albertus Grotus, ſive Magnus, Theutonicus, Lavingenſis Svevus, Ord. Praedicatorum, Doctor Pariſienſis anno MCCXXXVI. Inde Coloniae docuit, diſcipulum inter alios nactus Thomam Aquinatem. Epiſcopus ab anno MCCLX. Ratisbonenſis, in monaſterium Colonienſe rediit anno MCCLXIII. ibique inter litteras conſeneſcens obiit anno MCCLXXX. die XV. Nov. aetatis LXXV. *Impleviſſe orbem octingentis voluminibus, ſatis unum omnibus Bibliothecis,* ſcripſit in eius Elogio Petrus Labbe. Ex his pleraque tulere aetatem partim edita, partim inedita.

(2) Haec tamen in Laurentiano Codice nullibi adparet, vel ob deperditam fortaſſe ſchedulam illam, ubi nota illa erat appoſita, vel quia in reſtauratione Codicis, quum in ipſius integumento eſſet deſcripta, aliis foliis ſuperadiectis & conglutinatis ſepulta remanſit.

Digitized by Google

exaratae. In ultima tandem pagina poſſeſſoris nomen legitur hoc pacto: *Iſte liber eſt mei presbyteri Angeli Blaſii, quem emi Venetiis ducatis duobus cum dimidio ex propria mea pecunia*. Quetif, & Echard de hoc Opere ita praefantur loc. cit. pag. 176. *Compendium Theologicae veritatis, cuius principium: Veritatis Theologicae ſublimitas: quia ſcilicet plures antiquiores editiones etiam in incunabulis Typogr. Alberto Magno adſerunt: quia tamen S. Antoninus iſtud opuſculum diſertis verbis Alberto abiudicat, nec eius meminerunt antiquiores Pignon & Valleoletanus, ex genuinorum Alberti Operum indice reſecandum & expungendum certius videtur*. Eiuſdem vero Opus *de Theologia Sacra*, adhuc lucis expers publicae, in Barberina ſervari Bibliotheca adfirmant laudati Quetif, & Echard loc. cit. pag. 181. num. 9.

Cod. chartac. Ms. in 4. Saec. XIV. Conſtat foliis ſcriptis 106.

AMBROSII CAMALDVLENSIS HODOEPORICON.

Cod. XII. PRima pagina huius Codicis, quae pulcherrima pictura, volatilibus, puerulis diverſimode ludentibus, ac Mediceo ſtemmate exornata eſt, effigiem in littera initiali beati Ambroſii Camaldulenſium Generalis doctiſſimi, volumen manu tenentis, ad vivum expreſſam exhibet. In fronte, aureis maioribus litteris Operis titulus ita legitur: Odiporigum (*ſic*) Ambroſii doctiſſimi & eloquentiſſimi, ſanctae Camaldulenſis heremi Prioris, & eiuſdem Ordinis Generalis. Inc. *Anno Domini MCCCCXXXI.* Deſ. *heremitas noſtros multum hortatus, bene aedificatos reliquit*. Ex ſcriptis, quae Ambroſius Camaldulenſium Generalis anno MCCCCXXXI. compoſuit, primo loco commemorandum eſt eius Hodoeporicon, ſive Deſcriptio itineris ſui, quod eodem anno MCCCCXXXI. ad luſtrandos, emendandoſque per Italiam corruptiſſimos monachorum & monialium Inſtituti ſui mores ſuſcepit. Hoc Itinerarium Nicolaus Bartholinus Bargenſis, Clericus Regularis Congr. Lucenſis Matris Dei, acceptum a Magliabechio vulgavit Florentiae ac Lucae apud Mareſcandolos fratres A. MDCLXXXI. 4. ſed omiſſis nonnullis locis, ex quibus abunde conſtat quantam in officio ſuo peragendo magnus ille vir navarit operam. Huius editionis exemplar, ubi in vulgus prodiit, a Magliabechio efflagitavit Clar. Vir Stephanus Balutius litteris ad ipſum datis Lutetiae Pariſ. VII. Kal. Ianuarii MDCLXXXI. quae autographae adſervantur in Magliab. Bibliotheca Claſſ. VIII. Cod. 262. *Hodoeporicon Ambroſii Camaldulenſis iamdudum avidus exſpecto, & Epiſtolas eius. Vir fuit profecto magnus illa tempeſtate, & magnis rebus geſtis clarus*. At in alteris dat. eodem anno Pariſiis Kal. Auguſti, queritur editionem illam ope Magliabechii a Bartholino confectam, vitiis fuiſſe obrutam: *Ceterum doleo, Hodoeporicon Ambroſii ita mendoſe editum eſſe, ut excitaverit tuam indignationem. Sed ut huic malo remedium adhibeatur, poterit deinde recudi cum Epiſtolis viri doctiſſimi*. Huc pertinent, quae leguntur in Codice chartaceo eiuſdem Biblioth. Magliab. Cl. VIII. n. XV. in quo memorabilia quaedam Equitis Franc. Marmii continentur, pag. 2. nimirum, virum Cl. Ant. Magliabechium, una cum eodem Nicolao Bartholino Bargenſi exſcripſiſſe hunc Ambroſii libellum ex autographo Laurentiano: in quo errat Franc. Marmius: nam Codex Laurentianus, nitidiſſime ille quidem ſcriptus, Ambroſii manum non exprimit, ut oſtendit Cl. Laur. Mehus in Praef. ad Ambroſ. Epp. p. XCI. & CCCCXVI. ſeqq. Exſtat quidem auctoris manu exaratus in Florentino Angelorum Coenobio Ord. Camald. Cod. chartac. in cuius calce Epiſtola legitur *ad omnes, & ſingulos Religionis ſuae Praelatos, & Monachos, Converſos, vel Oblatos divinam profeſſos ſervitutem*: ubi etiam Monaſticorum animorum aegritudines, in Laurentiano praetermiſſas, fuſe enarratas videre eſt. Tertium denique huius Opuſculi exemplar adſervabatur in Camaldulenſi Fontis-Boni Chartulario, quod cum Angelico, & Laurentiano confundunt Martenius, & Durandius T. III. Vet. Script. & Monument. pag. VI. Hunc Codicem verſavit Ioan. Mabillonius, quum Sacram Eremum perluſtraret. Vid. T. I. Muſ. Ital. Part. I. pag. 179.

Cod. membr. Ms. in 4. maiori Saec. XV. nitidiſſimus. Conſtat foliis ſcriptis 100.

AMATVS DE IRA DEI.

AMatus de ira Dei, & de Antichriſto. *Cod. XIII.* Praecedit Epiſtola Nuncupatoria, cuius initialis littera auctoris effigiem cum vaſe iram Dei effundente repraeſentat. Inc. *Amatus ſervus Ieſu Chriſti omnibus fidelibus filiis Dei ſalutem, & pacem ab eo, quem ad redemptionem corporis noſtri, & congregationem noſtram in ipſum, & ad regnum, & dulcedinem vitae futuri ſaeculi fideliter exſpectamus. Quod in aure auditis*. Deſ. *gratia, & pax cum omnibus vobis amen. Florentiae, & ex Florentia primo die menſis Septembris anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo primo, & aetatis meae quadrageſimo octavo*. Opuſculum dividitur in Capita XXIV. Primum inc. *Per iram Dei non immerito factum eſt*. Vltimum deſ. *adveniente Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit & regnat per infinita ſaecula ſaeculorum amen*. De hoc Auctore nulla fecerunt verba, neque Antoninus Mongitorius, neque Caveus, neque Oudinus, neque Fabricius. Siculum tamen fuiſſe indicant verba, inferius proferenda. Sciendum eſt autem in hoc Opere totum eſſe Amatum, ut deſcriptionem Antichriſti, deque eo prophetias, quae in Apocalypſi Ioannis occurrunt aptet Mahomedi, Ara-

Digitized by Google

Arabumque Principibus, ad quos profligandos, Chriſtianos Principes cohortatur: non ſecus ac Heterodoxi, qui apud Conſtantinum Ronchaliam in eo libello, cui titulus: *Lezioni ſacre intorno alla Venuta, Coſtumi, e Monarchia dell' Anticriſto: in Lucca MDCCXVIII.* videri poſſunt, adverſus Romanum Pontificem, eiuſque regnum, & Eccleſiam maligne detorquent. Amatus igitur Capite ultimo, dum beſtiae Apocalypſis Mahomedem comparat in ratione rugitus, & dentium, ait: *Ratione vero virtutis dentium, quia praedam, quam crimine laeſae maieſtatis, Deo permittente, ſemel arripit, numquam deſerit, niſi forte rebelles ad Deum redierint; licet quam alia ratione ſubripit, aliquoties derelinquat; ut patriam meam TRINACRIAM, quam ratione diſſenſionis invaſerat &c.* Ex quibus ſane verbis, ſi conſulas hiſtorias Siculas, fortaſſe coniicies, cuius aetatis ſit hic ſcriptor incognitus. Librum autem hunc fortaſſe compoſuit, ut Pii II. Pontificis gratiam ſibi conciliaret, qui anno MCCCCLIX. Mantuae Chriſtianos Principes ad repellendum Turcarum impetum convocavit. Vid. Muratorium Annal. Ital. ſub hoc anno Tom. IX. pag. 468.

Cod. membr. Ms. in 8. Saec. XV. intricatis litteris exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 56.

ORATIO ANT. PVCCI HABITA IN CONCILIO LATERANENSI.

Adde

Ruinagiae Iuriſconſulti Oratio ad Leonem X. Baldaſſaris Raſini Liber de laudibus Franciſci Sfortiae Ligurum Ducis.

Cod. XIV. I. pag. 1. ANtonii Puccii Oratio habita anno MDXIV. Romae in Concilio Lateranenſi V. Seſſione IX. cui praecurrit Epiſtola nuncupatoria ad Leonem X. Pont. Max. Inde in circulo artificioſe depicto litteris aureis titulus iſte praefigitur: Oratio habita per Antonium Puccium Camerae Apoſtolicae Clericum in IX. Seſſione ſacroſancti Lateranenſis Concilii Nonis Maii. Initium Orationis, eo quod fortaſſe aliqua eximia pictura exornaretur, ab impia manu ſublatum, deperiit, incipitque a verbis .... *aliquos, nonnullos Evangeliſtas, &c.* quae quidem verba incidunt in Collectione Conciliorum Labbeana Tom. XIX. pag. 888. lin. 11. edit. Venetae typis Io. Bapt. Albrizzi, & Seb. Coleti; ibi enim integra Oratio, ex hoc fortaſſe deſcripta Codice, profertur, una cum Epiſtola nuncupatoria ſupra memorata. In fine huius Orationis elegantiſſimis litteris exaratum amanuenſis nomen legitur, & quidem ita: *Ioannes Antonius de Pandulphis de Bononia ſcripſit*. Atque hoc idem eſſe exemplar, quod Pontifici Auctor obtulit, facile crediderim, tum ob elegantiam Codicis, tum etiam quod compactum fuerit cum alio Opuſculo, de quo infra, eiuſdem Pontificis inſignibus decorato. Fuit autem Antonius Puccius patria Florentinus, Alexandri filius, Cardinalium Laurentii, & Roberti nepos, elegantis ingenii, & ad bonas artes a natura formati. A Clemente VII. Pont. Presbyter Cardinalis SS. Quatuor Coronatorum, ac Maior Poenitentiarius poſt patrui obitum renunciari meruit. Summo ſtudio elaboravit Homilias quatuordecim, non minus eruditas, quam pias, quibus titulum fecit: *De Corpore, & Sanguine D. N. Ieſu Chriſti, Sacrificio, eiuſdemque ſacrorum verborum declaratione*, quas poſt eius obitum in lucem dedit M. Antonius Georgius, & Ioanni Mariae Cardinali de Monte dicavit. Daniel Barbarus ſua in Ariſtotelis Rhetoricam Commentaria huic Cardinali nuncupavit. Vidi Italicum libellum inſcriptum: *Tractato di vera & falſa penitentia compoſto da Sancto Auguſtino in la X. parte de le Opere ſue: & dal Reveren. Veſcovo di Piſtoia in vulgare tradocto. In Firenze per gli Eredi di Filippo di Giunta MDXXIII.* 4. Initio Epiſtola occurrit, quae ita inc. *A. Pucci per gratia di Dio & della Se. Apoſtolica Veſcovo di Piſtoia alla Cyptà, & Diogeſi Piſtoleſe ſalute infinita nel Signore*. De hoc libello nulla fit mentio apud Ciacconium in Hiſtor. Pontific. & Cardinal. Tom. III. pag. 522. ubi de Antonio Puccio, qui tandem agens annum aetatis LX. exceſſit Balneoregii, die dominica XIV. Octobris A. MDXLIV.

II. pag. 24. Ruinagiae Iuriſconſulti, & Oratoris Placentini Oratio ad Leonem X. cui praeit hoc Carmen:

Ad nomen Decimi tremit Leonis,
Et Summi titulos libellus horret.
Nam ſe roboris adſerit puſilli,
Incultiſque riget ferus capillis.
Sed non hic Nemees, libelle, terror;
Te miti, & placido damus Leoni,
Qui, quum ſceptra regat potenter orbis,
Orbis delicium eſt, ſaluſque terrae.
Adridet modicis benignus, alto
Deſcendit ſolio, fovet precantes,
Nec lautas veneres amat; ſed hirta
Mentem ſub togula colit pudicam.
Quare non timeas, liber, Leonem,
Sis craſſis licet horridus capillis.

In infima pagina Leonis X. ſtemma gentilitium depictum eſt, adſcriptis verbis LEO PAPA X. PONT. Elegantiſſimae vero huius Orationis ſpecimen dare non pigeat. *Optabat iampridem, Beatiſſime Pater, ardentiſſimis votis, ac debebat Placentina Civitas, quoniam per ſe ipſam tota non poteſt, Sanctitati Tuae per Legatos, & gratulari, & gratias agere, & fidem ſuam, interpoſita iuriſiurandi religione, confirmare. Nunc ergo tardius quidem, quam oportebat, ſed quum primum fieri potuit, ad verendum Tuae Maieſtatis conſpectum venimus. Huius tarditatis cauſſas etiam in hoc ſublimi orbis terrarum oraculo cognitas eſſe opinamur. Nam, quum, defuncto Iulio Secundo Pontifice Maximo, Illuſtriſſimus Mediolani Dux Maximilia-*

Digitized by Google

licnus, non tam ſua ſponte, quam familiarium opinionibus perſuaſus, Placentiam ſuae ditioni adiungere cogitaſſet, & tentatis urbanorum animis, videret Placentinos adduci non poſſe, ut ſine vi urbem traderent, ſed paratos pro Romanae Eccleſiae dignitate extrema omnia experiri; atque ideo cum Parmenſibus ad dandam mutuo, & accipiendam opem conſpiraſſe, Bernardino Arriano Praetore, foederis internuncio; ſciret Praefecturam urbis agere Ioannem Gozadinum conſultiſſimum virum, magni ſpiritus, & ſpectatae in Romanam Eccleſiam fidei, quem nec pollicitationibus adlici, nec terrore concuti, nec inſidiis capi poſſe intelligebat; ratus eam expeditionem non ſuarum eſſe virium, Raimundum Cardonam, Hiſpani exercitus ducem, ad ſuſcipiendam pro eo provinciam animavit. Ille autem fecit id, quod Rex Catholicus, unicum orthodoxae fidei columen, nequaquam, ut putamus, voluiſſet. Nam ſimulata profectione quum in agrum Cremonenſem copias deſtinaſſet, Padum tranſmiſit. Exercitus Principes propugnatores ſe Eccleſiaſticae ditionis profeſſi, quum revera urbem diripere ſtatuiſſent, noſtris Oratoribus ludificatis, ea celeritate uſi ſunt, ut unius noctis ſpatio totam illam agri noſtri partem, quae Placentiam, Parmamque interiacet, uſque ad propinqua ſuburbiis loca compleverint. Quae deinde nobis acciderint, piget recenſere. Ingentem certe calamitatem, aerumnas miſerabiles, acerbiſſimas concurſiones perpeſſi ſumus; inexhauſtos labores exantlavimus; plena periculis tempora, plenas ſuſpicionibus noctes tranſegimus. Quantum enim fuit equeſtres Hiſpani exercitus copias, tribus menſibus, noſtris ſumtibus alere, & quotidianis dehinc pecuniarum erogationibus vexationes redimere, calumnias auro diluere, introductis poſt reſtitutam Eccleſiae urbem peditibus, diebus plurimis, de publico alimenta tradere! quod tanto erat difficilius, quia Placentina Civitas publicum cenſum nullum habet, vel ſaltem perquam exiguum. Vbi vero ad Trebiae amnem caſtra poſuerunt, quum multum tritici alendis equis ante abſumſiſſent, multum ad contrahendas pecunias precio diſtraxiſſent; & iam undecimus a collectione frugum menſis volveretur, quo ſudore, quibus diſpendiis, qua ſollicitudine annonam paravimus, quanta agrorum vaſtitas facta eſt! Videntur adhuc auribus meis inhaerere illi minacium verborum aculei, quibus nos ad impoſſibilia perurgebant. Haec ſunt, quae adventum huc noſtrum diſtulerunt, & de his quidem ſatis. Ceterum, quantum nobis triſtitiae & perturbationis invexerat repentina illa rerum mutatio, tantum excitavit alacritatis, & bonae ſpei nuncius ille multo iucundiſſimus, qui primus electionis Tuae certitudinem attulit; tunc reſpirare, & recreari coepimus, Tuumque Pontificatum quaſi certiſſimum pignus noſtrae ſalutis a Deo datum recognoſcere. Videbamus Te unum in hac celſiſſima ſede conſtitutum, in cuius divina virtute, & ſapientia omnes populi, nationes, Reſpublicae, Reges omnes, & Principes Chriſtiani nominis conquieſcerent. Iam non erat, qui ſortis ſuae infelicitatem, qui damna, qui ſervitutem reſpiceret, qui libidinem, atque avaritiam militarem multifaceret: tantas de Te uno conſolationis rationes univerſa Civitas, omnis ſexus, atque ordo capiebant. Gratulabamur invicem, & malorum finem, non ſolum patriae noſtrae, ſed totius Italiae auſpicabamur &c. „ Sub finem vero (pag. 28.) ita facundus Orator proſequitur „ *Comprimam itaque me ipſum, & quae mearum ſunt partium feſtinanter abſolvam. Gratias Tibi habemus, agimuſque immortales, quod ruentem iam, ac prope conclamatam noſtram Civitatem Tuo ſtudio, Tuis conſiliis, Tua vigilantia, & opera conſervaſti, anhelantemque, & ſemiuſtam ex fatali quodam incendio eripuiſti. Quod ſi in commendandis beneficiis plurimum vales dignitas concedentis, & amplitudo, quanti aeſtimabimus factam per Te Patriae noſtrae incolumitatem, quantum Te ſoſpitatore gloriabimur! Nec vero negligenda erat illius Civitatis recuperatio, quae quum priſcis olim temporibus Romani Pontificis nomini fidelis ac devota fuerit, hunc eumdem affectum, quaſi hereditarium tranſmiſit in poſteros, ut, quoties rerum ac temporum tulit occaſio, contemtis finitimorum Principum amicitiis in Romanae Eccleſiae ſinum properaverint. Tum poteſt Sanctitati Tuae ad multos uſus eſſe opportuna; habet campeſtrem regionem, amplam, fertilem, ſpecioſam; a fronte, & a tergo irrigui amnes intercidunt; ad laevam huc venientibus radit Eridanus: ad dextram vitiferi colles adſurgunt, in quibus magna omnis generis frugum felicitas: nec tamen etiam altiſſima lapidoſorum montium iuga cultoribus vacant: magnifica per totum agrum aedificia: pagi, vici, oppida, prope ſe ex omni parte contingunt: valles praeterea copioſiſſimae virorum ferocium; hinc robuſtiſſimam ad belli ſubſidia iuventutem educere poteris, hinc annonam ad alendos exercitus plurimam. Taceo urbis ipſius generoſam familiarum antiquitatem, clariſſimos Proceres, Marchionum titulis, Equeſtri, & Comitali dignitate inſignitos; qui ſi aliquando inter ſe comitia fecerint, credas non unius, ſed multarum Civitatum Principes conveniſſe. Quid quod clauſtrum eſt, & terminus Tui Imperii, quantum in Aemiliam extenditur? Quid quod ex montanis noſtris in Liguſticam, & Lunenſem oram patentiſſimus eſt aditus? Haec quondam intelligens Franciſcus Foſcarus, ubi occupatam a Venetis Placentiam in Mediolanenſium manus recidiſſe nunciatum eſt, exclamavit: Non Civitatem, ſed Regnum amiſimus. Quare cuſtodienda eſt, mihi crede, & inter praecipuas retinenda haec Civitas. Nec quiſquam Tibi perſuadeat, ut illam de manibus Tuis dilabi patiaris, praeſertim ſic affectam, & nomini Tuo ſic devotam. Supereſt, ut ad fidelitatis iuramentum in ea, quam Beatitudo Tua iuſſerit forma, admittamur. Nos libenter imperata faciemus.* Nihil de hoc eloquentiſſimo Iuriſconſulto apud Hiſtoriae Litterariae ſcriptores notatum invenimus.

III. p. 30. Baldaſaris Raſini [1], legum Doctoris, Equitiſque Aurati Oratio de celeber-

(1) Balthaſar Raſinus, Ambroſii filius, Eques Auratus, Caeſarei ac Pontificij iuris peritia clarus, Moralem Philoſo-

rimis Franciſci Sfortiae Vicecomitis, invictiſſimi Ligurum Ducis, laudibus Ticinenſem apud Academiam in ſacro D. Franciſci delubro feliciter habita. Inc. *Inſtituenti ſane mihi de ſempiternis Franciſci Sfortiae Vicecomitis, invictiſſimi Ligurum Ducis, laudibus &c.* Deſ. *vel populo ulla ex parte inrogari. Dixi.* Pag. 31. haec de ſe ipſo Auctor praefatur: *Immortales quippe ago, atque habeo noſtro Caeſari ſapientiſſimo gratias, qui me unum ex omnibus viris litteratiſſimis, quos haec Academia celebris complecteretur, quamvis immeritiſſimum, ad annuam ſuis de rebus geſtis, atque trophaeis orandi provinciam, tam perhumaniter publico chirographo delegerit. Audierat enim compluſculos me annos, percelebres Divi Philippi Mariae Angli, potentiſſimi Inſubrum Ducis, annales oratione publica, ſua quod Amplitudo publicis litteris ſtatuerat, peroraſſe; cuius ſane veſtigia, eum non modo aequaſſe (id pace omnium dixerim) verum etiam ſuperaſſe ferme rumiſicant omnes.*

Ne veſtram igitur exſpectationem remorer, Viri lectiſſimi, primum mihi de dignitate corporis excellentique forma, mox de fortunae bonis, ac demum de ſempiternis animi dotibus, noſtrum quae ad Ducem clementiſſimum, vera omnium attinere ſententia percenſeatur, perſtrictim tamen, videtur eſſe dicendum &c. Haec autem longa Oratio in quaedam veluti Capita dividitur, quae rubricatis litteris ita inſcribuntur: I. pag. 34. Bona fortunae. II. pag. 36. Blanca Maria Vicecomes, Franciſci Sfortiae uxor. III. p. 39. *b.* Hippolyta Maria eius filia, Calabriae Regina (1). IV. pag. 41. Galeaz Maria filius. V. p. 43. Agnes Vicecomes. VI. p. 45. Franciſcus Sfortia. VII. p. 45. *b.* Gaſpar de Vicomercato. VIII. p. 49. Bona animi: imprimis effertur Iuſtitia. IX. pag. ead. *b.* de Monarchia. X. pag. 59. Fides. XI. p. 61. *b.* Religio. XII. pag. 63. *b.* Clementia. XIII. p. 64. Humanitas. XIV. p. 65. *b.* Prudentia. XV. p. 69. Genuae Oratio ad invictiſſimum Ligurum Ducem, XVI. pag. 74. Fortitudo. XVII. p. 75. Modeſtia. In calce primae huius Orationis paginae Mediceum ſtemma exprimitur, ac initiales quaeque Capitum litterae auro, variiſque coloribus depictae ſunt.

Cod. membr. Ms. in 8. maiori Saec. XV. diverſis manibus exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 77.

AVG. ANCONITANI TRACTATVS DE AMORE SPIRITVS SANCTI,

Sive

Auguſtini Triumphi Anconitani Milleloquium ex ſcriptis D. Auguſtini, ac Tractatus de Amore Spiritus Sancti.

I. pag. 1. FLores Beati Auguſtini, ſeu Milleloquium ex ſcriptis S. Auguſtini, auctore Auguſtino Triumpho (2) Anconitano, & primo quidem ex Libris XXII. de Civitate Dei. Inc. *Flores B. Auguſtini in libro de Civitate Dei ſic colliguntur per veritates. Prima veritas eſt, quod illa diſciplina, quae a teneris annis eſt imbuta, eſt magis diuturna.* Deſ. *amabimus & laudabimus.* *Cod. XV.*

II. p. 60. *b.* Eiuſdem Flores ſuper Geneſi contra Manichaeos. Inc. *Prima veritas eſt, quod nulla ſcriptura.* Deſ. *iuſte caput praeſcinditur.*

III. p. 63. Eiuſdem Flores ex Libro, qui eſt contra Epiſtolam Manichaeorum, quae dicitur Fundamentum. Inc. *Prima veritas eſt, quod ſincera ſapientia.* Deſ. *ſed per noſtram inclinationem.*

IV. p. 65. Eiuſdem Flores ex Libris XV. de Trinitate, ut in Cod. XXX. Plutei ſuperioris.

V. p. 140. Eiuſdem Flores ex Libris III. de Doctrina Chriſtiana. Inc. *Prima veritas eſt, quod tria ſunt genera reprehendentium.* Deſ. *quod ſermo ingratus, non poteſt eſſe non prolixus, & ſic patet &c.*

VI. p. 157. Eiuſdem Flores ex Libris III. de mirabilibus Sacrae Scripturae. Inc. *Prima veritas eſt, quod ex informi materia.* Deſinunt in verbis: *tertia concluſio, quod Apoſtoli....* Reliqua deſiderantur in Codice, ſpatio vacuo relicto:

VII. pag. 168. Eiuſdem Flores ex Libro LXXXIII. Quaeſtionum. Inc. *Prima veritas, quod omne, quod eſt.* Deſ. *& eiuſdem generis cum ſponſo ſuo Ioſeph.*

VIII. p. 172. Eiuſdem Flores ex Libris Confeſſionum. Inc. *Primum dictum eſt, feciſti nos ad te.* Deſinunt in Libro V. nimirum in verbis: *certum in ſenſibilibus.*

Hoc Milleloquium ex S. Auguſtini ſcriptis ince-

loſophiam ſic calluit, ut ad eam ſimul cum Rhetoricae praeceptis, auditoribus praelegendam primum in publica Mediolanenſium Academia anno MCCCCXLVIII. deinde in Archigymnaſio Ticinenſi ab anno MCCCCL. ad annum MCCCCLXVIII. electus fuerit. Ibi dum profiteretur, quantum excelleret in oratoria facultate oſtendit hac Oratione, quae Ms. exſtat etiam in Biblioth. Vatic. Cod. 1807. & ibidem inter Mss. Reginae Svecorum Cod. 1876. E vivis ereptus VI. Kal. Novembr. MCCCCLXVIII. & apud Praedicatores in templo S. Thomae Papiae ſepultus eſt, his carminibus ſepulcro adpoſitis:

ELOQVII PRINCEPS, MILES, IVRISQVE PERITVS
RASINVS IACET HIC BALTHASAR, ATQVE COMES.
OBIIT DIE XXVII. OCTOBRIS MCCCCLXVIII.

Vid. Argelatum in Biblioth. Scriptor. Mediol. Tom. II. P. I. pag. 1184.

(1) Exſtat Oratio Benedicti Colnccii ad Ducem Calabriae in Biblioth. Subdecani Florentinae Eccleſiae Gabrielis Riccardii. Franciſcus enim Sfortia nuptui tradidit Hippolytam filiam Alphonſo Duci Calabriae, qui filius erat Ferdinandi Regis, A. MCCCCLXV.

(2) Auguſtinus Triumphus, patria Anconitanus, natus eſt A. D. MCCXLIII. ſub Pontificatu Innocentii PP. IV. Hic liberalibus diſciplinis eruditus, quum ſaeculo valedixiſſet, in Familiam, ſeu Ordinem Eremitarum D. Auguſtini cooptatus eſt, atque una cum Aegidio Columna Romano eiuſdem Ordinis, Lutetiam Pariſiorum miſſus ad audiendos, ut dicitur, Sanctos Thomam Aquinatem, & Bonaventuram Balneoregienſem. Interfuit Concilio Lugdunenſi A. MCCLXXIV. Plura ſcripſit Opera, quae accurate recenſentur a Caveo, & Oudino in Comment. de Scriptoribus Eccleſ. Poſt varias legationes, officiaque Carolo, & Roberto Siciliae Regibus praeſtita, Neapoli obiit IV. Non. Aprilis A. MCCCXXVIII. aetatis ſuae LXXXV. Vid. Cornelium Curtium in Elogiis Auguſtinianorum p. 129. ſeq.

Digitized by Google

inceptum ab Auguſtino Triumpho, abſolutum fuit a Bartholomaeo Vrbinate Epiſcopo, ac prodiit Lugduni MDLV. Vid. Fabricium Bibl. Med. & Inf. Lat. Tom. I. p. 153. edit. Patavinae in 4.

IX. pag. 178. Eiuſdem Tractatus de Amore Spiritus Sancti. Inc. *Domine Ieſu Chriſte, qui dixiſti Apoſtolis tuis, petite, & accipietis*. Deſ. *& unus Deus benedictus in ſaecula ſaeculorum amen*. In fine: *Explicit Tractatus de Amore Spiritus Sancti per quinquaginta theoremata diſtinctus, editus a Fratre Auguſtino de Anchona Fratrum Eremitarum Ordinis Sancti Auguſtini*. Memoratur hic Tractatus ab Oudino in Comment. de Scriptorib. Eccleſ. Tom. III. pag. 600.

Cod. chartac. Ms. in 4. minori Saec. XIV. minuto, ac intricato charactere exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 256.

ATHANASII CONTRA HAERETICOS ET ALIA.

Titulus reſtituendus.

Libri VIII. de Trinitate ſub Athanaſii nomine; Eiuſdem, Cyrilli Alexandrini, Paulli Emeſeni, Dionyſii Exigui, Procli Conſtantinopolitani, Io. Antiocheni, & Brunonis varia; Iamblichi reſponſiones ad quaeſtiones Porphyrii, & Sebaſtiani Eugubini Teleutologium.

Cod. XVI. I. pag. 1. PRimum Opus eſt anepigraphum, ac propterea nos hunc illi titulum imponimus: *De unita Deitate Trinitatis ad Theophilum Libri VIII. ſub Athanaſii nomine*, multis tamen in locis diverſi ab editis inter eius Opera, curante Bernardo de Montfaucon, Pariſiis MDCXCVIII. fol. Tom. III. a pag. 604. ad pag. 623. Hi Libri Graece non exſtant, videnturque Latine ſcripti, vel a Vigilio Tapſenſi, ut Petrus Franciſcus Chifletius ſibi perſuaſit, vel, ut Montfauconio viſum, ab Idacio Claro, fortaſſis ſub Athanaſii nomine editi; unde tamquam Athanaſii adlegantur ab Ratramno III. 6. contra Graecos, Hincmaro, Aenea Pariſienſi, Theodulfo Aurelianenſi, aliiſque. Ordo Librorum in editionibus, & Mss. varius eſt: nobis Codicis noſtri ordinem perpendere ſatis erit.

Lib. I. uti diximus anepigraphus, inc. *Tu, unus Deus, Pater, & Fili, & Spiritus Sancte*. Deſ. *feciſſe me memini*. In edit. cit. loc. cit. a pag. 604. ad pag. 607.

II. pag. 6. de propriis Perſonis, & unito nomine Deitatis. inc. *Nunc per ſingula nomina perſonarum*. Deſ. *& Sanctum Spiritum*. Ibid. a pag. 607. ad pag. 609.

III. pag. 9. de aſſumptione hominis contra Marcellionem (1) haereticum, inc. *Quemadmodum in Deitate*. Deſ. *& omnis infirmitas homini eſt imputanda*. Ibid. a pag. 609. ad pag. 614.

IV. pag. 14. *b*. de ſingulis nominibus contra novellam haereſim cuiuſdam Potentini Vrbicii, inc. *Heic iam de ſingulis nominibus, atque perſonis identidem refers mihi*. Deſ. *per quod nomina ſingula tantum in perſonis perfecte diſtinguuntur*. Ibid. a pag. 614. ad pag. 615.

V. pag. 17. *b*. de una & ſempiterna ſubſtantia Trinitatis, inc. *Hic contradicentium perſona eſt Arriomanitarum. Cur confeſſus es &c.* Deſ. *& ubique praeſens eſt haec indiſcreta ſempiterna Trinitas, cui eſt inviſibilis plenitudo divinitatis*. Ibid. a pag. 616. ad pag. 618. ſed viginti circiter verſus in fine longior.

VI. pag. 21. *b*. de beatitudine Filii, & de praeſcriptione ſectae peſſimae, inc. *Poſco a te de unito Deitatis nomine multifarie dicto, ut identidem repetas*. Deſ. *nonne mirabilia praeſens Deus operatur, & ſua per hominem facta agnoſcebantur, & non tamen Deitas in eo videbatur*. Ibid. a pag. 619. ad pag. 621. ubi per alios decem verſus progreditur.

VII. pag. 25. de profeſſione regulae Catholicae cum increpatione haereticae, inc. *Propter quod impenſiſſime obſecro tuae ſublimitatis gloriam*. Deſ. *ac per hoc unica eſt Patris, & Filii, & S. Spiritus ſubſtantia, quam Graeci dicunt homouſion, ſed & unita eſt eorum operatio in factura*. Ibid. a pag. 621. ad pag. 623.

VIII. pag. 27. *b*. de unitate divinae ſubſtantiae, inc. *Sine initio temporum ſupra ſenſum & ſermonem, & ſpiritum una virtus, unus Deus*. Deſ. *unitas Trinitatis*. Ibid. pag. 623. ſed paullulum differt in principio.

II. pag. 28. *b*. Eiuſdem (nempe S. Athanaſii) Liber de Sancto Spiritu. Inc. *His qui Filium Dei creatum eſſe profitentur, nequaquam de Spiritu Sancto dabimus reſponſum*. Deſ. *heredes regni caelorum effici poterimus*. Ibid. Tom. II. a pag. 969. ad pag. 981. ubi legendum doctiſſimi editoris monitum.

III. pag. 46. Eiuſdem profeſſio Arriani, & confeſſio Catholica. Inc. *Arriani dicunt, Filium Dei non de ſubſtantia Dei Patris genitum, ſed extrinſecus creatum*. Deſ. *qui commutaverunt gloriam Dei in mendacio, & coluerunt, & ſervierunt creaturae potius, quam creatori, qui eſt benedictus in ſaecula amen*. Ibid. Tom. III. a pag. 624. ad pag. 628.

IV. pag. 53. Eiuſdem Fides. Inc. *Credere iubemur in Dei Patris omnipotentiam, & Filii eius I. C. & Spiritus Sancti indiviſe quidem, & inſeparabilem Trinitatem. Haec enim & Prophetae cecinerunt*. Deſ. *ſemper novis operibus abundemus, ut audiamus ab Apoſtolo: gratia I. C. & dilectio Dei, & communicatio Spiritus Sancti cum omnibus nobis amen*. Ibid. a pag. 628. ad pag. 631.

V. pag. 59. Eiuſdem Epiſtola ad Epictetum Epiſcopum Corinthiorum. Inc. *Dilectiſſimo fratri, & amabili conſacerdoti Epicteto &c. Ego quidem putabam omne vaniloquium univerſorum, qui ubique ſunt haereticorum ceſſaſſe*. Deſ.

(1) In edit. Marcellinum.

Digitized by Google

Deſ. *veniam tribuant noſtrae in loquendo infirmitati. Saluta cunctos fratres meos. Te omnes, qui nobiſcum ſunt, plurimum ſalutant. Vale.* Ibid. Tom. II. a pag. 901. ad pag. 910.

VI. pag. 64. Eiuſdem ad Epiſcopos per Africam conſtitutos Epiſtola. Inc. *Sufficiunt quidem ea, quae ſcripta ſunt & a dilectiſſimo Comminiſtro noſtro Damaſo Epiſcopo inclytae Romae.* Deſ. *credimus etiam hereditate regnum poſſidere caelorum in C. I. D. N. per quem Patri cum Spiritu Sancto gloria, & poteſtas in ſaecula ſaeculorum amen.* Ibid. a pag. 891. ad pag. 900.

VII. pag. 69. Eiuſdem Epiſtola Synodica & omnium Aegyptiorum Pontificum de verae fidei regula. Inc. *Domino beatiſſimo, & honorabili ſancto Patri Liberio Papae &c. Veſtrae beatiſſimae paternitatis iura.* Deſ. *ſanctiſſime Patrum Pater amen.* Tom. III. a pag. 673. ad pag. 674.

VIII. pag. 70. *b.* Liberii Papae Epiſtola Athanaſio, & univerſis Aegyptiorum Epiſcopis directa, ut in recta fide contra omnes perſiſtant haereticos. Inc. *Dilectiſſimo filio &c. Olim & ab initio.* Deſ. *pax vobis amen.* Ibid. a pag. 674. ad pag. 675.

IX. pag. 72. Athanaſii & omnium Aegyptiorum Epiſtola Felici Papae, ſucceſſori videlicet Liberii, directa, qua ſuam ſuorumque ſequacium intimatur (*ſic*) pro fide oppreſſionem, poſtulantes eius ſummum, ut decet, ſuffragium. Inc. *Domino beatiſſimo &c. Veſtro ſancto ſuggerimus Apoſtolatui, ut noſtro nomine, more ſolito ſollicitudinem gerere dignemini.* Deſ. *orantem pro nobis Dominus cuſtodiat in aevum amen.* Ibid. a pag. 675. ad pag. 677. ubi inſcribitur: *Epiſtola Aegyptiorum Pontificum ad Felicem de infeſtationibus Arrianorum.*

X. pag. 75. *b.* Eorumdem ad Marcum Sanctae Romanae Sedis Papam Epiſtola, qua poſtulant ab eo ſibi mitti plena Nicaeni Concilii exemplaria, ſub tuta ſtipulatione, & quod LXX. ſint Capitula Nicaeni Concilii. Inc. *Domino ſancto &c. Ad vos perveniſſe non dubitamus, quanta, & qualia ab haereticis, & maxime ab Arrianis quotidie patimur.* Deſ. *eum dominus multis conſervet temporibus amen.* Ibid. a pag. 665. ad pag. 666.

XI. pag. 76. *b.* Epiſtola Marci Papae ad ſupraſcriptos. Inc. *Dominis venerabilibus fratribus Athanaſio &c. Doleo, fratres, & nimium contriſtor.* Deſ. *quicumque plebem ſuam contra ſacrilegae perſuaſionis auctores noluerit cuſtodire. Data IX. Kal. Nov. Nepotiano & Secundo Viris Clariſſ. Conſulibus.* Ibid. Tom. II. p. 490.

XII. pag. 78. S. Cyrilli Epiſcopi Alexandrini ad Evoptium Epiſcopum ad ea, quae a Theoderico (*ſic*) Epiſcopo Cyri dicta ſunt contra XII. anathemata Epiſtolae Synodalis contra Neſtorium. Inc. *Cyrillus &c. Legi quae a tua ſanctitate nuper ſcripta ſunt, admiratuſque ſum nimis affectus & charitatis.* Deſ. *verumtamen haec & nunc relinquentes, inſtantem potius exſequamur intentionem.* In edit. eius Oper. Pariſ. Tom. VI. P. I. a pag. 200. ad pag. 201. Hic eſt S. Cyrilli Liber ad Evoptium Epiſcopum, ſeu declaratio XII. Capitum, & Anathematiſmorum a Cyrillo Arch. Alexandrino, Epheſi ſacra ſynodo latiorem illorum explicationem petente, dicta.

XIII. pag. 79. Eiuſdem Praefatio in interpretationem XII. Capitulorum, quae continentur in Epiſtola ad Neſtorium conſcripta. Inc. *Aperta ſunt omnia intellectum habentibus, & rectam ſcientiam invenientibus, ſicut ſcriptum eſt.* Deſ. *erit, ut exiſtimo, non inefficaci utilitate legentibus.* Ibid. a pag. 145. ad p. 146. Eſt Praefatio XII. Capitulorum, & Anathematiſmorum a Cyrillo Epiſcopo Alexandrino, Epheſi ſacra Synodo latiorem illorum explicationem petente, item dicta.

XIV. pag. 79. *b.* Capitula Sancti Cyrilli, & reſponſiones Theoderici (*ſic*) Epiſcopi Cyri. Inc. *Si quis non confitetur Deum eſſe ſecundum veritatem Emmanuel.* Deſ. *gratis accepiſtis, gratis date. Amen.* Ibid. a pag. 146. ad pag. 200. Ad ultimam oppoſitionem Cyrilli adferuntur teſtimonia ex S. Gregorio, Baſilio, & Athanaſio.

XV. pag. 106. Dionyſii (1) (dicitur Epiſcopi) praefatio in ſequentes duas S. Cyrilli Epiſtolas a ſe e Graeco in Latinum translatas. Inc. *Dominis venerabilibus, & chariſſimis fratribus Ioanni atque Leoncio Dionyſius Epiſcopus. Novum forſan videatur ignaris.* Deſ. *& ideo beatiſſimi Cyrilli Alexandrinae Vrbis Epiſcopi duas Epiſtolas ad Succeſſum directas Iſauriae Diocaeſarienſis Antiſtitem vobis potiſſimum commoventibus de Graeca nuper loquutione transfudi = ſedula mentis intentione praeſtetis.*

XVI. pag. ead. *b.* S. Cyrilli Alexandrini Pontificis ad Succeſſum (2) Epiſcopum Iſauriae Diocaeſarienſis Epiſtola. Inc. *Perlegi Commonitorium, quod a tua ſanctitate directum eſt, & nimium gratulatus ſum.* Deſ. *tua vero perfectio, quum poſſit maiora ſentire, prodeſſe nobis ſcribendo hortandoque dignetur.* Eſt Epiſtola prior *de Fide* ad Succenſum, de quo Tillemontius Tom. XIV. pag. 570. Diocaeſareae in Iſauria Epiſcopum. Tom. V. P. II. a pag. 135. ad 141. & ex veteri verſione apud Baluzium pag. 918. ſeq.

XVII. pag. 109. *b.* Eiuſdem ad eumdem alia Epiſtola. Inc. *Declaratur quidem veritas his qui diligunt eam.* Deſ. *nec enim per gratiam Salvatoris a Concilii ſalubritate recedimus. Saluta fraternitatem, quae tecum eſt. Te qui no-*

(1) Dionyſius Exiguus, natione Scytha, Monachus, & Abbas Romanus, magna laude, magniſque ſtudiorum meritis nomen ingens conſequutus, diem obiit ante annum DLVI. quo librum de divinis lectionibus ſcripſiſſe ſe, Caſſiodorus iam ſenex ſignificat. Epiſtolam Synodicam S. Cyrilli & Concilii Alexandrini contra Neſtorium cum XII. Anathematiſmis Latine vertit ad Petrum Epiſcopum, quae ſubiicitur Codici Canonum Dionyſiano, a Chriſtophoro Iuſtello vulgato Pariſiis MDCXXVIII. 8. & in Tomo priore Bibliothecae Canonicae Guilielmi Voelli, & Henrici Iuſtelli pag. 175. & in Tomis Conciliorum. Interpretationem vero Epiſtolarum duarum Cyrilli, quae infra occurrunt, quas a Dionyſio verſas Poſſevinus memorat, nemo adhuc, quod ſciam, in lucem protulit.

(2) In edit. *Succenſum.*

Digitized by Google

nobiſcum ſunt in Domino ſalutant. Eſt Epiſtola poſterior *de Fide*. Ibid. a pag. 141. ad pag. 151.

XVIII. pag. 115. Paulli Emeſeni Epiſtola, qui Epiſtolam S. Ioannis Antiocheni in Alexandriam deportavit, adloquutionemque fecit in Alexandria in Eccleſia maiore, ſedente & audiente beato Cyrillo, docens duas naturas in Chriſto, & non unam debere praedicari, & impaſſibilem credimus deitatem, & ſanctarum ſcripturarum dividi voces. Inc. *Pridem ad veſtram loquentes intenti ſimus charitatem minime ponere finem ſermoni voluimus*. Deſ. *nos quidem, qui ſimilia glorificamus dogmata, exercitanti Eccleſiam, ſuperbiam deſtruenti Deo gloriam referamus, nunc & ſemper &c.* Exſtat in Actis Concilii Epheſini Tom. III. Concilior. edit. Venet. apud Seb. Coleti MDCCXXVIII. a pag. 1615. ad pag. 1621.

XIX. pag. 116. *b*. B. Cyrilli adloquutio in Eccleſia poſt adloquutionem beati Paulli Emeſeni, ubi Capitulanus adfirmat, ut ſequitur: Inc. *Beatus Propheta Iſaias*. Deſ. *tunc addidit haec, & vidimus gloriam eius, tamquam unigeniti gloriam, & rurſus Petrus inquit, tu es filius Dei vivi, duplicem naturam, & ſingularem perſonam*. Ibid. pag. 1621. ſed finis diverſus.

XX. pag. 117. Eiuſdem Epiſtola reſcripta ad Carthaginenſe Concilium. Inc. *Dominis & honorabilibus fratribus Coëpiſcopis Aurelio, Valentino &c. Scripta venerationis veſtrae multam habentia querimoniam*. Deſ. *quod optamus chariſſimi fratres*. Ibid. a pag. 212. ad p. 213.

XXI. pag. ead. *b*. Epiſtola Ioannis Antiocheni, & totius Synodi Orientis ad S. Cyrillum pro Theodoro. Inc. *Domino amabili & ſanctiſſimo Cyrillo Epiſcopo Io. Antiochenus & cum illo Deo amabiles Epiſcopi convenientes ex unaquaque provincia, quae in Oriente ſunt Dei gratia, in Civitatem amabilem Chriſto Antiochiam, propter litteras SS. Epiſcopi D. Procli. Scripſit enim noſtrum*. Deſ. *ita ut nihil in poſterum moveatur eorum, quae poſſunt perturbationes facere poſt eam, quae non ſine gratia Dei per cunctas terra marique Eccleſias facta eſt unitatem*. Ibid. a pag. 192. ad pag. 193. ſed admodum diverſa.

XXII. pag. 119. *b*. B. Cyrilli Epiſtola ad B. Ioannem Antiochenum Epiſcopum, & ad Synodum, quae ſub illo eſt congregata pro Theodoro. Inc. *Legi litteras, quibus in unum congregatio veſtra ex communi conſilio uſa eſt ad me*. Deſ. *iuſtiſſimum enim apparet prudentibus viris cedere praeſcienti uniuſcuiuſque voluntatem, cognoſcenti, qualis unuſquiſque futurus ſit*. Ibid. pag. 194. ſed diverſa.

XXIII. pag. 120. *b*. Dionyſii praefatio Feliciano, & Paſtori, qua verſionem inſequentis Procli Epiſtolae, a ſe de Graeco in Latinum translatae ſermonem, ad ipſos mittit. Inc. *Dominis ſanctis & in Chriſti viſceribus honorandis Feliciano, & fratri Paſtori Dionyſius Exiguus. Venerationis veſtrae iuſſione commonitus beati Procli Conſtantinopolitanae Vrbis Epiſcopi litteras ad Armenios deſtinatas, Latino eloquio veſtris auribus exhibere curavi*. Deſ. *mihi dependere iubeatis*.

XXIV. pag. 121. *b*. Epiſtola S. Procli Conſtantinopolitanae Vrbis Epiſcopi adverſus haereticos, & Neſtorianorum pravitatem ad Armenios deſtinata. Inc. *Venerabilibus &c. Non mediocriter*. Deſ. *plurimum ſalutamus*. Haec de Fide Epiſtola, a Proclo Conſtantinopolitano ad Armeniae Presbyterum, & Archimandritas per Theodoſium, ſive Theodorum Diaconum miſſa A. C. CCCCXXXV. cum Dionyſii verſione, praemiſſa eius Epiſtola ad Felicianum Paſtorem, prodiit in Antidoto adverſus haereſes, Baſileae MDXXVIII. fol. ac deinde ſaepius recuſa eſt, ut ait Fabricius B. G. Tom. VIII. pag. 605. Occurrit etiam in Conciliis Harduini Tom. I. pag. 1722.

XXV. pag. 127. Venerabilis Patris noſtri Brunonis (1) ad Rodulphum cognomento Viridem, Eccleſiae Remorum prius Praepoſitum, ac poſtea eiuſdem Archiepiſcopum Epiſtola. Inc. *Domino ſuo venerando Rodulpho Remenſi Praepoſito, ſinceriſſimae charitatis cultu obſervando, Bruno ſalutem. Veteris adprobataeque amicitiae fides*. Deſ. *quia nuſquam in partibus noſtris reperitur. Vale*.

XXVI. pag. 130. Sequuntur ſine titulo Iamblichi reſponſiones ad quaeſtiones Porphyrii, praevia Epiſtola Marſilii Ficini ad Ioannem Mediceum, qui poſtea fuit Leo X. Pont. Max. cuius initium: *Quum Epiſtolam ad te ſcribere ſtatuiſſem*. Finis: *ſenſerint expreſſurum*. Succedit argumentum, quod inc. *Porphyrius*. Deſ. *conſequitur*. Primum Operis Caput eſt de cognitione divinorum, & inc. *Aegyptii ſcriptores*. Vltimum de praeſagio naturali & artificioſo, atque divino, deſ. *auctoritas omnis atque firmamentum*. Hoc Opuſculum edidit Aldus Venetiis MDXVI. fol. una cum Proclo, Porphyrio, Syneſio &c.

XXVII. pag. 180. Liber de Teleutelogio, auctore Sebaſtiano Eugubino, qui ineunte Saeculo XIV. videtur floruiſſe, ut ex infra eruendis patebit. Fuit autem Dantis Aligherii, (2) & Ioannis Andreae, Canonici Iuris interpretis in Bononienſi Academia ea aetate celeberri-

(1) S. Bruno ex Colonia Agrippina Germanus. A. MLXXXVI. auctor Ordinis Chartuſianorum, in Eremo Calabriae defunctus A. MCI. die 6. Octobr. Eius Opera, poſt varias editiones, Coloniae prodierunt, curante Theodoro Petreio MDCXI. fol. in tres Tomos diſtincta.

(2) Dantes Eugubii manſiſſe videtur a Buſone liberaliter exceptus, anno circiter MCCCXIII. ut eruditus & probus iuvenis Ioſephus Pelli Patricius Florentinus egregie oſtendit in ſuis Memorabilibus de Dantis vita, impreſſis Venetiis ante magnificentiſſimam Dantis Operum editionem, quam Ant. Zatta A. MDCCLIX. curavit V. Voluminibus in 4. maiori. Inter deſcendentes Buſonis occurrit Baſtianus quidam, qui fortaſſe auctor eſt Operis, de quo in praeſens agendum; idque eo magis crediderim, quia in Opuſculo Franciſci Mariae Raffaelli inſcripto: *Della Famiglia, della Perſona, degl' Impieghi, e delle Opere di Meſſer Boſone da Gubbio*, quod habes Tom. XIII. Deliciarum Eruditorum Cl. Io. Lamii pag. 118. Italicum epigramma profertur, ex quo patet, Buſonem, filium habuiſſe, qui in Graecis, Latiniſque litteris, prout ea ferebat aetas, mirificos progreſſus fecerat.

Digitized by Google

rimi, diſcipulus. Scripſit autem hoc Opus in tres diviſum Libros ad inſtar Libri Severini Boëthii de Conſolatione Philoſophiae. Operi titulus ſequens praefigitur = Liber primus incipit editus ad feliciſſimi nominis gloriam invictiſſimi, & illuſtris herois Domini Caroli Ducis Calabriae primogeniti Sereniſſimi Principis Domini Roberti Ieruſalem, & Siciliae inclyti Regis =. Titulo ſuccedit Prooemium:

Numine cuncta regens verbi Pater optime Mundi,
Diſponis placida ſingula mente tua:
Per te ſancta Deûm nunc limina Papa Ioannes (1)
Servat, & Eccleſiam ſuſtinet ipſe tuam.
Hic eſt ſol oriens, qui mundi fuſca ſerenat
Lumine, quo radiis fortibus aſtra micant:
Cuius in adſpectu lunam color accipit auri,
Quae prius obſcura fertur in orbe poli.
Hic Deus in terris ſedet, imperat, hic quoque ſolvit,
Solvit & in caelis, & ligat heic, & ibi.
Hic animas hominum claro tranſmittit Olympo,
Quas humilis virtus vexit in alta means.
Per Te magnanimus Romanus gente Ioannes, (2)
Lucifer Italiae matris ab arce venit:
Eccleſiae Sanctae quem cardinis alta figurant
Nomina, quo tota vertitur Eccleſia.
Hunc Vrſina domus genuit quam . . . . (3)
Suſcipit, & ſummi principis inſtar (4). . . . .
Gloria Thuſcorum, cleri decus, & decor orbis,
Adloquio placidus, & ſine felle virens.
Per Te Robertus (5) *Rex inclytus alta per orbem*
Regna domat, Iapulos diſſipat ipſe feros.
Ipſe tuis imbutus aquis iam plena fluenta
Dirigit in populos, quos tua virga regit.
Nobilis hunc Priamo praeponis ſanguinis ortus,
Rhetorici fontis pocula ſumma bibit:
Obſequio cuius Muſarum gloria flexis
. . . . . . (6) . . . .
Per Te natus ei Dux magnus, gloria . . . (7)
Carolus invictus robora ſervat avi,
Et patris ingenium, patrui virtute refulgens
Praeſulis excelſi clarus in orbe nitet.
Iuſtitia renitens, & ſervantiſſimus aequi,
Regius adſpectu; Thuſcia gaude tuo
Principe, cui placidam iam nunc intexe coronam,
Qui te colluſtrans creditur orbis honos.
Per Te vita, decus, ſapientia, gloria, laudes
Adſurgunt homini, quem tua norma facit.
Singula quum veniant, cur clementiſſime Rector,
Tempora longa ſecas, & teris omne decus?
Corpora magna virûm viridi ſubpoſita (ſic) *forti*
Conſpexi mortis vincla ſubire gravis:
Multaque praeterea fulgentia membra decore
Maeſta ſub obſcura petra recondit humo.

Liber hic primus dividitur in Collationes decem, quarum ſingulae proſa, & carmine conſtant. Eae autem ſunt:

i. Anepigrapha. Inc. *Cupidinis in ſuperbam formam ad ſe trahens arguta ſupercilia, ardentes oculorum orbes in defoſſis cellariis glauco lumine inſuentes &c.*

ii. De crudelitate mortis.

iii. De varietate mortis.

iv. De malitia humani generis.

v. De biformi facie mortis, & eius adulationibus.

vi. Vtrum aliquae qualitates hominem ab ictibus mortis eripiant, & primo de ſcientia.

vii. De pulcritudine. In hac Collatione notanda ſunt iſta: *An ego illa ſum, quae Petrum filium magnifici Caroli Regis Ieruſalem, & Siciliae ſub noſtra recluſi tentoria? Dic, precor, quanto fulgore ora ſua ſtellifera redimita intuentium lumina proſternebant! Hunc aurei crines omni ſerico molliores, Deum immortalem oſtentabant: graves mores in tanto iuvene Angelicae ſubſtantiae comparabant: inceſſus ſuavis egregia nobilitate conſperſus Troianum Paridem excellebat. Quid plura? omnes pariter virtutes in hoc uno ſubiecto, velut in aſtro ſplendidiſſimo radiabant.*

viii. De dignitatibus. Heic pag. 189. *b.* de Nicolao III. & Bonifacio Papa VIII. ita loquitur: *Ah ubi principatus, & immenſa ſublimitas ſplendida nobilitate coruſcans Patris Sanctiſſimi Nicolai tertii* (8) *de filiis Vrſi, de Vrbe progeniti, beati Petri ſucceſſoris, & Chriſti Vicarii? Hunc pulcritudo, hunc eminentis fulgor ſcientiae, hunc magnae dignitatis gloria virtutum radiis illuſtratum non texit? Quid de magnanimo Bonifacio* (9) *Papa VIII. dicere poteris? nonne*

(1) Hic eſt Ioannes XXI. dictus XXII. electus in ſummum Pontificem viii. Idus Auguſti A. mcccxvi. quem Ptolemaeus Lucenſis hoc elogio exornat: *In Dominum Ioannem conſenſerunt, virum ardentis ingenii, ac in iure Eccleſiaſtico, ac Divino valde peritum.* Noctu, poſt orationem, ſacris vacabat ſtudiis, ut Petrarcha Lib. II. Rerum Memorandarum teſtatur. Obiit Avenione iv. Decembris mcccxxxiv.

(2) Ioannes Caietanus Vrſinus nobilis Romanus a Ioanne XXI. dicto XXII. renunciatus primo eſt Diaconus Cardinalis S. Theodori, deinde in Italiam Legatus, ut praeeſſet Romandiolae, Piceno, Etruriae, Vmbriae, & Inſulae Sardiniae, totiuſque Italiae pacem curaret. Legatus, paciarii munere adſumpto, Piſas ad xxiii. Iunii diem navigio delatus, & ingenti cum honore ſuſceptus, Florentiam ultima eius menſis die acceſſit, & apud Fratres Minores in S. Crucis Coenobio divertit; quarto poſt adventum die facultates aperuit. Die vero xxv. Iulii Carolus Dux Calabriae, magna Principum, & nobilium multitudine, & copiis militaribus ſtipatus, Florentiam ſe contulit, eiuſque urbis, & univerſae Etruriae tutelam ſuſcepit. Vid. Ciacconium in Vitis Papar. & Cardinal. Tom. II. pag. 413. & Ammiratum Hiſtor. Flor. Tom. I. pag. 327.

(3) Reliqua omiſit exſcribere amanuenſis: forte legendum *Tuſcia laeta.*

(4) Forte *habet.*

(5) Hic eſt Robertus Ieruſalem, & Siciliae Rex, de quo vide Muratorium in Annal. Italiae ad hunc annum.

(6) Heic verſum omiſit exſcribere amanuenſis.

(7) Forte *ſaecli*, vel *regni.*

(8) Io. Caietanus, ex nobiliſſima Vrſinia gente Romae progenitus, vii. Kal. Decembris mcclxxvii. Pontifex Maximus, adſcito ſibi Nicolai III. nomine, renunciatur. Apoplexia tactus xi. Kal. Septembris vita exceſſit anno mcclxxx. Fuit magni animi, & conſilii Princeps, moribus, & vita integer, amator, & cultor doctorum virorum.

(9) Bonifacius VIII. antea Benedictus Caietanus vocatus, eligitur in Summum Pontificem poſtridie vigiliae Natalis Domini anno mccxciv. Vid. Ciacconium Tom. II. pag. 295. ſeqq.

Digitized by Google

ne hunc omnes tam cleri, quam ſaeculi principes formidabant?

IX. De fortitudine, in qua haec notanda ſunt: *Memorare decet Sereniſſimi Principis Caroli inclyti Regis Ieruſalem, & Siciliae, filii Magnifici Francorum Regis, in quo ſapientia, potentia, robur, pulcritudo, dignitas, & nobilitas, tamquam propriae paſſiones in ſubiecto proprio conſiſtebant; adeo ut tanta Baronum agmina ſapienter confligeret; Manfredum Regem, filium Federici Imperatoris ipſe, velut gladius defenſionis Sanctae Matris Eccleſiae, de viventium coborte deleret, Coradinum nepotem praefati Imperatoris cum tantorum comitum ſtrage, luce carentibus aeternaliter umbris committeret.*

X. De nobilitate, & divitiis. In fine huius Collationis ita patriam ſuam indicat ſcriptor pag. 193. *b. Nonne Civitas tua inter Vrbes Italiae hoc faſtigio redimita eſt, ut vetuſta nobilitas ſanguinis, quam ab antiqua Certenſi* (ſic) *contraxit, eam praecipuo radio charitatis illuminet?*

Pag. 193. *b.* Sequitur ſecundus Liber De Bono Mortis, ſex continens Collationes hoc ordine:

I. De pulcritudine mortis, & eius deſiderio.

II. De ſimilitudine animae humanae cum Angelis per mortem.

III. De contemtu praeſentis vitae, & de gloria proveniendae per mortem.

IV. Ex quot, & quibus cauſſis mors proveniat.

V. De viſione Dei, & ſupernae patriae per mortem.

VI. De proprietatibus Angelorum bonorum, & malorum, & eorum officiis.

Pag. 205. Tertius tandem Liber de ſeptem vitiis Capitalibus ediſſerit, & Collationes complectitur octo, nimirum:

I. De ſuperbia.

II. De avaritia, & effectibus.

III. De luxuria, & eius effectibus, in qua haec habet de Dante Aligherio p. 209. *b. Haec illa eſt, quae Dantem Aligberii, veſtri temporis poëtam, Florentinum civem, tuae a teneris annis adoleſcentiae praeceptorem, inter humana ingenia naturae dotibus coruſcantem, & omnium morum babitibus rutilantem, adulterinis amplexibus venenavit.*

IV. De gula, & eius effectibus, ubi patriam ſuam ſcriptor his commemorat verbis pag. 211. *b. Quot credis Italiae Civitates ſine iſtis loquentis Dei bolocauſtis exſiſtere? quare patriae tuae fines egredimur? Quid rubore tingeris, ſi nominamus Eugubium? ubi nonnulli Penthei, Philoſeni, atque Ioviniani prae nimia Deorum ſuorum cultura ex genuflexionum frequentia in tibiarum iuncturis graviſſime podagrizant? Quid flexa cervice telluri lumina ſuffocas? Adſpice me, ne pudeas, quoniam nec Civitas tua, quam paullo ante nominavimus, Roma ſanctior eſt, nec murorum ambitu latior, in qua quot per antiqua tempora fuerint, explicare ſermone prolixitatis impoſſibilitas non ſufferret. Sub ſilentio igitur fabulemur, ut nemo nos audiat. Vidiſſe te namque non dubito illum tuum incolam Andream Magi* (1), *qui patrum ſuorum gentilium antiqua volumina relegens, magno Dei ſui Lyaei provocatus adfectu, omnia pro ſupradicti Dei cultura reliquit, Iuſtiniani leges poſtpoſuit, Scaevolae, Paulli, Vlpiani, atque Papiniani conſulta vendidit, & omnia pro amore tanti numinis in ſui libamina inveſtivit. Iſte non Pentheus, ſed Penthei bereditatis iura omnia ſibi legum non immemor uſurpavit. Hic namque Deum ſuum tanta reverentia coluit, ut vix nox una de annali circulo ſine Bacchico ſacrificio praeteriret: nec nocturnam quietem a diurnis vigiliis diſtinguebat. Numquam ſibi quieta nox aderat, & numquam ſine tenebris exſiſtebat. Baccho namque evaporante per ſtomachum, & ad ſuperiora cerebri convolante, ſtabat infelix facies ipſius exhominata forinſecus, diſtortis oculorum orbibus amentiae rorem ſtillantibus, & linguam triſulcans ad iubilum muſicae figuras non inventas inveniens, voces non ſignificativas, nunc aſininis, nunc philomelicis notis inaequalibus veſtiebat. Inceſſus vero eius incompoſitam mentem exarguens, ex crurum titubatione diſſimilis, manuum adiutorium poſtulabat; nec propriae domus reditum noverat, ſed ad eam dirigens, immo proprius diſtorquens inceſſum, muros domorum aliquando longinquos, propinquos exiſtimans, in ſubſidium tybiarum brachia in illos iniiciens, ſpe fruſtratus apodii, membris invalidis in longum productis, tellurem cum ſonitu increpabat.* Mox Eccleſiaſticorum illius aevi gulae intemperantiam acriter ita perſtringit pag. 212. *Non loquamur de Eccleſiarum principibus, qui delitiis adfluunt, & inter ſaginatas epulas, atque laſcivias pudicitiam ſervare ſe exiſtimant, ignorantes, quod ventris ingluvies ad luxuriam facile provocat, quia venter, & genitalia ſibimet vicinitate cohaerent, ut ex vicinitate membrorum, vitiorum confoederatio arguatur: qui ſi quando melancholica ieiunia celebrant, ſumtuoſa marinarum bellvarum convivia praeparant: ex quarum perceptione rapaci ſe non minus ingurgitant, quam ſi carnium eſum adſumerent: quo fit, ut in choro pſallentes triſolphatam muſicam ad culmina templi proiiciant, & Deum talibus cantibus fulminent: rubentibus buccis, & genis tumentibus, macra ieiunia laicis praedicant, Chriſtum ieiunantem, & pauperem populum imitari praecipiunt, & ipſi Philoſenum de omnifaria imitantur &c.*

V. De ira, & eius effectibus.

VI. De invidia, & eius effectibus; ibique nomen ſcriptoris eruitur tali pacto: *Silebant flores in agris, & rami arborum non ſtupebant. Tunc illa in voce quaſi tubae aures meas ſonanti canore percellens: O, inquit, genite Baſtiane, quae cupido ſoporis tua membra diſtemperat? Si enim ſermonis noſtri cupis finem accipere, deſides animos abiice &c.* Mox p. 214. *b.*

(1) Nihil de eo habet Guido Panzirolus in Commeng. de Claris Legum Interpretibus.

Ioannem Andream Decretorum Doctorem (1), ac ſuum olim praeceptorem his laudibus efſert: *Habet nempe virum ineffabilem veſtra aetas, Ioannem Andreae videlicet, Decretorum Doctorem eximium, Bononienſis Vrbis ſplendorem, tuum in ſcientia Canonum praeceptorem, cuius ſapientiâ in orbe terrarum, ut fulgor firmamenti conlucet, prudentia, morum floribus praeparata reſplendet; nonne ſtimulorum aculeis ſtimulatur? Ah quot inſurgent per tempora aemuli, qui huius noſtri ſermonis perſpecto colloquio grandia, & ampulloſa verba, ut videantur ſcire quod neſciunt, trutinantes, nos variis morſibus lacerabunt, nunc detrahendo formae poëmatum, nunc hiſtorias depravando &c.*

vii. De accidia, & eius effectibus.

viii. De inobedientia, & de mortis remediis, ubi pag. 217. *b.* multum diſputat de poteſtate Papae, & Imperatoris, ac reſpondet illorum adſertioni, qui dicebant p. 218. *Papam maiorem Imperatorem eſſe Imperatore in ſpiritualibus, ſed de temporalibus intromittere ſe non debere, quum legant Chriſtum dixiſſe, Regnum meum non eſt de hoc mundo, quem etiam aliqui de ſucceſſoribus Vicariis imitati, utpote Petrus, Clemens, & quidam alii paene uſque ad beati Silveſtri tempora, ſe de temporalibus regnis nequaquam intromiſerunt.* Clauditur haec diſputatio ſequenti carmine in fine mutilo, quo totum Volumen abſolvitur.

Tempus erat, quo mane novum ſurgebat ab ortu,
Lucifer & tenebris ſpargebat lumina fuſcis.
Pallida fulgebant claro iam ſidera caelo,
Orbis in obſcurum noctis detruſerat umbras,
Aurea lux aderat ventorum murmure pulſo,
Quum mihi Parca loquens monitum me plura patantem
Dicere deſeruit. Quo tunc, quo proripis, inquam?
Quo ruitura volas? mecum tua foedera firma:
Munera tanta peto, me non viſura volato.
Tunc ea deformis ſubito ſtridentibus alis,
Nec plura alludens, mox aethera ſulcat apertum
Tartareos quaerens adytus, nunc firma repente
Acceſſa tellus, longo ploravit hiatu.
Tempus erat, quo ſancta parens duo ſidera mundi
Vrbibus Italiae miſit, quibus alta ſuperbis
Hoc ſplendore . . . .

Finis, abſciſſa pagina, deſideratur.

Cod. membran. Ms. in fol. min. Saec. XV. multis ſcatens erroribus. Conſtat foliis ſcriptis 220.

P L V T E V S XIV.

QVI CONTINET LATINOS CODICES XXI. EDITOS II.

C O D E X I.

H O M I L I A E S. A M B R O S I I.

Seu potius

Homiliae, ac Sermones, qui legebantur in Eccleſia ab Adventu Domini uſque ad ſabbatum Maioris Hebdomadae, ſelecti ex Operibus SS. Ambroſii, Auguſtini, Fulgentii, Hieronymi, Ioannis Chryſoſtomi, Iſidori Epiſc., Leonis, Maximi, Origenis, Severini, & Anonymi.

I. pag. 1. *b.* DOminica prima de Adventu Domini Sermo S. Auguſtini Epiſc. Inc. *Propitiante divinitate, fratres dilectiſſimi, iam adveniunt dies.* Deſ. *pervenire ad aeterna praemia mereantur, praeſtante D. N. I. C. qui cum Patre &c.* Eſt Sermo cxv. Caeſario adſcriptus inter ſuppoſita D. Auguſtini T. V. P. II. edit. Ven. apud Ioſeph. Coronam mdccxliv. fol. ubi inc. *Appropinquante iam ſacratiſſima ſolemnitate.* Deſunt in Codice nonnulla in principio Sermonis. In Codice vero XLI. Pl. XVI. §. I. Ambroſio tribuitur. Interim lectorem monemus, eos Sermones, in quibus nulla editionis mentio fiet, nondum fuiſſe a nobis inter editos repertos.

II. pag. 2. Sermo S. Ambroſii Epiſcopi. Inc. *Hoc tempus, chariſs. fratres in Chriſto, non ſine cauſſa Adventus Domini vocatur.* Deſ. *laetari ſpiritualiter mereantur, ipſo praeſtante, qui cum Patre, & Spiritu Sancto &c.* Exſtat inter Sermones Ambroſio adſcriptos in editione Pariſ. A. mdcxc. fol. Tom. II. pag. 391.

III. pag. ead. *b.* Eiuſdem unde ſupra. Inc. *Paucorum admodum dierum occupatione detentus.* Deſ. *relinquetur in terra.* Legitur in edit. Rom. Oper. Ambr. & apud Maximum Taurin. in Bibl. PP. Hom. 1. *in Adventu Domini. De eo, quod ſcriptum eſt: ſicut fulgur &c.* ſed ab his tantum verbis inc. *Movet fortaſſe &c.* Ita & in calce Oper. S. Leonis M. edit. Venetae apud Andr. Polettum mdccxlviii. fol. pag. 171.

IV. pag. 3. Eiuſdem unde ſupra. Inc. *Su-*

(1) Hic apud Mugellum Florentinae ditionis provinciam natus, ſupra omnes, qui ante ſe ius Pontificium interpretati ſunt, excelluit Bononiae, ubi dirae peſtis fato ceſſit die vii. Iulii A. C. mcccxlviii. Vide Panzirolum de Claris Legum Interpretibus ex recenſione Chriſtiani Godofr. Hoffmanni Lipſiae apud Io. Frid. Gleditſchium mdccxxi. 4. p. 335. ſeqq.

Digitized by Google

Superiore Dominica capitulum Evangelicum diſferentes. Deſ. *exſtinguit peccatum*. In cit. edit. Rom. & apud Maximum Homilia II. *de adventu Domini*, & in calce Oper. S. Leonis pag. cit.

V. pag. 4. Teſtimonia Prophetarum de Chriſti adventu, quae Beatus Auguſtinus in libro de Civitate Dei contulit, ex quibus pauca defloravimus. Inc. *Romanorum ſeptimo rege Tarquinio, quo etiam expulſo a regum ſuorum dominatione ipſi liberi eſſe coeperunt*. Deſ. *uſque ad mortem pro Dei lege certaverunt*. Hoc Excerptum incipit a Cap. XXVI. Libri XVIII. circa finem, & progreditur uſque ad Caput XXXVI. eiuſdem Libri, omiſſa pluſquam dimidia parte Capitis XXIX.

VI. pag. 7. *b.* Dominica II. de Adventu Domini Sermo S. Ambroſii Epiſc. Inc. *Sanctam & deſiderabilem, glorioſam ac ſingularem ſolemnitatem*. Deſ. *ad aeternam beatitudinem feliciter pervenire, praeſtante D. N. I. C. qui vivit &c.* Exſtat in Biblioth. Concion. Combefiſii edit. Venet. apud Car. Pecoram A. MDCCXLIX. fol. Tom. I. pag. 11. ubi D. Auguſtino adſcribitur.

VII. pag. 8. *b.* Dominica III. de Adventu Sermo S. Auguſtini. Inc. *Satis abundeque dixiſſe me credo ſuperiori tractatu, quemadmodum compti*. Deſ. *corde mundamur, praeſtante D. N. I. C. &c.* Inter Auguſtinianos non occurrit. Eſt autem in cit. edit. Pariſ. Ambroſio adſcriptus.

VIII. pag. 9. *b.* Sermo eiuſdem unde ſupra. Inc. *Laetitia quanta ſit, quantuſque concurſus*. Deſ. *ut fiat oblatio ſanctificata in Spiritu Sancto*. Legitur in edit. Rom. Oper. D. Ambroſii in Dominica II. de Adventu Domini, & apud Maximum in Vigilia Nativitatis Domini cit. edit. ad calcem Operum S. Leonis pag. 172. In littera initiali figura ſtans exhibetur diademate ornata, ac regalibus veſtibus induta, ſiniſtra manu ante pectus extenſa, dextra vero acuminato ferro armata, hominem quemdam humi proſtratum transfodiens, ac pedibus conterens.

IX. pag. 10. Dominica IV. de Adventu Sermo S. Auguſtini Epiſcopi. Inc. *Ecce ex qua tribu naſciturus eſſet Chriſtus*. Deſ. *in virtutum ſublimitate collocatam*. Non occurrit in cit. edit. Veneta.

X. pag. 11. Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Vos, inquam, convenio, o Iudaei*. Deſ. *nihil ultra pugnare, nihil quaerere debeatis*. Eſt pars Orationis contra Iudaeos, Paganos, & Arrianos, & incipit a Cap. XI. *Vos, inquam, convenio, o Iudaei &c.*

XI. pag. 12. *b.* Eiuſdem Sermo de Vnitate Trinitatis, & de Incarnatione Domini. Inc. *Legimus ſanctum Moyſen populo Dei praecepta dantem*. Deſ. *quia ipſe per ſanguinem crucis ſuae pacificavit omnia, quae in caelis ſunt, & quae in terris, I. C. D. N. qui vivit &c.* Eſt Sermo CCXLV. in App. T. V.

XII. pag. 13. *b.* Eiuſdem Sermo unde ſupra, Inc. *Veni, Domine Ieſu Chriſte, Salvator noſter, qui aequalem poteſtatem*. Deſ. *ut ſi non verbo, veſtris tamen orationibus paſcar*.

XIII. pag. 14. Sermo S. Ioannis Conſtantinopolitani Epiſcopi unde ſupra. Inc. *Turtur amatrix eremi quando in deſertis degit locis*. Deſ. *nos dubitare non convenit. Sed oremus Dominum, ut & nos gloriam ipſius videre mereamur in Chriſto &c.*

XIV. pag. 15. *b.* S. Leonis Papae Epiſtola de Incarnatione Domini. Inc. *Leo Epiſcopus Flaviano Conſtantinopolitano Epiſcopo. Lectis dilectionis tuae epiſtolis, quas miramur fuiſſe tam ſeras*. Deſ. *ut is qui erraverit, damnata ſenſus ſui pravitate ſalvetur*. In edit. Oper. Venet. Anni MDCCXLVIII. fol. apud Andr. Polettum Tom. I. a pag. 138. ad pag. 141.

XV. pag. 18. Eiuſdem Sermones de ieiunio menſis decimi. Primus inc. *Si fideliter, dilectiſſimi, atque ſapienter creationis noſtrae intellexerimus exordium*. Deſ. *& eleemoſynas noſtras precibus ſuis dignabitur adiuvare. Per D. N. I. C. &c.* In cit. edit. pag. 9.

XVI. pag. 19. Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Praeſidia, dilectiſſimi, ſanctificandis mentibus noſtris atque corporibus divinitus inſtituta*. Deſ. *ſabbato autem apud beatiſſimum Petrum Apoſtolum vigilias celebremus. Per D. N. I. C. &c.* In cit. edit. pag. 13.

XVII. pag. 19. *b.* Item alius Sermo unde ſupra. Inc. *Quum de adventu regni Dei, & de fine temporum mundi diſcipulos ſuos Salvator inſtrueret*. Deſ. *& eleemoſynas noſtras precibus ſuis dignabitur adiuvare. Per D. N. I. C. &c.* In cit. edit. pag. 14.

XVIII. pag. 20. *b.* Sermones S. Auguſtini Epiſcopi de Nativitate Domini. Primus inc. *Audiſtis, fratres chariſſimi, quemadmodum nobis beatus Evangeliſta hodie generationis Chriſti retulit ſacramentum. Chriſti, inquit, generatio ſic erat. Dominus noſter Ieſus Chriſtus, fratres chariſſimi, qui in aeternum &c.* Deſ. *non infirmitatis, ſed aeternitatis; non formationis, ſed reformationis D. N. I. C. Qui cum Patre &c.* Serm. CXXVIII. in Append. Tom. V. ubi incipit a verbis: *Dominus noſter Ieſus Chriſtus, fratres chariſſimi &c.* In littera initiali huius Sermonis picta eſt Nativitas Domini, ubi videre eſt Virginem puerperam iacentem in quodam lectulo, & Infantem ad latus eius reclinatum in praeſepio, panniſque involutum inter duo animalia, adſtante inferius Ioſepho, ſuperius vero tribus Angelis & ſidere: ſingulorum autem capiti nimbus apponitur.

XIX. pag. 21. *b.* Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Audiat in praeſenti dilectio veſtra, fratres chariſſimi, quemadmodum Eſaias propheta de Domino noſtro Ieſu Chriſto annunciavit dicens*. Deſ. *& adora in caelis Deum tuum, quem Deum Magus adoravit in terris*. Non occurrit in cit. edit.

XX. pag. 22. Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Praedicamus hodie, fratres chariſſimi, natum de Virgine Salvatorem*. Deſ. *ſic amavit, ut faceret coheredes Chriſtus Dominus noſter, qui vivit &c.* Sermo CXXI. in App. T. V.

Digitized by Google

qui incipit : *Quis tanta rerum verborumque copia*. In Codice vero omittuntur quaedam in principio, & in fine.

XXI. pag. 23. Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Hodie veritas de terra orta eſt, Chriſtus de carne natus eſt*. Deſ. *in illo caelum poſſideamus, ipſo adiuvante, qui cum Patre & Spiritu Sancto vivit &c.* Sermo CXCII. Tom. V. in Natale Domini.

XXII. pag. 23. *b.* Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Gratias Domino Deo noſtro, fratres chariſſimi, quod quae ſit huius diei feſtivitas doceri vos non neceſſe eſt*. Deſ. *qui in ſe utrumque retineret, Ieſus Chriſtus Dominus noſter, qui hodierna die ex Virgine natus aeternaliter vivit & regnat cum Deo Patre &c.* Non exſtat in cit. edit.

XXIII. pag. 24. *b.* Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Fratres dilectiſſimi, hodie dies illuxit, in quo Chriſtus ex Virgine carnem ſuſcepit, humilitatis voluit induere formam*. Deſ. *& ventris hoſpitium ingreditur Deus. Qui vivit &c.* CXCIII. de Annuntiatione Dominica in App. Tom. V.

XXIV. pag. ead. Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Natus eſt nobis hodie Salvator, & ideo hodie omni mundo ſol verus exortus eſt: Deus homo factus eſt*. Deſ. *ad Deum homo poſſit adſcendere. Per D. N. I. C. qui ex virginali utero carnem ſumens hodie mundo apparuit, cui ſit laus &c.* CCCLXXI. in claſſe dubiorum.

XXV. pag. 25. *b.* Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Sanctificavit nobis iſtum diem, qui fecit omnem diem*. Deſ. *ad illum imus, per illum imus, non perimus*. CLXXXIX. de Temp. in Nat. Dom.

XXVI. pag. 26. Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Novit fides veſtra, quae hanc univerſam multitudinem congregavit, quia natus eſt nobis hodie Salvator*. Deſ. *in illo praeceſſit, quod accepit ex nobis. Qui cum Patre &c.* XXXVII. in claſſe dubiorum de Nat. Dom.

XXVII. pag. 27. Item alius Sermo unde ſupra. Inc. *Natalis Domini, & Salvatoris noſtri I. C. quo veritas de terra orta eſt, & dies ex die in noſtram natus eſt diem*. Deſ. *& in ſe nos faciat Dei filios, qui propter nos fieri voluit hominis filius*. CLXXXIV. de Temp. In Nat. D. N. I. C.

XXVIII. pag. ead. *b.* Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Commendat nobis divinae circa nos altitudinem gratiae filius Dei*. Deſ. *in iſta enim ſapientia ſeneſcere licet, mori non licet*. CLXXV. de Temp. 2. in die Paſchae ad Infantes.

XXIX. p. 28. *b.* Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Filius Domini, idemque filius hominis, D. N. I. C. ſine matre de patre natus creavit omnem diem*. Deſ. *& aeternum diem per eum, qui nobis aeternus in tempore natus eſt, fideliter exoptemus*. CXCV. de Tempore in Nat. Dom.

XXX. pag. 29. Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Chriſtus naſcitur, exſultat mens hominum: creator hominum procedit ex utero puellari*. Deſ. *ſic Deus agnoſcitur, qui caelo indice, ut nemo de ipſius deitate dubitet, nuntiatur*. Non occurrit.

XXXI. pag. 29. *b.* Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Temporalis ſecundum carnem Filii Dei Domini noſtri nativitas ante ſaecula praedeſtinata, in hoc ſaeculo praeſentata*. Deſ. *diem quoque reſurrectionis eius vobis omnibus nuntiamus, praeſtante D. N. I. C. &c.* Non exſtat in cit. edit.

XXXII. pag. 31. Item alius Sermo. Inc. *Angelorum vocem, poſtquam D. I. C. natus, & Virginis partus paſtoribus nunciatus eſt, quum Evangelium legeretur, audivimus dicentium &c.* Deſ. *non per nos ipſos, ſed per Spiritum Sanctum, qui datus eſt nobis*. CXCIII. de Temp. in Nat. Dom.

XXXIII. pag. 31. *b.* Sermo unde ſupra. Inc. *Dominus noſter I. C. qui erat apud Patrem, antequam natus eſſet ex matre, non ſolum de qua naſceretur*. Deſ. *inde accendamus charitatem, ut perveniamus ad eius aeternitatem, eo opitulante, qui vivit & regnat &c.* CXC.

XXXIV. pag. 32. *b.* Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Natalis Domini dicitur, quando Dei ſapientia demonſtravit infantem, & Dei Verbum ſine verbis vocem carnis emiſit*. Deſ. *quaere iuſtitiam, & vide utrum invenias niſi gratiam Dei, per I. C. D. N. qui vivit &c.* CLXXXV.

XXXV. pag. 33. Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Intentionem videntes veſtrae devotionis cupimus vobis aperire myſterium ſanctitatis, ut Chriſti nativitatem facientes omnibus notam*. Deſ. *& mortuus inclytus rex ex inferno revixit, & ſic univerſa captiva reſolvit D. N. I. C. &c.* Non exſtat loc. cit.

XXXVI. pag. 33. *b.* Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Salvator noſter natus de Patre ſine die, per quem factus eſt omnis dies, voluit habere in terra natalem hunc diem*. Deſ. *Chriſtus ad nos liberandos ex incorrupta feminea carne proceſſit, qui vivit & regnat, &c.* CCCLXIX.

XXXVII. pag. 34. Sermones in Natali S. Stephani martyris. Primus ſine nomine auctoris inc. *Apoſtolica lectio, fratres chariſſimi, nuper auribus veſtris inſonuit, & quantum optatum eſt, cordibus veſtris inſeri!* Deſ. *primus meruit martyrii ſui immarceſcibilem coronam percipere*. CXIV. inter ſuppoſita in App. Tom. V. non de D. Stephano, ſed de verbis Apoſtoli ad Hebr. 12. *Tantam habentes & nos nubem teſtium &c.*

XXXVIII. pag. 35. Sermo S. Auguſtini Epiſcopi. Inc. *Fratres chariſſimi, celebravimus heſterna die natalem, quo rex martyrum natus eſt mundo: hodie celebramus natalem, quo primicerius martyrum migravit ex mundo*. Deſ. *qui exauditus eſt tunc pro lapidatoribus ſuis, ipſo favente, qui cum Deo Patre & Spiritu Sancto vivit &c.* CCXV. inter ſupp. Tom. V. ubi inc. *Heſterna die celebravimus &c.*

XXXIX. pag. 35. *b.* Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Ieſus filius Nave in eremo pugnabat, & Moyſes orabat*. Deſ. *aliter invicem nul-*

Digitized by Google

nullo modo pugnabis, niſi pro tuis inimicis oraveris, converſus ad D. I. C. &c. CCCLXXXII.

XL. pag. 36. *b.* Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Fratres chariſſimi, heſterna die celebravimus temporalem regis noſtri natalem, hodie celebramus triumphalem militis paſsionem.* Deſ. *charitas in utroque pariter regnum meruit poſsidere caelorum, cooperante Domino, qui vivit &c.* Eſt S. Fulgentii, & legitur adhuc in Breviario Romano in eius Feſto. Exſtat in Biblioth. Concion. Combefiſii T. I. p. 399. & inter Sermones S. Fulgentii Ven. apud Auguſtin. Savioli 1742. fol. pag. 315.

XLI. pag. 37. *b.* Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Inter purpureos martyrum choros, quos Nazareni ſanguis infecit, tanto fulgore ſanctus Stephanus radiavit.* Deſ. *ut exemplo veritatis erecti fundamus orationes noſtras ad eum, qui vivit &c.* Non exſtat in cit. edit.

XLII. pag. 38. Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Quoniam video noſtras diſputationes graphio ceraque ligari, & nequaquam ſumus idonei dictare.* Deſ. *Stephanus ſanctus moriens in aeterna pace dormivit in Chriſto Ieſu D. N. &c.* CCXVII. in App. Tom. V.

XLIII. pag. 39. Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Martyr Stephanus beatus, & primus inter Apoſtolos ab Apoſtolis Diaconus ordinatus.* Deſ. *mirum eſt enim quale praeceptum accepimus: diliges proximum tuum, tamquam te ipſum.* CCCXVII. In Codice vero deſunt nonnulla, pars ſcilicet §. IV. & paene totus §. VIII. & ultimus; aliqua tamen adduntur in fine.

XLIV. pag. 40. Eiuſdem Sermo. Inc. *Lectio Actuum Apoſtolorum, quae nobis hodie lecta eſt, dilectiſsimi fratres, quum plurimum habeat in ipſa ſpem admirationis.* Deſ. *orantibus vobis praeparare dignetur, qui cum Patre &c.* CCX. in App. Tom. V. In Codice incipit a §. 2. editionis. Heic enim orditur a verbis: *Heſterno die natalem habuimus Salvatoris.*

XLV. pag. ead. *b.* Eiuſdem Sermo. Inc. *Quamvis martyrium S. Stephani toto orbe celebretur, praecipue tamen nobis debet eſſe ſolemne.* Deſ. *quia & anima eius placebit per eleemoſynam, & corpus per caſtitatem.* Serm. CCX. in App. Tom. V. ubi interpolatus eſt §. I.

XLVI. pag. 41. Sermo unde ſupra. Inc. *Donet mihi Dominus pauca dicere ſalubriter, qui donavit Stephano tanta dicere.* Deſ. *ergo qui gloriatur, in Domino glorietur, cum quo vivit, & regnat Deus &c.* Vide Sermonem CCCXIX. inter genuinos, & CCXII. inter ſupp. T. V. utrumque de S. Stephano, ex quibus hic conflatus videtur.

XLVII. pag. 41. *b.* Sermo unde ſupra. Inc. *Natalem Domini heſterna die celebravimus, natalem ſervi hodie celebramus: ſed natalem Domini celebravimus, quo naſci dignatus eſt.* Deſ. *ſequatur Steph. quicumque deſiderat coronam.* CCCXIV.

XLVIII. pag. 42. Sermo unde ſupra. Inc. *Magnifica martyrum ſolemnitas compellit affectionem noſtram verbi divini vobis tradere ſemina pretioſa.* Deſ. *ut meritis ipſius nobis imploret coronam in vita perpetua amen.* CCXVI. In Append. Tom. V.

XLIX. pag. ead. *b.* Sermo unde ſupra. Inc. *Glorioſiſsimus, & in Chriſto beatiſsimus martyr Stephanus iam ſermone ſuo ſaginavit nos.* Deſ. *orationibus ſuis commendent nos.* CCCXVI. ubi incipit: *Beatiſsimus, & in Chriſto glorioſiſsimus &c.*

L. pag. 43. *b.* Sermo unde ſupra. Inc. *Exſpectat ſanctitas veſtra quid hodie in iſto loco poſitum eſt: Reliquiae ſunt primi, & beatiſsimi martyris Stephani.* Deſ. *ſed in huius honore Stephani coronator adoretur.* CCCXVIII. Ex Sirmondianis XXIII.

LI. pag. 44. *b.* S. Auguſtini Epiſcopi de miraculis S. Stephani. Inc. *Ad aquas Tibilitanas Epiſcopo afferente Proiecto martyris glorioſiſsimi Stephani memoriam &c.* Deſ. *eumque non repugnando, ſed moriendo vicerunt.* Eſt pars Capitis VIII. Libri XX. de Civit. Dei a num. 10. incipiens.

LII. pag. 46. Incipiunt miracula, vel actus S. Ioannis Evangeliſtae, excerpti ex Hiſtoria Eccleſiaſtica. Poſt Evangelii verba: *Acceſſit ad Ieſum mater filiorum Zebedaei &c.* uſque ad illa, *ſed quibus paratum eſt a patre meo*, inc. *Igitur unde opinionem regni habet mater filiorum Zebedaei, ut quum Dominus dixerit &c.* Deſ. *ſervus & miniſter humiliando, praedicando, atque miniſtrando omnium veſtrum erit.*

LIII. pag. 47. Sermo unde ſupra. Poſt Evangelii verba: *Poſt haec aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum &c.* uſque ad illa: *facta ſunt alba ſicut nix*, inc. *Illud vero quaerendum eſt, quare Petrus, & Iacobus, & Ioannes, hic & in aliis Evangeliorum locis ſeparentur a ceteris.* Deſ. *& quaſi flatu quieſcentis deorſum, ad ſuperiora pulvis ebulliat.*

LIV. pag. 48. *b.* Sequitur Sermo abſque ullo titulo, ſed in idem argumentum. Inc. *Ioannes Apoſtolus, & Evangeliſta, filius Zebedaei, frater Iacobi, virgo electus, atque inter ceteros magis dilectus.* Deſ. *ab omnibus infirmitatibus & periculis omnes liberantur, & precum ſuarum conſequuntur effectum per D. N. I. C. qui vivit &c.*

LV. pag. 49. In natale Innocentum Sermo S. Auguſtini Epiſcopi. Inc. *Hodie, fratres chariſsimi, natalem illorum infantium colimus, quos ab Herode crudeliſsimo rege interfectos eſſe Evangelii textus eloquitur.* Deſ. *ad iſtam ergo beatitudinem vos pius Dominus ſua protectione perducat, cui eſt honor &c.* CCXX. App. Tom. V.

LVI. pag. 50. *b.* Sermo unde ſupra. Inc. *Credimus Iudaeis, quia notus aliquando in Iudaea Deus: ſed hoc ipſum negant.* Deſ. *introeat in conſpectu tuo gemitus compeditorum.* CCXIX. App. Tom. V.

LVII. pag. 51. Sermo unde ſupra. Inc. *Chriſto igitur, ſecundum prophetiae fidem, nato in Bethleem Iudae temporibus Herodis regis, de Orientis partibus adventantes &c.* Deſ. *quia Deus non crudelitate, ſed credulitate quaerendus eſt. Qui vivit &c.* CCXVIII. App.

LVIII. pag. 51. *b.* S. Auguſtini Ep. Sermo unde ſupra. Inc. *Quotieſcumque, fratres,*

San-

Digitized by Google

Sanctorum martyria celebramus, toties laudes Salvatoris edicimus. Deſ. *qui etiam ante iudicium praemiis caeleſtibus honorantur*. Eſt Sermo CCXXI. in App. Definit autem in Codice circa medium §. IV. edit. ubi inſcrib. *In natale SS. Innoc. & de verbis Apoc. VI. Vidi ſub ara Dei animas occiſorum &c.*

LIX. pag. 51. *b.* Item alius Sermo. Inc. *Zelus quo tendat, quo proſiliat livor, invidia quo feratur, Herodiana hodie patefecit immanitas*. Deſ. *non virtutis humanae, ſed muneris eſt divini*. In Biblioth. Concionat. Combefiſii Tom. I. pag. 452. ubi Severiano adſcribitur. In edit. longior in fine quinque verſus.

LX. pag. 52. *b.* Item alius Sermo. Inc. *David propheta ſanctiſſimus loquitur dicens: Ex ore infantium, & lactentium perfeciſti &c.* Deſ. *in praelio Chriſti moriendo vivitur, cadendo ſurgitur, victoria per interitum comparatur*. Non legitur in cit. edit.

LXI. pag. 54. Item alius Sermo. Inc. *Dilectiſſimi fratres, praecantator propheta David Spiritu Sancto inundatus ſic ait, quod etiam charitas veſtra modo nobiſcum audivit*. Deſ. *oremus, ut digni ſimus Chriſtum ſequi, quatenus cum eo mereamur regnare, qui cum Patre &c.* Non exſtat loc. cit.

LXII. pag. ead. *b.* Sermo unde ſupra. Inc. *Fratres chariſſimi, ait Spiritus Sanctus per Salomonem: Invidia diaboli mors introivit in orbem terrarum. Certum eſt, dilectiſſimi, quod ab initio diabolus &c.* Deſ. *cuius nativitate gaudentes & exſultantes, per ipſum Deo Patri gratias referamus, cui eſt honor &c.* Non occurrit l. c.

LXIII. pag. 55. Sermo S. Severini Epiſcopi de fuga Domini. Inc. *Si conceptum Virginis partum ſermo non aperit, ſenſus non recipit, non capit mens humana Deum fugiſſe*. Deſ. *denique Petrus quia fugere noluit, abnegavit; Ioannes abnegare aufugit*. Non legitur inter eos relatos a Combefiſio ſub hac die.

LXIV. pag. ead. *b.* S. Auguſtini Epiſc. Sermo in Octava Domini. Inc. *Hodiernus dies ad habendam ſpem vitae aeternae gaudium contulit generi humano*. Deſ. *& illibata poſt filium*. Eſt particula Sermonis CCCLXX. de Nativitate Domini. In Codice clauditur hoc monito rubrica conſcripto: *Hunc Sermonem ideo finire noluimus, quia ab hinc eodem modo in Purificatione S. Mariae poſitum invenies*.

LXV. pag. 56. Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Incarnationis divinae myſterium, noſtrae recordationis eſt egregium Sacramentum*. Deſ. *ut turtures & columbae ſpiritaliter in domo Dei ſemper eſſe poſſitis*. Non apparet in cit. edit.

LXVI. pag. 57. *b.* Sermo unde ſupra. Inc. *Dies Kalendarum iſtarum, fratres dilectiſſimi, quas Ianuarias vocant, a quodam Iano homine perdito ac ſacrilego nomen accepit*. Deſ. *duplicia vobis a Domino praemia rependentur, praeſtante D. N. I. C. &c.* CXXIX. App. Tom. V.

LXVII. pag. 58. *b.* Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Quamquam non dubitem vos, chariſſimi, per paternam ſollicitudinem inſtructione divini ſermonis edoctos*. Deſ. *& in fide veſtra, gentium magiſter & iudex, doctrinae ſuae fructum Paullus inveniat*. Eſt inter D. Maximi Sermones in cit. edit. pag. 176.

LXVIII. pag. 59. *b.* S. Severini Epiſcopi Sermo. Inc. *Evangelica modo claudenda eſt nobis tuba, modo tacendi nobis ſunt Apoſtolici ſenſus*. Deſ. *fugite ergo daemoniaca iſta, ſi divina deſideratis audire*. Non exſtat in Biblioth. Concion. Combefiſii.

LXIX. pag. ead. S. Ambroſii Epiſcopi Sermo. Inc. *Circumciditur itaque puer. Quis ille puer? niſi de quo dictum eſt: puer natus eſt nobis &c.* Deſ. *hic eſt qui aperuit matri ſuae vulvam, ut immaculatus exires. Qui vivit &c.* In Biblioth. Combefiſii T. II. p. 8.

LXX. pag. 60. Origenis Sermo. Inc. *Quod mortuus eſt Chriſtus, peccato mortuus eſt, non quia ipſe peccaverit; neque enim peccatum fecit*. Deſ. *quod vocatum fuerat ab Angelo, antequam conciperetur in utero*. In Bibl. Combeſ. Tom. cit. pag. 3.

LXXI. pag. ead. *b.* In Epiphània Domini Sermo S. Auguſtini Epiſc. Inc. *Nuper celebravimus diem, quo ex Iudaeis Dominus natus eſt; hodie celebramus, quo a gentibus adoratus eſt*. Deſ. *per quos congregaret ſalvandos etiam ex gentibus peccatores*. CXCIX.

LXXII. pag. 61. Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Hodierni diei per univerſum mundum nota ſolemnitas quid nobis afferat feſtivitatis*. Deſ. *ſupereſt, ut eum evangelizantes novam viam carpamus, non qua venimus redeamus*. CCII.

LXXIII. pag. 62. Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Ad partum Virginis adorandum Magi ab Oriente venerunt: hunc diem hodie celebramus*. Deſ. *quoniam potens eſt Deus inſerere iterum illos, ut habeatis infatigabilem charitatem*. CC.

LXXIV. pag. 63. Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Ante pauciſſimos dies natalem Domini celebravimus: hodierno autem die manifeſtationem, qua manifeſtari gentibus coepit &c.* Deſ. *ut ſibi ſumant iudicium, nobis praebeant teſtimonium*. CCI.

LXXV. pag. 63. *b.* Eiuſdem Sermo. Inc. *Domini & Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti adventus in carne, in ipſo de Virgine rudi eius exortu manifeſtari gentibus coepit*. Deſ. *adorandum Chriſtum cum iſtis alienigenis agnoſcamus*. CXXXII. Append. Tom. V.

LXXVI. pag. 64. *b.* Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Poſt miraculum virginei partus, quo ſe uterus divino numine plenus alvo pudoris exinaniens &c.* Deſ. *ut nos ſecum ſupra aſtra levaret poſt ſepulcra victores*. Partem huius Sermonis habes in Biblioth. Combefiſii Tom. cit. pag. 30.

LXXVII. pag. 65. *b.* Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Celebravimus ante hos dies, ſicut meminit ſanctitas veſtra, diem, quo natus eſt dies: celebremus hodie, quo clarus effulſit*. Deſ.

& te-

Digitized by Google

& tenentes humilitatis Chriſti pignora temporalia, praemia ab eo accipiamus aeterna. Non occurrit in cit. edit.

LXXVIII. pag. 66. Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Nomen ex Graeca lingua translatum, hoc eſt epiphaniam, manifeſtationem interpretes dixere Latini*. Deſ. *fidem non vult habere communem*. Non exſtat l. c.

LXXIX. pag. 67. *b.* S. Maximi Epiſcopi Sermo unde ſupra. Inc. *In hac, dilectiſſimi, celebritate, ſicut relatu paternae traditionis inſtruimur, multiplici nobis eſt feſtivitate laetandum*. Deſ. *nos etiam Dominus noſter ſobrio illo gratiae ſuae vino propitius potare dignetur*. In Bibl. Combeſ. Tom. I. pag. 75.

LXXX. pag. 68. *b.* Eiuſdem Sermo. Inc. *Audiſtis, fratres, lectionem Evangelii, ſalutaria praeſentis diei ſacramenta recitantem*. Deſ. *quoniam ſi illi Chriſtum iacentem in cunabulis repererunt, nos eum regnantem habemus in caelo*. Ibid. pag. 76.

LXXXI. pag. 69. Eiuſdem Sermo. Inc. *Quamvis, dilectiſsimi fratres, Chriſtus ſalutis noſtrae Dominus, omnipotentis Patris Filius coaeternus, velamine carnis adopertus*. Deſ. *ſed quae ſedens ad dexteram patris amplectatur in caelo*. Ibid. pag. 77.

LXXXII. pag. 70. Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Ait Prophetarum praecipuus Iſaias, ſicut audiſtis, chariſsimi, illuminare Ieruſalem*. Deſ. *ut ſicut de eius illuminatione gaudemus, ita de noſtra retributione laetemur per eumdem Dominum*. Ibid. pag. 78.

LXXXIII. pag. ead. *b.* Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Salutare nobis eſt, fratres, atque conveniens, ut concurrentes ad feſta Dominica*. Deſ. *qui Chriſtum Dominum non iam inter cunabula vagientem quaerimus, ſed regnantem veneramur in caelo*. Ibid. pag. 79.

LXXXIV. pag. 71. Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Complura nobis, fratres, atque diverſa feſtivitas praeſentis diei ſalutarium myſteriorum ſacramenta multiplicat*. Deſ. *& ſalutare nos vinum Chriſto propinante laetificet*. Ibid. pag. 80.

LXXXV. pag. 72. Item alius Sermo. Inc. *Licet, fratres dilectiſsimi, de ſolemnitate diei huius veterum ſit diverſa traditio, una tamen ſanctae devotionis eſt fides*. Deſ. *caeleſtia glorificat, dum adſcendit ad caelum, & ſedet ad dexteram Patris*. Ibid. pag. 81.

LXXXVI. pag. ead. *b.* Eiuſdem S. Maximi Sermo. Inc. *Redemptionis noſtrae auctor aeternus, omnipotens Dominus, unigenitus Dei vivi &c.* Deſ. *per quod magnificamus, & glorificamus Deum Patrem omnipotentem per D. N. I. C. &c.* Inter Homilias S. Maximi in calce Operum S. Leonis cit. edit. Venet. anni MDCCXLVIII. Tom. II. pag. 182.

LXXXVII. pag. 73. S. Fulgentii Sermo. Inc. *Noſtis, chariſsimi fratres, quia dies iſte, qui a nobis in honore Domini per annos ſingulos celebratur &c.* Deſ. *ubi plenum erit gaudium noſtrum, quia implebitur in bonis deſiderium noſtrum*. In Biblioth. Comb. T. I. p. 96.

LXXXVIII. pag. 75. Eiuſdem Sermo. Inc. *Poſt illam ſolemnitatem, quam nobis anniverſaria revolutione venerabilem fecit temporalis D. N. I. C. nativitas*. Deſ. *ſine aliqua miſeria conceditur aeterna felicitas*. Non exſtat inter eius Homilias cit. edit.

LXXXIX. pag. 76. *b.* S. Ambroſii Epiſcopi Sermo unde ſupra. Inc. *Plerique in hac ſancta Epiphaniae die hactenus a Domino mirabilia facta eſſe commemorant*. Deſ. *homines ad originem ſuam, de qua in infantia fuerant exorti, ſunt reverſi*. In cit. edit. Pariſ. pag. 403.

XC. pag. 77. Eiuſdem Sermo. Inc. *Hodie verus ſol ortus eſt mundo; hodie in tenebris ſaeculi lumen egreſſum eſt*. Deſ. *calcemus ſuper aſpidem, & baſiliſcum in Chriſto Ieſu &c.* Legitur Tom. XI. Oper. D. Hieronymi edit. Veron. A. MDCCXLII. pag. 204.

XCI. pag. ead. *b.* S. Leonis Papae Sermo unde ſupra. Inc. *Celebrato proximo die, quo intemerata virginitas humani generis edidit Salvatorem, Epiphaniae nobis &c.* Deſ. *nec vos impediant terrena, quibus parata ſunt caeleſtia per C. D. N. &c.* In cit. edit. Venet. Tom. I. pag. 29.

XCII. pag. 78. *b.* Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Cauſſam, dilectiſsimi, & rationem ſolemnitatis hodiernae ſaepe vobis & evangelica narratio, & obſervantiae conſuetudo patefecit*. Deſ. *quod utique ſine fine celebrabitur, ſi in omnibus actibus noſtris Dominus Ieſus Chriſtus appareat. Qui vivit &c.* Ibid. pag. 37.

XCIII. pag. 79. In Natali S. Agnetis Sermo S. Ambroſii Epiſcopi. Inc. *Quum in toto mundo virgineus flos Mariae immarceſcibiles coronas innectat*. Deſ. *qui tibi tuorum omnium laborum tradidit palmam. Qui regnat cum Patre &c.* In cit. edit. Pariſ. pag. 455.

XCIV. pag. 80. *b.* Eiuſdem Sermo in Natali eiuſdem. Inc. *Immaculatus Dominus immaculatam ſibi famulam etiam in hoc pleno colluviorum fragilitatis humanae corpore conſervavit*. Deſ. *nemo enim miretur, ſi Angelis comparentur, quae Angelorum Domino copulantur*. Non exſtat loc. cit.

XCV. pag. 81. Eiuſdem Sermo in Purificatione S. Mariae. Inc. *Ecce homo erat in Ieruſalem .... Non ſolum ab Angelis, & Prophetis*. Deſ. *nulla enim ratione extra noſtri eſt corporis veritatem*. Non occurrit ibid.

XCVI. pag. 82. *b.* Sermo S. Auguſtini Ep. Inc. *Hodiernus dies magnum nobis intulit gaudium, in quo Chriſtus infans in templo eſt praeſentatus*. Deſ. *hic eſt Agnus Dei, hic eſt qui tollit peccata mundi, qui cum Patre &c.*

XCVII. pag. 83. Vnde ſupra Sermo ex decretis Leonis Papae collectus. Inc. *Ait igitur, fratres chariſs. ſancta & magna Synodus, de ipſo, qui eſt ex Deo Patre naturaliter natum filio* (ſic) *unigenitum, qui hodierna die in templo eſt praeſentatus*. Deſ. *non de caelo ſecum detulit, ſed in utero Virginis Matris adſumpſit*.

XCVIII. pag. 84. In Cathedra S. Petri Sermo S. Auguſtini Epiſcopi. Inc. *Inſtitutio ſole-*

Digitized by Google

lemnitatis hodiernae a ſenioribus noſtris Cathedrae S. Petri nomen accepit, ideo quod primus Apoſtolorum Petrus &c. Deſ. *etiam vos cum Chriſto Domino in aeternum eſſe poſſitis*. cxc. Append.

XCIX. pag. ead. *b.* Item alius Sermo. Inc. *Tempus admonet, fratres, ut Evangelii capitulum, quod nuper lectum eſt differamus, in quo ait Dominus ad Petrum.* Deſ. *nox praeceſſit, dies autem appropinquavit I. C. D. N. &c.*

C. pag. 85. Sermo unde ſupra. Inc. *Didicimus, fratres, quod ad ſimilitudinem Evae, beatum Petrum oſtiaria quoque mulier decepiſſet.* Deſ. *& alios regendos accepit, qui prius ſeipſum non rexit, ipſo adiuvante qui cum Deo Patre & Spiritu Sancto vivit &c.* S. Maximi in calce Homiliar. S. Leonis pag. 194.

CI. pag. ead. *b.* Alius Sermo, quando hoc feſtum in Quadrageſima venit. Inc. *Quamvis ſolemnitas feſtivitatis hodiernae a nobis merito honoretur, fratres chariſſimi, quia dum natalem Cathedrae colimus &c.* Deſ. *ſi autem ſanctus eſt, pro quo ſacrificia Deo offert, in aeternum cum ſanctis eſſe mereatur*. cxci. Append.

CII. pag. 86. In Annuntiatione S. Mariae, S. Ioannis Oſaurei. Inc. *Omnium quidem Martyrum ſolemnitates mirabilem imitantur ſplendorem ſtellarum memoria: ſicut enim ſtellae in caelo poſitae &c.* Deſ. *unde nec Angelus, nec legatus, ſed ipſe Deus venit, & ſalvavit nos. Ipſi gloria &c.* In littera initiali huius Sermonis depicta adparet Deipara cum nimbo, & dextra manu extenſa, & elevata.

CIII. pag. 87. Sermo eiuſdem. Inc. *Iterum libertas nititur, iterum reconciliatio, iterum reverſio, iterum laetitiae vox.* Deſ. *ipſe eſt enim pax & ſalus noſtra, qui venit nos laetificare gratia ſua I. C. D. N. &c.*

CIV. pag. 88. Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Virginalis hodie ſolemnitas linguam noſtram, fratres, ad praeconium vocat, & in praeſenti vita his qui convenerunt &c.* Deſ. *& ſanctarum ſcripturarum illuminemur doctrina, ut caelorum regnum obtineamus in Chriſto Ieſu &c.*

CV. pag. 89. *b.* S. Leonis Papae Sermo unde ſupra. Inc. *Adventum Domini, & Salvatoris noſtri, in quo hominum genus, indutus corpore dignatus eſt viſitare.* Deſ. *qui ambulat ſuper pennas ventorum: adſcendit in caelum, cui eſt honor &c.* Non occurrit in cit. edit.

CVI. pag. 91. Dominica in Septuageſima Sermo S. Ioannis Conſtantinopolitani Epiſcopi. Inc. *Dignitas humanae originis facile agnoſcitur conſiderata ſublimitate auctoris.* Deſ. *& peccator correctus indulgentiam divina pietate perficiat.*

CVII. pag. 92. *b.* Item unde ſupra Sermo. Inc. *Ad laudem Dei, atque ad confeſſionem verae fidei invitas nos ſermo Hebraicus, fratres chariſſimi, quo aſſidue ſonat Eccleſia, ideſt Alleluia.* Deſ. *ſi voluntati ac praeceptis eius fideliter in omnibus pareamus, praeſtante ipſo D. N. I. C. &c.*

CVIII. pag. 93. S. Ambroſii Epiſcopi Sermo unde ſupra. Inc. *Redimite vos, dum vos pretium habetis, quando novum tempus, fratres chariſſimi, incohoatis.* Deſ. *quatenus cum capite veſtro Chriſto, vos qui eius membra eſtis, poſſitis regnare per infinita ſaecula &c.* In cit. edit. Oper. pag. 409.

CIX. pag. 94. Dominica in Sexageſima Sermo S. Auguſtini Epiſcopi. Inc. *In veteri teſtamento in Geneſi legimus Dominum dixiſſe ad Adam: ex omni ligno, quod eſt in medio Paradiſi edetis.* Deſ. *ſed vereor, ne debitor occurrat, & auditor abſentiam procuret.* Non occurrit in cit. edit.

CX. pag. 95. Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Debitum, de quo ſupra, cura ſolvere ſermonem; ſed priſtinos meos non invenio creditores.* Deſ. *ſic nec Deo quod Adam peccavit imputemus.* Non adparet in cit. edit.

CXI. pag. 96. Sermo S. Ambroſii Epiſcopi unde ſupra. Inc. *Adeſt tempus, chariſſimi fratres, quod Sexageſima vocatur, & ideo neceſſe eſt ut vita mutetur.* Deſ. *quod omni devotione ipſe vobis obſervare concedas, qui vivit &c.* In edit. Pariſ. cit. pag. 410.

CXII. pag. ead. *b.* Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Frequenter admonui vos, fratres, ut dum licet, dum tempus in ſpatio eſt, ſaluti veſtrae omnibus modis conſuleretis.* Deſ. *modo in tribulatione trepidi exſiſtimus ad pericula deploranda.* Apud Maximum in Biblioth. Patrum, & ad calcem Oper. S. Leonis cit. edition. pag. 212.

CXIII. pag. 97. S. Ioannis Chryſoſtomi Sermo unde ſupra. Inc. *Nemo eſt, qui neſciat a principio hominem ſic a Deo plaſmatum, ut inſtrueretur prudentia.* Deſ. *ne ſeverum ſentias iudicem, qui benignum contemſeris perſuaſorem, qui cum Deo Patre &c.*

CXIV. pag. 98. Dominica in Quinquageſima Sermo S. Ambroſii Epiſcopi. Inc. *Ecce appropinquant dies ſancti & tempus acceptabile, fratres chariſſimi, de quo ſcriptum eſt.* Deſ. *& felices ad caeleſtem patriam poſt hanc vitam tranſeatis, praeſtante D. N. I. C. &c.* In cit. edit. pag. 412.

CXV. pag. ead. Vnde ſupra Sermo Ioannis Oſaurei de fide Abraham, & immolatione Iſaac. Inc. *Fides eſt religionis ſanctiſſimae fundamentum, charitatis vinculum, amoris ſubſidium.* Deſ. *& quod patrem cum filio incolumes illis Dominus revocarit. Qui vivit &c.*

CXVI. pag. 99. *b.* Incipiunt Sermones (additum alia recentiori manu *S. Auguſtini*) in Converſione S. Paulli. Inc. *Hodie lectio de Actibus Apoſtolorum haec praenuntiata eſt, ubi Paullus Apoſtolus ex perſecutore Chriſtianorum &c.* Deſ. *gratia enim ſalvi efficimur de peccatis noſtris, largiente ipſo D. N. I. C. &c.* cclxxviii. finis diverſus.

CXVII. pag. 100. Sermo unde ſupra. Inc. *Sancta ſcriptura ſemper docet nos & monet, ut ubi quis Chriſtianus ſenſum ſuum accommodare voluerit.* Deſ. *ipſi mereamur habitationem, quia apud Deum omnia poſſibilia ſunt.*

CXVIII. pag. 101. Feria IV. Caput ieiu-

iunii, Sermo S. Auguſtini Epiſcopi. Inc. *Quoniam ieiuniorum tempus eſt, fratres chariſsimi, de ieiunio cum ſanctitate veſtra tractandum eſt.* Deſ. *peregrinum hoſpitio tuo contende ſuſcipere, ut te Dominus in caelorum regna ſuſcipiat, qui vivit &c.* CLXXV.

CXIX. pag. ead. *b.* S. Maximi Sermo unde ſupra. Inc. *Quia nonnullorum eſt conſuetudo, chariſsimi, advenientes Quadrageſimae dies devotiores ieiunio praevenire, neceſſarie praeſens Evangelii decurſa eſt lectio.* Deſ. *ut ſanctam vitam veſtram evangelica inſtitutione perfectam, plena D. N. retributio proſequatur.* In calce Oper. S. Leonis cit. edit. Venetae inter Homilias S. Maximi pag. 183.

CXX. pag. 102. Feria V. Sermo S. Ambroſii Epiſcopi. Inc. *Non dubito, fratres, contriſtari vos, quotieſcumque abſentem me a vobis neceſsitas facit.* Deſ. *non pretioſum natura inſtituit, ſed hominum voluntas efficit.* In edit. Pariſ. cit. Tom. II. pag. 443.

CXXI. pag. ead. *b.* Feria VI. Sermo S. Auguſtini Epiſc. Inc. *Solemne tempus advenit, quo amplius quam per anni cetera ſpatia orationibus atque ieiuniis animam humiliare &c.* Deſ. *qui ſaltem his diebus inimicitias non vult finire, quas numquam debuit exercere.* CCX.

CXXII. pag. 104. Sabbato. Sermo S. Auguſtini Epiſcopi in L. homiliis (1). Inc. *Dies iſti ſancti, quos agimus in obſervatione Quadrageſimae, commonent nos de fraterna concordia loqui vobis.* Deſ. *ut pereat qui te perſequebatur, & maneat qui tibi reddatur.* CCXI.

CXXIII. pag. 105. *b.* Dominica I. de Quadrageſima Sermo S. Ambroſii Epiſcopi. Inc. *Ecce nunc tempus acceptabile, tempus adeſt in quo & peccata veſtra confiteri Deo & Sacerdoti.* Deſ. *ad requiem aeternam pervenire poſsitis, ipſo donante, qui vos creavit, & pretio ſui ſanguinis redimere voluit. Qui vivit &c.* In cit. Tom. edit. Pariſ. pag. 423.

CXXIV. pag. 106. *b.* Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Sanctae Quadrageſimae rationem, cuius hodie initium celebramus, frequenter edidimus.* Deſ. *& de ea dicit Apoſtolus: Spiritus autem vivificat.* Ibid. pag. 415.

CXXV. pag. 107. S. Auguſtini Epiſcopi Sermo unde ſupra. Inc. *Rogo vos & admoneo, fratres chariſs. ut in iſto legitimo, & ſacratiſsimo tempore, exceptis Dominicis diebus, nullus prandere praeſumat.* Deſ. *ad quam verae, & perfectae charitatis legem ipſe vos Dominus ſub ſua protectione perducat &c.* CXLII.

CXXVI. pag. 108. Eiuſdem Sermo undo ſupra. Inc. *Permotos eſſe vos credo, fratres dilectiſs. cur a ſuperiore Dominica Quadrageſimam procuremus.* Deſ. *ſi mihi non creditis, operibus credite.*

CXXVII. pag. ead. *b.* S. Maximi Sermo unde ſupra. Inc. *Ante dies devotionem S. Quadrageſimae praedicantes ſacrarum litterarum exempla protulimus.* Deſ. *ille enim corpus ad tempus nutrit, hic autem animam reficit in aeternum.* Inter Sermones S. Ambroſio tributos in cit. edit. Pariſ. Tom. cit. pag. 429.

CXXVIII. pag. 109. *b.* Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Audiſtis, chariſsimi, ſicut Evangelica tuba cecinit, Dominum ac Redemptorem noſtrum adverſus tentamenta diaboli reluctantem &c.* Deſ. *indubitata fiducia, & conſcientia laetiore veniemus.* In calce Oper. S. Leonis cit. edit. pag. 184.

CXXIX. pag. 110. *b.* Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Conflictus iſte mirabilis, quem inter caeli regem, & regni caeleſtis tyrannum fuiſſe.* Deſ. *& cum tranquillitate temporum tranſiemus.* Ibid. pag. 185.

CXXX. pag. 111. *b.* Dominica II. in Quadrageſima Sermo Ioannis Oſaurei. Inc. *Portabat Rebecca geminos in utero fratres ante ortus principia bellatores.* Deſ. *& exheredari merueris, quod fuerat alienum.*

CXXXI. pag. 112. *b.* S. Ambroſii Epiſcopi Sermo unde ſupra. Inc. *Retinent adhuc ſenſus veſtri, fratres, nos hoc ſuperiore dominica praedicaſſe, quod huius Quadrageſimae noſtrae figuram.* Deſ. *qui palmarum praemio diaboli exſtitere victores.* In cit. edit. Pariſ. Tom. cit. pag. 416.

CXXXII. pag. 113. *b.* Dominica III. in XL. Sermo Ioannis Oſaurei. Inc. *Mittitur a Iacob patre ſanctiſsimo Ioſeph ſanctus ad fratres.* Deſ. *etiamſi tibi inter homines iudex iuſtus defuerit.*

CXXXIII. pag. 114. *b.* S. Ambroſii Epiſcopi Sermo unde ſupra. Inc. *Diximus ſuperiore dominica hoc eſſe fidei noſtrae opus primum, ut horum quadraginta dierum curriculo devotiſsime ieiunemus.* Deſ. *nos propter animarum lucrum noſtra corpora caſtigamus.* Extat in edit. Rom. n. XLI. & in Append. Auguſtini n. CXLVI.

CXXXIV. pag. 115. *b.* Dominica medium Quadrageſimae. Sermo Ioannis Oſaurei. Inc. *Stabat Moyſes in monte non armis, ſed precibus pugnaturus.* Deſ. *curet poenitendo quod fecit, ut poſsit recipere quod amiſit.* In littera initiali Moyſes, ut puto, exprimitur, nimbo caput redimitus, elatis manibus, ſuſpiciens in altum, ac veluti aliquid a manu quadam ſuperne extenſa recipiens.

CXXXV. pag. 116. Item Sermo S. Maximi Epiſcopi de ieiunio quadrageſimali. Inc. *Advertite, fratres chariſsimi, quanta nobis ſpiritalis vitae documenta ſuccreſcunt.* Deſ. *ut gemino quodam corporis animique ieiunio divinae nos ſemper gratiae commendemus.* In cit. edit. in calce Oper. S. Leon. pag. 186.

CXXXVI. pag. 117. Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Peractum a D. N. I. C. hoc, quod lectum eſt, cum tentatore certamen.* Deſ. *a vitiis autem totis viribus ieiunemus.* Ibid.

CXXXVII. pag. 118. Sermo Ioannis Oſaurei de confeſſione peccati. Inc. *Confitemini Domino quoniam bonus eſt. Spiritus Sanctus medelam purgandi facinoris, & curam admiſsi delicti obtulit.* Deſ. *confeſsione nobis miſericors reddatur, & pius.*

(1) Alias XL. inter homilias L.

Digitized by Google

CXXXVIII. pag. ead. *b.* S. Auguſtini Epiſcopi Sermo unde ſupra. Inc. *Moyſes famulus Domini quadraginta diebus, & quadraginta noctibus in eremo ieiunavit, ut legem Domini mereretur accipere*. Deſ. *ſaltem paucis diebus Domino vivere debeamus*.

CXXXIX. pag. 119. Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Hos ſanctae Quadrageſimae dies, fratres chariſsimi, debemus omni veneratione ſuſcipere, nec longiorem numerum huius temporis faſtidire*. Deſ. *loquebatur ergo opere, & dicebat illud evangelicum Domini dictum: ſi mihi non creditis, operibus credite*. CXLV. in Append.

CXL. pag. ead. *b.* Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Non uſque adeo contriſtari debemus, fratres, quod in his Quadrageſimae diebus tentatio nos tribulationis invenit*. Deſ. *tantum ut non noſtris intervenientibus peccatis ei inferatur oblivio*.

CXLI. pag. 120. *b.* S. Maximi Sermo unde ſupra. Inc. *Saepe intimatum eſt auribus veſtris tam de ſcripturis divinis, quam ex praedicationibus noſtris*. Deſ. *denique Adam ab immortalitatis gratia mox contra vetitum guſtavit, & cecidit*.

CXLII. pag. 121. Sermo S. Ioannis Oſaurci unde ſupra. Inc. *Provida mente, & profundo cogitatu cognoſci debent duo rerum diſtincta negotia*. Deſ. *& plena poenitentia tua atque perfecta promerebitur indulgentiam*.

CXLIII. pag. 122. *b.* Eiuſdem Sermo. Inc. *Tria ſunt, quae in miſericordiae opere optanda ſunt Chriſtiano, ut poſsit facere, ut velit, ut compleat*. Deſ. *& miſericors, quia miſertus eſt gaudeat, & ſterilis poenas, quas non ſperavit, inveniat*.

CXLIV. pag. 123. *b.* S. Ambroſii Epiſcopi Sermo unde ſupra. Inc. *Laudemus Dominum, fratres chariſsimi, & Deo gratias agamus, quia vos ſecundum deſideria noſtra incolumes invenire meruimus*. Deſ. *nec in nobis Chriſtiana ſacramenta patiantur iniuriam*. Legitur in edit. Rom. & apud Maximum in Biblioth. Patrum.

CXLV. pag. 124. S. Leonis Papae Sermo unde ſupra. Inc. *Hebraeorum quondam populus, & omnes Iſraëliticae tribus quum propter peccatorum ſuorum offenſiones gravi Philiſtinorum dominatione prementur*. Deſ. *& per novitatem vitae dignae laetabitur in ſacramento reformationis humanae per C. D. N. qui cum Patre &c.* In cit. edit. pag. 37.

CXLVI. pag. 125. *b.* Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Apoſtolica, dilectiſsimi, doctrina nos admonet, ut deponentes veterem hominem cum actibus ſuis &c.* Deſ. *ut videant opera veſtra bona, & magnificent patrem veſtrum, qui in caelis eſt*. Ibid. pag. 42.

CXLVII. pag. 126. *b.* Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Appropinquante, dilectiſsimi, ſolemnitate Paſchali, ideſt praecurrentes conſuetudine ieiunii, quod nos quadraginta dierum numero &c.* Deſ. *quanto magis fuerimus miſericordes, tanto ſimus perfectius innocentes. Per Dominum Noſtrum &c.* Ibid. pag. 50.

CXLVIII. pag. 127. Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Semper quidem, dilectiſs. miſericordia Domini plena eſt terra, & unicuique fidelium ad colendum Deum ipſa rerum natura, doctrina eſt*. Deſ. *quod quum aliorum delictis veniam tribuimus, divinam nobis clementiam praeparamus per D. N. &c.* In cit. edit. p. 43.

CIL. pag. 128. Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Virtus, dilectiſsimi, & ſapientia fidei Chriſtianae, amor Dei eſt, & amor proximi*. Deſ. *dexteros eleemoſynarum pietate laudatos caeleſtis regni beatitudo ſuſcipiet. Per D. N. &c.* Ibid. pag. 44.

CL. pag. 129. Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Devotionis quidem veſtrae, dilectiſsimi, novimus hunc eſſe fervorem, ut ieiuniis, quae Domini Paſcha praecurrunt &c.* Deſ. *ut & in tentationem non inducamur, & a malis omnibus liberemur. Per Chriſtum &c.* Ibid. p. 46.

CLI. pag. 130. Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *In omnibus, dilectiſsimi, ſolemnitatibus Chriſtianis non ignoramus Paſchale ſacramentum eſſe praecipuum*. Deſ. *miſericordiam Dei iudicantis obtineat; beati enim miſericordes, quoniam ipſorum miſerebitur Deus, qui vivit &c.* Ibid. pag. 47.

CLII. pag. 131. Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Licet nobis, dilectiſs. appropinquante feſtivitate Paſchali quadrageſimale ieiunium ipſius legitimi temporis curſus indicat*. Deſ. *omnes habeat innocentes. Qui vivit &c.* Ibid. p. 39.

CLIII. pag. 132. Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Inter omnes, dilectiſſimi, dies, quos multis modis honorabiles habet Chriſtiana devotio, nihil eſt excellentius feſtivitate Paſchali*. Deſ. *& augebit incrementa frugum iuſtitiae veſtrae, in C. I. D. N. qui vivit &c.* Ibid. pag. 48.

CLIV. pag. 133. Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Praedicaturus vobis, dilectiſs. ſacratiſſimum maximumque ieiunium, quo aptius utar exordio*. Deſ. *ſi nos ab omni malitia continemus, auxiliante nobis per omnia, cui cum Patre &c.* Ibid. pag. 41.

CLV. pag. 134. Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *In omnibus quidem, dilectiſs. diebus atque temporibus quaedam divinae bonitatis ſigna praefixa ſunt*. Deſ. *ſicut aqua exſtinguit ignem, ſic eleemoſyna exſtinguit peccatum. Per D. N. I. C. &c.* Ibid. pag. 49.

CLVI. pag. 135. *b.* Eiuſdem (ſed manu aeque antiqua correctum eſt *Aug. Ep.*) unde ſupra. Inc. *Quomodo miles ſemper exercetur ad praelium, & ſimulati illus vires, ſemper vulneribus praeparatus*. Deſ. *ut digni efficiamur adventu Paſchae, & carnibus Agni Chriſti Ieſu, cui eſt gloria &c.* Inter Opera S. Hieronymi edit. Ver. Vallarſii A. MDCCXLII. T. XI. p. 210.

CLVII. pag. 136. Sermo S. Leonis Papae unde ſupra. Inc. *Iam dies ieiunii, fratres chariſsimi, dies obſervationis, &, ut manifeſtius dicam, poenitentiae tempus nobis advenit*. Deſ. *quia plus dimiſſum eſt nobis, & plura praeſtemus a Domino conſecuturi, cui eſt gloria &c.* LXXXIII. Append.

CLVIII. pag. ead. *b.* Eiuſdem Sermo unde

Digitized by Google

de ſupra. Inc. *Dilectiſſimi nobis, fides veſtra nos admonet religionis promere documenta*. Deſ. *praebeamus egentibus ſubſtantiam vitae temporalis, ut vitam conſequamur aeternam, praeſtante Domino &c.*

CLIX. pag. 137. Eiuſdem (ſed alia manu correctum *S. Ambroſii Epiſc.*) Sermo unde ſupra. Inc. *Dominus & Salvator noſter, quomodo ad eum poſt multas negligentias venire debeamus per prophetam nos hortatur & admonet dicens*. Deſ. *vigilate & orate, ne intretis in tentationem, ipſo adiuvante, qui vivit &c.* Legitur in edit. Romana. In Append. Auguſtin. eſt Sermo CXLI.

CLX. pag. 138. Eiuſdem (alia item manu correctum *Ambroſii Epiſc.*) Sermo unde ſupra. Inc. *Intelligere vos credo, fratres, cur haec noſtra ieiunia illis manſionibus comparaverim*. Deſ. *qui in aeterna beatitudine in palatum faucis animae dulceſcat, ipſo adiuvante &c.* Ibid. pag. 417. aliquantiſper diverſus in principio.

CLXI. pag. 139. S. Iſidori Epiſcopi Sermo unde ſupra. Inc. *Ieiunii tempora ſecundum ſcripturas ſanctas, quatuor ſunt, in quibus per abſtinentiam & lamentum poenitentiae Domino ſupplicandum eſt*. Deſ. *& univerſale ieiunium hac obſervatione celebrat*.

CLXII. pag. 140. Sermo S. Ambroſii Epiſcopi legendus in initio Quadrageſimae. Inc. *Nonnulli Chriſtianorum, fratres, exiſtimantes ſe divinitatis praecepta religioſius obſervare*. Deſ. *erit, ut caeleſtis mannae reficiamur alimonia, & nullis vermium ſtimulis compungamur*. In cit. edit. pag. 420.

CLXIII. pag. 141. Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Meminiſſe debet veſtra dilectio hoc me anteriore Dominica praedicaſſe, & dediſſe rationem*. Deſ. *verba, quae ego loquutus ſum vobis, ſpiritus, & vita ſunt*. Ibid. pag. 428.

CLXIV. pag. ead. *b.* Sermo eiuſdem legendus in medio Quadrageſimae. Inc. *Agite, fratres, gratias divinae pietati, qui vos ad medium Quadrageſimae tempus perduxit incolumes*. Deſ. *ſed magna eſt benedictio, quam ipſe vobis concedat conſequi, qui vivit &c.* Ibid. pag. 431.

CLXV. pag. 142. Dominica de Paſſione Domini Sermo Ioannis Oſaurei. Inc. *Magnum Iheremiae ſanctiſſimi meritum: magnum in eum collatum eſt divinitus donum*. Deſ. *ut deſertori indulgentiam, & contemptori veniam, & fideli gloriam caeleſtis tribuat imperator*.

CLXVI. pag. 143. In traditione Symboli Sermo S. Maximi Epiſcopi ex expoſitione eiuſdem. Inc. *Quum apud patres noſtros, ſicut liber Iudicum refert, quaedam Iſraëliticae tribus civili adverſum ſe praelio decertarent*. Deſ. *hoc eſt Symbolum, quod & viventes ſanctificat, & mortuos reducit ad vitam*. Cit. edit. pag. 210.

CLXVII. pag. 144. *b.* Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Pſalmi vigeſimi primi, qui lectus eſt, ſeriem decurſuri diligenter prius debemus intendere*. Deſ. *adſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato*. Ibid. pag. 187.

CLXVIII. pag. 145. S. Ambroſii Epiſcopi Sermo unde ſupra. Inc. *Legimus, quia Chriſtus peccata noſtra portat, & pro nobis dolet. Doles ergo Domine &c.* Deſ. *ſed Dei filium docuit fideli confeſſione ſignari*. Non occurrit in cit. edit.

CLXIX. pag. 146. S. Auguſtini Epiſcopi Sermo in vigilia Oſannae. Inc. *Poſtquam Dominus quatriduanum mortuum ſuſcitavit ſtupentibus Iudaeis, & aliis eorum in videndo credentibus &c.* Deſ. *& promittit etiam adeſſe horam clarificationis ſuae, qua facta in caelis, gentes fuerant crediturae*. Huius Sermonis littera initialis Salvatorem nimbo ornatum, qui dextra benedictionem impertitur, exhibet.

CLXX. pag. 147. Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Domino & Salvatore noſtro, fratres dilectiſſimi, ante multa tempora prophetatum eſt: adſcendit virgultum, & ſicut radix de terra ſitienti*. Deſ. *iudicium ſine miſericordia illi qui non fecit miſericordiam*.

CLXXI. pag. 148. *b.* Dominica in Palmis Sermo eiuſdem. Inc. *Fratres dilectiſſ. dignum eſt, ut ſemper, quando ad Eccleſiam convenitis, divinum ſermonem in veſtris auribus*. Deſ. *& ad futuram gloriam, quam iſta Paſchalis ſolemnitas ſignificat, poſſitis pervenire: quod ipſe praeſtare dignetur, qui cum Patre & Spiritu Sancto vivit &c.* Initialis littera S. Epiſcopum, forte Auguſtinum, cum pallio repraeſentat, qui dextra librum clauſum, quem ſiniſtra ſuſtinet, indigitat: mitra ad inſtar faſciae extremis in angulis acuminatae, ac nimbo eiuſdem caput tegitur.

CLXXII. pag. 149. Eodem die Sermo S. Ambroſii Epiſcopi unde ſupra. Inc. *Video, fratres, hodie vos attentius ad Eccleſiam conveniſſe, & ramos arborum cum laetitia portaſſe*. Deſ. *qui vos poteſtate creavit, poteſtate redemit, I. C. D. N. qui cum Patre &c.* In cit. edit. pag. 433.

CLXXIII. pag. ead. *b.* Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Veniente Domino noſtro I. C. ad urbem Ieruſalem ante ſex dies paſſionis ſuae, turba multa quae convenerat &c.* Deſ. *ad hanc igitur ſalutem vos benedictus Chriſtus Dominus pervenire concedat, qui venit in nomine Patris, cum quo vivit &c.* In cit. edit. pag. 453.

CLXXIV. pag. 150. Sermones S. Leonis Papae de paſſione Domini. Primus inc. *Sacramentum, dilectiſſimi, Dominicae paſſionis, in ſalutem humani generis ante tempora aeterna diſpoſitum*. Deſ. *ut quod tunc in Chriſti expaverat paſſione, in ſuo poſt ſupplicio non timeret. Per eundem D. N. I. C. &c.* In cit. edit. pag. 60.

CLXXV. pag. 151. Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Poſt illam humanae praevaricationis primam, & univerſalem ruinam, ex quo per unum hominem peccatum intravit &c.* Deſ. *in aeterna mereamur beatitudine permanere, praeſtante &c.*

Digitized by Google

CLXXVI. pag. ead. Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Quum multis modis, dilectiſs. Iudaica impietas laboraret, ut cauſſam aliquam perpetrandi in Dominum Ieſum ſceleris &c.* Deſ. *ut non ſolum paradiſi reſtituamur habitaculo, ſed etiam regni caeleſtis gloriae praeparemur &c.* Ibid. pag. 61.

CLXXVII. pag. 152. Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Totum quidem, dilectiſſimi, Paſchale Sacramentum evangelica nobis narratio praeſentavit.* Deſ. *qui reformabit corpus humilitatis noſtrae conforme fieri corpori gloriae ſuae. Qui vivit &c.*

CLXXVIII. pag. 153. *b.* Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Evangelica lectio, dilectiſs. quae ſacratiſſimam Dominicae paſſionis reſeravit hiſtoriam, ita univerſae Eccleſiae nota eſt.* Deſ. *credimus quia ſimul etiam vivemus cum illo, qui vivit &c.* Ibid. pag. 64.

CLXXIX. p. 154. *b.* Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Magnitudo quidem, dilectiſs. ineffabilis Sacramenti, ita humanae intelligentiae altitudinem, & totius vincit eloquii facultatem.* Deſ. *manente ipſo in nobis, qui operatur omnia in omnibus, vivens, & regnans cum Patre &c.* Ibid. pag. 70.

CLXXX. pag. 156. Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Deſiderata nobis, dilectiſs. & univerſo optabilis mundo adeſt feſtivitas Dominicae paſſionis.* Deſ. *quae nos orantibus vobis faciat promiſſa complere. Per D. N. I. C. &c.* Ibid. pag. 62.

CLXXXI. pag. 157. Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Gloria, dilectiſs. Dominicae paſſionis, de qua nos etiam hodie loquuturos eſſe promiſimus, humilitatis maxime eſt miranda myſterio.* Deſ. *quum Chriſtus adparuerit vita veſtra, tunc & vos cum ipſo adparebitis in gloria, qui cum Patre &c.* Ibid. pag. 65.

CLXXXII. pag. 158. Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Omnia quidem tempora, dilectiſſimi, Chriſtianorum animos Sacramento Dominicae paſſionis &c.* Deſ. *ut quarta ſabbati quae ſunt adiicienda reddamus, auxiliante D. N. I. C. &c.* Ibid. pag. 63.

CLXXXIII. pag. 159. Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Sermonem, dilectiſs. de glorioſa D. N. I. C. paſſione promiſſum ita exſpectationi veſtrae intelligo eſſe reddendum.* Deſ. *conforme fieri corpori gloriae ſuae, vivens, & regnans cum Patre &c.* Ibid. pag. 67.

CLXXXIV. pag. 160. Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Scio quidem, dilectiſs. Paſchale feſtum tam ſublimis eſſe myſterii, ut non ſolum humilitatis noſtrae &c.* Deſ. *mihi ſolvendi debiti tribuat facultatem, per D. N. &c.* Ibid. pag. 57.

CLXXXV. pag. 161. *b.* Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Decurſis, dilectiſs. ſermone proximo his, quae ad comprehenſionem Domini praeceſſerunt.* Deſ. *ſed in azymis ſinceritatis & veritatis, reſurrectionis Chriſti mereamur eſſe participes, qui vivit &c.* Ibid. pag. 58.

CLXXXVI. pag. 162. *b.* Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Sacram, dilectiſs. Dominicae paſſionis hiſtoriam evangelica, ut moris eſt, narratione decurſam, ita omnium veſtrum arbitror inhaeſiſſe pectoribus &c.* Deſ. *ut debitum noſtrum ipſius auxilio compleatur, qui vivit &c.* Ibid. pag. 71.

CLXXXVII. pag. 164. Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Sermone proximo, dilectiſs. non incongrue vobis, quantum arbitror, participationem inſinuavimus crucis Chriſti.* Deſ. *ad illam incorruptibilem glorificandae carnis reſurrectionem pertinere mereamur in C. I. D. N. qui vivit &c.* Ibid. pag. 73.

CLXXXVIII. pag. 165. *b.* Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Semper quidem, dilectiſſimi, fidelium mentes in divinorum operum decet admiratione verſari.* Deſ. *aderit Dominus orantibus vobis, ut quae ſolvenda promittimus, ipſo largiente reddamus, qui vivit &c.* Ibid. p. 68.

CLXXXIX. pag. 166. *b.* Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Sermo proximus, dilectiſſimi, cuius vobis promiſſam reſtituere cupimus portionem.* Deſ. *ut quod fecit concupiſci, faciat obtineri, qui vivit &c.* Ibid. pag. 69.

CXC. pag. 167. *b.* Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Sacramentum Dominicae paſſionis, quam Dominus Ieſus Dei filius pro humani generis ſalute ſuſcepit.* Deſ. *dabit, ſicut credimus, quod loquamur, per D. N. I. C. &c.* Ibid. pag. 51.

CXCI. pag. 168. *b.* Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Exigit fides, dilectiſs ut partem Sermonis, quam de Domini paſſione promiſimus, eodem vobis auxiliante reddamus.* Deſ. *ut ad ea, quae fidelibus praeparata ſunt, pervenire mereamur, qui vivit &c.* Ibid. pag. 52.

CXCII. pag. 169. Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Inter omnia, dilectiſſimi, opera miſericordiae Dei, quae ab initio ſaluti ſunt impenſa mortalium &c.* Deſ. *praeſtabit Dominus orantibus vobis, ut ipſius dono quod promittimus, impleamus, per C. D. N. &c.* Ibid. pag. 53.

CXCIII. pag. 170. *b.* Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Creator, & Dominus rerum omnium Chriſtus poſt inuſitatum ſacrae Virginis partum &c.* Deſ. *cetera in quartam feriam differantur, auxiliante Domino orationibus veſtris, qui praeſtare dignabitur, ut quod promittimus, impleamus.* Ibid. pag. 55.

CXCIV. pag. 171. Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Exſpectationi veſtrae, dilectiſſimi, quod debetur, Domino largiente reddendum eſt promerentibus orationibus veſtris.* Deſ. *& humilitatem ſibi ſervientium non reliquit; cui eſt gloria &c.* Ibid. pag. 54.

CXCV. pag. 172. Ex tractatu S. Hieronymi Presbyteri in Pſalmo de Paſſione. Inc. *Deus laudem meam ne tacueris: hoc eſt Iudas me tradidit.* Deſ. *tu es, qui pro nobis paſſurus es, qui vivis &c.* Commentar. in Pſalm. CVIII. In littera initiali depicta eſt imago Davidis Regis, ſuper quem manus de caelo extenditur.

CXCVI. pag. 175. Feria V. in Coena Domini. Incipiunt Lamentationes Hieremiae Prophetae. *Et factum eſt poſtquam in captivita-*

ta-

tatem reductus eſt Iſrael, & Ieruſalem deſerta eſt, ſedit Hieremias flens, & planxit lamentatione hac in Ieruſalem, & dixit: Aleph. Quomodo ſedet ſola civitas. Dividitur in tres Lectiones. Vltima deſ. *vocem dederunt in domo Domini, ſicut in die ſolemni.* Littera initialis Hieremiam lugentem exhibet.

CXCVII. pag. 176. Ex tractatu S. Auguſtini Epiſcopi in Pſalmo *Exaudi Deus orationem meam &c.* Inc. *A parte humanitatis adſumptae, in qua paſſurus erat.* In ſex lectiones dividitur. Vltima deſ. *At vero omnis homo timuit, ideſt qui credere voluerunt, qui iudicium venturum contremuerunt.* Compactus videtur hic Sermo ex enarratione in Pſ. LXIII. To. IV. pag. 618. finis incidit in §. 16. lin. 8.

CXCVIII. p. 179. Ex tractatu S. Auguſtini Epiſcopi ſuper Ioannem. Inc. *Paſcha non, ſicut quidam exiſtimant, Graecum nomen eſt, ſed Hebraeum.* Deſ. *ſed ad vicinam reſurrectionem pertinere credamus, tamquam fuerit factum, quod erit tamquam proxime futurum. Per eum, qui vivit &c.* Et haec in ſex lectiones dividitur. Tractat. 55. in Ioan. 13. v. 15. Apud Combefiſ. Tom. V. pag. 181.

CIC. pag. 182. *b.* Sermo Ioannis Oſaurei unde ſupra. Inc. *Paucis hodie neceſſarium reor tractare vobiſcum, & ideo paucis, non quia vobis latus ſermo Sacerdotis horreſcat.* Deſ. *cum omni ſimplicitate myſteria celebremus, & accedamus ad menſam Chriſti, cum quo Patri omnis gloria, honor, virtus, cum Spiritu Sancto eſt &c.* Apud Combefiſ. Tom. cit. p. 165.

CC. pag. 185. Eiuſdem Sermo unde ſupra. Inc. *Retinet ſanctitas veſtra, fratres, nos vobis hoc iam praedicaſſe, quod Iudas Iſcarioth propria ſententia condemnatus &c.* Deſ. *quae & purificat peccatorem, & vivificat morientem, ipſo adiuvante qui vivis &c.*

CCI. pag. 186. Feria VI. in Paraſceven Lamentatio. Inc. *Heth. Cogitavit Dominus diſſipare murum filiae Sion.* Deſ. *oculus meus depraedatus animam meam in cunctis filiabus urbis meae.* Et haec in tres partes diviſa eſt.

CCII. pag. ead. *b.* Sermo Ioannis Chryſoſtomi. Inc. *Hodierna die Dominus noſter pependit in cruce, & nos epulamur, ut diſcas, quoniam crux Chriſti feriae ſunt.* Deſ. *poſitis, inquit, genibus orabat dicens, Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum.*

CCIII. pag. 189. *b.* Sermo Ioannis Oſaurei. Inc. *Convenientes ad ſtationem Eccleſiae matris lectum contemplemur crucis.* Deſ. *ut hereditatis vitae poſſideamus perpetuam claritatem. Amen.*

CCIV. pag. 191. Sermo eiuſdem unde ſupra. Inc. *Audiat in praeſenti dilectio veſtra, fratres, quid ſit quod iſte latro, in cruce Domino conſtituto &c.* Deſ. *quum videretur eius humilitatis patientia.*

CCV. pag. 192. In Sabbato Sancto Lamentatio Hieremiae in tres lectiones diviſa. Inc. *Caph. Venatione ceperunt me quaſi avem inimici mei gratis.* Deſ. *filia Edom, diſco operuit peccata tua.*

CCVI. pag. 192. *b.* Sequitur eiuſdem Oratio. Inc. *Recordare Domine.* Deſ. *iratus es contra nos vehementer.*

CCVII. pag. ead. Ex tractatu S. Hieronymi ſuper Matthaeum. Inc. *Fratres chariſſimi, audiſtis in lectione Evangelii, quod in paſſione ſua D. N. I. C. a militibus ſuſceptus, & crucifixus eſt.* Deſ. *regemque cum gloria videbitis D. N. I. C. qui cum Patre & Spiritu Sancto vivit &c.*

CCVIII. pag. 195. Ex tractatu S. Auguſtini ſuper Ioannem. Poſt Evangelii verba: *Iudaei ergo, quoniam Paraſceve erat, ut non remanerent in cruce corpora ſabbato &c.* Tractatus inc. *Sicut enim dies illa ſabbati in lege magna erat &c.* Deſ. *vel a vitiis eſſe aliena debet.* Admodum diverſus a Tract. CXX. in Ioan. Tom. III. P. II. pag. 804.

CCIX. pag. 196. Sermo S. Ambroſii Epiſcopi. Inc. *Sed videamus de hoc ipſo Domini corpore, poſtquam de cruce deponitur, quid geratur.* Deſ. *quid quaeris viventem cum mortuis.*

CCX. pag. ead. *b.* Sermo S. Auguſtini Epiſcopi in vigilia Paſchae. Inc. *D. N. I. C. Salvatoris honorabilem ſolemnitatem ſua favente clementia, fratres chariſſimi, fideliter veneremur.* Deſ. *cum ſuis congregemur ad caelum, ipſo donante, qui cum Patre & Spiritu Sancto vivit &c.*

Codex membranac. Ms. in fol. maximo Saec. XII. binis columnis & grandiori charactere exaratus cum litteris initialibus minio depictis. Huic ſolemne eſt vocem *chariſſimi* per litteram k exprimere, aliquando adſpirationem *h* lineola ⊢ vocali ſuperſcripta exhibere; nec non in titulis Sermonum pro *alius Sermo*, ac *legendus*, efferre *aliud Sermo*, ac *legendum*, ut videre eſt pag. 140. & 141. *b.* Initio manu recentiori adnotatum legitur nomen Eccleſiae, ad quam forte Homiliarium hoc pertinebat; ſed minime licuit illud expiſcari. Conſtat foliis ſcriptis 197.

D. AMBROSII EXPOSITIO EPISTOLARVM D. PAVLLI.

Adde etiam

S. Remigii Epiſcopi in Epiſtolam ad Romanos Tractatum.

I. pag. 1. Codex eſt venerandae prorſus antiquitatis, & continet primo S. Ambroſii Mediolanenſis Epiſcopi Commentarium in Epiſtolam D. Paulli ad Romanos cum prologo, cuius initium: *Vt rerum notitia.* Finis: *& Dominum ipſum omnium doceat, ſic incipit.* Poſt Epiſtolae textum, *Paullus ſervus &c.* Tractatus inc. *Apud veteres noſtros.* Deſ. *uſque ad conſummationem ſaeculi.* Concordat cum edito in Append. ad ſecundum Tomum eius Operum edit. Pariſ. ſtudio Monachorum Ordinis S. Benedicti e Congregatione S. Mauri MDCLXXXVI. fol. a pag. 26. ad pag. 112. In hoc Pluteo varii adſervan- *Cod. II.*

van-

Digitized by Google

vantur D. Ambroſii Operum Codices, quos, ut monet Franc. Antonius Zaccaria T. VIII. Hiſtor. Litter. conferri operae pretium eſſet, ſi nova adornanda eſſet editio.

II. pag. 59. Tractatus Sancti Remigii Epiſcopi ut ſupra ad Romanos. (1) Inc. *Ab Achaia regione Graecorum ſcripſit Apoſtolus Paullus Romanis hanc Epiſtolam*. Deſ. *quae per totum textum huius epiſtolae ab eo ſcripta ſunt*. Interim notandum duas haſce expoſitiones unius Epiſtolae ad Romanos, primam Ambroſii, Remigii alteram, ſumi heic pro expoſitione duarum Epiſtolarum: titulus enim paginarum, quibus prima comprehenditur, habet: *Epiſt. I. ad Rom.* ſecunda vero, *Epiſt. II. ad Rom.* Sequuntur deinde eiuſdem expoſitiones in reliquas Paulli Epiſtolas hoc ordine, nimirum: Ad Corinthios I. & II., ad Theſſalonicenſes I. & II., ad Timotheum I. & II., ad Galatas, ad Epheſios, ad Philippenſes, ad Coloſſenſes, & ad Hebraeos; cuius poſtremae expoſitio deſ. *faciens in vobis quod placeat coram ſe per Ieſum Chriſtum, cui honor & gloria &c.* Concordant cum editis in Bibl. PP. Lugd. 1677. T. VIII. a p. 889. ad p. 1124.

Codex membran. Ms. in fol. Saec. XII. binis columnis exaratus, ſcripturae pulcherrimae. Conſtat foliis ſcriptis 341.

D. AMBROSII EXPOSITIO IN D. LVCAM EVANGELISTAM.

Ac praeterea

Eiuſdem de Officiis Libri III. & de Dignitate Sacerdotali Liber unus.

Cod. III. INitio pulcherrima ſeſe offert pictura, circulum repraeſentans, cum aliis quatuor minoribus ad latera, in quibus Operum tituli aureis & caeruleis litteris ſcripti continentur: altera quoque codicis pagina, ubi initium primi Operis incidit, mira arte illuminata eſt, ac Mediceo ſtemmate decorata. Opera vero iſta ſunt:

I. pag. 1. S. Ambroſii Epiſcopi expoſitio ſuper Lucam Evangeliſtam Libris decem cum Prologo & Capitum tabulis unicuique praemiſſis. Primus Liber inc. *Scripturi in Evangelii librum*. Vltimus deſ. *in montem complures fuiſſe*. Habes in edit. cit. Tom. I. a pag. 1261. ad pag. 1544. Clauditur in Codice ſequenti amanuenſis ſubſcriptione: *Iohannes Franciſcus Martius Geminianus tranſcripſit*.

II. pag. 187. Eiuſdem Libri III. de Officiis cum Prologo, qui inc. *Non arrogans videri arbitror*. Deſ. *ne ſimilis illius fias*. Liber I. inc. *Primum igitur officium eſt*. Liber III. deſ. *plurimum inſtructionis conferat*. Tom. II. a pag. 1. ad pag. 140.

III. pag. 258. Eiuſdem de vita, & ordinatione Epiſcoporum. Inc. *Si quis frater oraculum reminiſcatur*. Deſ. *tribuas caelorum regna, quae ſanctis in fine ſaeculorum dare promiſiſti perpetua. Amen*. Ibid. in Append. a pag. 357. ad pag. 364. ubi inſcribitur *De Dignitate Sacerdotali*.

Codex membr. Ms. in fol. Saec. XV. cum initialibus Librorum litteris mirifice illuminatis. Conſtat foliis ſcriptis 263.

S. AMBROSIVS DE PARADISO.

Ac praeterea

Eiuſdem alia multa.

IN prima pagina mirifice illuminata, tituli Librorum ſingulorum, qui in hoc continentur Codice, aureis & caeruleis litteris expreſſi ſunt cum Mediceae gentis inſignibus, quae in ſequenti etiam pagina repetuntur. Opera autem ſunt: Cod. IV.

I. pag. 1. B. Ambroſii Archiepiſcopi de Paradiſo Liber unus. Inc. *Et plantavit Deus Paradiſum &c. De Paradiſo adoriendus ſermo*. Deſ. *metemus ea, quae ſunt ſpiritualia*. Tom. I. a pag. 145. ad pag. 182.

II. pag. 27. *b*. Eiuſdem de Cain & Abel Libri duo. Primus inc. *De Paradiſo in ſuperioribus pro captu noſtro, ut potuimus*. Secundus deſ. *niſi eum praematura poena rapuiſſet. Amen*. Ibid. a pag. 183. ad pag. 224.

III. pag. 55. Poſt enumerationem Librorum, qui ſubſequuntur, rubro charactere, & inſtar tituli exaratam, quae inc. *Eiuſdem proprium opus incipit Patriarcharum, qui dicitur liber valde digniſſimus; ſumit ergo initium Abrahae factum mirificum &c.* primus Liber eſt de Abraham, & inc. *Abraham libri huius titulus eſt*. Deſ. *& bona ſenectute complevit diem*. Ibid. a pag. 282. ad pag. 352.

IV. pag. 74. *b*. Eiuſdem Liber de Iſaac, & de animae natura. Inc. *In patre nobis ſancti Iſaac*. Deſ. *ſervare ſe debet & cuſtodire*. Ibid. a pag. 355. ad pag. 384.

V. pag. 93. *b*. Eiuſdem de bono mortis Liber. Inc. *Quoniam de anima*. Deſ. *quoniam ipſe eſt plenitudo divinitatis, & ipſi eſt decus, gloria &c.* Ibid. a pag. 389. ad pag. 414.

VI. pag. 109. *b*. Eiuſdem de Eſau, & fuga ſaeculi Liber. Inc. *Frequens nobis*. Deſ. *& reconciliationis futurae fidem hauſerint. Per D. N. I. C. &c.* Ibid. a pag. 417. ad pag. 440.

VII. pag. 125. Eiuſdem de Iacob & vita beata Libri duo. Primus inc. *Neceſſarius ad diſciplinam bonis ſermo*. Secundus deſ. *atroci peremptus eſt morte*. Ibid. a p. 443. ad p. 480.

VIII. pag. 149. Eiuſdem de S. Ioſeph Liber. Inc. *Sanctorum vita*. Deſ. *audite Iſraël patrem veſtrum*. Ibid. a pag. 483. ad p. 510.

IX. pag. 167. Eiuſdem de benedictionibus Patriarcharum Liber. Inc. *Primum omnium*. Deſ. *Apollo rigavit*. Ibid. a pag. 513. ad pag. 532.

X. pag. 179. *b*. Eiuſdem Apologia S. Patris noſtri David. Inc. *Apologiam Prophetae David*.

(1) Nullam de hac Remigii Expoſitione in Epiſtolas Paulli mentionem facit in ſuo Catalogo Montfauconius.

Digitized by Google

eid. Deſ. *ut ſibi Chriſti gratiam mereantur. Cui eſt honor &c.* Ibid. a pag. 675. ad pag. 704.

XI. pag. 198. Eiuſdem de vinea Nabuthae Iſraëlitae Liber. Inc. *Nabuthae hiſtoria*. Deſ. *laqueos praevaricationis evaſerint*. Ibid. a pag. 565. ad pag. 588.

XII. pag. 213. Eiuſdem de utilitate ieiunii Liber. Inc. *Divinum ad patres*. Deſ. *meruit inſigne pietatis*. Ibid. a pag. 535. ad p. 562.

XIII. pag. 229. Eiuſdem de corruptione Virginis Liber. Inc. *Audite, qui longe eſtis, & qui prope, qui timetis Dominum, & Eccleſiae eius congaudetis*. Deſ. *quae enim Domino peccaſti, ab ipſo quaere remedium*. Videtur eſſe pars Libelli *de lapſu Virginis*, incipiens a Cap. I. §. 2. uſque ad totum Caput VIII. Tom. II. a pag. 305. ad pag. 315.

XIV. pag. 233. Eiuſdem de corruptore Virginis Liber. Inc. *De te autem quid dicam*. Deſ. *ſive bonum, ſive malum*. Eſt totum Caput IX. Libri eiuſdem *de lapſu Virginis*. Ibid. pag. 315.

XV. pag. 234. Eiuſdem alius de lapſu Virginis. Inc. *Quis conſoletur te*. Deſ. *cupio Deus, qui regnas in Trinitate &c.* Eſt integrum Caput X. eiuſdem Libelli. Ibid. pag. 317.

XVI. pag. 235. *b.* Eiuſdem de tribus quaeſtionibus ſapientiſſimi Salomonis. Inc. *Mirum ſatis eſt*. Deſ. *dicit ſe nihil mali feciſſe*. In omnibus Ambroſianis editionibus *Libelli* titulum in fronte tulit hoc Opuſculum; quum tamen verus *Sermo* ſit, quo tria Salomonis ſcitu impoſſibilia exponuntur. Eius elegantiam, & ſimul ab Ambroſii ſtylo diverſitatem Eraſmus agnovit; quare reiicitur in Append. ad dictum Tom. a pag. 450. ad pag. 454.

XVII. pag. 239. Eiuſdem de poenitentia contra Novatianos Libri duo. Primus inc. *Si virtutum finis*. Secundus deſ. *mundi iſtius nexu debemus abſolvere*. Tom. II. a pag. 389. ad pag. 440.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus, pulcherrimis litteris initialibus ſingulorum librorum auro, variiſque coloribus depictis ornatus. Conſtat foliis ſcriptis 266.

D. AMBROSII EPISCOPI DE SACRAMENTO DEIFICAE INCARNATIONIS.

Ac praeterea

Alii eiuſdem Sermones, ac Libri.

Cod. V. PRima huius optimi Codicis pagina eleganti pictura exornata eſt, una cum D. Ambroſii Epiſcopalibus veſtibus, & infulis induti, effigie, ac ſtemmate Leonis X. Pont. Max. Operum vero ſeries ſequens eſt:

I. pag. 1. S. Ambroſii Epiſcopi de Incarnationis Dominicae Sacramento Liber. Inc. *Debitum, fratres, cupio ſolvere; ſed heſternos meos non invenio creditores*. Deſ. *ſpirituum intelligibilium*. Tom. II. a pag. 703. ad p. 730.

II. pag. 17. *b.* Eiuſdem de myſterio Paſchae. Inc. *Paſchae myſterium*. Deſ. *abſque initio, ſine fine, in Patre regnas cum Spiritu Sancto &c.* Eſt Sermo xxxv. in editione citata Operum S. Ambroſii.

III. pag. 19. Eiuſdem Liber de vita beata, primus nimirum de duobus illis inſcriptis *de Iacob, & vita beata*, de quibus in Codice ſuperiore §. VII.

IV. pag. 29. *b.* Eiuſdem de tripartita tentatione. Inc. *Sancti Spiritus opus, hoc eſt, divinum fuiſſe iudicium, ut tentandum ſe diabolo Chriſtus offerret*. Deſ. *ſed contra inſidias ſpirituales eſſe certamen*.

V. pag. 32. Eiuſdem Liber de ſapientiſſimo Salomone, ut in Cod. IV. ſuperiore §. XVI. ubi inſcrib. *De tribus quaeſtionibus ſapientiſſimi Salomonis*, quem vide.

VI. pag. 36. *b.* Eiuſdem Liber de conflictu vitiorum. Inc. *Apoſtolica vox clamat*. Deſ. *narranti fidem praebeto. Amen*. In editione Romana Operum S. Ambroſii, a Maurinis tamen reiectus.

VII. pag. 47. *b.* Eiuſdem de morte Satyri fratris Libri duo, quorum primus inc. *Reduximus, fratres dilectiſſimi*. Deſ. *ſi cito cogar exſolvere*. Alter pag. 61. inſcriptus de reſurrectione inc. *Superiore libro aliquid indulſimus deſiderio*. Deſ. *ſi mortem iam timere nequeamus*. Tom. II. a pag. 1113. ad pag. 1170. ubi primus inſcribitur *De exceſſu fratris ſui Satyri liber unus*; alter vero *De fide reſurrectionis Liber ſecundus*.

VIII. pag. 86. *b.* Eiuſdem Epiſtola de geſtis in Eccleſia Mediolanenſi. Inc. *Quoniam omnibus Epiſtolis*. (1) Deſ. *quum conſilium Dei ſpernat, & contemnat baptiſmum, quod Chriſtus nobis ad redimenda peccata donavit, amen*. Tom. II. Epiſtolarum Claſſ. I. num. xx. p. 852. Sed finis non concordat cum editione, quia Codex praedictae Epiſtolae adnectit Opus, cui titulus *Contra Auxentium de Baſilicis tradendis*, de quo in Cod. ſeq. §. XII. Haec autem connexio incidit in pag. Codicis 91. *b.* lin. 10. ubi poſt verba *ſuo ſanguine ſitim ſuam expleant*, in quibus definit Epiſtola, ſequuntur immediate illa: *Video vos praeter ſolitum &c.* quae prima ſunt dicti Operis *contra Auxentium &c.* (2)

IX. p. 97. Eiuſdem ad Eugenium Imperatorem Epiſt. Inc. *Clementiſſimo Imp. Eugenio Ambroſius Epiſcopus. Seceſſionis mihi cauſſa timor Domini*. Deſ. *ut deferamus ei, quem Imperii veſtri cultis auctorem probari*. Ibid. num. LVII.

X. pag. 99. Relatio Aquileienſis Concilii ad Impp. Gratianum, Valentinianum, & Theodoſium. Inc. *Impp. clementiſſimis & Chriſtianis beatiſſimiſque Principibus Gratiano, & Valentiniano, & Theodoſio Sanctum Concilium Epiſcoporum, quod convenit Aquileiae. Benedictus Deus*. Deſ. *qui paci Eccleſiarum quietique conſulitis*. Ibid. num. x.

XI. pag. 101. Item eiuſdem ad eoſdem. Inc. *Impp. clementiſſimis, & Principibus Chriſtia-*

ſtia-

(1) In edit. *Quoniam in omnibus fere epiſtolis*. (2) Incidit in pag. 863. cit. edit.

Digitized by Google

ſtianis glorioſiſs. ac beatiſs. Gratiano, Valentiniano, & Theodoſio Sanctum Concilium, quod convenit Aquileiae. Proviſum eſt. Deſ. *iugi continuatione celebremus amen.* Ibid. num. XI.

XII. p. 102. *b.* Item alia eiuſdem ad eoſdem. Inc. *Impp. &c. Sanctum Concilium, quod convenit Aquileiae. Quamlibet redundantibus actionibus gratiarum.* Deſ. *& redire maturius cenſeatis.* Ibid. num. XII.

XIII. pag. 103. *b.* Item alia eiuſdem ad eoſdem. Inc. *Et hoc gloriae veſtrae, clementiſſimi Principes, pietatiſque eſt illuſtre documentum.* Deſ. *religio Sacerdotis.*

XIV. pag. 106. Relatio Ambroſii Epiſcopi Mediolanenſis ad Valentinianum Imp. Inc. *Etſi ſuperioris legationis meae fides ita probata ſit.* Deſ. *bellum tegentem. Vale.* Ibid. n. XXIV.

XV. pag. 108. *b.* Item alia ad eundem de contemnenda ſimulacrorum cultura. Inc. *Quum omnes homines, qui ſub ditione Romana ſunt, &c.* Deſ. *apud Deum intelligis profuturum.* Ibid. num. XVII.

XVI. pag. 111. Eiuſdem Clericis Epiſtola. Inc. *Plerumque humanis obrepit mentibus.* Deſ. *& ſervite Domino, quia bonus Dominus. Amen.* Ibid. num. LXXXI.

XVII. pag. 112. *b.* Eiuſdem anepigrapha. Inc. *Quaeris a me, cur Dominus Deus manna pluerit populo patrum, & nunc non pluat.* Deſ. *illa ſumenda populo forent.* Ibid. Cl. II. Ep. LXIV. ubi inſcrib. *Irenaeo.*

XVIII. pag. 114. Eiuſdem explanatio ſuper Pſalmos XII. (1) praevia ſingulis Praefatione. Praefatio in primum inc. *Summum incentivum virtuti &c.* Expoſitio in ultimum pſalmum deſ. *& numero gravemur & acerbitate meritorum*, ut in edit. cit. Tom. I. a p. 738. ad pag. 968. Multae tamen variantes lectiones ſunt in Codice. In fine ſcriptoris nomen legitur hiſce verbis: *Manu S'er Cantis Bonagii de Cantinis perſcriptum eſt.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus ſingulorum Librorum, & Epiſtolarum litteris auro variiſque coloribus depictis. Conſtat foliis ſcriptis 283.

D. AMBROSII EPISTOLAE QVAEDAM.

Nec non

D. Auguſtini de Fide ad Petrum.

Cod. VI. PRima Codicis pagina egregie illuminata, ac Leonis X. gentilitio ſtemmate inſignita, exhibet in littera initiali depictum S. Epiſcopum Ambroſium, Pontificalibus indutum veſtibus, ac ſiniſtra manu volumen geſtantem.

I. pag. 1. Primum S. Ambroſii Opus eſt anepigraphum, & inc. *Hoc nobis motus terrarum graves.* Deſ. *corporis tenebis hoſpitio.* In cit. edit. Tom. II. a pag. 1197. ad p. 1214. & inſcrib. *S. Ambroſii Oratio de obitu Theodoſii.*

II. pag. 10. Eiuſdem ad Marcellinam ſororem de inventione corporum SS. Protaſii, & Gervaſii. Inc. *Dominae ſorori vitae atque oculis praeferendae frater. Quia nihil ſanctitatem tuam.* Deſ. *nos autem in nomine Domini Dei noſtri magnificabimur.* Ibid. inter Epiſt. num. XX.

III. pag. 11. *b.* Alia eiuſdem. Inc. *Eliſaeum ſcripturae divinae ſeries refert.* Deſ. *ut condenda heſterno in hodiernum differremus.* Eſt Epiſtola XXII. quae inſcribitur: *Dominae ſorori vitae, atque oculis praeferendae*, incipiens a §. II. edition. a pag. 877. ad pag. 880.

IV. pag. 13. Eiuſdem Liber de conſolatione Valentiniani Imp. Inc. *Etſi incrementum doloris ſit.* Deſ. *matura reſurrectione compenſes.* Tom. II. a pag. 1173. ad p. 1196.

V. pag. 25. Eiuſdem ad Theodoſium Imp. de morte Valentiniani. Inc. *Silentium meum rupit ſermo.* Deſ. *quia tu Domini ſervos diligis.* Inter Epp. ſub num. LIII.

VI. pag. 26. Eiuſdem ad Valentinianum Imp. Epiſtola, ut in Cod. ſuperiore §. XIV.

VII. pag. 28. Eiuſdem alia ad eumdem, ut in dicto Cod. §. XV.

De lege Mahometana cum eius manifeſta reprobatione, diſcurrendo per omnia praecepta Legis, & articulos Fidei.

De captione navis adverſi piratae.

De altero pirata navem noſtram adgredientе, cui nomen eſt Amadaeus.

De ſex actionibus exſequendis in generali Concilio (Lateranenſi) *per inſignia Summi Pontificis* (ſex ſcilicet pilas) *indicatis.*

Expleta tabula ſequitur Epiſtola nuncupatoria, quae ita habet: *Beatiſſimo Patri D. N. Domino Leoni divina providentia Papae Decimo, Bernardus La Vigneta, natione Vaſco, patria Bearnenſis, poſt pedum oſcula beatorum, & omnis ſanctae obedientiae deditionem F. D.*

Poſtquam, glorioſiſſime Regum terrae Princeps, Tibi divina providentia in ſummum apicem Pontificium fovit, annuente fama, & nutu univerſi orbis, cui fidem, & vitam Chriſtianam cuſtodiendam, & Eccleſiam ſuam regendam commiſit, ad nullum alium rectius refertur, ſi quid contra fidem Catholicam oritur, ut eius auctoritate corrigatur. Quapropter, Beatiſſime Pater, ne diutius officium meum requiratur, pro re pauca loquar. Diebus praeteritis me ad ſanctiſſimum piae recordationis Iulium Secundum, praedeceſſorem Tuum, hac ſpe contuli, ut praeſens conſilium meum, & quid maxime ipſum velim, breviter expedirem. Volumina ſcriptorum ſacrae paginae evolvens, eaque exacte perlegens digna notatu pleraque reperi, quae quidem ſilentio praetereunda nolui, nec debui, ne noſtrae tempeſtatis hominibus enarrata iaceant: quandoquidem viri ingenioſi ea non ſine ſtudio, ſine vigiliis, expellentibus aſtris igneis, eiſque ſurgentibus, enucleate conati, vixdum ſupplere praevaluerint. Quid plura? imperio ſuo litteris commiſi, & procidens pluries ad eius beatiſſimos pedes de profundis clamavi, ſupplicavique ſanctitati ſuae, dignaretur errorem, quem nonnulli de Incarnatione Verbi tenent, ſua cenſura revocare. Ipſe tamen, neſcio qua occupatione, aut de re, illud maximum, quod maxime erat neceſſarium contempſit, ſed (ut opinor) hoc fuit inſtigatione cuiuſdam, qui antequam intelligeret, voluit, ut caecus de coloribus iudicare, in magnum periculum totius fidei Orthodoxae; maxime quum ſententia omnium ſit, quorum auctoritas ab Eccleſia adprobata eſt: quod Verbum Divinum naturam humanam ſpecificam & communem adſumpſit, & non humanum individuum; prout Tua Sanctitas, quae in utraque lingua doctiſſima eſt, ex dicendis in ſequenti libello liquide videre poterit. Nec dubito, quum haec ponderaverit, quod conſilia aliorum eam ab hac veritate abripere poſſint, quae quamvis inordinate, & quodammodo ruſtice dicta videantur, notitiam veritatis tamen praeſtabunt. Nam Auguſtini ſententia eſt contra Manichaeum: non ornato politoque ſermone, ſed rebus manifeſtis convincenda eſt vanitas haereticorum. Quare, Beatiſſime Pater, quibuſcumque non obſtantibus praedictam Concluſionem in hoc tuo ſacro generali Concilio adprobare, totiſque viribus defendere, nedum me offero: verum id mihi de ſpiritualis dono gratiae concedi obſecro, ut tenebrae ſuggeſtionibus daemoniacis per veritatis claritatem, de illius medio tollantur, tam inique expanſae, & quae in nefarios errores plurimorum mentes evertere poſſunt, in abſurdam, flagitioſamque blaſphemiam Ieſu Chriſti, cuius negotiorum gloriae ſuſtinendae Sanctitas Tua, unica geſtrix exſiſtit, haecque ſua evocatio eſt, & aſſumptio prae filiis hominum optime merita, nec ob illud veritas pati debet aliquod detrimentum, verum quia paupertatis dignitate indutus ſum, & ſi Tu, qui litteratorum fautor exſiſtis, id de gratia ſpirituali ſupplere digneris, ad cuius praeſidium fretus ſpe confugio. Nec quidquam certe in Eccleſia Dei melius fieri poteſt, (unione tamen fidelium prius habita) quam hunc errorem, tamquam mortiferum venenum, ab ea expellere, nec illud huic rei comparari debet, verum omnes infideles ad fidem Catholicam convertere: & ratio eſt, nam reperto inſtabili fidei fundamento, & erroneo, poſſent in priſtinam ſectam regredi; & ſic privatio finis, circa quod homines ſuis ambitionibus, ac voluptatibus detenti & involuti (non quaerentes quae Ieſu Chriſti,

Digitized by Google

ſti, ſed quae propria ſua ſunt) non advertunt inde illud Apoſtoli „ *Erit enim tempus, in quo ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coacervabunt ſibi magiſtros prurientes auribus, & a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur.* „ *Qua de re, Beatiſsime Pater, vereor malevolorum linguas non poſſe effugere. Non adſit mihi Philiſtus, eſto mihi Pollio. Ceterum velis, obſecro, hilari vultu accipere: quod ſi elimationi nullatenus operam navavi, tua eloquentia, Pater Sanctiſsime, corrige; ne Lacheſis hoc a nobis arripiat. Plura ſcripſiſſem, ni Tua fretus prudentia hoc ſatis eſſe arbitrarer. Vale.*

Pag. 3. *b.* Alia Epiſtola legitur, cuius initium: *Reverendiſsimis Patribus univerſalis Eccleſiae in terris peregrinantis Cardinalibus Bernardus la Vigneta, habitu ſaecularis, imperioque voluntatis ſectator veritatis poſt manuum oſcula F. D. Futuros in ipſa rerum ſerie &c.* Deſ. *una cum Chriſto gaudeamus.*

Pag. 4. Tertia occurrit Epiſtola, cuius inſcriptio, & initium: *Reverendis ſacrae paginae Magiſtris, ac egregiis utriuſque iuris Doctoribus, necnon omnibus in Vniverſitatibus, vel extra ſtudentibus, Bernardus la Vigneta in artibus Doctor, in Theologiaque Magiſter S. D. Hominis proprium eſſe pro defenſione veritatis pugnare.* Deſ. *meque ſimiliter commendatum habituros opto. Valete.*

Tandem p. 5. Opus ipſum inc. *Facilior eſt via a puris naturalibus in habitum devenire.* Deſ. *in adlocutione ad Leonem X. dabit Sanctitati Tuae dexteram, & evitato utroque periculo, perducet eam in Caelum Empyreum, ubi florebit trino & uno flore in eſſentia fruendo in ſempiterna ſaecula. Amen.*

Codex papyrac. Ms. in 4. Saec. XVI. cum icone navis perpulcra circa finem tractatus, & cum inſignibus Leonis X. in principio, unde Librum hunc eſſe illum ipſum, qui ab auctore Pontifici dono datus fuit, non abs re crediderim. Conſtat foliis ſcriptis 127.

AVGVSTINI ROMANI DE SACRAMENTIS.

Seu potius

Tractatus Theologicus de Sacramento Vnitatis Chriſti, & Eccleſiae &c.

Cod. XIV. FR. Auguſtini de Roma (1) Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Tractatus Theologicus in quatuor partes diſtributus, quarum argumenta in Epiſtola nuncupatoria explicantur. Haec autem inſcribitur = Magnifico Domino ac praeſtantiſſimo viro Karolo de Malateſtis &c. = Inc. *Religioſo ſtudio noſtro = hinc cuiuſdam mei aſſumpti laboris in expoſitione Apocalypſis glorioſi Ioannis veſtrae devotioni quaedam impertiri diſpoſui, quae nedum magnarum rerum profundam intelligentiam, ſed earumdem adferant internam devotionem. Haec autem licet ab anno praeterito inchoaverim, nuperrime ad finem Deo aſsiſtente perduxi quatuor dumtaxat diſtinctos Tractatus, quorum primus eſt de Sacramento Vnitatis Chriſti, & Eccleſiae, ſive de Chriſto integro. Secundus eſt de Chriſto Capite Eccleſiae, & eius inclyto Principatu. Tertius de Principatu Papae, & poteſtate Summi Pontificatus, quam Chriſtus reliquit in terris Petro & ſucceſſoribus eius. Quartus eſt de charitate Chriſti circa electos, & eius infinito amore.* Deſ. *plus aliis poſuiſſe authenticae commendationis.* Liber I. inc. *Quum glorioſus Ioannes Evangeliſta in ſua Apocalypſi.* Liber IV. deſ. *verum namque quod fuit, & contra infinita.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. peſſimae, & difficillimae ſcripturae. Conſtat foliis ſcriptis 77.

BOETIVS DE TRINITATE.

Adde etiam

Alia eiuſdem ſcripta theologica & philoſophica.

I. pag. 1. ANicii Manlii Severini Boëthii *Exconſulis* (2) Ord. Patricii de Sancta Trinitate Liber. Inc. *Inveſtigatam diutiſsime quaeſtionem.* Deſ. *quantum imbecillitas ſubtrahit, vota ſupplebunt.* Exſtat cum aliis Opuſculis Boëthii in calce Librorum de Conſolatione Philoſophiae cum notis eruditis Renati Vallinii Lugd. Batav. MDCLVI. 8. pag. 147. ſub titulo, *Quomodo Trinitas unus Deus, & non tres Dii ad Q. Aurelium Memmium Symmachum ſocerum.* Hunc autem Librum e S. Auguſtini de Trinitate Libris concinnatum, & laudatum Hincmaro pag. 470. & 474. non minus quam Conſolationem, dicitur Boëthius in carcere conſcripſiſſe. Cod. XV.

II. pag. 7. Eiuſdem ad Ioannem Diaconum, utrum Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus de Divinitate ſubſtantialiter praedicentur Liber. Inc. *Quaero, an Pater &c.* Deſ. *rationemque coniunge.* In cit. edit. pag. 163. ubi inſcribitur *Ioanni Diacono Romano*, poſtea inter Pontifices Ioanni I.

III. pag. 8. *b.* Item eiuſdem ad eumdem, Quomodo ſubſtantiae in eo quod ſint, bonae ſint, quum non ſint ſubſtantialia bona. Inc. *Poſtulas, ut ex hebdomadibus.* Deſ. *alia ad aliud omnia bona.* Ibid. pag. 166.

(1) Auguſtinus de Roma, de Favoronibus cognominatus, gente Italus, patria Romanus, Ordinis Auguſtiniani Eremita, & ab A. MCCCCXIX. Prior Generalis in comitiis Aſtenſibus XII. Kal. Sept. electus. Poſtquam Ordinem ſuum duodecim annis rexiſſet, ad Epiſcopatum Caeſenatem anno MCCCCXXXI. aſſumptus eſt, ac tandem Nazarenus in ditione Neapolitana Archiepiſcopus factus. Obiit A. MCCCCXLIII. ſeu, ut alii volunt, MCCCCXLV. Prati in Thuſcia apud Auguſtinianos ſepultus. Libros Auguſtini ſupra memoratos, tamquam non ſanam, & erroneam in fide doctrinam continentes, damnavit, & reprobavit A. MCCCCXXXV. Concilium Baſileenſe ſeſſ. XII. Tom. VIII. Harduin. pag. 1199. Fabricius Biblioth. Latin. mediae & inf. aetat. Lib. I. pag. 150. tres tantum Libros praedicti Operis enunciat.

(2) Ita corrigendam duximus vocem *ex conſolatione*, quae habetur in Codice.

Digitized by Google

IV. pag. 11. Eiuſdem fidei confeſſio, ſeu brevis inſtitutio Religionis Chriſtianae. Inc. *Chriſtianam fidem Novi, ac Veteris Teſtamenti pandit auctoritas*. Deſ. *laus perpetua creatoris*. In Codice tamen Liber hic eſt anepigraphus. Edidit autem omnium primus laudatus Vallinius loc. cit. pag. 172.

V. pag. 16. Eiuſdem adverſus Neſtorium & Eutychen pro Perſona & Natura. Inc. *Domino Sancto ac Venerabili Patri Ioanni Diacono Boëthius filius. Anxie te quidem &c.* Deſ. *atque omnium bonorum cauſſa perſcribit*. Ibid. pag. 183. Alibi inſcribitur *Adverſus Eutychen & Neſtorium de duabus Naturis, & una Perſona Chriſti Liber* ad Ioannem Eccleſiae Romanae Diaconum, poſtea Papam & Martyrem, compoſitus occaſione Epiſtolae, quam anno Chr. DXII. Epiſcopi Orientales ſcripſerunt ad Symmachum Romae Epiſcopum de Eutychianis motibus.

VI. pag. 30. Eiuſdem de Conſolatione Philoſophiae Libri quinque. Liber I. inc.

Carmina qui quondam ſtudio florente peregi. Liber V. deſ. *iudiciis cuncta cernentis*. Ibid. a p. 1. ad p. 143. Vide huius Operis plures editiones apud Fabric. Biblioth. Lat. Lib. III. Cap. XV. ubi pag. 150. vetuſtiſſimum huius Laurentianae Biblioth. Codicem innuit, qui eſt XVIII. Plut. LXXVIII. ibidemque plura alia adſervantur exemplaria Latina, unum vero Graecum Plut. LXXXI. Cod. XXIII. In fine ſcriptor hoſce verſiculos ſubiecit:

Vt laetus ponti ſpumantis navita lymphas
Munere congaudet ſummi tranſnaſſe Tonantis;
Sic ſacros calamo ſcriptor ſulcante libellos.
Vt gaudere ſolet feſſus iam nauta labore
Deſiderata diu littora nota videns:
Haud aliter ſcriptor optato fine libelli
Exſultat viſo laſſus & ipſe quidem.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XI. in primis paginis maculatus, qui titulos librorum, & carmina aliquando maiuſculis exhibet characteribus. Conſtat foliis ſcriptis 90.

BALTHAS. DE PRAEROGATIVA B. IO. BAPT.

Cod. XVI. BAlthaſſaris Fidelis (1) I. V. D. Archipreſbyteri Modoëtienſis de Praerogativa B. Ioannis Baptiſtae libellus ad Leonem X. Pont. Max. Praecedit Epiſtola, cuius initium eſt: *Quum animadverterem quot & quanta = Ad haec, alma te genuit Florentia, quae tanta erga illum devotione flagrat, tot faſtis illius natalem agit, & celebrat, ut pro mirifica rerum magnitudine, gaudiorum & exſultationum gloria, omnes tunc Florentiam concupiſcant*. Finis: *ſalvificum impetrare iuvamen*. Liber inc. *Prima praerogativa Propheticae praenuntiationis. Omnes qui divinos Codices perſpexerint*. Deſ. *o felix Florentia, o felix Genua, voſque omnes felices populi, qui vos, veſtraque omnia tanti numinis patrocinio commiſiſtis*. In fine: *Impreſſum Mediolani apud Alexandrum Minutianum Anno Domini MDXIV. die XII. menſis Iunii*.

Codex chartac. impreſſ. in 4. maiori Saec. XVI. Conſtat foliis 74.

BALTHASARIS FIDELIS DE PRAEROGATIVA B. IOANNIS BAPTISTAE.

Cod. XVII. EIuſdem Operis aliud exemplar in pergamena excuſum cum Leonis X. gentilitio ſtemmate in ſummo primae paginae margine adpoſito, ac D. Ioannis Baptiſtae imagine in prima littera initiali elegantiſſime expreſſa.

Codex membranac. impr. in 4. maiori Saec. XVI. Conſtat membranis 74.

D. BERNARDI EXPOSITIO IN CANTICA CANTICORVM.

Adde

Epiſtolas quaſdam, & Sermones.

Cod. XVIII. I. p. 1. D. Bernardi Expoſitio in Cant. Canticorum, ſeu Serm. LXXXVI. Huic Commentario praemittitur Prologus quidam ſub nomine eiuſdem Bernardi, qui deeſt in editione. Inc. *Summum incentivum virtuti propoſuit Deus &c.* Deſ. *Canticum enim ne ipſi quidem inimici obiecere*. Commentarius inc. *Vobis, fratres, alia quam aliis de ſaeculo, aut certe aliter dicenda ſunt*. Deſ. *ut filii, inquit, lucis ambulate*. Exſtat inter eius Opera editionis Pariſienſis curante Ioanne Mabillonio per Carolum Robuſtel MDCCXIX. fol. Tom. IV. a pag. 1273. ad pag. 1570.

II. pag. 163. *b*. F. Paulli quondam de Celano, (2) Caſenovae Monachorum minimi liber de geſtis Beati Placidi. Praecedit Epiſtola nuncupatoria, quae una cum titulo inc. *Nobili viro Domino G. de Cornuveneris, Praepoſito S. Angeli de Ocra ſcientiae, & morum claritati* (ſic) *fulgenti Fr. Paullus quondam de Celano, nunc Caſenovae monachorum omnium minimus, a Deo Patre noſtro, & D. I. C. in praeſenti*, (ſic) *& gloriam in futuro*. *Veſtrae cupiens nobilitati ſanctiſsimi Patris noſtri Placidi deſcribere vitam, ſi fragilitas ſtyli meum non ſuppeditaret ingenium, ſed quoniam operae pretium illuſtres ſanctorum deſcribere vitas, ut ſint in ſpeculum & exemplum = idcirco adgredi hoc opus, & tentare praeſumo. Nec mercedis vacuae*

(1) Balthaſſar de Fidelibus I. V. D. ac regalis Modoëtienſis Baſilicae S. Io. Baptiſtae, de qua vid. Mabillonium in Muſeo Italico T. I. pag. 210. infulatus Archipresbyter fuit. Huic Eccleſiae praefuit ab A. MCCCCXCIII. ad A. MDXXX. Eius Epiſtolae plures Latinae eruditiſſimae ad Caſſandram Fidelem, cum huiuſce reſponſis exſtant inter ipſius Caſſandrae editas. Vide Argelatum in Biblioth. Scriptor. Mediol. T. I. P. II. p. 618.

(2) Nihil de eo habent Scriptores. Fabricius in Biblioth. med. & inf Lat. T. VI pag. 249. edit. Patavinae memorat tantum Thomam quemdam de Celano, Ordinis Minorum Provinciae Pennenſis in Italia circa A. MCCL. qui libellum reliquit *de vita & miraculis Divi Franciſci*. Vid. Waddingum de Scriptor. Ord. Minor. novae edit. Romanae MDCCXXXII. fol. pag. 204. §. LXXVIII.

Digitized by Google

cuae mihi erit, qui tantae familiaritatis, ſanctitatis, iam accepi, iam promerui obtinere. In extremis itaque poſitus erat vir ſanctus, immo in principiis iuxta illud: Quum conſummatus fuerit homo, tunc incipit. Accurri ego divina, ut credo, diſpenſatione ex omni congregatione Caſenovae electus, ut benedictio morituri ſuper me veniret, ita ut, quum membra alia movere iam minime poſſet, fortis ad dandam benedictionem, elevatis ſanctis manibus ſuper caput meum, benedixit mihi, & benedici promerui, & benedictione hereditatem poſſideo. Et quomodo ergo tantae gratiae, ac dulcedinis aſſequutus, taciturnitate ſilentii ſilere queam? ſileam minime. Libens igitur ſcribo. Deſ. *non graecis, vel barbaris, ſed apertis.* Tum pag. 164. Sequuntur geſta B. Placidi, quae ita incipiunt: *Igitur B. Placidus, qui Deo, & hominibus placens erat, a Miturninis partibus oriundus fuit de oppido Rogitano.* Deſ. *& poſt labores ſudoreſque ſacrae & peractae militiae locaturum feliciter.* Maioribus deinde, ac rubricatis litteris haec nota ſubiungitur: *Anno ab Incarnatione Domini MCCXLVIII. XII.* (ſic) *intrante Iunio feliciter coronatur. Innocentius IV. Pont. eius anno VI. praeſtante Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum Deo Patre vivit, & regnat in ſaecula ſaeculorum. Amen.*

III. pag. 168. *b.* Anonymi Homilia, ut videtur, de ieiunio, & vigiliis, ſuper illa verba Pſalmi: *Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum nunc exſurgam, dicit Dominus.* Inc. *Omnes homines a primo parente ſumus miſeri, & inopes.* Deſ. *obnoxii erunt ſervituti; per ipſam enim anima turpis vel deformis iudicatur.* Heic agitur de hereditate ab Adam nobis relicta, miſeria videlicet peccati, & inopia gratiae, de duobus teſtamentis, primo, quo nos, altero, quo diabolum heredem reliquit, de charitate Patris miſeriam noſtram commiſerantis, de charitate Filii, qui ſe hominis ſalvatorem obtulit; inter quem, & diabolum contentio de Adam fingitur; de teſtamento, quod in ſua paſſione confecit Chriſtus, ut vetus Adae deſtrueret, quo nos hereditatis ſuae coheredes conſtituit.

IV. pag. 170. *b.* Adnectitur huic item ſine ullo titulo alius Sermo, quaſi ſuperioris continuatio, de ieiunio, & vigiliis. Inc. *Caput ergo, ſi bene ieiunare volumus, praecipimur ungere, & faciem lavare & ieiunantes debemus.* Deſ. *nocte in monte Oliveti erat vigiliis intentus.* Forte ſunt Sermones S. Bernardi, licet inter eius Homilias non adpareant.

V. pag. 171. B. Bernardi Epiſtola ad Guidonem Priorem Cartuſienſium, & ad ſocios eius. In cit. edit. num. XI.

VI. pag. 173. *b.* Eiuſdem Epiſtola Fulconi puero, qui poſtea fuit Ligonienſium Archiepiſcopus. Ibid. II.

VII. pag. 175. *b.* Eiuſdem ad Archiepiſcopum Colonienſium Epiſtola. Ibid. IX.

VIII. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad Guidonem Lauſonenſem Epiſcopum. XXVI.

IX. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad Gebennenſem Epiſcopum. XXVIII.

X. pag. 176. Eiuſdem ad Ricardum Fontanellae Abbatem & ſocios eius. XCVI.

XI. pag. ead. Eiuſdem ad Sophiam virginem. CXIII.

XII. p. 177. *b.* Eiuſdem ad Gaufredum Luxovienſem. CXII.

XIII. pag. ead. Chariſſimis fratribus de Mediolano nuper converſis ad Dominum Bernardus Abbas dictus de Claravalle in ſpiritu conſilii, & fortitudinis, quod bene coeptum eſt, digno exitu conſummare. Epiſt. CXXXIV.

XIV. pag. ead. Eiuſdem ad Monachos Alpenſes. CXLII.

XV. pag. 178. Eiuſdem ad ſuos Claravallenſes. CXLIV.

XVI. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad Bucardum Barlennenſem Abbatem. CXLVI.

XVII. pag. 179. Eiuſdem ad ſuos Claravallenſes iterum. CXLIII.

XVIII. pag. ead. *b.* Anonymi, (f. eiuſdem Bernardi) Excerptum, cui titulus: *Tria quae attenduntur in ſomno, operantur contemplatione.* Inc. *In ſomno autem tria principaliter attenduntur.* Deſ. *quum dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce hereditas &c.* Non invenimus.

XIX. pag. 180. Tractatus B. Bernardi de diligendo Deo. Inc. *Viro illuſtri &c. Orationes a me.* Deſ. *miſerationis affectus.* Inſcribitur Haymerico Cardinali, & Cancellario. Scriptum lectu dignum imprimis, & a Berengario Abaelardi diſcipulo temere ſugillatum. Eſt abſque diſtinctione Praefationis, & Capitum. Sub initium Capitis I. edit. in Cod. legitur hic titulus: *Quod ſine praemio non diligitur Deus.* Exſtat autem Oper. Tom. II. a pag. 589. ad pag. 608. Conſule Oudinum Tom. I. pag. 966.

XX. pag. 189. *b.* Eiuſdem de vita ſolitaria ad fratres de Monte Dei, praevia Praefatione, quae inc. *Dominis & fratribus &c. Bene impudenter, & pluſquam decebat.* Deſ. *lucis amore aſſueſcant.* Epiſtola, ſeu Tractatus inc. *Patribus de Monte Dei orientale lumen.* Deſ. *ſecretum meum mihi.* Exſtat inter ſuppoſita eius Opera Tom. V. cit. edit. a pag. 203. ad pag. 238. Deeſt autem in Codice Epiſtolae huius integer Liber tertius; relata enim verba, poſtrema ſunt Libri ſecundi.

XXI. pag. 208. Sequitur ſine ullo auctoris nomine diverſarum ſententiarum collectio. Inc. *Tria ſunt, quae faciunt homines a vitiis temperare.* Deſ. *ac diſcretionis expertes.*

XXII. pag. 210. Liber de quatuor principalibus virtutibus, prudentia, magnanimitate, conſtantia, & iuſtitia, Auctore anonymo. Inc. *Quatuor virtutum ſpecies, multorum ſapientium ſententiis definitae ſunt.* Deſ. *aequo vivendi ſine ſervaveris.*

XXIII. pag. 211. *b.* B. Bernardi Sermo. Inc. *Negotiamini dum venio. Verbum Patris, Vnigenitus Dei &c.* Deſ. *ſponſi Eccleſiae I. C. D. N.* Eſt Sermo XLII. de diverſis Tom. III. *De quinque negotiationibus, & quinque regionibus.*

XXIV. pag. 213. *b.* Eiuſdem de viis Domini,

Digitized by Google

ni & confeſſione. Inc. *Notas mihi feciſti vias vitae*. Deſ. *qui eſt benedictus in ſaecula. Amen*. Eſt Sermo XL. de diverſ. Tom. III. *de ſeptem gradibus Confeſſionis*.

XXV. pag. 216. *b*. Eiuſdem Sermo de obedientia. Inc. *Non poſſumus nos cogitare*. Deſ. *ſponſus Eccleſiae, qui eſt benedictus in ſaecula. Amen*. XLI. de diverſ. Tom. cit. *De virtute, obedientia, & ſeptem eius gradibus*.

XXVI. pag. 219. *b*. Eiuſdem de oblatione laudis. Inc. *Oblatio noſtrae laudis*. Deſ. *qui gratis dedis*. Eſt breviſſimum Excerptum de praerogativis tribus, quas habere debet oblatio laudis, inter Suppoſita, & dubia D. Bernardi forte reponendum.

XXVII. pag. ead. Eiuſdem de tribus a. (*ſic*) Inc. *Tria nobis contulit Mariae fecunditas*. Deſ. *proprium divinum*.

XXVIII. pag. 220. Sermo anepigraphus. Inc. *Martyrium ſine ſanguine triplex eſt*. Deſ. *incraſſatur, impinguatur*. Eſt Sermo CIX. de diverſis Tom. III. *De inani ſplendore virtutum cavendo*. In Cod. nonnulla adduntur in fine.

XXIX. pag. ead. Item ſine titulo. Inc. *Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius. Tria ſunt*. Deſ. *ſi deſit ſpiritus*. Eſt Sermo LXIV. ibidem *de pretioſa vita, & morte ſanctorum*. Inc. a §. 2. edit. & aliqua in fine adduntur.

XXX. pag. ead. *b*. De tribus virtutibus, caſtitate ſcilicet, charitate, & humilitate. Inc. *Caſtitas, charitas, humilitas, nullius quidem coloris ſunt*. Deſ. *modumque ſolemnem in ſcribendo ſervare neſcirem*. Diſtinctus eſt hic Tractatus in varios titulos, a titulis editionis diverſos. I. De Caſtitate. II. De Charitate. III. Quid ſit Charitas de corde puro. Puritas in duobus conſiſtit. IV. De bona conſcientia. V. Duo ſunt quae bonam conſcientiam reddunt. VI. Quod Daemonum fides non ſit adducenda in iudicio. VII. Superbiam dividit in duas ſpecies. VIII. De Humilitate. Haec eſt Epiſtola, ſive Tractatus D. Bernardi ad Henricum Senonenſem Archiep. de moribus & officio Epiſcoporum. Incipit in Codice, omiſſis primis duobus Capitibus, paullo poſt initium Capitis III. & progreditur uſque ad finem. Tom. II. a pag. 467. ad pag. 484.

XXXI. pag. 227. *b*. Eiuſdem ad Rogerium Canonicum Regularem. Inter Epp. num. LXXXIX.

XXXII. pag. ead. Eiuſdem ad Petrum Papienſem Epiſcopum. Inc. *Si ſemen bonum*. Deſ. *vulnera veſtra*. Eſt CXXXV. ſed heic deeſt §. 2. Subditur in Cod. pag. 228. particula quaedam ex Epiſt. CXXXVI. ad Innocentium Papam.

XXXIII. pag. 228. Eiuſdem ad Magiſtrum Henricum monachum (lege *Henricum Mardach*). Ibid. num. CVI.

XXXIV. pag. 228. *b*. Eiuſdem ad Romanum Romanae Curiae Subdiaconum. CV.

XXXV. pag. 229. Eiuſdem ad Thomam de S. Audomaro. CVIII.

XXXVI. pag. 229. *b*. Eiuſdem, quomodo ſumus ſpectaculum bonis, & malis. Inc. *Spectaculum facti ſumus*. Deſ. *virtutum examina proteguntur*. Eſt Sermo LXX. de diverſis T. III. *de vigilantia & ſollicitudine curandae ſalutis*.

XXXVII. p. 230. Eiuſdem de duodecim gradibus humilitatis & ſuperbiae Liber, praevia retractatione. Inc. Prologus: *Rogaſti me, Fr. Godefride*. Deſ. *non poſſe*. Lib. inc. *Loquuturus chariſſime*. Deſ. *quoniam in noſtro Codice legis*. Tom. II. a pag. 563. ad p. 568.

XXXVIII. pag. 242. De immenſa charitate Dei Patris, & de mira Filii obedientia, & Spiritus Sancti benignitate. Inc. *O immenſa Dei Patris charitas*. Deſ. *malunt legere Salmonem, quam legere Salomonem*. Heic diſſeritur de quatuor Crucis Dominicae lignorum generibus; quomodo haec ligna ad Crucem componendam ſpiritualiter a nobis ſint offerenda; de ſigno Crucis in fronte, pectore, & ſcapulis efformando; & qua ratione Crux a nobis portanda ſit. Sermo parvus Auctore anonymo. Adnectuntur aliquae ſententiae: videlicet de abuſu Patrimonii Chriſti; de ſex piis cogitationibus; de ſex peregrino neceſſariis; de iugo ſancti amoris; de pauperibus mundi, Dei, & diaboli; de martyribus Chriſto comparatis; de Clericorum tunc temporis pravitate, auctore item incerto.

Codex membr. Ms. in 8. Saec. XIII. perplexa ſcriptura, biniſque columnis exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 243.

F. BARTOLEMAEVS DE HISTORIA ECCLESIASTICA.

Hiſtoria Eccleſiaſtica nova, edita a Fratre Ptolomaeo de Luca Ordinis Fratrum Praedicatorum Libris viginti quinque, quorum ſingulis index Capitum praecurrit, ad Guillelmum de Baiona S. R. E. Cardinalem, a Chriſto, primo omnium Pontifice, uſque ad Clementem V., & ab hoc uſque ad Eugenium IV. ab alio continuatore deducta (1). Epiſtola nuncupatoria una cum titulo inc. *Reverendo in Chriſto Patri D. Guillelmo* (2) *de Baiona, tituli Sanctae Caeciliae Presbytero Cardinali Frater Ptolomaeus de Luca Ordinis Fratrum Praedicatorum eius devotus ſubditus & fidelis, cum ſui recommendatione ad obſequioſam in omnibus voluntatem. Quia ut tradit beatus Auguſtinus &c.* Deſ. *per tempora longiora*. Succedit Prologus, in quo oſtenditur excellentia Pontificatus Chriſti, & ſui dominii ex prophetia Iacob. Inc. *Non auferetur ſceptrum de Iuda*. Definit Libri XXV. Caput XLVII. in anno MCCCXIII. duodecimo Kal. Maii, quo tempore mors acci- Cod. XIX.

(1) Huius hiſtoriae libros tantum XXIV. ſcripſit Ptolomaeus, ut colligitur ex Epiſtola nuncupatoria ad Guillelmum de Baiona S. R. E. Presbyterum Card. producens illam ad annum uſque MCCCXIII. circiter, iuxta ſententiam Caſimiri Oudini in ſua Bibl. Eccleſ. quem conſule Tom. I. pag. 259. qui nonnulla eiuſdem hiſtoriae notanda fragmenta in medium profert.

(2) In edit. *Guilhelmo*.

Digitized by Google

cidit Clementis V. in verbis: *ſicut audivi a ſuo confeſſore digno fide, praedicatore tamen*. Et huc uſque ſcripſit Hiſtoriam ſuam Ptolomaeus de Luca, qui abſtinuit ab actis per Bonifacium VIII. ſcribendis, ob illius Pontificatus tumultuum infelicitatem, quamvis ille uſque ad Pontificatum Clementis V. vixerit: quae autem in Codice ſequuntur, ex aliis fide dignis hiſtoriae ſcriptoribus diverſis modis, & locis, fideliter, & accuratiſſime collecta ſunt. Itaque huiuſce continuationis initium, quod incidit in pag. 285. ſumitur ab A. mcccxvi. & ad annum uſque mccccxxxix. vi. Novembris deducitur. Prima verba ſunt:

Ioannes XXII. & PP. CCVI. Anno Domini MCCCXVI. & ab Vrbe Condita MLXXI. Septimo Idus Auguſti Ioannes XXII. de Cantuarienſi Civitate oriundus ex patre Arnaldo fuit electus in Summum Pontificem &c.

Deſinit in Eugenio IV. adhuc regnante & quidem ita: *dictus Petrus* (*ſcilicet Barbo*) *poſtea ſuccedente tempore factus eſt Papa, & nunc eſt de praeſenti, qui vocatur Paullus II. quem Altiſſimus diu felicem conſervet*. Deſideratur haec continuatio in editione Hiſtoriae Eccleſiaſticae Ptolomaei Lucenſis inſertae T. XI. Rerum Italicar. Scriptor. pag. 751. eo quod clariſſimo editori non innotuerit hic Codex, ut adparet ex Praefatione pag. 744. ubi Mediolanenſem, Vaticanum, alioſque inferioris notae Codices commemorat. In fine, pag. nimirum 319. *b.* deſcriptus legitur Index Pontificum, Imperatorum, Regum, & virorum virtute, & vitio inſignium, quorum in hiſce annalibus mentio fit.

Ptolomaei nomen corruptum eſt; ſcriptor enim iſte vere Bartolomaeus appellabatur, ſed per ſyncopen frequenti uſu ab Italis uſurpatam Tolomaeus primum, dein Ptolomaeus vulgato etiam in praeſens nomine coepit nuncupari, ut teſtatur Iacobus Quetif in ſuo de Scriptoribus Ordinis Praedicatorum primo Volumine, ubi notat plures minoris notae ſcriptores, qui hoc nominis diſcrimen in Mss. nacti, diverſos auctores, quin etiam geminos Torcellanos Epiſcopos confixere. Quae fuerint Ptolomaei de Fiandonibus, D. Thomae Aquinatis diſcipuli, & a confeſſionibus, vitae geſta, quique litterarii eiuſdem fetus non vacat recenſere, quum abunde peti poſſint ex Chronicis Praedicatorum Ordinis, cuius ipſe alumnus fuit, inde ad Torcellanae Eccleſiae regimen anno mcccxviii. a Ioanne XXII. ſumma cum laude promotus. Praeterea qui de Scriptoribus praecipue Eccleſiaſticis ex inſtituto edifferunt, nihil inexcuſſum reliquere, quo nobile aliquod ornamentum tanti viri memoriae poſſet accedere. Dicata eſt Hiſtoria, de qua in praeſens, Domino Guillelmo de Baiona tit. S. Caeciliae Presbytero Cardinali, idque praeclaro argumento eſt, non ante annum mcccxii. editum in lucem hoc opus, quum eo tantum anno Guillelmus Petrus de Godino Baionenſis è ſacra Praedicatorum familia, ac Pontificii Palatii Magiſterio ad ſummam eam dignitatem a Clemente V. aſſumptus fuerit. Quandoquidem autem nihil ibi memoratur de Epiſcopatu Sabinenſi, quo munere donatus eſt Guillelmus a Ioanne XXII. A. mcccxvii. quin immo in fronte Epiſtolae nuncupatoriae, poſt verba ſuperius relata, Ms. Ambroſianus haec addat: *poſtmodum Sabinenſi Epiſcopo*, conſtare puto abſolutam, oblatamque Maecenati ſuo hanc Hiſtoriam intermedio eo tempore, quod duodecimus, ac decimus ſeptimus eiuſdem ſaeculi annus amplectitur. Stylus operis valde incultus eſt, ut aetas illa ferebat, pluresque admiſtas habet fabellas, quae a maioribus confictae, ac veluti per manus traditae Ptolomaei aevo invaluerant. Ceterum, antequam hanc evulgaret Hiſtoriam celeberrimus Muratorius ex Codice Ms. Mediolanenſis Biblioth. Tom. XI. Scriptor. Rerum Italicarum, non multum nota erat eruditis viris. Ac revera Bollandiani Patres ad ſeptimum Martii diem, quo celebris eſt memoria S. Thomae Aquinatis, non aliud Ptolomaei opus prae manibus habuiſſe, quam eius Annales Lugduni editos, dilucide oſtendunt in Commentario praevio n. 1. ubi inter ceteros ſynchronos Scriptores, qui de S. Thoma Aquinate Doctore agunt Ptolomaeum recenſentes, eiuſdem Eccleſiaſticam Hiſtoriam prorſus intactam praetereunt; quum tamen vaſtam, & ſolidam meſſem inſignium Thomae geſtorum ad illuſtrandam eiuſdem vitam ſuppeditare potuiſſet hic Codex, niſi hoc ipſis beneficium illius raritas eripuiſſet. Plerique huius Hiſtoriae Codices ultra annum mcccxiii. procedunt, immo ultra ipſius Ptolomaei vitam, quae abrupta creditur circa annum mcccxxvii. Nimirum eius Hiſtoriae poſſeſſores, prout tempora exigebant, res geſtas identidem adiiciebant. Hinc varia additamenta emerſere ad unam eamdemque Hiſtoriam. Ambroſianus Codex ſua perducit uſque ad annum mcccxxxvi. Vltra procedit, ac ſub omnino diverſa narratione Patavinus Codex. Vid. Cl. Muratorii prolegomena ad hanc Hiſtoriam l. c. & Io. Alberti Fabricii Biblioth. med. & inf. aetat.

Cod. chartac. Ms. in fol. Saec. XV. optime ſervatus cum notulis, ut videntur, manu Ang. Politiani in margine, in cuius margine inferiori primae paginae legitur nomen Antonii Petrei Can. Florentini num. 377. cum ſtemmate Cardinalis Piccolominei. Conſtat foliis ſcriptis 321.

ATHANASIVS CONTRA GENTILES.

I. pag. 1. Athanaſii Alexandrini Epiſcopi contra Gentiles Libri duo, quos Ambroſius Monachus in Latinum tranſtulit. Praefatio inc. *Verae, ac divinae religionis pietatiſque cognitio*. Def. *nihil gratius ipſe mihi perſuadeo*. Lib. I. inc. *Principio quidem non erat malum*. Def. *contraria tamen* Cod. XX.

hic

hic geſſiſſe, quae noverant &c. Lib. II. pag. 21. *b.* de Incarnatione Verbi, eiuſque ad nos per corpus adventu, inc. *Satis quidem in his quae praemiſimus de exſecrabili errore, & ſuperſtitione Gentilium*. Deſ. *qui virtutis ſequuntur viam, diligentes Deum & Patrem in C. I. D. N. &c.* cui ſubditur: *Explicit liber ſecundus Sancti Athanaſii Epiſcopi contra Gentiles feliciter. Ambroſius Monachus e Graeco in Latinum vertit*. Huius verſionis exemplar, Ambroſii confectum manu, eiuſque notulis in margine locupletatum, exſtat in Codice chartaceo Bibliothecae Florentinae S. Marci, cui Coſmus Mediceus dedit muneri. Eadem verſio legitur in manuſcriptis tum Mediceis, tum Riccardianis K. III. N. XX. membr. in fol. tum Feſulanis Abbatiae S. Bartolomaei in fol.

II. pag. 43. Beati Nicolai vita a Leonardo Iuſtiniano (1) Veneto compoſita ad Laurentium fratrem Venetiarum Epiſcopum. Prooemium inc. *Quum aetatis noſtrae ingenia*. Deſ. *in terris prodeſſe*. Vita inc. *Pataram rerum ſcriptores tradunt urbem fuiſſe in terra Lycia*. Deſ. *triumphes cum Chriſto Ieſu in gloria &c.*

III. pag. 56. *b.* Verſus S. Damaſi Papae de laudibus Apoſtoli Paulli. Inc.

Iamdudum Saulus procerum praecepta ſequutus.

Deſ.

Sancte tuos Damaſus valuit monſtrare triumphos.

IV. pag. 57. Ioannis Chryſoſtomi Conſtantinopolitani de laudibus Paulli Apoſtoli Homiliae octo. Prima inc. *Nihil prorſus erraverit, qui pratum quoddam virtutum inſigne, ac Paradiſum ſpiritualem Paulli animum nuncuparit*. Deſ. *& ad illius zelum ſtudeamus accedere, ut ad eadem bona pervenire mereamur gratia, & miſericordia I. C. &c.* Secunda p. 59. *b.* inc. *Quid ſit homo, & quanta naturae noſtrae nobilitas*. Deſ. *incorruptibilem illam geſtabimus, atque immortalem coronam gratia, & miſericordia D. N. &c.* Tertia pag. 61. *b.* inc. *Beatus Paullus, qui tantam vim humanae alacritatis oſtendit, ut ad caelum quoque ipſum valeret ſubvolare*. Deſ. *& incorruptibiles conſequamur coronas, gratia, & miſericordia D. N. &c.* Quarta pag. 63. inc. *Beatus Paullus, qui nos hodie congregavit*. Deſ. *ſpondeamus igitur noſmetipſos Deo, atque mundemus, ut nos quoque eamdem gratiam conſequentes, eadem etiam praemia conſequamur gratia &c.* Quinta pag. 68. inc. *Ubi nunc illi ſunt, qui querulo ſemper animo mortem cauſſari ſolent*. Deſ. *admiremur Paullum, & glorificemus Deum, ut etiam ipſi bona conſequamur aeterna. gratia &c.* Sexta pag. 70. inc. *Vultis hodie, fratres dilectiſſimi, qui audiendi huc ſtudio conveniſtis*. Deſ. *ad portum tutiſſimum pervenire, & conſequi indeficientes coronas, quas etiam nos contingat mereri gratia &c.* Septima pag. 72. *b.* inc. *Quoties hi, qui portant ſigna regalia clangente ante ſe tuba*. Deſ. *glorificemus Paullum, per quem iſta completa ſunt. Oremus etiam, ut ipſi quoque eiſdem perfruamur bonis gratia &c.* Octava pag. 75. inc. *Saepe fulgido caeli globo delectatur oculus*. Deſ. *decerpamus ex eo uberrimos patientiae fructus, & virtutum omnium colligamus. Demus beato Paullo gloriam, ut dicat de nobis in futura: Ecce ego, & pueri, quos mihi dedit Dominus: ipſi gloria &c.* (2) Inde haec ſubiiciuntur: *Verſus ſequentes, qui ponuntur heic in laudem beati Paulli Apoſtoli, S. Baſilii Epiſcopi eſſe dicuntur, quidam vero S. P. Io. Chryſoſtomi putant, cui liber iſte praetitulatur*.

Polus terrae Paullus, lux, ſapientia, caeli
Altiſona tuba, dux, architectus, almae
Vas verbi vitae, gentibus ſol, & vates,
Legifer, & virgo, Chriſtiferae latriae doctor,
Verbi luce plenus, laetanter hoſtia factus,
Saullus, qui & Paullus, ad caeli lumina raptus.

Cod. papyrac. Ms. in 4. maiori Saec. XV. Conſtat foliis ſcriptis 76.

D. AMBROSII EXPOSITIO PSALMI CXVIII.

Ac praeterea

Privilegia quaedam Monaſterii Vizeliacenſis.

I. p. 1. Titulus Operis interior maiuſculis ac rubris litteris exaratus ſequens eſt = In nomine Domini incipit expoſitio de Pſalmo CXVIII. Sancti Ambroſii Mediolanenſis Urbis Epiſcopi = Habes in Cod. IX. huius Plut. §. I. Notandum interim eſt, Pſalmi textum rubra ac grandiori ſcriptura, Graecaſque voces Graecis item maiuſculis litteris exhiberi. *Cod. XXI.*

Codex membranaceus Ms. in 4. maiori Saec. XI. quantivis pretii, ac dignus profecto, qui conferatur cum edito. Conſtat foliis ſcriptis 158.

II. pag. 159. Compactae ſunt cum hoc Codice aliae membranae numero triginta tres, manu Saeculi circiter XII. conſcriptae, in quibus continentur Privilegia Monaſterii Vizeliacenſis (3), conditi a Gerardo Comite Provinciae, & a Berta ipſius coniuge circa annum

(1) Leonardus Iuſtinianus, Laurentii primi Venetiarum Patriarchae, ac ſanctis adſcripti frater, Procurator Venetus, defunctus eſt A. MCCCCXLVI. Eius Epiſtolae quaedam, atque Oratio in funere Caroli Zeni Venetiis MCCCCXCII. fol. editae cum filii Bernardi Orationibus, recuſae fuerunt ab Edmundo Martene T. III. Novae Collection. Veter. Scriptor. pag. 743. & a Muratorio Tom. XIX. Scriptor. Italiae. Haec autem verſio vitae S. Nicolai Myrenſis Epiſcopi ad Laurentium fratrem, excuſa eſt cum Aldi Poëtis Chriſtianis Venet. MDII. 4. atque apud Surium X. Decembris, & Georgium Wicelium in Hagiologio. Vid. Voſſium pag. 552. & Diarium Eruditorum Italiae Tom. IX. pag. 181.

(2) Forte eſt antiqua verſio Arriani, de qua vide Montfauc. edit. Oper. Chryſoſt. Tom. II. pag. 475. ſeptem tamen tantummodo vertiſſe auctor eſt Fabric. Bibl. Lat. med. & inf. aetat. Lib. I. pag. 109. ubi de aliis eiuſdem verſionibus, ac ſcriptis edíſſerit.

(3) Vizeliacus apud Petrum Venerabilem, Veziliacus in Epiſtola Ioannis Sariſberienſis, & Virzeliacus in Diplo-

Digitized by Google

num DCCCLXVII. temporibus Caroli Calvi, (*qui nunc ſupereſt regnans*, ut ait fundator in ſuo teſtamento, quod habetur in Spicilegio apud Dacherium edit. Pariſ. A. MDCCXXIII. fol. Tom. II. pag. 499.) adprobata, & confirmata ab Rotmundo Epiſcopo Auguſtodunenſi (1) anno DCCCCXXXV. de quo vide Galliam Chriſtianam Pariſ. typ. regiis A. MDCCXXVIII. Tom. IV. pag. 373. ad preces Widonis Abbatis A. DCCCCXLI. (2) Haec quum ignota adhuc fuerint veterum analectorum collectoribus, ac plurimum lucis illius temporis hiſtoriae adferre poſſint, ideo heic, prout iacent in Codice, duximus inſerenda.

I. p. 1. Quoniam humanus ſtatus ſemper nutare videtur, & nimis querulam vitam ducimus, oportet, ut ea quae diu manſura optamus, ſcripturarum penſiſſime vinculis alligemus. Proinde ego Rodmundus, miſerante Deo, humilis Eduorum Epiſcopus, notum fieri volumus praeſentibus, & futuris praeſignatae matris noſtrae fidelibus, qualiter accedens ad ſercnitatem noſtram Wido, venerabilis Virzelliacenſis Coenobii Abbas, replicari coepit, quemadmodum anteceſſores ſui, Eudo ſcilicet, Eldulfus (3), *Aymo* (4), *Aripertus* (5), *& ceteri uſque ad praeſens, prout oportebat, curam ſuper ſibi commiſſos pervigilem ducentes, ab anteceſſoribus noſtris, Walone* (6) *videlicet, & Herveo* (7), *Gerardo* (8), *aliiſque quampluribus ſuo quiſque tempore emolumenta quaedam paratarum, quae e xeniis Eccleſiae noſtrae competebant. ad ſupplementum praefati loci impetrare ſtuduerant, quarum una in honore S. Germani de Fontenedo dedicata eſt, altera vero in honore S. Leodegarii de Morvenno; unde ipſe viſcera pietatis noſtrae humiliter pulſare coepit, ut quia ſibi quod addere bonis illorum poſſet, nihil occurrebat; ſaltem decreta eorumdem anteceſſorum noſtrorum, noſtro pontificali privilegio confirmare dignaremur. Cui nos eo libentius aures clementiae ſubmiſimus, quo eum non inaniter haec, ſed ingenita animi, atque ex promta quadam ad meliora nobilitate petere conſideravimus; quibus rebus adducti, huius ſacri decreti teſtamentum ſuper omnia anteceſſorum noſtrorum ſcripta fieri praecepimus, in quo divina auctoritate roborati, decernimus, ut quicquid illi praefato loco indulgendo remiſerunt, totum & noſtris, & ſucceſſorum noſtrorum temporibus maneat inconvulſum: eos quoque, qui futuri ſunt humili ſuper hoc prece obſecrantes, ut ipſi piis noſtris, & anteceſſorum noſtrorum factis adſtipulari dignentur. Vt autem haec in Dei nomine pociori fulciantur auctoritate, manu propria illud ſubter ſignantes, fidelium noſtrorum utriuſque ordinis nominibus adſignari iuſſimus. Actum Chorenſi Coenobio feliciter in Domino amen. Sign. Rotmundus Sanctae Eduenſis Eccleſiae immerito Epiſcopus, s. Gyrbaldus humilis Abbas, & Archiclavus, s. Rainardus Archipresbyter, s. Elias Sacerdos, s. Boſo Sacerdos. Codulrannus ad vicem Gerboldi Cancellarii ſcripſi, & ſubter firmavi. Datum menſe Maii die ſabbati anno VI. regnante Ludovico Rege.*

II. pag. 2. Domino, & illuſtri viro Gerardo Comite (9), *& uxore eius Berta quarumdam rerum noſtrarum emptoribus, Ego in Dei nomine Roclinus, & coniux mea Teutildis earumdem venditores, conventione, quam ad invicem ſuper ipſa venditione habuimus, gratanter accepta, obtata* (ſic) *vobis damus, & oblata accipimus. Vendimus itaque vobis res noſtras, quae ſunt ſitae in Comitatu Avalenſe, & agro Dorniacenſe, vel in ipſa villa Dorneciaco, quae ſita eſt ſuper fluvium Iſmantiae, ſeu in eiuſdem territorio. Quicquid igitur Rex Karolus Dominus meus, per ſuum praeceptum inibi alacriter mihi donavit, & propria manu roboratum tradidit, totum vobis diſtrahendo concedimus. Manſum* (10) *etiam Arverti in Villerat villa; alium manſum in alio Dorneciaco, qui eſt ſuper Ionam fluvium, pheos* (11) *nempe CCC. libris adpreciatos, accipientes a vobis, etiam dictas res noſtras in veſtram tradimus poteſtatem, in praedicta ſcilicet Dorneciaco manſum in dominicato cum domibus, & aedificiis ac ſporno* (12), *atque farinario* (13) *ad ipſum pertinentibus. Cumdominias etiam & vineas, ac prata, atque terras indominicatas, vel ſilvas, dominationi, vel poteſtati nihilominus tradendo ſubdimus veſtrae. Alios quoque XVII. manſos, & dimidium ibidem, ideſt in eodem Dorniacenſe territorio, ſed & in Cirſiaco villa dimidium manſum cum ſuis adiacentiis, & pertinentiis, tam in ſervis, quam in ancillis, vel mancipiis, terras etiam cultas, & incultas, vineas, ſilvas, prata, aquas, aquarumque diſcurſus, vel quantumcunque ad praedictos manſos aſpicere videtur, totum uſque in exquiſitum, & exquirendum, ſine alicuius retinaculo a noſtro iure transferimus, & in veſtrum fundimus. Ad proprium igitur arbitrium, & liberam volunta-*

plomate Paſchalis II. oppidum eſt in monte ſitum, in pago Avalenſi, in Burgundiae finibus: ſuam imprimis mutuatum eſt gloriam ab Eccleſia, quondam Abbatiali, modo Collegiata, aliquando Monialium, inde Monachorum Ordinis S. Benedicti, ſub patrocinio primum S. Mariae, tum S. Petri, ac denique S. Magdalenes.

(1) De eius obitus anno ſic Hugo in Chronico: *Anno DCCCCLXVIII. obiit Remundus Aeduorum Epiſcopus.*

(2) Ei Marinus Papa privilegium indulſit anno primo ſui Pontificatus, Ind. I. menſe Februario, hoc eſt anno DCCCCXLIII.

(3) Omiſſus eſt hic Eldulfus in Abbatum Monaſterii eiuſdem ſerie in Gallia Chriſtiana l. c.

(4) Aymo praeerat A. DCCCCVII. vid. l. c.

(5) Omiſſus l. c.

(6) Walo, qui & Galo, & Valo, Burgundiae Ducis patruus, Epiſcopus Auguſtod. A. DCCCXCIV. vid. l. c.

(7) Herveus Walonis ex patre nepos, Epiſcopus A. DCCCCXX.

(8) Gerardus omiſſus eſt in ſerie Epiſcoporum Auguſtod. l. c.

(9) Gerardi Comitis teſtamentum adfertur in Hiſtoria Vizeliacenſis Monaſterii auctore Hugone Pictavino, Notario Guillelmi Abbatis Vizeliacenſis, qui eam iuſſu Ponti Abbatis ſcribere adgreſſus eſt anno MCLVI. & ſub ipſo Guillelmo abſolvit A. MCLXVII. apud Dacherium l. c.

(10) *Manſus* erat certus agri modus, & duodecim terrae iugeribus conſtabat.

(11) *Feum, feus*, pro *feudum*. Vid. Du-Cangium in hac voce.

(12) Non occurrit haec vox in Lexico Du-Cangii.

(13) *Farinarium*, idem, quod *farinale, moletrina*, ſeu *molendinum*, ubi ex frumento molito, farina conficitur. Vid. Du-Cang. in hac voce.

Digitized by Google

tem ab bodierna die, & deinceps habeatis, quaecumque hic praelibata nominavimus, ſicuti in praecepto Domini Karoli ſcripta inveniuntur, ut quidquid ex eis facere placuerit, nullo contradicente faciatis. Si quis vero de heredibus noſtris contra huius venditionis cartam (1) venire, aut calumniam illi inferre praeſumpſerit, ſeu quislibet alius, quod uſurpare voluit, duplum reſtituat, & LX. libras auri vobis coactus exſolvat. Signum Roclini, ſign. Teutildis uxoris eius, ſign. Leutboldi, ſign. Aiverti, ſign. Gerardi, ſign. Hugonis, ſign. Berengarii, ſign. Ardradi, ſignum Bodonis, ſign. Fulcradi, ſign. Suavonis, ſign. Bernonis, ſign. Conradi, ſign. Ardulſi, ſign. Ragenoldi, ſign. Baldricis, ſign. Wlfardi, ſign. Wlframni, ſign. Amalberti, ſign. Wlferi, ſign. Remigeri, ſign. Teotardi, ſign. Flagionis. Anſuerus rogatus ſcripſis, & ſubſcripſit. Datam in menſe Auguſto anno XIII. regnante Karolo Rege.

III. pag. 4. In nomine ſanctae, & individuae Trinitatis. Domino praecipuo & glorioſo ſeniori meo Gerardo illuſtri Comite, & Domna mea Berta emptoribus. Ego autem ſimiliter Gerardus, & uxor mea Alboara, vendimus vobis res noſtri iuris, quae ſunt ſitae in pago Avalenſe; villam ſcilicet, quae vocatur Flaiacus cum caſa indominicata, & Eccleſia, quae eſt in honore S. Siuforiani, & alias res in aedificiis, caſis, aſtantibus, caſaricis, ortis, arvis, vineis, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, decimis, rivis, fontibus, piſcatoris, molendinis, arboribus pomiferis & impomiferis, aquis, magnis, & parvis, ionia (2) etiam, in quantum ad res huius venditionis, vel ad earum appenditias pertinere videtur, omnia ex omnibus, quantumcunque in praedicta villa Flaiaco, vel, ut praemiſimus, in ſuis appenditiis iure hereditario viſi ſumus habere, & quae quondam fuerunt Rotberti genitoris mei, & Altrudis genitricis meae, & ipſi mihi in hereditate dimiſerunt, vel quae per cartas de germanis meis, Artaldo, Raberto, Gauzinaro, Rotardo, Ermengarda, viſi ſumus conquirere; hoc eſt medietas de ipſa villa, vel de ſuis appenditiis; totum uſque inexquiſitum, & exquirendum, utraſque partes, vel medietates, cum earum appenditiis vobis ſub integro vendimus, & mutuamus. Res igitur veſtras, quae ſunt ſitae in pago Tornedorenſe in villis nuncupatis Lacinnaſo, Fidirnaco, Ponpiaco, Laciaco, Villare, ipſas res, quas in praedictis villis viſi eſtis habere, nobis & heredibus noſtris pro hac commutatione ſub integro reſervamus. Accipimus inſuper & de vobis precium, ſicut inter nos placuit, atque ad arbitrium, & voluntatem noſtram convenit, libras L. & ipſas ſupraſcriptas res de noſtro iure in veſtram, & praelibatorum tradimus poteſtatem, & dominationem, perpetualiter ad habendum, & ſine alicuius contradictione poſſidendum. Si quis ergo contra huius venditionis, vel mutuationis cartam, econtra veniens aliquam calumpniam ex his omnibus, quae nominavimus, vel exinde nominari poſſunt, movere, aut temerare temptaverit, aut temptando inferre voluerit, Dei iudicio percuſſus, & ab omnibus Chriſtianis reprobatus, ſi non reſipuerit, & ad congruam emendationem inde venerit, extremo examine ſe ſentias damnandum. Carta autem ſubſequentibus teſtimoniis omni tempore inconcuſſe ſubnixa, & corroborata, ſuam inviolata obtineat firmitatem. Sign. Gerardi, s. Alboare, s. Erilulſi, s. Sigisberti, s. Grimoldi, s. Eriboldi, s. Gauceranni, s. Guionis, s. Rodulſi, s. Ardierii, s. Aymonis, s. Erfredi, s. Silini, s. Rotulſi, s. Chriſtophori, s. Ingelboaldi, s. Gulferii, s. Sancii. Ego autem Bertrannus a Gerardo, & Alboara, & a Gerardo Comite, & matrona eius Berta rogatus ſcripſi hanc cartam, datam die Iovis in menſe Octobrio, regnante Domino meo Rege Ludovico anno quinto regni eius feliciter. Amen.

IV. pag. 6. In nomine ſanctae, & individuae Trinitatis. Magnifico fratri Gerardo inluſtri viro Comiti, & coniugi ſuae Bertae emptoribus, ego Berillus iam non imaginarie, ſed integra fide, & pleniſſima voluntate, vendo quaſdam res meas in pago Avalenſe, & veſtro Fontanenſi fiſco ſitas. Hanc igitur venditionem, & nomina rerum, vel loca, in quibus ſitae ſunt, tam futuris, quam praeſentibus per praeſentem cartulam notificari volo. Vendo itaque vobis caſſaniam (3), & ſubtus illam intrenbledo quantumcunque habeo, vel viſus ſum habere, & in pooleo ancingam unam, infra vero has terminationes & menſuras aucingas quinque, quod nos ruſticani, ruſticanorum taenaturas vocamus. Haec omnia ſuperius denominata de meo iure transfero, & in veſtram dominationem & poteſtatem transfundo abſque alicuius retinaculo. Dato itaque & accepto precio, quod convenit ad invicem, duodecim videlicet ſolidorum, ad plenum valente habeatis ea omnia ſana, & integra, nullo contradicente a praeſenti die, & deinceps ad proprium arbitrium, & liberam voluntatem faciendi ex eis, quaecunque volueritis. Si quis autem diabolico exagitatus inſtinctu, tam ego, quam aliquis ex heredibus meis, ſeu quislibet alius contra huius venditionis cartulam venire praeſumpſeris, fruſtratus ab hoc quod repetit, fiſco praelibato decem libras auri perſolvat. Actum Fontanas villa publice. Sign. Berilli, qui hanc eandem venditionem feci, & firmare rogavi. S. Ermenrici, s. Ragenardi, s. Alberici, s. Eldeberti, s. Erfredi, s. Gamberti, s. Ermengaudi. Datum in menſe Maio, regnante Karolo Rege.

V. pag. 7. In nomine ſanctae, & individuae Trinitatis, vendimus nos Conſtantius ſcilicet, & Ataila uxor mea, Domino praecipuo, & venerabili Comiti Gerardo pratum noſtrum, quod apud Fontanedum habemus, & eſt terminatum ab uno latere terra S. Stephani, de altero quidem, & de fronte terminatur prato S. Martini, & de alio fronte a currente rivulo terminatur. Hoc itaque accepto precio, quod nobis

(1) Ita ſemper ſcribitur haec vox ſine adſpiratione.

(2) Non occurrit apud Du-Cangium.

(3) Neque haec vox, neque ſequentes intrenbledo, pooleo, aucinga &c. occurrunt in Lexico Du-Cangii.

lis complacuit, tribus videlicet ſolidis probatae monetae, de noſtra poteſtate transferimus, & in iam dicti Comitis poſſeſſionem transfundimus, ut habeat ab hodierna die, & deinceps ad quicquid voluerit agendum. Sign. Conſtantii, s. Ataile, s. Ermandi, s. Amici, s. Amaurici, s. Ermenarii, s. Obtaſii diaconi, s. Warenburgis. Datum in menſe Septembrio in anno XIII. Ludovici Imperatoris.

VI. pag. 8. Domino venerabili, & praecipuo Comiti G. vendo pratum meum de Funtenedo ego Ermengaudus, quod terminatur de uno latere & una fronte, terra S. Stephani; de altero autem latere, & altera fronte, terra ipſius emptoris terminatur, ideſt praenominati Comitis; datis ſiquidem & acceptis quinque ſolidis, quod precium utrinque bene convenit, ius praelibatae poſſeſſionis in domini iam praenominati transfundo hereditatem, ut ad arbitrium, & voluntatem ſuam habeat, nullo adverſus eum de hoc prato querimoniam agente. Sign. Ermengaudi, s. Amici, s. Petronii, ſignum Yſaac, s. Adalvini, s. Gunlaici, s. Rogitii. Datum in menſe Novembrio in anno XIV. Ludovici Imperatoris.

VII. pag. 8. Humanae conditionis Propagator ac Redemptor perplurimum exaltare voluit genus humanum, dum cuique mortali dignatur largiri, ut ex temporalibus rebus caeleſtia regna valeat mercari, & ex tranſitoriis ſempiterna praemia. Quocirca in nomine ſummae, & individuae Trinitatis Ego Horulfus conſiderans modum humanae fragilitatis, pavenſque diem ultimi examinis, offero pro remedio animae meae, ac parentum meorum, Domino Salvatori, eiuſdemque Genitrici Beatae Mariae in Monaſterio, quod vocatur Virzeliacus, ubi requieſcunt BB. Mart. corpora, Andeoli videlicet, atque Ponciani, atque ubi praeeſt Domnus Eudo (1) Abbas, manſos meos ſitos in pago Avalenſi, in Vicaria Viriniacenſi, in ipſa villa Viriniaco, & in ipſo fine cum terris, pratis, aedificiis, aquis, aquarumque decurſibus, ſilvis, ſporno, & quicquid ad ipſos manſos pertinere videtur, excepto iornale uno, ubi poſſunt ſeminari ſextaria quatuor, quem dono nepotibus meis totum, & ad integrum concedo, trado, atque transfundo de meo iure, & donatione, in ius, & poteſtatem praelibati Monaſterii. Terminatur unus manſus de una parte Alodio Berengarii, de alia parte Alodio Acberge, de tertia vero parte Alodio Adalardi, de quarta denique parte, via publica. Terminatur etiam alter manſus de una parte, terra S. Petri, de alia, terra S. Martini, de tertia, terra S. Amatoris, de quarta vero parte, via publica. Quicquid enim intra has terminationes haberi videtur, ſeu quicquid ad ipſos iam dictos manſos aſpicere, & pertinere videtur, tradimus perpetualiter habendum, ita ut ab hodierna die, & deinceps quicquid poteſtas praedicti Virzeliacenſis Monaſterii exinde facere voluerit, ſicuti ex aliis ſuis propriis rebus, liberam & firmiſſimam in omnibus habeat poteſtatem, poſſidendi videlicet, vendendi, atque commutandi. Ego Horulfus, qui hanc donationem fieri iuſſi firmavi. Sign. Horulfi, s. Walcrini, s. Madanulfi, s. Ermentarii, s. Baduilii, s. Srobati, s. Adalradi, s. Iozfaldi, s. Rainaldi, s. Adebranni, s. Rainbodi.

VIII. pag. 10. In nomine S. & individuae Trinitatis. Ego Agenulfus dono Apoſtolorum Principibus Petro, & Paullo, & S. Andeolo, ad locum, qui Virzeliacus ab antico nuncupatur, cui praeeſt Eudo Abbas, & Arbertus Praepoſitus, pro anima nepotis mei Senaldi, & mea unum manſum de terra. Eſt autem iſte manſus ſitus in fine Varginiacenſi, in loco, qui Longa Fames vocatur, & ab uno latere terminatur via publica, ab altero autem Cora fluvio. Dono etiam eiſdem Sanctis, & loco vineam unam in ipſo fine, ideſt in villa, quae vocatur Marnago, iuxta vineam S. Petri. Actum Virzeliaca villa publica. Sign. Agenolfi, s. Walterii, s. Leotaldi, s. Negelarii, s. Ramterii, s. Fradini, s. Balcrimi, s. Ricolfi. Datum in menſe Iunio, anno III. Karlo Regi.

IX. pag. 11. In nomine Sanctae, & individuae Trinitatis Karolus gratia Dei Rex. Si nobilium & inluſtrium, nobiſque fidelium virorum ſalubribus favemus votis, & iuſtis ac rationabilibus aſſenſum praebemus poſtulationibus, regiam exercemus conſuetudinem, & eos in noſtrae fidelitatis obſequiis promtiores reddimus, atque ad praeſentis vitae curricula facilius tranſigenda, & ad futurae beatitudinis praemia facilius obtinenda nobis profuturum non dubitamus. Comperiat igitur omnium fidelium Sanctae Dei Eccleſiae, noſtrorumque praeſentium, & futurorum ſollertia, quod cariſſimus, valdeque amantiſſimus nobis Gerardus illuſter Comes ad noſtram accedens celſitudinem, innotuit, qualiter divini ardoris face accenſus, ob Dei, & Domini N. I. C. Sanctaeque eius Genitricis Mariae ſemper Virginis amorem, & honorem, una cum conſenſu nobiliſſimae coniugis ſuae Bertae. de rebus ſuae proprietatis intra regnum noſtrum Burgundiae in pago Avalenſi, in Parroechia Auguſtudunenſis civitatis, in loco, qui dicitur Virzelliacus, quoddam Monaſterium conſtruxerit, & in honorem S. Dei Genitricis Mariae dedicari fecerit, atque Monachas ibi perpetuo Deo famulaturas inſtituerit, & Deo, Beatiſque eius Apoſtolis Petro, & Paullo, ſanctae ſcilicet Sedi Romanae pro defenſione ac mundeburdo (2) ſubdiderit. Vnde & privilegium ſuper idem Monaſterium Sedis Apoſtolicae auctoritate corroboratum obtutibus noſtris obtulit, ſed pro maiori firmitate, noſtram petiit celſitudinem, ut eiuſdem S. Apoſtolicae Sedis inſtituta noſtrae auctoritatis praecepto confirmaremus. Cuius iuſtis ac rationabilibus petitionibus aſſenſum praebentes, praecipimus, atque firmamus, ut quicquid de ipſo Monaſterio eadem Apoſtolica Sedes ſuae auctoritatis privilegio iuſte, & rationabiliter manſurum ſtatuit, noſtris futuriſque temporibus maneat inconvulſum, & a ſucceſſoribus noſtris, cun-

I 2

(1) Primus Abbas Vizeliacenſis privilegium accepit a Ioanne Papa VIII. datum anno eius Pont. VI. tertio Kal. Octobr. Ind. XI. hoc eſt A. DCCCLXXVIII.

(2) *Defenſio, tutela &c.* V. Du-Cangium.

cunctiſque Chriſtianae fidei cultoribus obſervetur inlaeſum. Et quicquid iſdem Gerardus illuſter Comes, & uxor eius Berta cum communi conſenſu ex rebus ſuae proprietatis, quas aut hereditario iure, aut emptione, aut regio dono, aut commutatione, aut quolibet attracto vel acquiſito poſsidentes, ſine cuiuſpiam contradictione ipſi Monaſterio contulerunt, aut in futurum conferent, & quicquid a Deum timentibus ipſi ſancto loco collatum eſt, & in futurum conferendum, ſtabile maneat, & inconvulſum ad utilitates, & neceſsitates eiuſdem loci explendas, & ipſum Monaſterium cum omnibus ad ſe pertinentibus ſub noſtrae ſucceſſorumque noſtrorum immunitatis defenſione conſiſtat, ita ut nullus iudex publicus, nec quislibet iudiciariae poteſtatis, in eiuſdem Monaſterii Eccleſias, aut loca, vel agros, ſeu reliquas poſſeſsiones, ad cauſſas audiendas, vel iniuſta freda (1) *tollenda, aut manſionaticos* (2), *vel paratas* (3) *faciendas, aut fideiuſſores tollendos, aut telonea exigenda, aut homines eius, tam ingenuos, quam ſervos ſuper terram ipſius commanentes iniuſte diſtringendos, nec ullas redibitiones* (4), *aut inlicitas occaſiones requirendas, ullo unquam tempore ingredi audeat, aut exactare* (5) *praeſumat, ſed quicquid inde fiſcus exigere poterit, totum pro aèterna remuneratione alimoniis pauperum, & uſibus monachorum ibi degentium concedimus; quamdiu autem ipſe Gerardus illuſter Comes, & nobiliſsima eius coniux Berta vixerint, ſub uſu fructuario unam ſcilicet libram argenti, quam Apoſtolicae Sedi ex eodem Monaſterio annuatim reddendam ſtatuerunt, ipſum Monaſterium teneant, ordinent, atque diſponant. Poſt utriuſque ab hac luce migrationem Monachae ipſius Coenobii, ſecundum praefatae Apoſtolicae Sedis inſtitutionem, Abbatiſſam ex ſeſe eligant, ut liberius, devotiuſque Deo famulari valeant, & pro nobis, & coniuge, ac prole, totiuſque regni noſtri ſtatu iugiter Dei miſericordiam implorent. Vt autem haec noſtrae auctoritatis confirmatio noſtris futuriſque ſucceſſorum noſtrorum temporibus inviolabilem obtineat firmitatem, manu propria ſubter eam firmavimus, & anuli noſtri impreſsione ſubter eam iuſsimus ſigillari. Signum Karoli glorioſiſsimi Regis . . . . . Datum ſeptimo idus Ianuarii, indictione prima, anno XXVII. regnante Karolo glorioſiſsimo Rege. Actum in bello Pauliaco in Dei nomine feliciter. Amen.*

X. pag. 13. *In nomine Sanctae, & individuae Trinitatis. Karolus eiuſdem Dei omnipotentis miſericordia Imperator Auguſtus. Divina ordinatione credimus nobis collatam imperii dignitatem. Idcirco gratias agimus ſupernae pietati. Quanquam multo minores ſumus beneficiis illius, cogitare tamen debemus, quemadmodum collati nobis ab ipſo imperii ſceptra iuſte ſecundum ipſius voluntatem dirigamus, & Eccleſiam illius, pro qua proprium ſanguinem fudit, ipſo regente protegamus, credentes, quoniam nihil hac oblatione illi gratius unquam offerre valemus, nihil quod in hac vita nobis ſalutarius, nihil quod in aeterna retributione glorioſius de eius benignitate provenire poſsit. Vnde noverit omnium fidelium ſanctae Dei Eccleſiae, noſtrorumque tam praeſentium, quam & futurorum induſtria, quoniam Eudo Monaſterii Virzelliacenſis Venerabilis Abbas accedens ad noſtrae manſuetudinis excellentiam, deprecatus eſt reverentiam noſtram, quatenus privilegium Sedis Apoſtolicae ei, ſuiſque monachis ſuper quaſdam res Sancti Petri, quas ex dono Apoſtolico tenent, impetraremus; videlicet ſuper memoratum Virzelliacum Coenobium, quod ſitum eſt ſuper Coram fluvium, & eſt aedificatum in honore D. N. I. C. eiuſdemque Genitricis ſemper Virginis Mariae, & Sancti Petri, nec non & S. Andeoli martyris, cum omnibus rebus, & mancipiis ad ſe pertinentibus, quae ſcilicet hactenus ibidem collata, vel data ſunt, vel quicquid deinceps ibi adquiri, vel dari potuerit. Cuius petitionibus libenter aſſenſum praebuimus, & praeſens ei edictum ſuaeque Eccleſiae fieri, & dari iuſſimus, confirmantes omnia ibi pertinentia, ſicut in privilegio domini Iohannis patris noſtri continetur. Per quod praecipientes ſancimus, & ſanciendo omnimodo delegamus, ut Apoſtolicae Sedis privilegium, quod ex praefatis rebus, nobis ſuggerentibus, ſtatuendo deliberavit, abſque alicuius contradictionis inquietudine perpetuis temporibus maneat inconvulſum. Et ut hoc noſtrae munificentiae edictum per futura tempora diligentius conſervetur, ac pleniorem in Dei nomine obtineat firmitatis vigorem, manu noſtra illud firmavimus, atque anuli noſtri inpreſsione ſubter iuſsimus inſigniri. Sign. Karoli glorioſiſſimi Imperatoris Auguſti. Adalgarius Epiſcopus ad vicem Gautlini recognovit. Datum IV. Id. Septembris Indictione XI. anno XXXVIII. regni Domini Karoli Imperatoris in Franciam, & Imperii eius anno II. Rubiana villa.*

XI. pag. 15. *In nomine ſanctae, & individuae Trinitatis Hludovicus miſericordia Dei Rex. Si ſervorum Dei iuſtis poſtulationibus aurem noſtrae ſerenitatis accommodamus, eaſque ad effectum piae petitionis opem ferendo perducimus; hoc nobis profuturum fore ad aeternae remunerationis praemium facilius obtinendum, & ad praeſentem vitam facilius tranſigendam nullo modo dubitamus. Quocirca noverit omnium ſanctae Dei Eccleſiae fidelium, noſtrorumque tam praeſentium, quamque futurorum induſtria, quoniam Eudo Venerabilis Abbas Virzelliacenſis Monaſterii adiens celſitudinem noſtram deprecatus eſt, ut idem Coenobium cum omnibus appenditiis ſuis ſub immunitatis noſtrae tuitione, & regali defenſione acciperemus; eo videlicet modo, ut ea quae in praecepto Domni, & genitoris noſtri divae recordationis Karoli glorioſiſsimi Imperatoris Auguſti, & in privilegio Domni,*

ac

(1) *Fredum, freda, fredus, fridus, mulcta*, compoſitio, qua fiſco exſoluta, reus pacem a Principe conſequitur, vel ob violatam pacem publicam indicta. Vid. Du-Cangium l. c.

(2) *Ius hoſpitii, & paſtus*. Vid. l. c.

(3) *Paratae*, expenſae ad hoſpitum ſuſceptiones, maxime Miſſorum, ſeu Legatorum publicorum, *Miſſatici*. Vid. l. c.

(4) *Vectigal, tributum, praeſtatio*.

(5) Idem quod *exigere*.

ac patris noſtri Iohannis, univerſalis Papae, continentur (1), inviolata, & inconvulſa permaneant. Quod Coenobium ſitum eſt in pago Avalenſi, ſuper Coram fluvium, & eſt conſtructum in honore Dei, & Salvatoris noſtri I. C. eiuſdemque Genitricis ſemper Virginis Mariae, beatorumque Apoſtolorum Petri, & Paulli. Cuius petitioni libenter annuimus, & praefatum Coenobium cum omni integritate ſua, ſeu & ea, quae a fidelibus divina gratia ordinante olim ibi fuerint oblata, ſub noſtra immunitione, ſeu tuitione accepimus. Praecipientes ergo iubemus, ut nullus Comes, ſeu Vicecomes, aut aliquis ex ſaecularibus iudicibus, vel emiſsis noſtris diſcurrentibus in praefato Coenobio poteſtative manſiones accipiat, aut paratas, ſeu freda, aut ceſpitaticum (2), aut pontaticum (3), aut rotaticum (4), aut inferendas ab eo exigere praeſumat: ſed liceat ſervis Dei in eodem Coenobio degentibus ſecure, ac quiete pro patre, & genitrice noſtra, ac pro nobis, coniugeque & prole, totiuſque regni ſtatu, abſque alicuius inquietantis moleſtia Dominum exorare. Sin autem, quod minime futurum credimus, aliquis hominum qualibet ſaeculari praeditus poteſtate, contra hoc noſtrae altitudinis immunitatis praeceptum venire, aut illud temerare, ſeu in aliquo violare praeſumpſerit, ſexcentorum ſolidorum multam coactus exſolvat, medietatem ſcilicet fiſco noſtro, alteram vero medietatem Eccleſiae, cui litem intulerit. Et ut hoc noſtrae claritudinis firmitatis pactum firmum, ac ſtabile per futura maneat tempora, precamur ſucceſſores noſtros, ut ſicut ſua quae legitime ſtatuerint, firma eſſe a ſequentibus voluerint, ita & haec quae a nobis modo corroborantur, firma, & inconvulſa perpetualiter cuſtodire ſtudeant. Vt autem hoc noſtrae auctoritatis praeceptum in Dei nomine pleniorem firmitatis obtineat vigorem, manu noſtra illud firmavimus, & anuli noſtri impreſsione ſubter iuſsimus ſigillari. Signum Illudovici glorioſiſsimi Regis. Data XVIII. Kal. Ian. Indictione XI. anno primo regnante Illudovico Rege glorioſiſſimo. Vulfardus notarius ad vicem Gauzelini recognovit. Actum compendio palatio publico in Dei nomine feliciter. Amen.

XII. pag. 17. In nomine Domini Dei aeterni, & Salvatoris noſtri I. C. Karlomannus gratia Dei Rex. Notum eſſe volumus omnium Sanctae Dei Eccleſiae, noſtrorumque fidelium ſollertiae, quia venerabilis vir, & nobis dilectus Eudo venerabilis Abbas Virzelliacenſis Monaſterii ad noſtram accedens celſitudinem coram frequentia procerum, primatumque noſtrorum, detulit nobis auctorabile praeceptum ſibi a divae memoriae patre noſtro Illudovico glorioſiſsimo Rege collatum, ſcilicet ex Coenobio praefati Monaſterii cum univerſis appenditiis, poſcens, ut eundem locum cum omni integritate ſub tuitione noſtrae immunitatis, & regali defenſione acciperemus, eo videlicet modo, ut ea quae in praecepto divae recordationis avi noſtri Karoli glorioſiſsimi Imperatoris Auguſti, & in privilegio domini, ac patris noſtri Iohannis univerſalis Papae continentur, inviolata, & inconvulſa in aevum perdurent; & ut praedictum praeceptum noſtra etiam auctoritas corroboraret, atque in hoc, quod liberalitas patris avique noſtri ipſi contulerat, noſtra quoque faveret aſſenſio. Coenobium quoque iam dictum eſt ſitum in pago Avalenſi &c. Sequitur eiuſdem tenoris ac ſupra adlatum. Definit autem ita: Vt autem hoc praeceptum noſtrae auctoritatis, quod auctoritate patris noſtri corroboratur, aeternalem obtineat vigorem, promto animo manu propria ſubter firmavimus, & anulo noſtro inſigniri iuſsimus. Sign. Karlomanni glorioſiſsimi Regis. Norbertus notarius ad vicem Vulfardi recognovit. Actum apud Saciacum villam XII. Kalendarum Aprilium Indictione XIV. anno tertio regni Karlomanni glorioſiſsimi Regis.

XIII. pag. 19. In nomine ſanctae, & individuae Trinitatis. Odo clementia Dei Rex. Si ſervorum Dei iuſtis poſtulationibus aurem noſtrae ſerenitatis accommodamus, eaſque ad effectum piae petitionis opem ferendo perducimus, hoc nobis profuturum fore ad aeternae remunerationis praemium facilius optinendum, & ad praeſentem vitam liberius tranſigendam nullo modo dubitamus. Quocirca noverit omnium ſanctae Dei Eccleſiae fidelium, noſtrorumque tam praeſentium, quamque futurorum induſtria, quoniam Eudo venerabilis Abbas Virzelliacenſis Monaſterii adiens celſitudinem noſtram deprecatus eſt, ut idem Coenobium cum omnibus appenditiis ſuis ſub immunitatis noſtrae tuitione, & regali defenſione acciperemus, eo videlicet modo, ut ea quae in praecepto praedeceſſoris noſtri divae recordationis Karoli Imperatoris Auguſti, & in privilegio domini ac patris noſtri quondam Iohannis univerſalis Papae continentur, inviolata, & inconvulſa permaneant; Caſtellum quoque, quod propter perſecutionem Paganorum inibi conſtructum eſt, ſub eodem immunitatis tenore reciperemus, & ſemper manere iuberemus abſque alicuius inquietudinis contradictione: quod Coenobium ſitum eſt in pago Avalenſi ſuper fluvium dictum Coram &c. Quod ſequitur eſt eiuſdem tenoris, ac ſupra uſque ad verba: ſed liceat ſervis Dei in eodem ſaepe dicto Coenobio degentibus, ſecure ac quiete vivere, & pro nobis regnique noſtri ſtatu, nec non pro patre, ac genitrice noſtra, ſeu pro dilecta coniuge noſtra, abſque alicuius inquietantis moleſtia, Domini miſericordiam exorare &c. Inde imponitur eiſdem ac ſupra formulis mulcta, mox ita proſequitur: Vt autem hoc noſtrae auctoritatis praeceptum in Dei nomine pleniorem firmitatis obtineat vigorem, manu noſtra illud firmavimus, & anuli noſtri impreſsione ſubter ſigillari iuſsimus. Signum Odonis glorioſiſsimi Regis. Diroannus notarius ad vicem Eblonis recognovit. Da-

(1) Apud Dacherium l. c. pag. 503.

(2) Ceſpitaticum, quibuſdam eſt tributum pro via ceſpitibus munienda, aliis videtur eſſe pro caſtris muniendis. Vid. Du-Cang. l. c.

(3) Teloneum pontium. Vid. l. c.

(4) Rotaticum, rodaticum, rotagium, reagium &c. vectigal, ſeu tributum, quod pro damno, quod viis publicis, quas rotabiles vocat vetus Inſcriptio 149. 1. currus facere ſolent, exſolvitur domino praedii. Vid. Du-Cangium.

Digitized by Google

Datum VI. Id. Iulii Indictione VI. anno Incarnationis Dominicae DCCCLXXXVIII. anno II. Regnante Domno Odone glorioſiſſimo Rege. Actum Pariſius Civitate in Dei nomine feliciter. Amen.

XIV. pag. 21. In nomine ſanctae & individuae Trinitatis Karolus gratia Dei Rex. Regalis celſitudinis moris eſt fideles ſuos donis multiplicibus, & manentibus honoribus honorare, atque ſublimare. Proinde morem parentum regum videlicet, praedeceſſorum noſtrorum ſequentes, libuit celſitudini noſtrae quendam fidelem virum Roclinum nomine, de quibuſdam rebus noſtrae proprietatis honorare, atque in eius iuris poteſtatem liberalitatis noſtrae gratiam conferre. Idcirco noverit experientia atque induſtria omnium fidelium noſtrorum tam praeſentium, quam & futurorum, quia concedimus eidem fideli noſtro Roclino nomine ad proprium quaſdam res iuris noſtri ſitas in Comitatu Avalenſe in villa nuncupata Dornetiaco, ideſt manſa viginti duo, ſine Eccleſia, cum mancipiis, terris, vineis, ſilvis, pratis, abiacentiis (ſic), *aquis, aquarumve diſcurſibus, vel quantumcunque ad praedictos manſos adſpicere videtur. Has res cum omni integritate memorato, praedictoque fideli noſtro Roclino ad proprium per hanc noſtrae auctoritatis conſcriptionem concedimus, & de noſtro iure in ius, ac poteſtatem illius ſollemni donatione transferimus, ita videlicet ut quicquid ab hodierna die & tempore, exinde pro ſua utilitate ac commoditate iure proprietario facere voluerit. liberam & firmiſſimam in omnibus habeat poteſtatem faciendi. Et ut haec noſtrae largitionis atque donationis auctoritas perpetuam obtineat firmitatem, eam manus* (ſic) *noſtrae propriae ſubter firmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſigillari decrevimus. Signum Karoli glorioſiſſimi Regis. Deormarus notarius ad vicem Illudovici recognovit. Data pridie Kal. Septembris Indict. V. anno III. regnante Karolo glorioſiſſimo Rege. Actum Caſtellione ſuper fluvium Dornonia in Dei nomine feliciter. Amen.*

XV. pag. 23. Sequitur initio mutilum *Privilegium Marini Pontificis Guidoni religioſo Abbati Virzeliacenſis Coenobii, omnique Congregationi &c.* quod videre poteris apud Dacherium in Spicilegio edit. Pariſ. A. MDCCXXIII. fol. Tom II. pag. 504. *ſcriptum per manus Azzonis Scriniarii S. Romanae Eccleſiae in menſe Februario Indict. I.* ✠ *benevalere* (1). *Data pridie nonas* (2) *Februarii per manum Benedicti Epiſcopi, & Bibliothecarii S. Sedis Apoſtolicae. Anno Deo* (3) *propitio Pontificatus Domini noſtri Marini Summi Pontificis, & univerſalis Papae in ſacratiſſima ſede beati Petri Apoſtoli primo* (4) *in menſe Februario, & indictione prima.*

XVI. pag. 26. Privilegium Iohannis Papae Aymoni Venerabili Abbati Virzelliacenſis Coenobii, omnique Congregationi eiuſdem Monaſterii in perpetuum. Quociens illa a nobis tribui optantur = facile deberemus, veluti a praedeceſſoribus noſtris piae memoriae Nicolao Papa, atque Iohanne (5) *iamdudum factum conſtat fuiſſe, inclinati precibus tuis, libenter fieri decrevimus &c. Scriptum per manus Andreae Scriniarii Sanctae Romanae Eccleſiae in menſe Ianuario Indictione VI. Data VI. Idus Ianuarias per manus Gregorii Deo amabilis.* Apud Dacherium loc. cit. pag. 504.

XVII. pag. 30. Privilegium Iohannis XV. Eldrado religioſo Abbati &c. Eiuſdem tenoris, ac reliqua. Finis in Codice deſideratur. Datum tamen eſt Indictione XIV. apud Dacherium l. c. pag. 504.

XVIII. pag. 31. In nomine ſanctae, & individuae Trinitatis Ludovicus gratia Dei Rex. Si ſervorum Dei iuſtis poſtulationibus aurem noſtrae ſerenitatis accommodamus, eaſque ad effectum piae petitionis opem ſerendo perducimus, hoc nobis profuturum fore ad aeternae remunerationis praemium facilius optinendum, & ad praeſentem vitam liberius tranſiendam nullo modo dubitamus. Quocirca noverit omnium ſanctae Eccleſiae Dei fidelium noſtrorumque tam praeſentium, quamque futurorum induſtria, quoniam Guarbaldo venerabilis Abbas Verzilliacenſis Monaſterii adiens celſitudinem noſtram, deprecatus eſt, ut idem Coenobium cum omnibus appenditiis ſuis ſub immunitatis noſtrae tuitione, & regali defenſione acciperemus, eo videlicet modo, ut ea quae in praecepto praedeceſſoris noſtri divinae recordationis Ludovici glorioſiſſimi Imperatoris Auguſti, & in privilegio Domni, ac patris noſtri quondam Leonis univerſalis Papae continentur. inviolata, & inconvulſa permaneant. Caſtellum quoque, quod propter perſecutionem Paganorum inibi conſtructum eſt ſub eodem immunitatis tenore reciperemus, & ſemper manere iuberemus, abſque alicuius inquietudinis contradictione. Quod Coenobium ſitum eſt in pago Avalenſi ſuper fluvium dictum Coram, & eſt conſtructum in honorem Dei, & Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti, eiuſdemque Genitricis ſemperque Virginis Mariae, beatorumque Apoſtolorum Petri, & Paulli principum. Cuius piae petitioni diligenter adnuimus, & libenter aſſenſum praebemus, ac praefatum Coenobium, ſuprafatum quoque Caſtellum cum omni integritate ſua, ſeu & ea, quae a fidelibus divina gratia ordinante olim ibi fuerunt oblata, ſub noſtra immunitate ſeu tuitione recipienda decrevimus. Praecipientes ergo iubemus, ut nullus Comes, ſeu Vicecomes &c. Sequitur eadem formula, quae ſupra. *Vt autem hoc noſtrae auctoritatis praeceptum in Dei nomine firmitatis pleniorem obtineat vigorem, manu illud firmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſubter ſigillari iuſſimus. Signum Domni Ludovici glorioſiſſimi Regis. Odilo Notarius ad vicem Anſeiſi Epiſcopi, ſummique Cancellarii recognovit. Actum Autiſiodoro civitate VII. Kal. Auguſti Indictione IX. anno primo regnante Ludovico Rege.*

XIX. pag.

(1) Deeſt in edit.
(2) In edit. *II. Nonas*.
(3) In edit. *Dei*.
(4) In edit. *anno primo*.
(5) Scil. *Io. VIII.*

XIX. pag. 33. Paſchalis Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio Rainaldo Vizeliacenſi Abbati ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Vizeliacenſe Monaſterium ab illuſtris memoriae Gerardo Comite fundatum, & beato Petro, ipſius Comitis teſtamento oblatum, ſub B. Petri, eiuſque S. Romanae Eccleſiae iure, ac protectione conſiſtit. Ceterum Nivernenſium Comes Willelmus (1) *quaſdam, ſicut accepimus, loco eidem nititur exactiones imponere. Vt videlicet quotiens eum illuc venire contigerit, cum qualicunque ſociorum numero voluerit, in hoſpitali domo ſuſcipiatur, & de rebus Monaſterii, quandiu ibi manere cenſuerit, procuretur. Vt rei pro ſuis criminibus puniendi, ſi in circum adiacenti villa reperti fuerint, eius conſpectui praeſententur, eius arbitrio puniendi. Vt ſi adverſus Vizeliacenſem Abbatem, eiuſdem loci incolae querelam habuerint, ipſe illos adverſus Abbatem tueatur, & ſicut ipſe praeceperit, aut iudicaverit, ſic ad illos Abbas ſe habeat. Vt ſi forte inter Comitem ipſum, & Abbatem querela emerſerit, Comes eum in ius ad Curiam ſuam vocet, ab ipſa militari Curia iudicandum. Vt eo inconſulto, nullus Apoſtolicae Sedis Legatus in hoſpitali ſuſcipiatur domo. Et ut in omnibus expeditionibus ſuis ſummarius ſibi ab Eccleſia praebeatur. Ad hoc etiam, quod mirum valde nobis eſt, prorupiſſe dicitur, ut ipſam B. Petri Abbatiam, ſibi, tamquam ſaeculare aliquid audeat vendicare. Quae profecto, quam gravia ſint, & quam Eccleſiaſticae inconvenientia honeſtati, tua facile poteſt intueri prudentia. Eapropter praeſentium tibi litterarum auctoritate praecipimus, & omnimodis interdicimus, ne vel per ipſum Comitem, vel per alicuius praeſumtionem in ſupradicto B. Petri Monaſterio, haec omnino fieri permittas; ſed locus ipſe cum ſuis omnibus in B. Petri iure, atque poſſeſſione ita liber quietuſque permaneat, ſicut & a praedeceſſoribus noſtris Apoſtolicae ſedis Pontificibus ſancitum eſt, & in fundatoris teſtamento, praedicti videlicet Gerardi Comitis continetur . . .* Reliqua deſiderantur, ſpatio vacuo ad ea ſupplenda relicto; poſtremi autem ſeptem circiter verſus ita ſunt evanidi, ut vix ea, quae in ipſis exarata ſunt, potuerimus expiſcari. In hiſce autem foliis aliqua tranſpoſitio, bibliopegi incuria facta eſt; nos vero numeratione appoſita, ſuo quaeque loco reſtituimus.

D. AMBROSII DE VIRGINIBVS.

Seu potius

Opera varia.

Cod. XXII. I. pag. 1. S. Ambroſii de Virginibus Libri quatuor. Priores tres, qui proprie *de Virginibus* inſcribuntur in editione, habes ſupra in Cod. IX. huius Plutei §. II. quartum vero, qui eſt *de Virginitate*, ibidem §. III.

II. pag. 41. *b.* Eiuſdem adhortatio viduitatis. In eodem §. III. ſub titulo *de Viduis*.

III. pag. 56. *b.* Eiuſdem adhortatio Virginum. Ibidem item in §. III.

IV. pag. 71. Eiuſdem Sermo de Mariae Virginis perpetuae (corr. *virginitate perpetua*). Inc. *Commendas mihi pignus tuum.* Deſ. *utile domino ad omne opus bonum probatum; per illam aeternabilem Crucem, per illam venerabilem gloriam Trinitatis, cui eſt honor &c.* Tom. II. a pag. 249. ad pag. 274. ubi inſcribitur *de inſtitutione Virginis, & S. Mariae virginitate perpetua ad Euſebium Liber unus.*

V. p. 85. Eiuſdem in Epiſtolam Paulli ad Romanos Commentarius, praevio prologo, ut in Codice II. huius Plutei § I.

VI. p. 179. Eiuſdem Liber de Trinitate, alias *in Symbolum Apoſtolorum Tractatus*. Inc. *Nullus igitur, qui ſanum ſapit.* Deſ. *ad gloriam, & laudem nominis tui &c.* In Append. ad dictum Tom. a pag. 321. ad pag. 344.

VII. pag. 203. Eiuſdem Epiſtola ad Eccleſiam Vercellenſem, ut in Cod. X. huius Plutei §. XIII.

VIII. pag. 219. *b.* Eiuſdem de vita, & honore Sacerdotii, ſive paſtoralis officii Liber, qui & paſtoralis merito poteſt dici. Inc. *Si quis frater, oraculum reminiſcatur.* Deſ. *ipſe eloqui inſpiraſti, ut eis una mecum tribuas caelorum regna, quae ſanctis in fine ſaeculorum dare promiſiſti perpetua. Amen.* In dicta App. a p. 357. ad pag. 364. ubi titulum habet: *de dignitate Sacerdotali.* In fine haec leguntur: *Laus ſit Ieſu Chriſto de opere iſto finito. Exemplaribus ſatis fidis Mathiae inclyti Regis Hungariae, & Boemiae, S. Ambroſii Codices ego Martinus Antonius Presbyter Dei gratia fauſtiſſime manu propria ſcripſi. Opus abſolutum III. Idus Octobris Anno Salutis MCCCCLXXXIX.*

Cod. membran. Ms. in fol. Saec. XV. exeuntis, nitidiſſimus quidem, ſed erroribus ſcatens, cum icone S. Ambroſii in principio optime delineata. Conſtat foliis ſcriptis 224.

D. AMBROSII VARIA.

Cod. XXIII. PRaecedunt elegantiſſimae picturae, prima in circulis ſeptem adnotata exhibens Opera, quae in hoc pulcherrimo Codice continentur; altera initialem litteram, varia emblemata, & in inferiori margine Mediceum ſtemma, quod duo nudi, & alati pueri ſuſtentant. Opera vero iſta ſunt:

I. p. 1. Beati Ambroſii Epiſcopi Hexaëmeron de principio rerum Libri ſex. Praefatio inc. *Tantum ne opinionis adſumpſiſſe homines.* Deſ. *in exordio ſermonis ſui ait.* Liber primus poſt ſacri textus verba: *In principio fecit Deus caelum, & terram*, inc. *Initium rerum auctorem mundi.* Liber VI. deſ. *ipſe enim requievit qui fecit. Cui eſt honor, gloria &c.* In fine rubris & maioribus litteris adſcriptum eſt: *Beatae memoriae Confeſſoris Ambroſii Epiſcopi*

(1) Apud Dacherium loc. cit. pag. 505. Paſchalis Papae Epiſtola legitur ad ipſum data, qua, ut moleſtiam monachis Vizeliacenſibus non afferat, cohortatur, quae incipit a verbis: *Ceterum Nivernenſium.*

Digitized by Google

ſcopi Hexaëmeron de principio rerum explicit. Habes Operum Tom. I. a p. 1. ad p. 142.

II. pag. 86. Eiuſdem de Paradiſo Liber, ut in Cod. IV. huius Plutei §. I.

III. pag. 107. b. Eiuſdem de Cain & Abel Libri duo. Ibid. §. II.

IV. p. 132. Eiuſdem de Sacramentis Baptiſmi Libri VI. Primus Liber inc. *De Sacramentis, quae accepiſtis, ſermonem adorior*. Sextus deſ. *audi quid dicat Sacerdos. Per D. N. I. C. &c.* Tom. II. a pag. 349. ad pag. 386. Codex tamen deſinit in §. XXIV. editionis, ubi conſulendum editorum monitum littera C.

V. pag. 147. b. Eiuſdem de Myſteriis, & Sacramentis, ut in Cod. VI. huius Plutei §. XVIII. ubi inſcribitur *de initiandis Liber*.

VI. pag. 154. b. Eiuſdem ad Marcellinam ſororem ſuam de virginibus Libri IV. ut in Cod. ſuperiori §. I.

VII. pag. 192. Eiuſdem in Epiſtolam D. Paulli ad Romanos Expoſitio, ut in Codice II. huius Plutei §. I. In fine rubrica ſe ſubſcripſit amanuenſis hoc pacto: *Antonius Sinibaldus ſcripſit Florentiae*.

Codex membranac. Ms. in folio Saec. XV. nitidiſſimus cum litteris initialibus ſingulorum librorum auro, variiſque coloribus mirifice depictis. Conſtat foliis ſcriptis 267.

PLVTEVS XV.

QVI CONTINET LATINOS CODD. MSS. XIX. EDITVM I.

CODEX I.

BIBLIA.

VNiverſa Biblia vulgatae editionis, ſed ordine inverſo ac in impreſſis. Praecedit Epiſtola S. Hieronymi presbyteri ad Paullinum presbyterum de omnibus divinae hiſtoriae libris. Inc. *Frater Ambroſius &c.* Deſ. *qui ſe ſemper cogitat eſſe moriturum*. Tum Capitum Libri Geneſis index. Tertio pag. 4. Praefatio in hiſtoriam Pentateuchi Moyſis. Inc. *Deſiderii mei*. Deſ. *in latinum transferre ſermonem*. Tandem Sanctae Scripturae Libri hoc ordine:

I. pag. 4. b. Geneſis.
II. pag. 22. Exodus.
III. pag. 35. b. Leviticus.
IV. pag. 44. b. Numeri.
V. pag. 55. b. Deuteronomium.
VI. pag. 65. b. Ioſue cum prologo.
VII. pag. 73. Iudices.
VIII. pag. 80. b. Ruth.
IX. pag. 82. Hieremiae prophetia cum prologo.
X. pag. 99. b. Baruch.
XI. pag. 102. Hieremiae Lamentationes, & Oratio.
XII. p. 104. b. Regum Libri IV. cum prologo.
XIII. pag. 143. b. Eſaias cum prologo.
XIV. pag. 159. Ezechiel cum prologo.
XV. pag. 176. Daniel cum prologo.
XVI. pag. 183. Duodecim Prophetae Minores cum prologis in ſingulos. Heic notandum eſt, in prophetia Zachariae deeſſe multa, nimirum a verbis: *Et dixit, haec eſt impietas &c.* (Cap. V. verſ. 8.) uſque ad verba, *& auferam ſanguinem eius* (Cap. IX. verſ. 7.) incluſive: redduntur autem in calce Codicis.
XVII. pag. 197. Iob cum prologo.
XVIII. p. 205. b. Tobias cum prologo.
XIX. pag. 208. b. Iudith cum prologo.
XX. pag. 213. Eſther cum prologo.
XXI. pag. 217. b. Proverbia Salomonis cum prologo.
XXII. pag. 224. b. Eccleſiaſtes.
XXIII. pag. 227. Canticum Canticorum.
XXIV. pag. 228. b. Liber Sapientiae.
XXV. pag. 234. Ieſus filius Sirach cum prologo. Clauditur autem hic Liber Oratione Salomonis, quae deſideratur in, vulgat. edit. Rom. an. 1592. ex typogr. Vatic. iuſſu Clementis VIII. impreſſa, quam in Codicibus ſacrorum Bibliorum recenſendis conſuluimus. Inc. *Et inclinavit Salomon genua ſua &c.* Deſ. *& propitius ſis, ſi peccaverit vir in te*.
XXVI. pag. 247. b. Paralipomenon Libri duo cum prologo.
XXVII. pag. 268. Eſdrae Liber I. & II. cum prologo. Hi tamen Libri duo unius ad inſtar exarati ſunt, adiuncta etiam in fine parte Libri III. Eſdrae, qui una cum Libro IV. eo quod inter Canonicos Libros non adnumerarit Tridentina Synodus, in calcem praedictae editionis reiectus eſt: quae igitur habentur hoc loco ex Libro III. ſunt integra Capita III. & IV. & ex Cap. V. verſ. 1. 2. 3. 41. 42. & 43. Deſinit enim in verbis: *Cameli CCCXXXV. ſubiugalia quinque millia DXXV.* adiecto in fine: *Explicit Liber Ezrae*. Notandum, in margine, ubi incipit hoc Libri III. fragmentum, legi quae ſequuntur: *Hic deficiunt VIII. Capitula prima tertii libri Eſdrae: reliqua quae ſequuntur; ſc. Rex Darius,*

ſunt

Digitized by Google

ſunt inordinata & tranſpoſita, & multa deficiunt.

XXVIII. pag. 276. Maccabaeorum Libri II.

XXIX. pag. 294. Liber Pſalmorum cum prologo.

XXX. pag. 313. Quatuor Evangelia. Praecedit Praefatio B. Hieronymi ad Damaſum, quae inc. *Novum opus facere*. Deſ. *& memineris mei, Papa beatiſſime*. Sequitur deinde Prologus generalis in quatuor Evangelia, cuius initium: *Plures fuiſſe, qui Evangelia ſcripſerunt*. Finis: *quam vivis Eccleſiaſticis canendas*. Tertio Argumentum in Matthaeum, Synaxarium breve Evangeliorum, quae per annum leguntur. Quarto index capitum, quae ſunt LXXXVIII. Tandem Canones Euſebiani. Marcum praecedit prologus, qui incipit: *Marcus Evangeliſta doctor electus &c.* & breviarium capitum, quae ſunt XIII. eademque praecedunt Evangelium ſecundum Lucam, cuius capita XXVI. recenſentur; & ſecundum Ioannem, cuius ſunt capita XIV. Textus novi Teſtamenti in ſubdiviſiones tantum variae prolixitatis diſtinguitur, non autem in capita. In Prologo in Evangelium ſecundum Ioannem pag. 348. legitur: *tam extraneus a dolore mortis, quam a corruptione carnis invenitur alienus &c.*

XXXI. pag. 358. *b.* Actus Apoſtolorum, quos praecedit Prologus, qui B. Hieronymo tribuitur, & incipit: *Lucas natione Syrus, cuius laus in Evangelio canitur &c.* Capita autem recenſentur LXXII.

XXXII. pag. 371. *b.* Epiſtolae Catholicae VII. quibus praefigitur Prologus conſuetus, ſed cuius ſit non dicitur. Titulus Epiſtolae Iacobi: *Incipit Epiſtola S. Iacobi Apoſtoli* Iudae Epiſtola incipit: *Iudas Apoſtolus ſervus, frater autem Iacobi*. Singulas Epiſtolas argumentum, & ſeries capitum antevertunt.

XXXIII. pag. 378. Apocalypſis, quam praecedit Prologus ſub Hieronymi nomine, qui incipit: *Ioannes Apoſtolus & Evangeliſta a Domino Chriſto electus atque dilectus &c.* & index Capitum XXV. cum argumento breviſſimo.

XXXIV. pag. 386. Paullinae Epiſtolae XIV. quas praecedit Praefatio ſub Hieronymi nomine, & Prologus anonymus, & concordia Epiſtolarum B. Paulli, quae eſt veluti harmonia quaedam diverſorum locorum in variis Epiſtolis exſtantium, & ad certas ſententias confirmandas laudatorum. Singulis autem Epiſtolis particulare argumentum praefigitur, & index capitum. Poſt Epiſtolam ad Hebraeos haec ſcripta ſunt eadem manu, quae Eccleſiaſticam hiſtoriam illuſtrare poſſunt.

De cuſtodiendo ieiunio in IV. tempore. De incerto autem ieiunio IV. temporum hanc certitudinem ſtatuimus, ut ſi Kal. Martii in IV. fer. ſive antea evenerint, eadem ebdomada ieiunium celebretur. Sin autem Kal. Martii in V. aut VI. venerint, aut in ſabbato dicti tenduntur, in ſequenti ebdomada ieiunium differatur. Simili quoque modo ſi Kal. Iunii in IV. fer. aut in antea evenerint, in ſubſequenti ebdomada celebretur ieiunium. Et ſi in V. aut VI. feria, aut in ſabbato contigerint, ieiunium in tertia ebdomada reſervetur. Et hoc ſciendum eſt, ſi quando ieiunium menſis Iunii in vigilia Pentecoſtes ſecundum praedictam regulam evenerit, non ibi celebrandum erit, ſed in ipſa ebdomada ſolemni Pentecoſtes, quia vigiliam ſimul, & ieiunium celebrare non convenit. Et tunc propter ſolemnitatem Spiritus Sancti Diacones Dalmaticis induantur, & Alleluia cantetur, & Flectamus genua non dicatur. Eodem modo Septembris ieiunio conſtitutum eſt, ut ſi Kal. Septembris in IV. fer. venerint, aut antea, ieiunium in III. ebdomada celebretur; & ſi in V. aut in VI. aut ſabbato contigerint, in IV. ebdomada ieiunandum erit. In Decembrio illud obſervandum erit, ut proximo ſabbato ante vigiliam Nat. Domini celebretur ieiunium. Quia ſi vigilia in ſabbato evenerit, ſimul vigiliam & ieiunium celebrare non convenit.

Sunt autem Sacramentum Eccleſiae Baptiſmum, & Chriſma, & Corpus, & Sanguis, quae a ſecretis virtutibus, vel ſacris, Sacramenta dicuntur; quia Sanctus in eis manens Spiritus eumdem Sacramentorum ad ſalutem fidelium latenter operatur effectum. Quibus nec per bonorum meritum diſpenſatorum amplificantur, nec malorum haec dona attenuantur. Quia neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus.

Octavo pronuntiandum eſt ut ſciant tempora feriandi per annum. Item omnem Dominicam a mane uſque ad veſperam, ne Iudaiſmo capiantur. Feriandi vero per annum iſti ſunt dies, ut ſupra orſi ſumus, Natalis Domini, Sancti Stephani, Sancti Ioannis Evangeliſtae, Innocentum, Octava Domini, Theophania, Purificatio Sanctae Mariae, Sanctum Paſcha cum tota ebdomada.

XXXV. pag. 413. In fine Codicis alii Prologi ſubiiciuntur in Libros quoſdam veteris & novi Teſtamenti, ſcilicet, in Hieremiam, Baruch, Danielem, Oſee, Ioël duo, Amos quatuor, Abdiam, Ionam, Michaeam, Nahum, Habacuc duo, Sophoniam, Aggaeum, Zachariam, Malachiam duo, Iob duo, Librum Proverbiorum duo, Eccleſiaſtem, Sapientiam, ſecundum Paralipomenon, primum Maccabaeorum duo, ſecundum Maccabaeorum, in Matthaei Evangelium, Actus Apoſtolorum, Epiſtolam Iacobi, & Petri, Apocalypſim, Epiſtolam Paulli ad Romanos, & ad Corinthios.

XXXVI. pag. 418. Legitur Liber III. Eſdrae, ut ad calcem citatae editionis Clementinae.

XXXVII. pag. 424. *b.* Tandem Volumen claudit Epiſtola Paulli ad Laodicenſes, quae non eſt in Canone, ut ibi dicitur. Inc. *Paullus Apoſtolus & Silvanus & Timotheus non ab hominibus*. Deſ. *& facite hanc Epiſtolam legi in Eccleſia Colocenſium, & quae eſt Colocenſium vobis.*

Codex membranac. Ms. in folio maximo Saec. XII. binis columnis exaratus, cum titulis librorum characteris quadrati, vere inſignis, de quo meminit Cl. Gorius in Epiſt. ad Blanchinium relata ab eodem Blanch. Evang. Quadrupl. Part. II. Vol. II. p. 573. Conſtat foliis ſcriptis 424.

BIBLIA LATINA VERSIBVS SCRIPTA.

Cod. II. PEtri de Riga (1) Aurora, ſeu expoſitio brevis hiſtorica, & allegorica librorum ferme omnium Sacrae Scripturae, tam veteris, quam novae, verſibus elegiacis, & quandoque leoninis expreſſa. Praecedunt Prologi duo; primus Auctoris inc. *Frequens ſodalium meorum petitio*. Deſ. *& veritatis fulgor patenter illuxit*. Alter breviſſimus Anonymi inc. *Fraternae charitatis*. Deſ. *& ut commodius fiat*. Tum verſus cuiuſdam Canonici de laude libri. Inc.

Stringere pauca libet bona carminis huius, & ipſum
Laude vel exili magnificare librum &c.

Metaphraſis in Geneſim pag. 3. inc.

Principio caelum terramque creaſſe refertur
Qui ſine principio, qui ſine fine manet &c.

Reliquorum librorum initia referre ſuperſedebimus, brevitatis gratia, ipſorum tantummodo numerum ac ſeriem enunciantes. Veteris igitur Teſtamenti libri, quos carmine reddidit Petrus, ii ſunt: ſcilicet

I. pag. 3. Geneſis, quae ſubdividitur in libros IV.

II. pag. 30. *b.* Exodus.

III. pag. 51. Leviticus. In hoc libro verſus quidam ſunt imperfecti.

IV. pag. 63. *b.* Numeri.

V. pag. 74. Deuteronomium.

VI. pag. 78. Ioſue.

VII. pag. 82. Iudices.

VIII. pag. 87. Ruth.

IX. pag. 88. Regum Libri III. priores.

X. pag. 108. Cantica Canticorum. Horum metaphraſis facta eſt carmine heroico, & rhythmico; Commentarium praeterea habet ad marginem uberrimum.

XI. pag. 130. Regum Liber IV.

XII. pag. 137. *b.* Hieremiae Lamentationes. Has quoque metapraſtes heroico verſu, quemadmodum Cantica Canticorum, reddidit.

XIII. pag. 144. *b.* Daniel.

XIV. pag. 159. Iob, heroico item carmine translatus.

XV. pag. 169. *b.* Tobias.

XVI. pag. 179. Iudith.

XVII. pag. 183. Eſther.

XVIII. pag. 187. *b.* Liber Maccabaeorum, qui clauditur hac epigraphe: *Explicit liber Maccabaeorum, & etiam Vetus Teſtamentum*. Sequitur deinde pag. 197. Recapitulatio veteris & novi Teſtamenti, & in ipſam Prologus. Inc.

Haec de lege nova veterique volumina complent
Facturus finem, ſi licuiſſet, eram &c.

Tum pag. 207. decem referuntur Aegypti plagae, totidem verſibus hexametris expreſſae, quae tranſgreſſioni decem praeceptorum opponuntur. Tandem pag. ead. de myſterio Agni Paſchalis elegiacum Carmen longiſſimum. Inc.

Vt legis, Aegyptum Dominus percuſſit & eius
Aegypto plagas intulit ira decem &c.

Deſ.

Dicite vos omnes, quibus haec myſteria promſi,
Sic etiam ſeſe praebeat illa mihi.

XIX. pag. 217. Evangelica Hiſtoria, & primo ſecundum Lucam, cum prologo, qui inc.

Poſt legem veterem reſpira, Petre; refulget
Lex nova; fac verſus de novitate novos.

XX. pag. 247. Initium S. Evangelii ſecundum Marcum, ſicut ſcriptum eſt in Iſaia Propheta &c. Paraphraſis inc.

Marcus praeſentis Evangelii novus auctor
Ponit Iſaiae verba loquente Deo &c.

XXI. pag. 288. Paſſio Domini ſecundum Matthaeum. Inc.

Iuxta Matthaeum Domini ſacra Paſſio noſtri
Incipit hic; Chriſtus ſic ait ergo ſuis &c.

In hac Evangelicae hiſtoriae metrica expoſitione nulla Evangeliorum ſecundum Ioannem & Matthaeum mentio fit, excepto titulo Paſſionis mox adlato; arbitror autem in illis Lucae & Marci eſſe comprehenſa. In fine legitur: *Explicit Evangelium*. Notandum praeterea eſt ad illum locum Evangelii ſecundum Lucam, ubi orandi modus a Domino traditur diſcipulis, legi in margine Orationis Dominicae brevem expoſitionem auctoris anonymi, ac manus multo recentioris.

XXII. pag. 300. Proverbia Salomonis verſibus hexametris, itemque rhythmicis expreſſa, cum prologo, qui inc.

Vt doces iſte liber, Proverbia ſunt Salomonis
Multis plena bonis, caeleſtibus inclyta donis &c.

Clauduntur verſu:

Explicit iſte liber, ſit ſcriptor crimine liber.

XXIII. pag. 306. Actus Apoſtolorum cum prologo, qui inc.

Dixi me finiſſe librum, ſed rurſus in Actus
Poſcor Apoſtolicos continuare ſtylum.

Paraphraſis vero, item ut Proverbia Salomonis, hexametro ac rhythmico carmine compoſita, inc.

Ti-

(1) Auctor huius Paraphraſeos Petrus de Riga, Cantor & Canonicus Remenſis fuit ab anno circiter MCLXX. defunctus anno MCCIX. de quo vide Alberici Chronicon pag. 450. & Bulaeum Hiſtor. Academ. Pariſ. Tom. III. pag. 52. Opus autem hoc, quod *Auroram* auctor inſcripſit, maximam partem adhuc eſt ineditum; editionem moliti ſunt Caſpar Barthius, Chriſtianus Daumius, Andreas Rivinus, & Caſimirus Oudinus, ſed eorum votis fata interceſſere. Partem praefationis refert Fabric. Bibl. Lat. med. & inf. aetat. Tom. V. pag. 277. apud quem vide plura de hoc Petro, & eius Paraphraſi. In Codice Taurinenſi DCLXXXVIII. ſaeculi XIII. exſtat hoc Opus, cuius diligentiſſimam recenſionem conſule, ſi vis, eiuſdem Biblioth. Catalog. Part. II. p. 219. ſeqq.

Digitized by Google

Tiberii nonodecimo regnantis in anno,
Dum ſerviret adhuc duro Iudaea tyranno &c.

Deſinit autem una cum Codice hoc pacto:
Enſe ſacrat Paullum par lux, urbs, dux, cruce Petrum,
Hic finit liber, & conſumat linea metrum.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIII. optimae notae. Conſtat foliis ſcriptis 321.

BIBLIA.

Cod. III. VNiverſa Biblia cum Praefatione, auctore S. Hieronymo, in principio, & interpretatione Hebraicorum nominum in fine. Ordo librorum idem eſt atque in vulgata, eorumque in Capita diſtinctio fit. Poſt Librum ſecundum Eſdrae, qui in Codice inſcribitur *Neemias*, ſequitur ille, qui in vulgata eſt *tertius Eſdrae*, & in calcem editionis tamquam apocryphus reiectus, in Codice vero inſcribitur *ſecundus*. In Libris Novi Teſtamenti, Epiſtolae Paullinae praecedunt Acta Apoſtolorum. Libris autem ferme omnibus tam veteris, quam novi foederis praemittuntur prologi, interdum duo, quandoque etiam tres. In fine Apocalypſis ſcriptum eſt: *Explicit Bibliotheca*. In fine interpretationum Hebraicorum nominum legitur: *Haec Biblia eſt mei magiſtri Franciſci de Barba Phyſici Piſani, quam emi Ianuae a Raphaele Montani tornario*.

Codex membran. Ms. in 8. min. Saec. XIV. characteris minutiſſimi. Conſtat foliis ſcriptis 457.

BIBLIA.

Cod. IV. VNiverſa Biblia cum Praefatione, auctore S. Hieronymo, & aliis omnibus, ut in Codice III. ſuperiori.

Codex membranac. Ms. in 8. min. Saec. XIV. minuti characteris. Conſtat fol. ſcriptis 511.

BIBLIA.

Cod. V. VNiverſa Biblia cum Praefatione, auctore S. Hieronymo, & reliquis omnibus, ut in Codice III. huius Plutei. In calce legitur: *Liber Petri de Medicis Coſ. Fil.*

Codex membranac. Ms. in 8. min. Saec. XIV. Conſtat foliis ſcriptis 656.

BIBLIA.

Cod. VI. VNiverſa Biblia, ut in Codice III. huius Plutei, exceptis, quae infra adnotantur, nimirum: In principio Codicis leguntur initia Lectionum, & Evangeliorum pro diverſis Miſſis, ſcilicet I. pro Rege. II. tempore belli. III. pro peccatis. IV. pro pluvia poſtulanda. V. pro iter agentibus. VI. pro eleemoſynariis. VII. pro ſalute vivorum. VIII. pro infirmis. IX. pro defunctis; ubi etiam ſubiunguntur initia lectionum pro eorumdem Officio. In fine vero quaedam adiiciuntur notabilia ex ſacra Scriptura. Evangelia praecedunt argumenta capitum verſibus expreſſa. Epiſtola Iacobi inſcribitur *Apoſtoli*, quemadmodum & Iudae. Brevis Epiſtolae ad Romanos Prologus Graece verſus eſt in margine.

Codex membranac. Ms. in 8. maiori Saec. XIII. charactere minuto. Conſtat foliis ſcriptis 523.

BIBLIA.

VNiverſa Biblia, ut in Codice III. huius Cod. VII.
Plutei. Praecedit omnia Synaxarium, ſive initia Epiſtolarum & Evangeliorum, quae leguntur in Dominicis totius anni, & in feſtis Sanctorum. Deſunt non pauca in fine, ſcilicet ex interpretationibus nominum Hebraicorum.

Codex membranac. Ms. in 8. maiori Saec. XIII. charactere item minuto, & cum initialibus librorum litteris auro depictis, & ſacras imagines exhibentibus. Conſtat foliis ſcriptis 519.

BIBLIA.

VNiverſa Biblia, h. e. Teſtamentum Ve- Cod. VIII.
tus, & Novum, cum Praefatione, auctore S. Hieronymo &c. ut in Codice III. huius Plutei. In hoc tamen Libri Eſdrae ita ſunt diſpoſiti, ut ſecundus in Codice, tertius ſit in edit. & quidem ad ipſius calcem reiectus: poſt vero ſecundum ſequatur Nehemias, cui titulus eſt: *Verba Ieremiae* (ſic) *filii Helchye*, & in cuius calce legitur: *Explicit Eſdra*. In Epiſt. I. Ioannis verſ. 7. habetur locus controverſus. Tandem in fine deſideratur interpretatio nominum Hebraicorum.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIV. Conſtat foliis ſcriptis 313.

BIBLIA.

VNiverſa Biblia cum Praefatione, auctore Cod. IX.
S. Hieronymo &c. ut in Codice III. huius Plutei. Ad calcem Interpretationum nominum Hebraicorum legitur haec nota: *Iſte liber eſt Monaſterii Sancti Auguſtini de Reſſano, quod vulgariter dicitur Nicoſia de Calcinum. III.* Tum in ultimo folio deſcripta ſunt initia & fines Epiſtolarum & Evangeliorum, quae per totum Adventum leguntur in Miſſa.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. Conſtat foliis ſcriptis 482.

BIBLIA.

VNiverſa Biblia alio ordine atque in im- Cod. X.
preſſis; nimirum in Veteri Teſtamento Octateuchus, Regum Libri IV. quatuor Prophetae Maiores, duodecim Minores, Iob, Pſalterium, Proverbia, Eccleſiaſtes, Canticum Can-

Canticorum, Sapientia, Eccleſiaſticus, Paralipomenon duo, Eſdrae I. & II. qui inſcr. *Verba Neemiae filii Helchiae*, Tobias, Iudith, Eſther, & Maccabaeorum duo. In novo Teſtamento idem Librorum ordo eſt atque in Codice I. huius Plutei, iiſdemque ſunt prolegomenis, ac prologis inſtructi. Praecedit autem in principio Praefatio S. Hieronymi; necnon omnibus ferme Libris Prologi, multis etiam Capitum tabulae, ut in dicto Cod. I. Poſt finem Exodi occurrit *Ratio Paſchae uſque ad DXXXII. annos, & poſtea ſine aliqua difficultate ad caput revertitur*, in quinque tabulas diviſa. In principio Tabulae ſecundae notatur annus MCCLII. Indict. X. auctore Anonymo. Liber Pſalmorum imperfectus eſt; deſinit enim in Pſalm. CXLVI. verſ. 8. In fine Eccleſiaſtici legitur Salomonis Oratio, ut in dicto Cod. I. In fine Eſther adnotatum eſt: *Explicit Liber Eſther verſus DCCCC.* quod deinde correctum fuit in *DCC.*

Praecedit Evangelium Matthaei Monitus, quo quis docetur, qui libri ſacri legantur certis anni diebus, & quem ita, ut in Codice legitur, & cum iiſdem mendis proferimus. Verſus ſcripti ſunt atramento, & rubrica alternatim.

Incipiunt pronuntiationes librorum quomodo legitur per totum circulum anni. Dominic. de Adventu ponitur Iſaias uſque ad Nativitatem Domini. Ab Octava Epiphaniae legatur Epiſtolas Paulli uſque in Septuageſima. Dominic. in Sexageſima legatur Eptaticum, quod eſt In principio creavit Deus, & cetera, & alii quinque libros Moyſi, & Ioſue, & Iudicum, uſque in ſabbato ante paſſionem Domini. In Paſſione ponitur Ieremias Propheta cum lamentationibus ſuis uſque in Paſcha. Ab Octava Paſchae uſque dum canitur Iſtoria Dignus es Domine legantur libri Apoc. Iohannis Apoſtoli. Poſtea legatur VII. Epiſtolae Canonicae uſque dum canitur hiſtoria Si oblitus. In die Aſcenſionis Domini legatur Actuum Apoſtolorum uſque VIII. Pentecoſten. Ab octavo Pentecoſten ponitur quatuor libros Regum & Paralipomenon uſque in Kal. Auguſti, quo cantatur hiſtoria Dominus omnium. Kal. Auguſti ponitur Sapientia Salomonis uſque in Kal. Septembris, quo cantatur hiſtoria In principio. A Kal. Septembris ponitur Lib. Iob, uſque ad medium menſem, dum canitur hiſtoria Si bona ſuſcepimus. Ad medium menſem Septemb. ponitur Tobis, & Iudith, & Eſter, & canatur hiſtoria Peto Domine. Deinde a Kal. Octobris uſque ad Kal. Novembris legatur liber Machabeorum primi & ſecundi, & canitur hiſtoria Adaperias Dominus. A Kal. Novembris uſque dum canitur hiſtoria Vidi Dominum &c. legatur Iezechiel & Daniel, & duodecim minores prophetas, & dum pervenitur ad Adventum Domini. Amen.

In Prologo Evangelii ſecundum Ioannem pag. 367. legitur: *Tam extraneus a dolore mortis, quam a corruptione carnis invenitur alienus &c.* In margine vero ad hunc ipſum locum adnotata ſunt iſta: *qui etſi poſt omnes Evangelium ſcripſiſſe dicitur, tamen diſpoſitione canonis ordinati, poſt Matthaeum ponitur: quoniam quae in Deo noviſſima ſunt, non velut extrema & abiecta numero, ſed plenitudinis opere perfecta ſunt: & hoc virgini debebatur:* quae quidem adnotatio marginalis in Ioannis Lamii Libro *de Eruditione Apoſtolorum* per errorem Codici primo huius Plutei adiudicata eſt.

Hic Codex novi Teſtamenti correctus eſt pluribus in locis, & videtur interdum ad Archetypum Graecum exactus. Quaedam omiſſa fuerant, quae alia manu addita ſunt, ut ex. gr. in Matthaeo: *Sed quid exiſtis videre? prophetam &c.* alia manu poſt *videre* additum eſt in margine: *Hominem mollibus veſtitum? Ecce qui mollibus veſtiuntur, in domibus regum ſunt. Sed quid exiſtis videre &c.* Sunt prope infinitae variantes lectiones, & loca, quibus hic Codex a vulgata diſcrepat; & quicumque eum corrigere adgreſſus eſt, vel eraſit priora verba, vel tranſverſa linea notavit, & eorum loco verba & lectiones alias repoſuit. Ex. gr. *Et tu Capharnaum numquid uſque in caelum exaltaberis? uſque in infernum deſcendes. Quia ſi Sodomis factae fuiſſent &c.* Correctiones ita habent . . . . . *uſque in infernum deſcendens. Quia ſi in Sidoniis &c.*

In Epiſtolis haec obiter obſervavimus. Epiſtolae Iacobi & Iudae ita incipiunt:

Incipit Epiſtola Sancti Iacobi. Iacobus Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti ſervus duodecim tribubus, quae ſunt in diſperſione ſalutem &c.

Incipit Epiſtola Iudae Apoſtoli. Iudas Ieſu Chriſti ſervus, frater autem Iacobi his qui in Deo Patre dilectis, & in Chriſto Ieſu conſervatis, & vocatis, miſericordia vobis & pax & caritas adimpleatur.

Ad Epiſtolam I. S. Ioannis ſic legebatur: *Quoniam tres ſunt, qui teſtimonium dant in terra, ſpiritus, aqua, & ſanguis, & tres unum ſunt. Sicut tres ſunt, qui teſtimonium dant in caelo, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus, & tres unum ſunt.* Quae verba ſic emendata leguntur: *Quoniam tres ſunt qui teſtimonium dant, ſpiritus, aqua, & ſanguis, & tres unum ſunt. Et tres teſtimonium perhibent de caelo, Pater, Verbum, & Spiritus, & tres unum ſunt.*

Ad Cap. I. Epiſt. I. Paulli Apoſtoli ad Corinthios legitur: *Gratias ago Deo meo, quod neminem veſtrum baptizavi, niſi Criſpum, & Gaium, nequis dicat quod in nomine PAVLLI baptizati eſtis*: ubi notandum eſt, illud PAVLLI lituris corroſum, eiuſque loco MEO ſcriptum poſteriori manu legi.

Codex membranac. Ms. in fol. maximo, Saec. XII. binis columnis exaratus, cum titulis librorum characteris vere quadrati, cuius poſtrema tria folia manu paullo recentiori ſuppleta ſunt. Conſtat foliis ſcriptis 427.

BI-

Digitized by Google

B I B L I A.

Cod. XI. VNiverſa Biblia cum Praefatione, auctore S. Hieronymo, & cum notulis ad marginem locorum in divina ſcriptura ſibi reſpondentium. Librorum ordo idem eſt atque in vulgata uſque ad Eſther incluſive, tum ſequuntur Maccabaeorum duo, Prophetae Maiores quatuor, duodecim Minores, Iob, Pſalterium, Proverbia, Eccleſiaſtes, Cantica Canticorum, Sapientia, Eccleſiaſticus, in quo deſinit Teſtamentum vetus. In novo vero Epiſtolae Paullinae praecedunt Actus Apoſtolorum. In principio occurrit Explicatio omnium figurarum, ſeu troporum per alphabetum digeſta, auctore Anonymo, quae quidem Explicatio in littera O praetermittitur, & poſtea completur in pagina ante Geneſis initium appoſita. Poſt Geneſis Praefationes ſequitur pag. 5. *b.* Arbor genealogica ab Adam uſque ad Ieſum Chriſtum, cum expoſitione, in qua habetur veluti compendium quoddam hiſtoricum totius veteris Teſtamenti. Hanc ſequitur pag. 11. alia Arbor genealogica S. Annae matris B. Mariae Virginis; ac tandem pag. ead. *b.* Allegoria cuiuſdam Candelabri, effícti ad formam Candelabri veteris Legis, omnia auctoris Anonymi. Eſdrae habentur heic Libri III. quorum ſecundus inſcr. *Verba Neemiae filii Echlige* (ſic), & clauditur verbis: *Explicit Liber primus. Incipit ſecundus*, ille nimirum, qui eſt tertius in vulgata, & ad calcem reiectus: in fine cuius legitur: *Explicit Liber ſecundus Eſdrae*. Ante Praefationem Hieronymi in Iobum legitur titulus: *Incipit tertius ordo Hagiographorum, quorum primus liber Iob*. Pſalterium eſt duplex, quum enim Codex binis columnis ſit exaratus, prima exhibet Pſalmos iuxta *Hebraicam veritatem* (in ſummo enim margine legitur *Hebraica veritas*) altera iuxta *vulgatam editionem*. In fine vero clauditur pſalmo illo, cuius initium, *Puſillus eram &c.* qui, ut in titulo dicitur, *in Hebraeis Codicibus non habetur, ſed nec a LXX. Interpretibus editus eſt, & idcirco repudiandus*. Inter varios prologos in Pſalterium habetur etiam Praefatio Damaſi verſibus hexametris. Eccleſiaſticum claudit Oratio Salomonis, ut in Cod. I. huius Plutei. In principio novi Teſtamenti ſunt Tabulae Canonum Eccleſiaſticorum. Evangelia praecedunt Prologi, & Canones Euſebii. Epiſtolis Paullinis praeter alias praefationes praecurrunt etiam Damaſi verſus hexametri in laudem Paulli. Prologus in Epiſtolas Catholicas Hieronymo minime tribuitur. In fine Codicis ſcriptum eſt: *Liber Petri de Medicis Coſ. fil.*

Codex membranac. Ms. in fol. minori Saec. XIV. auro, minio, ac figuris in librorum initialibus litteris miro artificio depictis ornatus. Conſtat foliis ſcriptis 414.

B I B L I A.

Biblia imperfecta cum Praefatione & Prologis in principio, ut in aliis Codicibus. Quae in hoc continentur ſunt, Pentateuchus, Ioſue, Iudices, Ruth, Regum Libri quatuor, Proverbia, Eccleſiaſtes, Cantica Canticorum, Sapientia, & Eccleſiaſticus cum Oratione Salomonis in fine, ut in Codice I. Clauditur vero Volumen hoc D. Hieronymi Prologo in Paralipomena ad Cromatium. In fine Libri quarti Regum, pag. nimirum 188, quaedam pauca ſubiunguntur, quae in edit. non ſunt. Cod. XII.

Codex membranaceus Ms. in fol. maximo Saec. XIII. vere inſignis cum titulis librorum unciali charactere exaratis. Conſtat fol. ſcriptis 234.

B I B L I A.

Biblia imperfecta cum Praefationibus & Prologis, ut in aliis Codicibus. Libri ſunt Pentateuchus, Ioſue, Iudices, Ruth, Regum Libri IV., quatuor Prophetae Maiores, duodecim Minores, & Iob. Cod. XIII.

Codex membranaceus Ms. in fol. maximo Saec. XIII. charactere rotundo, & cum titulis Librorum vere quadratis. Conſtat foliis ſcriptis 291.

B I B L I A.

Biblia imperfecta cum Praefationibus & prologis, ut in aliis Codicibus. Continet autem Volumen hoc Pentateuchum, Ioſue, Iudices, Ruth, Regum Libros IV. & Paralipomenon duos. Cod. XIV.

Codex membranaceus Ms. in fol. maximo Saec. XIII. a folio 204. uſque ad finem recentiori & elegantiſſima manu ſuppletus. Conſtat foliis ſcriptis 223.

B I B L I A.

Bibliorum Tomus I. continens Pentateuchum, Ioſue, Iudices, Ruth, Regum Libros quatuor, Paralipomenon duos, Eſdrae tres, cum Praefationibus, praeter primam in Pentateuchum, quum abſolute incipiat Volumen a Libro Geneſeos. Ad calcem ſecundi Paralipomenon ſubiicitur Oratio Manaſſis Regis Iuda, quum captus teneretur in Babylone. Inc. *Domine Deus Omnipotens patrum noſtrorum &c.* Deſ. *quoniam te laudat omnis virtus caelorum, & tibi gloria in ſaecula ſaeculorum. Amen*. Eſdrae vero Libri ſunt primus & ſecundus, qui in Codice inſcr. *Liber Neemiae*; & tertius, qui in vulgata reiicitur ad calcem, & in Cod. inſcrib. *Liber Eſdrae ſecundus*. Clauditur Volumen hoc Hieronymi prologo in Tobiam, unde incipit Tomus Bibliorum ſecundus, quem exhibet ſequens Codex. Cod. XV.

Co-

Codex membranac. Ms. in fol. maximo Saeculi XV. binis columnis exaratus, & in prima pagina picturis exornatus, librorum vero titulis carens, ſpatio vacuo tum ad illos, tum ad initiales Capitum litteras depingendas relicto; quod quidem illuminator munus inceptum, vel morte, vel alio caſu prohibitus minime potuit ad finem perducere. Conſtat foliis ſcriptis 278.

TOBIA ET QVIDAM ALII LIBRI VETERIS TESTAMENTI.

Cod. XVI. Bibliorum Tomus II. continens Tobiam, Iudith, Eſther, Iob, Pſalterium, Proverbia, Eccleſiaſten, Canticum Canticorum, Sapientiam, Eccleſiaſticum, quatuor Prophetas Maiores, duodecim Minores, & Maccabaeorum duos cum prologis in libros ſingulos, ut in aliis Codicibus. Eſther tamen non eſt integer, deſinit enim in Capite XI. Ad calcem Eccleſiaſtici, Salomonis Oratio legitur, ut in aliis innuimus exemplaribus.

Codex membranaceus Ms. in fol. maximo Saec. XV. eiuſdemque ſcriptoris elegantiſſima manu exaratus, ac ſuperior, itidemque aureis quandoque initialibus Capitum litteris inſtructus: tituli vero librorum deſiderantur, ſpatio ad illos depingendos relicto. Conſtat foliis ſcriptis 307.

PSALTERIVM DAVID.

Cod. XVII. Bibliorum Tomus III. continens novum Teſtamentum. In principio tamen repetitum eſt totum Pſalterium, quod in ſecundo Tomo habebatur, & quidem duabus elegantiſſimis iconibus praemiſſis, quarum prima exhibet Davidem genibus poſitis, manibuſque elevatis ad Deum preces fundentem, in proſpectu vero Solymorum urbem cum hoſtium caſtris circa ipſam poſitis, nec non ipſius Prophetae cum Goliath congreſſum, & unctionem in Regem: altera item Davidem in ſolio ſedentem, citharamque pulſantem, tum ſuperius Hebraeorum cum Phiſthiim pugnam, praeter alia numiſmata, quibus undequaque margines ſunt exornati. In calce vero Pſalterii item repetitae ſunt Praefationes duae in tres Salomonis Libros, Proverbia ſcilicet, Eccleſiaſten, & Canticum Canticorum, quae & in ſuperiore volumine occurrebant. Libri novi Teſtamenti ſunt Evangelia, Epiſtolae Paullinae, Acta Apoſtolorum, Epiſtolae Catholicae, & Apocalypſis, omnia prologis inſtructa.

Codex membranaceus Ms. in fol. maximo Saec. XV. eiuſdem manus ac duo ſuperiores. Conſtat foliis ſcriptis 192. Vid. Blanchin. Evang. Quadrupl. Part. II. Vol. II. pag. 597.

BIBLIA.

Cod. XVIII. Biblia imperfecta, ſcilicet Pentateuchus, Ioſue, Iudices, Ruth, Regum Libri quatuor, Paralipomenon Liber primus tantum, idemque mutilus in fine, Proverbia, Eccleſiaſtes, Canticum Canticorum, Sapientia, & Eccleſiaſticus item in fine mutilus. Praecedit autem libris ferme omnibus prologus, ut in aliis Codicibus, excepta Hieronymi ad Paullinum Epiſtola de omnibus divinae hiſtoriae libris, quae inc. *Frater Ambroſius &c.* quae in hoc deſideratur. Poſtrema verba Paralipomenon primi ſunt: *conſortare, & perfice. Dedit autem* . . . . . quae pertinent ad Cap. XXVIII. verſ. 11. mutilatio enim Codicis occurrit inter pag. 143. & 144. Eccleſiaſticus vero deſinit in illis, *ambulavit pes meus iter rectum* (Cap. LI. verſ. 20.) adpoſita epigraphe; *Explicit Liber Ieſu filii Syrac*.

Codex membranaceus Ms. in fol. maximo, Saec. XIII. Conſtat foliis ſcriptis 176.

BIBLIA.

Cod. XIX. Biblia imperfecta, ſcilicet Pentateuchus, Ioſue, Iudices, Ruth, Regum libri quatuor, Prophetae Maiores quatuor, duodecim Minores, & Pſalterium, cum praefationibus & prologis, ut in aliis exemplaribus ſuperioribus. Ob defectum Codicis inter paginam 76. & 77. deſideratur finis Libri Deuteronomii, & initium praefationis in Librum Ioſue. Ille deſinit in verbis, *& unus contra alterum rixari coeperit, volenſque* . . . . (Cap. XXV. verſ. 11.) haec autem incipit a verbis . . . . *quod requirant: maxime quum & apud Latinos tot ſint exemplaria &c.*

Codex membranaceus Ms. in fol. maximo Saec. XIII. optime ſervatus, cum titulis librorum litteris capitalibus exaratis. Conſtat foliis ſcriptis 244.

BIBLIA.

Cod. XX. *Vetus Teſtamentum ſecundum LXX. Latine redditum, & ex auctoritate Sixti V. Pont. Max. editum. Additus eſt Index dictionum & loquutionum Hebraicarum, Graecarum, Latinarum, quarum obſervatio viſa eſt non inutilis futura. Romae in aedibus Populi Romani M. D. LXXXVIII. apud Georgium Ferrarium.*

Praecurrit Epiſtola inſcripta = Sixto Quinto Pont. Max. Antonius Caraſa Cardinalis ſanctae Sedis Apoſtolicae Bibliothecarius. = Inc. *Superiore anno ſacroſancta LXX. Interpretum Graeca Biblia ad vetuſtiſſimorum, probatiſſimorumque Codicum fidem ab eruditiſſimis viris ad id munus delectis accurate recognita iuſſu S. V. in lucem prodierunt. Eadem nunc iiſdem (quantum fieri potuit) verbis, quibus uſi ſunt Latini Patres auctoritate S. V. Latine reddita, & Flaminii Nobilii viri utriuſque linguae peritia,*

Digitized by Google

tia, multiplicique eruditione excellentis notationibus illuſtrata ſub feliciſſimo eiuſdem S. V. nomine emittuntur; eo videlicet conſilio, ut perpetuo teſtatum ſit, cuius providentia utraque interpretatio Graecis aeque ac Latinis prompta tandem fuerit, & cuius beneficio ſacrarum litterarum ſtudioſi tanto bono perfruantur &c. Sequitur deinde Praefatio ad Lectorem, & Sixti Papae V. Bulla *dat. Romae apud S. Marcum ſub annulo Piſcatoris, die XXVI. Februarii, Pontificatus noſtri anno tertio.* Vid. quid de hac editione ſentiat Le Long. in B. V. & N. T. Tom. I. pag. 229. ſeq.

Codex chart. impr. in fol. maximo nitidiſſimus, & optime ſervatus. Conſtat paginis 1411. non computato Indice dictionum, & loquutionum Hebraicarum Graecarum, Latinarum, quarum obſervatio viſa eſt non inutilis futura.

PLVTEVS XVI.

QVI CONTINET LATINOS CODD. MSS. XXXIX. EDITOS III.

C O D E X I.

D. B E R N A R D I V A R I A.

PRaecedit index Operum in hoc Volumine contentorum, aureis, & caeruleis litteris alternatim exaratus, pulcherrimaque pictura incluſus; nec ſimili etiam ornamento caret altera Codicis pagina, in qua initium Operum incidit; Mediceae enim gentis ſtemmata, & emblemata miro artificio exhibet elaborata. Opera vero iſta ſunt.

I. pag. 2. S. Bernardi Abbatis de conſideratione ad Eugenium Papam Libri quinque cum Prologo, ut in Cod. XI. Plut. XIV. § I. in quo erat etiam Epiſtola ad Eugenium, quae in hoc deſideratur.

II. pag. 41. Eiuſdem de gratia & libero arbitrio. Inc. *Loquente me coram.* Deſ. *hos & magnificavit.* Tom. II. a p. 610. ad p. 630. In Codice deeſt prologus ad Guillelmum Abbatem S. Theoderici.

III. pag. 59. Eiuſdem Liber de diligendo Deo, ut in Cod. XVIII. Plut. XIV. §. XIX.

IV. p. 74. *b.* Eiuſdem de duodecim gradibus humilitatis, & ſuperbiae Liber, cui praecedunt Retractatio, & Prologus, ut in dicto Cod. XVIII. §. XXXVII.

V. pag. 94. *b.* Eiuſdem de laudibus Virginis Mariae Homiliae quatuor, cum Praefatione in principio, & Excuſatione in fine. Praefatio inc. *Scribere me aliquid.* Deſ. *ſi proprie ſatisfacio devotioni.* Homilia I. inc. *Miſſus eſt Angelus Gabriel a Deo &c. Quid ſibi voluit Evangeliſta tot propria nomina rerum.* Deſ. *& dignationi honor, & gloria in ſaecula &c.* II. pag. 98. inc. *Novum quidem canticum illud.* Deſ. *in his quae ſequuntur diſputando.* III. pag. 104. inc. *Libenter mihi, ubi congruere video.* Deſ. *una in Deitate ſubſtantia, in qua unus cum eis Spiritus Sanctus vivit &c.* IV. denique pag. 109. *b.* inc. *Non eſt dubium quicquid in laudibus matris.* Deſ. *ſed ſpecialiter fiat mihi ſecundum verbum tuum.* Subditur deinde brevis Excuſatio, ut in editione, ubi habentur haec omnia Tom. III. a pag. 739. ad pag. 761.

VI. pag. 115. Eiuſdem de praecepto, & diſpenſatione Liber cum Prologo ad Abbatem Columbenſem, qui inc. *Reſcriptum meum.* Deſ. *congruentius videatur.* Liber inc. *Qua mente iam tacebo.* Deſ. *& ſtudui ſatisfacere voluntati.* Tom. II. a pag. 505. ad pag. 530.

VII. pag. 135. Eiuſdem de interiore homine. Inc. *Multi multa ſciunt.* Deſ. *in quo ſponſum cum ſponſa proſpicies unum eundemque Dominum gloriae I. C. &c.* Tom. V. a pag. 332. ad pag. 349. atque ibi titulum hunc praefefert: *Meditationes piiſſimae de cognitione humanae conditionis.*

VIII. pag. 149. Eiuſdem Liber de amore Dei in Capita XXV. diſtributus. Inc. *Venite, adſcendamus ad montem.* Deſ. *& noviſſimi primi.* Ibid. a pag. 246. ad pag. 256. ubi inſcribitur: *Guillelmi Abbatis S. Theoderici prope Remos, poſtea Monachi Signiacenſis tractatus de contemplando Deo*, cum Prooemio, quod in Codice deſideratur.

IX. pag. 174. Eiuſdem Apologia ad venerabilem Patrem Guillelmum S. Theoderici Abbatem. Inc. *Vſque modo ſiqua me ſcriptitare iuſſiſtis.* Deſ. *omnino precor & ſupplico.*

Digitized by Google

co. Tom. II. a pag. 531. ad pag. 546.

X. pag. 185. *b*. Eiuſdem Libellus de planctu S. Mariae in morte, ſive paſſione Chriſti. Inc. *Quis dabit capiti meo aquas*. Deſ. *tu ſis benedicta in aeternum, & ultra cum Ieſu Filio tuo, qui cum Deo &c.* Perperam S. Bernardo tribuitur. Exſtat in Cod. Bibl. Regiae Taur. ut ex Catalogo apparet p. 229.

XI. pag. 191. *b*. Eiuſdem Sermo de miſericordia humana. Inc. *Homo, qui ex anima rationali*. Deſ. *quam tu temetipſum*. Tom. V. a pag. 772. ad pag. 775. inter ſupp.

XII. pag. 194. Eiuſdem de laudibus Novae Militiae ad Milites Templi, praevia tabula, & Prologo ad Hugonem Militem Chriſti, & Magiſtrum Militiae Chriſti, qui inc. *Semel, & ſecundo*. Deſ. *non defui voluntati*. Liber vero inc. *Novum Militiae genus*. Deſ. *& digitos veſtros ad bellum*. Tom, II. a pag. 549. ad pag. 564.

XIII. pag. 206. Eiuſdem Sermo de Evangelio in craſtino Paſchae *Ibant duo ex diſcipulis Ieſu &c.* Praecedit Prologus, cuius initium: *Convertere anima mea &c.* Sermo vero poſt Evangelii verba inc. *Conſiderata lectionis huius mira ſuavitas*. Deſ. *dicentes: tibi Domine poteſtas, & imperium, tibi honor, & gloria, te laudet omnis ſpiritus &c.* Tom. V. a pag. 670. ad pag. 681. inter ſupp.

XIV. pag. 217. *b*. Eiuſdem Speculum. Inc. *Si quis emendatioris vitae deſiderio tactus*. Deſ. *& vox menti unanimiter concordet*. Ibid. pag. 816. & 817. ubi Arnulfo Monacho de Boeriis tribuitur ex auctoritate R. P. Tiſſier in Biblioth. PP. Ciſtercienſ. Tom. VI. Notandum tamen eſt, multo longius eſſe in Codice, quam in editione Opuſculum iſtud; poſt enim verba *& ei amplior datur gratia de vitandis* (1), in quibus editio deſinit, ita proſequitur in Codice: *Omnia enim in vera Confeſſione peccata lavantur. Mediocritatem in cantu conſervet, ut gravitatem redoleat, & devotionem teneat: pſalmodiam non nimis protrahat, ſed rotunde, & viva voce cantet: medium & finem verſus ſimul cum aliis dimittat; punctum non teneat, ſed condimittat, poſt metrum bonam pauſam faciat, ante alios incipere, & currere non praeſumat, aut poſt alios non nimium trahat, vel punctum teneat; ſimul cantet, & ſimul pauſet ſemper auſcultando. Quicumque incipit antiphonam, aut pſalmum, aut hymnum, aut reſponſorium, aut alleluia, unam aut duas partes ſolus tractis* (ſic) *dicat aliis tacentibus, & ab eo loco, quo ille dimittit, alii incipiant, non repetentes, quod ille dixit: ſimiliter teneatur, dum Cantor reincipit antiphonam, alleluia, & reſponſorium hoc utique ſervatur, non alter redicat, quod iam dictum eſt, & reſponſoria cantantur, in clauſulis aliquantulum expectetur: maxime tamen in diebus feſtivis, audito ſigno, mox ſine mora ad opus divinum feſtinet, nihil operi Dei praeponens, ibidem ita pſallens & legens, ut mens eius voci ſuae, & vox menti unanimiter concordet*.

XV. pag. 219. *b*. Eiuſdem Bellum inter Ieruſalem, & Babylonem. Inc. *Inter Ieruſalem, & Babyloniam ordinatae ſunt acies*. Deſ. *celebrant ſabbatum ſabbatorum*. Eſt parabola tertia, cui titulus *de pugna ſpirituali*. Tom. III. a pag. 1256. ad pag. 1258.

XVI. pag. 220. Eiuſdem aliud Bellum, quomodo eripitur anima a vitiis. Inc. *Rex dives, & potens*. Deſ. *& perfectus in regno charitatis*. Eſt parabola prima *de pugna ſpirituali*. Ibid. a pag. 1251. a pag. 1253.

XVII. pag. 223. *b*. Eiuſdem aliud Bellum de perfectione ſervorum Dei. Inc. *Peccantes primo excipit negligentia ſui, deinde curioſitas rerum exteriorum*. Deſ. *& haec eſt perfectio ſervorum Dei*.

XVIII. pag. 224. Eiuſdem pugna inter regnum Chriſti, & Diaboli. Inc. *Inter Ieruſalem, & Babylonem nulla pax eſt, ſed guerra continua*. Deſ. *& a dextris charitatis decem millia amen*. Eſt parabola ſecunda *de pugna ſpirituali*. Ibid. a pag. 1254. ad pag. 1256.

XIX. pag. 227. Eiuſdem Sermo in Paraſceve de admirandis beneficiis humanae redemptionis. Inc. *Ieſum Nazarenum a Iudaeis innocenter condemnatum*. Deſ. *Deum deorum in Sion: ſit tibi inclyte Ieſu &c.* Tom. V. a pag. 662. ad pag. 669. inter ſupp.

XX. pag. 234. Eiuſdem de interiori domo aedificanda. Inc. *Domus haec, in qua habitamus*. Deſ. *quam terreſtrium occupatione*. Male Bernardo adſcribitur hic Liber: legitur tamen inter Opera eiuſdem Tom. V. a pag. 348. ad pag. 381. & a quodam Ciſtercienſi Monacho S. Bernardi ſynchrono exaratus creditur.

XXI. pag. 263. *b*. Eiuſdem de quatuor gradibus adſcendentibus in vitam contemplativam, & poſtea in gloriam, cum Prologo ad Gervaſium, cuius initium: *Amare te frater*. Finis: *inſerens in olivam*. Tractatus inc. *Quum die quadam corporali manuum labore occupatus*. Deſ. *& qui audit, dicat veni amen*. Habes inter Auguſtini Opera ſuppoſita Tom. VI. pag. 163. ubi notandum quod Tractatus diverſe deſinit in Codice, quia poſt verba: *pacem in idipſum*, in quibus abſolvitur in editione, in Codice ſubſequuntur illa: *Tu ergo, frater mi Gervaſi &c.* uſque ad alia, *& qui audit dicat veni amen*, quae ad Prologum pertinent.

XXII. pag. 270. *b*. Eiuſdem Tractatus de contemplatione Ieſu Chriſti. Inc. *Quam vehementi amore amplexaſti me, o bone Ieſu*. Deſ. *quod mihi donare & largiri digneris, Chriſte dulciſſime, vita mea. qui vivis &c.* Habetur & in Cod. LXXXV. Biblioth. Venetae Part. II. pag. 60.

XXIII. pag. 276. *b*. Eiuſdem de nundinis animae, & quinque regionibus. Inc. *Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam, & ait*

(1) Quemadmodum in hiſce poſtremis verbis, ita & in toto Opuſculo magna lectionis varietas inter editum & manuſcriptum Exemplar intercedit.

Digitized by Google

& ait ſervis ſuis; negotiamini, dum venio. Secure negotiabor Domino &c. Deſ. *pro nobis hodie ſupplicare dignetur, qui eſt benedictus in ſaecula amen.* Diverſus penitus Sermo ab illo Cod. XVIII. Plut. XIV. §. XXIII.

XXIV. pag. 279. Eiuſdem Sermo de octo beatitudinibus per modum dialogi, & correſpondet ſuperiori proximo Sermoni. Inc. *Simile eſt regnum caelorum Monacho negotiatori, qui audiens proximarum nundinarum opinionem.* Deſ. *ubi tantam habuit copiam, & facultatem lucrandi.*

XXV. p. 280. *b.* Eiuſdem de Maccabaeis Epiſtola, ſed ad quem ſcripta ſit ignoratur. Inc. *Quod per Fratrem Heſcelinum tua charitas a mea parvitate quaeſivis.* Deſ. *commendat, & vita.* Eſt Epiſt. XCVIII.

XXVI. p. 283. Eiuſdem Sermo de ſancta humilitate. Inc. *Audiſtis, fratres chariſſimi, modo in regula lectionum de humilitate, cui ego, quoties legitur, toto animo vos intentos eſſe deſidero.* Deſ. *memorabuntur ſolius, qui vivis &c.* Eſt Sermo XXVI. de Diverſis Tom. III. a p. 1143. ad pag. 1145. ſub titulo *De voluntate noſtra Divinae voluntati ſubiiciendo*; lectio tamen Codicis valde differt ab edita.

XXVII. pag. 284. *b.* Eiuſdem Epiſtola ad Canonicos Lugdunenſes de Conceptione B. Virginis Mariae. Inc. *Inter Eccleſias Galliae.* Deſ. *emendare.* Ep. CLXXIV.

XXVIII. pag. 287. Eiuſdem Homilia ſuper: *Quum factus eſſet Ieſus annorum XII.* Inc. *Petis a me, chariſſime, quatenus ex lectione Evangelica, qua duodennis pueri Ieſu pia geſta narrantur.* Deſ. *qui plenus eſt virtute, & gratia, & ſapientia I. C. D. N. qui cum Patre &c.* Tom. V. a pag. 590. ad pag. 603. & inſcribitur: *Tractatus Aelredi Abb. Rievallis de Ieſu puero duodenni.*

XXIX. pag. 296. Eiuſdem de paſſione Domini in ſeptem horis Canonicis meditanda. Inc. *Septies in die laudem dixi tibi. Rogaſti me, ut aliquem modum contemplandi in paſſione monſtrem tibi.* Deſ. *& ſedebis iuxta eum ad monumentum eiuſdem D. N. I. C. qui vivit &c.*

XXX. pag. 302. *b.* Eiuſdem ad Fratres de Monte Dei de vita ſolitaria. Habes in Cod. XVIII. Plut. XIV. §. XX. ſupra pag. 122. ſed finis diverſus.

XXXI. pag. 333. Eiuſdem Speculum de honeſtate vitae. Inc. *Petis a me, fili, & frater, quod numquam, & nuſquam aliquem a ſuo proviſore &c.* Deſ. *& in aeternum non peribis.* Tom. V. a pag. 811. ad pag. 813. & inſcr. *Formula Honeſtae Vitae.*

XXXII. pag. 335. Eiuſdem octo puncta, mediantibus quibus pervenitur ad perfectionem vitae ſpiritualis. Inc. *Haec octo ſi bene excolueris.* Deſ. *te abducat ab eis.* Tom. V. a pag. 820. ad pag. 823.

XXXIII. pag. 337. *b.* Eiuſdem de caeleſti gloria, ad quam feſtinare debemus. Inc. *Feſtinemus ingredi illam ſanctam civitatem, in qua filius Virginis eſt Rex.* Deſ. *& quidam perpetuus, minimeque fucatus candor vitae aeternae.*

XXXIV. pag. 339. Eiuſdem Speculum Monachorum. Inc. *Fratres chariſſimi, locus iſte, in quo convenimus, locus ſanctus eſt.* Deſ. *& gaudere mereamini, praeſtante eodem Domino noſtro, qui cum Patre &c.*

XXXV. pag. 340. Eiuſdem laus de Domino Ieſu Chriſto. Inc. *Quam pulcher es Angelis tuis Domine Ieſu.* Deſ. *Domine, quis ſimilis tui.*

XXXVI. pag. ead. Eiuſdem admonitio, quam fecit moriens Monachis ſuis. Inc. *Conſilio alterius pluſquam meo credidi &c.* Sunt duo tantum verſiculi. Tum clauditur Codex hoc diſticho:

Hoc eſt neſcire, ſine Chriſto plurima ſcire.
Si Chriſtum bene ſcis, ſatis eſt, ſi cetera neſcis.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus. Conſtat foliis ſcriptis 340. In fine cuiuſcumque Opuſculi repetitur titulus, ac verba Graeca adſcribuntur.

D. BERNARDI EPISTOLAE.

Ac praeterea

Sermones aliquot.

I. pag. 1. IN primis quinque foliis huius nitidiſſimi Codicis occurrit accuratiſſimus Index Epiſtolarum CCLVIII. (1), & Sermonum XVII. Indicem ſequitur inſignis quaedam pictura, quae in circulo aureo exhibet Libri totius inſcriptionem, aureis item, ac caeruleis litteris exaratam. Tum a pagina ſeptima ſupra quam dici poteſt elegantiſſime depicta, & Mediceo ſtemmate inſignita incipiunt Epiſtolae; ac prima quidem eſt ad Fratres de Monte Dei de vita ſolitaria; & inc. *Bene impudenter, & pluſquam decebat &c.* Vltima eſt anepigrapha, & deſ. *veſtris conſpectibus conſolari.* Exſtant omnes inter editas Tom. I. exceptis nonnullis, quae alibi occurrunt; eaeque ſunt, *Cod. II.*

I. pag. 94. *b.* Epiſtola, quae inc. *Si tibi videor tardius reſpondiſſe &c.* & inſcrib. in Cod. *Ad magnum Hugonem de Sancto Victore*, occurrit inter Tractatus Tom. II. a p. 631. ad pag. 642.

II. pag. 109. *b.* Epiſtola anepigrapha, quae inc. *Quod me huius operi operam dare iubes &c.* occurrit cit. Tom. pag. 531. & eſt Praefationis loco in *Apologiam ad Guillelmum S. Theoderici Abbatem.*

III. pag. 178. Epiſtola inſcripta *ad Dominum Papam Innocentium* (ſic) *pro eodem* (intellige Petrum Abaelardum, de quo agunt Epp. ſuperiores) quae inc. *Oportet ad veſtrum referri Apoſtolatum &c.* occurrit inter Tracta-

(1) CCLXVIII. videntur eſſe ex enumeratione Indicis, ſed ſciendum penultimam Epiſtolam, ſeu Librum ad Hugonem Magiſtrum Militiae Templi, in Cod. in alias plures dividi.

Digitized by Google

ctus citat. Tom. 2 pag. 650. ad pag. 664.

IV. pag. 234. *b.* Epiſtola inſcripta *ad Dominum Hugonem Magiſtrum Militiae*, quae inc. *Semel, & ſecundo, & tertio, niſi fallor &c.* occurrit loc. cit. a pag. 549. ad pag. 564. & inſcribitur *Liber de laude novae militiae ad milites Templi*. In Codice tamen non integer habetur; deſinit enim in verbis: *porro gratia ex illa, ut dictum eſt*: quae in cit. edit. incidunt in pag. 561. verſ. 39. Interim notandum, quot Capita ſunt huiuſce Libri in editione, tot eſſe in Codice Epiſtolas diſtinctas. Vid. Tom. I. Monum. Vet. Martene, & Durande pag. 726.

Alia praeterea Epiſtola pag. 234. quae eſt ultima in Cod. & inc. *Anguſtiae, fateor, mihi ſunt undique, quoniam quem diligit anima mea &c.* Deſ. *anhelans, antequam moriar, veſtris conſpectibus conſolari*; non inventa eſt.

Tandem Epiſtola, quae in Cod. pag. 81. *b.* inc. *O ſi ita veſtrae viſum fuiſſet auctoritati &c.* in edit. inc. *Oportebat quidem, ſi ita veſtrae viſum fuiſſet &c.* & eſt num. L.

II. pag. 235. Incipiunt eiuſdem Sermones aliquot, & primo de Sancto Ioanne Baptiſta. Inc. *Hodie, dilectiſsimi, dies illuxit inſignis.* Deſ. *ad gloriam Redemptoris, qui eſt Deus benedictus in ſaecula ſaeculorum. Amen.* Inter eius ſuppoſit. Opera Tom. V. a pag. 688. ad pag. 695. Praeterea hic Sermo recenſetur inter Opera Petri Damiani, tribuiturque Nicolao Claraevallenſi in Biblioth. PP. Ciſterc. & in Cod. Ms. Sed huic obſtare videtur quod auctor num. 5. dicit, ſuo tempore ſolius Chriſti, & S. Ioannis Nativitatis feſtivitatem fuiſſe receptam; quum tamen ex S. Bernardi Abbatis Epiſtola LXXXVI. & CLXXIV. ad Canonicos Lugdunenſes conſtet, tunc temporis B. Mariae Nativitatem fuiſſe ſolemnem; immo ipſe Nicolaus pro ea Sermonem habeat; niſi forte quis dicat, illud de univerſali, & antiquiori more, ſeu ritu eſſe intelligendum.

III. pag. 241. *b.* In Feſto Apoſtolorum Petri & Paulli. Inc. *Hodierna dies, dilectiſsimi, clara eſt, & ſolemnis, univerſamque creaturam ſuo lumine ſanctificat.* Deſ. *& aperiri caeleſtium palatia manſionum.* Inter Homilias S. Petri Damiani num. XXVII. Tom. I. edit. Pariſ. ſeu Venetae anni MDCCXLIII.

IV. pag. 243. *b.* Sermo alius. Inc. *Dixit Simon Petrus ad Ieſum, Ecce nos reliquimus omnia. In huius Patris noſtri &c.* Deſ. *qui venit, ut vitam habeamus, Ieſus Chriſtus Dominus noſter &c.* Ibidem num. IX. & inſcribitur *Ad honorem & laudem S. Benedicti Abbatis.*

V. pag. 247. In feſto Sanctae Mariae Magdalenae. Inc. *Hodie miſericordia & veritas obviaverunt ſibi.* Deſ. *& placatum nobis reddat iudicem noſtrum, amicum ſuum, qui eſt Deus benedictus in ſaecula ſaeculorum. Amen.* Inter ſuppoſit. Bernardi Tom. V. a p. 734. ad pag. 739. Nicolao Claraevallenſi tributus. Legitur etiam inter Homilias S. Petri Damiani num. XXIX.

VI. pag. 250. *b.* In Feſto S. Petri ad Vincula. Inc. *Adoleſcentulae dilexerunt te nimis, Petrus Apoſtolus.* Deſ. *ut ad magiſtrum, Petri interceſſione, pervenire valeamus, qui eſt Deus benedictus &c.* Inter Homilias S. Petri Damiani num. XXVI.

VII. pag. 252. *b.* In Aſſumptione B. Mariae Virginis. Inc. *Hic totum decurrat ingenium.* Deſ. *quum potuerint revelari.* Ibid. num. XL.

VIII. pag. 256. In Nativitate B. Mariae Virginis. Inc. *De gaudiis properamus ad gaudia.* Deſ. *nihil negans honorat, qui eſt Deus benedictus &c.* Ibid. num. XLIV.

IX. pag. 259. In Exaltatione Sanctae Crucis. Inc. *De virga Ieſſe devenimus ad virgam Crucis.* Deſ. *& gloriare in Cruce Domini Dei tui, qui eſt benedictus &c.* Ibid. num. XLVII.

X. pag. 262. In Feſto Angelorum. Inc. *Circa rerum cardinem verſamur.* Deſ. *& videbimus illum in decore ſuo, qui eſt benedictus &c.* Ibid. num. LII. & inſcribitur *de Sancto Michaele Archangelo.*

XI. pag. 266. In Dedicatione Templi. Inc. *Poſt Crucem, poſt Virginem, poſt Angelos.* Deſ. *exſequar, quod incepi ad honorem illius, qui eſt benedictus &c.* Ibid. num. LXIX.

XII. pag. 269. In Feſto Omnium Sanctorum. Inc. *Hodie dies ſerenior arriſit nobis.* Deſ. *& perducant nos ad ſponſum Eccleſiae, qui eſt benedictus &c.* Ibid. num. LV.

XIII. pag. 271. *b.* In Feſto S. Martini Epiſcopi. Inc. *Nobilis ille Confeſſor, Sacerdotum gloria.* Deſ. *audiſtis me de illius patientia diſputantem, qui eſt benedictus &c.* Ibidem num. LVI.

XIV. pag. 276. In Feſto S. Andreae Apoſtoli. Inc. *Et quietum ſtudium, attentum ſilentium.* Deſ. *ſponſus Eccleſiae, filius Mariae, qui eſt Deus benedictus &c.* Ibid. num. LVII.

XV. pag. 279. *b.* In Feſto S. Nicolai Epiſcopi & Confeſſoris. Inc. *Nicolaus iſte meus, immo & veſter.* Deſ. *ſupplicare dignetur, qui eſt Deus benedictus &c.* Ibid. num. LIX. & Tom. V. Oper. S. Bernardi a pag. 730. ad p. 734. Nicolao Claraevallenſi tributus.

XVI. pag. 282. *b.* In Annuntiatione Beatae Virginis Mariae, vel in Adventu Domini. Inc. *Exſultate, fratres, in Domino.* Deſ. *ſponſa ad ſponſum, qui eſt Deus &c.* Ibidem num. XI.

XVII. pag. 286. In vigilia Nativitatis Domini. Inc. *Tandem de mari ad portum.* Deſ. *innocentibus brachiis amplectitur, qui eſt Deus &c.* Ibid. num. LX.

XVIII. pag. 290. *b.* In Nativitate Domini. Inc. *Non poterit explicari ſermone quod mente concepi.* Deſ. *qui natus eſt nobis, qui eſt Deus benedictus &c.* Ibid. num. XXV. & Tom. V. Operum S. Bernardi a pag. 574. ad p. 578. Nicolao Claraevallenſi tributus.

XIX. pag. 293. *b.* In Feſto Sancti Stephani Protomartyris. Inc. *Adhuc filium Virginis habemus.* Deſ. *ne ſtatuas illis aliquid ad peccatum, qui eſt Deus &c.* Ibid. num. XXVI. &

cit.

Digitized by Google

cit. Tom. S. Bernardi a pag. 587. ad p. 591. eidem Nicolao adſcriptus. In fine additur rubrica: *Sermones quidam beati Bernardi explicitunt*.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus, & ornatiſſimus. Conſtat foliis ſcriptis 296.

D. BERNARDVS DE CONSIDERATIONE.

Et alia eiuſdem, & aliorum Opera.

Cod. III. I. pag. 1. S. Bernardi Abbatis de Conſideratione ad Eugenium Papam III. Libri quinque, ut in Cod. XI. Plut. XIV. §. I. pag. 113. Sed heic deeſt Epiſtola ad ipſum Pontificem, quae in illo, Operi erat praemiſſa.

II. pag. 38. Eiuſdem de vulnerata charitate. Inc. *Vulnerata charitate ego ſum: urget charitas de charitate loqui*. Def. *in quarto reſuſcitatur*.

III. pag. 47. *b.* Eiuſdem Liber de amore Dei, ut in Cod. I. huius Plutei §. VIII. ſed heic multo brevior; deſinit enim in verbis: *& fidelis viri totus mundus divitiarum eſt*, quae ſunt poſtrema Capitis XVII.

IV. pag. 60. Eiuſdem ſtimulus amoris in Deum. Inc. *Quoniam in medio laqueorum ſumus*. Def. *& habebimus in nobis, quem cernere ſitis*. Inter Auguſtini Opera Tom. VI. pag. 131.

V. pag. 65. Eiuſdem de amore Dei. Inc. *Magna res eſt amor, quo anima per ſemetipſam &c.* Def. *non ceſſant mihi dicere, ut autem Deum meum*.

VI. pag. 66. *b.* Eiuſdem de excellentia, & utilitate orationis. Inc. *Dominus dicit in Evangelio, quoniam oportet ſemper orare &c.* Def. *& compendium faciam, orat & ipſe Dominus Ieſus Chriſtus, cui eſt honor &c.*

VII. pag. 67. Eiuſdem admonitio, quomodo ſe habeat Monachus in omni tempore. Inc. *Si quis inter vos emendatioris deſiderio vitae tactus &c.* Def. *immo ſic ſe exiſtimet, quaſi ſolus ipſe & Deus Pater*. Tom. V. pag. 816. & ſeq. ubi ſex circiter verſus longior in fine, & inſcribitur *Arnulſi Monachi de Boeriis ſpeculum Monachorum*.

VIII. pag. 68. *b.* Eiuſdem quomodo in pace vera obdormit anima, & requieſcit. Inc. *In pace in idipſum dormiam & requieſcam. Pax, inquam, illa, per quam, & in qua &c.* Def. *qui cum tanta fiducia pſallebat, in pace in idipſum dormiam & requieſcam*.

IX. pag. 70. *b.* Vita S. Bernardi, quam dedit cuidam Monacho ad bene religioſeque vivendum. Inc. *Si vis plene aſſequi, quod intendis, duo tibi ſunt neceſſario facienda*. Def. *ſin autem, roga Deum, ut tibi dimittat, qui eſt miſericors, & pius benedictus in ſaecula*.

X. pag. 71. *b.* Eiuſdem Sermo in diebus Quadrageſimae de peregrino, & mortuo, & crucifixo. Inc. *Obſecramus tamquam advenas, & peregrinos abſtinere vos a carnalibus deſideriis*. Def. *perveniat ad ſalutem*. Tom. III. a pag. 832. ad pag. 834.

XI. pag. 72. *b.* Eiuſdem Sermo in Coena Domini de Baptiſmo, & Sacramento Altaris, & ablutione pedum. Inc. *Iii ſunt dies, quos obſervare debemus*. Def. *quam nobis tam multipliciter neceſſariam eſſe ſentiamus*. Ibid. a p. 897. ad pag. 899.

XII. pag. 74. Eiuſdem Oratio utilis, & devota. Inc. *Transfige, dulciſſime Ieſu, medullas animae meae*. Def. *& cor meum amen*.

XIII. pag. 74. *b.* Eiuſdem in Converſione S. Paulli Apoſtoli, quod ad exemplum eius debemus converti. Inc. *Merito quidem, dilectiſſimi, Converſio Doctoris Gentium*. Def. *& humilitatem a Chriſto Domino &c.* Inter Sermones S. Bernardi de Sanctis num. 1. Tom. III. a pag. 961. ad pag. 964.

XIV. pag. 76. *b.* Eiuſdem Sermo in Annuntiatione Dominica in Sabbato tertio Quadrageſimae, de Adultera, & Suſanna, & Beata Maria. Inc. *Quam dives es in miſericordia*. Def. *& redemptio Ieſus Chriſtus*. Ibid. a pag. 985. ad pag. 988. & eſt tertius Sermo de Annunciatione Beatae Mariae.

XV. pag. 79. *b.* Eiuſdem in obitu reverendiſſimi Humberti ſui dilectiſſimi Monachi rubrica, ſive Sermo. Inc. *Humbertus famulus Domini mortuus eſt*. Def. *ad quem ipſe pervenit, qui eſt Deus benedictus in ſaecula*. Ibid. a pag. 1072. ad pag. 1075.

XVI. pag. 82. Eiuſdem de ſpirituali pugna Regni Chriſti, & Diaboli, ut in Cod. I. huius Pl. §. XVIII.

XVII. pag. 84. *b.* Eiuſdem de gradibus humilitatis Tractatus cum Prologo. Prologo vero etiam praemiſſum eſt quoddam veluti Monitum de titulo huius Operis, quod inc. *Titulus, qui de gradibus humilitatis inſcribitur &c.* Def. *obediat ſine mora*. Prologi initium eſt: *Rogaſti me, frater Godefride, &c.* Finis: *ſuperbire non poſſe*. Tractatus vero inc. *Loquuturus ergo de gradibus humilitatis*. Def. *in quaerendo viam humilitatis*. Tom. II. a p. 565. ad pag. 577. ubi tamen deeſt Monitum.

XVIII. pag. 90. Eiuſdem de gradibus ſuperbiae. Inc. *Primus itaque gradus ſuperbiae eſt curioſitas*. Def. *quam in noſtro Codice leges*. Ibid. a pag. 577. ad pag. 588. tamquam altera pars ſuperioris Tractatus.

XIX. p. 94. Eiuſdem Sermones varii in Pſalmum XC. *Qui habitat &c.* cum Praefatione, quae inc. *Conſidero laborem veſtrum, fratres*. Def. *& explanare tentemus*. Sermo primus inc. *Qui ſit divini inhabitator adiutorii*. Vltimus def. *ſalutare tuum, Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum &c.* Tom. III. a p. 834. ad pag. 885. ubi ſunt Sermones XVII.

XX. pag. 127. Eiuſdem opus quatuor Homiliarum ſuper illud Evangelium Lucae: *Miſſus eſt Angelus*; cum Praefatione in principio, & excuſatione in fine, ut in Cod. I. huius Plutei §. V. ubi inſcribitur *De laudibus Virginis Mariae Homiliae quatuor*.

XXI. pag. 142. *b.* Sermo Gaufredi Abbatis immediati ſucceſſoris S. Bernardi (1) in anniverſario S. Bernardi Abbatis de magnificentiis eiuſdem. Inc. *Quam dulcis hodie, dilectiſſimi, & devoti filii, paterna debet eſſe memoria.* Deſ. *gratiae largitorem, gloriae redditorem I. C. D. N. qui cum Patre &c.* Tom. VI. a pag. 1326. ad pag. 1336.

XXII. pag. 147. Sequentia in honorem S. Bernardi Abbatis. Inc.

Sacrum feſtum celebremus,
Corde, voce decantemus
Pro Bernardi gloria.

Deſ.

Nunc in caelis cum honore
Regem videt in decore
Chriſtum ſuum iugiter. Amen.

Non adparet in citata editione, ubi alia adferuntur carmina in honorem S. Bernardi.

Codex papyrac. Ms. in 4. maiori Saec. XV. cum notulis aliquot in margine. Conſtat foliis ſcriptis 147.

EXPOSITIO B. BERNARDI ABBATIS SVPER CANTICA.

Et Meditationes.

Cod. IV. HIc ornatiſſimus Codex primo titulum exhibet aureis caeruleiſque litteris exaratum, & elegantiſſimis picturis nobilitatum. Inde vero in prima pagina Mediceae Gentis emblemata, & ſtemmata in ſuperiori, & inferiori margine appoſita ſunt, adſcriptis litteris: LAVR. MED. Continet itaque

I. pag. 1. B. Bernardi Abbatis ſuper Cantica Canticorum Sermones LXXXVI. cum Prologo, ut in Cod. XVIII. Plut. XIV. §. I.

II. pag. 255. *b.* Eiuſdem Meditationes ſumme utiles omni homini, ſed maxime viro religioſo, in Capita L. diſtributae; ſingulis autem Capitibus tituli ſunt rubrica praefixi. Inc. *Multi multa ſciunt, & ſeipſos neſciunt.* Deſ. *unum eundemque Dominum gloriae, qui vivit & regnat per infinita ſaecula. Amen.* Exſtant Tom. V. a pag. 332. ad p. 349. ſub titulo: *Meditationes piiſſimae de cognitione humanae conditionis*, & quidem Capitibus paucioribus comprehenſae. Clauditur tandem Codex hac ſubſcriptione: *Expliciunt Meditationes Beati Bernardi Abbatis. Deo ſemper gratias. Anno ſalutis MCCCCLXXXXI. & die V. menſis Novembris hoc praeclarum opus ruri apud Florentiam abſolutum eſt: die autem Sabbati: hora vero diei XVIII. Laus, honor, imperium, & gloria ſit Omnipotenti Ieſu Chriſto, eiuſque almae Genitrici ſemper Virgini Mariae per infinita ſaeculorum ſaecula amen. OMNIVM RERVM VICISSITVDO EST.*

Codex membr. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus. Conſtat foliis ſcriptis 271.

BEDAE SVPER EDITIONE DONATI GRAMMATICI.

Cod. V. I. pag. 1. VEnerabilis Bedae Presbyteri ſuper editionem ſecundam Donati Grammatici Vrbis Romae Liber primus. Inc. *Partes orationis ſunt octo.* Deſ. *quas inconditas invenimus.* Exſtat inter eius Opera edit. Baſil. an. MDLXIII. fol. Tom. I. a p. 19. ad pag. 34. ſub titulo: *De octo partibus Orationis Libellus.*

II. pag. 8. Tractatus Bedae Presbyteri ſuper editionem ſecundam Donati Grammatici, cum duplici prologo. Primus inc. *Quum ſecundum intellectus noſtri capacitatem &c.* Deſ. *invenire poſſit anfractus.* Alter metricus inc.

Hunc Operis noſtri modicum percurre libellum &c.

Deſ.

Quae ſedeat ſolido littore fixa maneat.

Tractatus inc. *Partes orationis ſunt octo. Tota latinitatis oratio octo partibus coarctatur.* Deſ. *& de gravi ſimiliter conſiderandum eſt.* Singulis autem ex iſtis octo orationis partibus, totidem veluti libros componentibus, prologus praemittitur elegiaco carmine expoſitus. Clauditur his verbis: *Explicit Donatus.* Inter Bedae Opera Tom. cit. non occurrit.

III. pag. 42. *b.* Aymerici (2) Ars Lectoria, ſive de quantitate ſyllabarum ad Epiſcopum Ademarum. Duplex praemittitur prologus, ſtricta alter, alter ſoluta oratione conſcriptus. Primus ita habet:

Ars, quam fingo, mea Lectoria dicitur iſta,
Ecce novus toti codex hic cuditur orbi,
Librum compono, quem miro fonte refugo,
Hic monſtrans opere quae ſyllaba longa, breviſque,
De mediis rectum lectori paudimus uſum:
Plana leget certus, qui legerit haec mea cantus,
Non reprehenſorem lector timeat meus omnem.
Novi praeſagus dans ob praeſagia fletus,
Numen erit tantum latitans ubique reconſum,
Invidiae peſtis celabit talia terris.

Prologus alter inc. *Quum imperitorum ignorantia.* Deſ. *omnis dictio.* Tum pag. 43. Proplexio (ſic) de arte Lectoria, ſive tractatus ipſe,

(1) Hic eſt Galfredus Autiſſiodorenſis, qui ex Petri Abaelardi diſciplina venit ad S. Bernardum, eiuſque per plures annos Notarius, inde Ignacenſis primum Ordinis Ciſtercienſis, mox Claraevallenſis, deinde Foſſae-Novae in Italia, ac tandem poſt A. MCLXXX. Altaecumbae in Sabaudia Abbas. De eo diligenter agit Oudinus Tom. II. pag. 1494. ſeqq. qui vitam produxiſſe probat uſque ad annum MCCXV. quo Ioachimi Abbatis dogmata conſtat damnata eſſe ab Innocentio III. in Concilio IV. Lateranenſi. Inter eius ſcripta a Cl. Fabricio in Bibl. med. & inf. lat. Tom. III. pag. 8. edit. Patavinae recenſetur Vita S. Bernardi Libris III. cum Libro de eius miraculis, & Sermone ſupra relato in die memoriae illius ſacro, edita a Mabillonio, & aliis una cum Bernardi Operibus Tom. I. pag. 227. ſeq.

(2) Nihil habet de hoc Aymerico, qui ſaeculo circiter duodecimo vixiſſe mihi videtur, Cl. Fabricius in Biblioth. mediae, & infimae Latinit. Lib. I. ubi Aymericum de Peyraco tantum in Gallia Abbatem Moyſſiacenſem Ord. Bened. circa annum MCCCC. commemorat. Haec itaque Grammatica habet quid ſimile cum Doctrinale Alexandri de Villadei anno MCCX. conſcripto, cuius ſpecimen ex Codice ms. quem ipſe poſſidet adfert Dominicus Mar. Mannius in Vita Aldi Manutii Venetiis per Io. Bapt. Novelli MDCCLIX. 8. p. 7. Vid. Fabric. loc. cit. Tom. I. p. 67.

Digitized by Google

pſe, a Capite de monoſyllabis, inc. *Omnis dictio*. Deſ.

Aymericus pauſat, ars hic lectoria ceſſat.

Notandum, quod Auctor Opus hoc de Grammatica, partim ſoluta oratione, partim metrica conſcripſit. Sic autem ſe prodit p. 57. *b.*

Aymericus me iuvenem canit ore camoenae,
Ordine tu prima deſcendens ſemper ad ima,
Sola volo Muſa, nunc deſis hinc Arethuſa.

Et inferius:

Verſibus heroicis canit Aymericus amicis.
Canta philoſophico me carmine nunc & aprico,
Gaſtimae natum, Silnectis (1) *vero paratum.*
Aymericus metricorum ſemper amicus
Aymericus iuvenis iuveniliter actus amoenis.
Praepollens nimia, nimiumque potente ſophia.
Praepollens habili forma ſimul, & iuvenili,
Summam Doctorum doctrinae praecipuorum,
Et ſtudioſorum ſtudium vernans meliorum,
Silnectis didicit, ſicut Clio ſua dicit,
Et nunc Felicio (2) *ſtat dictans talia caſtro.*
Hic habitat modicum rariſſimus incola caſtrum,
Hic nec equis rivus, nec fons homini bonus ullus,
Alta quies pacis, & plurimus eſt ibi panis,
Multus ineſt Bacchus, ſemper tamen incola rarus.

Item pag. 71. *b.* haec alia notanda ſunt:

Aymericus ego metricis gratantia fingo.
Fingentem mira corrodentum premit ira.
Iram praelibo, quam pertulerim, quia ſcribo,
Scribere quae numquam primo potuit bene quiſque,
Quiſque ſuam partem ſi vult confingat ad artem,
Arti ſed ſpecie non ſit contermina noſtrae.
Noſtra poteſt digne dici quae purior igne.
Ignis comburat haec qui numquam bona curat;
Curis immerſus nequeo modo cudere verſus,
Verſus ſic facerem, placitum ſi tempus haberem.

Similiter ex pag. 73. Ademari Epiſcopi, cui hoc Opus auctor inſcripſit, nomen eruitur, dum ipſum his adloquitur verbis:

Noſter Ademare (3), *noſter tu Feliciane,*
Ingens ipſe decus, clericis Ademareque coetus,
Noſter Ademare, doctorque, ſophiſtaque magne,
Iudicioque meo nulli ceſſure propinquo,
Accipe tantillum, iam noſter Epiſcope, librum,
Quem tibi compoſui, quem miro fonte refuxi,
Scripturamque novam, quam non alibi legis uſquam,
Quamque prior non me quiſquam perfecerit ante.
Accipe devote relegens ſollertius ipſe.

IV. pag. 74. Servioli (4) de primis ſyllabis in cunctis partibus Tractatus metricus, cui praefigitur primum invocatio novem Muſarum hoc pacto:

Magnarum magnae magnum canite ore Camoenae,
Iamque miniſteria, iam nomina pandite veſtra &c.

Tum prologus, cuius initium:

Partibus in cunctis metri ſub foedere iunctis &c.

Tandem Tractatus inc.

Regula formatur, qua ſyllaba prima notatur.

Deſ.

Hyſſopum ſiccum calidum, quoque tertius illi.

V. pag. 83. Priſciani de accentibus. Inc. *Littera eſt elementi nota*. Deſ. *ut papae, evax*. Concordat cum edito Florentiae apud Iunctas MDXXV. 4. a pag. 286. ad p. 291. In Codice alia pauca ſubiiciuntur verſibus circiter XVIII. comprehenſa item grammaticalia.

VI. p. 87. Anonymi interpretatio vocum, tam Hebraicarum, quam Graecarum in Sacris Scripturis occurrentium e SS. PP. & externis ſcriptoribus, ordine alphabetico. Inc. *Adam, homo, vel terrenus. Abel, luctus, vel pavor, vel vanus*. Deſ. *ſtipula, vel feſtuca, agana, ſulcus, furch, vel ongerin*. Inter Bedae Opera cit. edit. Tom. III. p. 498. exſtat *Interpretatio nominum Hebraicorum*; ſed haec ab illa toto caelo diverſa eſt. Simile Opus Oudinus teſtatur in codicibus optimae notae tribui Remigio Antiſiodorenſi.

Subiiciuntur tandem p. 142. *pauca quedam grammaticalia de declinatione nominum*.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIII. ineuntis, binis columnis exaratus, in cuius ultimae paginae ſuperiori margine legitur: *Bonaccurſius Piſanus*; infra vero haec alia occurrit notula: *Die XI. Auguſti D. Anth. de Caſtiliono tradidit ſuper hoc libro, & uno alio volumine Bedae Grammatici Bonacurſibus aureum unum Florentinum latum, & florenos II.* Conſtat foliis ſcriptis 142.

BEDAE EXPOSITIO IN EVANG. LVCAE.

Bedae Presbyteri Expoſitio in Evangelium Lucae, praeviis Epiſtolis duabus, quarum prima eſt Accae Epiſcopi ad Bedam, altera ipſius Bedae ad Accam; tum ſequitur Praefatio, ac Praefationi ſtatim ſuccedit Expoſitio, quae inc. *Quoniam quidem multi conati ſunt*. Deſ. *& benedictione concludit*. Exſtant omnia in cit. edit. Tom. V. a p. 175. ad p. 515. In fine maioribus litteris adſcriptum eſt: Cod. VI.

Ex-

(1) Forte eſt Silvanectum, ſeu Auguſtomagus Silvanectum, *Senlis*, urbs Galliae Belgicae, hodie provinciae inſulae Franciae, in Valeſiae Ducatu, ad amnem *Nounette*: diſtat decem leucis a Lutetia in Boream.

(2) Felicis lacus, ſeu lacus Foelix, aliis eſt pagus Auſtriae ſuperioris, nunc *Walſeé* dictus, prope Danubium fluvium quinque miliaribus Germanicis, infra Lintium in Ortum Viennam verſus, & a quibuſdam dicitur *Lacus Faelix*, quod forſan melius.

(3) Ademari cuiuſdam, qui floruit anno MXXX. Acroſtichon ad Rohonem Epiſcopum Ecoliſmenſem edidit inter Vetera Analecta Cl. Io. Mabillonius Pariſiis MDCCXXIII. fol. p. 433.

(4) Videtur nomen Grammatici ita nuncupati, de quo nil habet Fabricius loc. cit.

Digitized by Google

Explicit Tractatus Beati Bedae in Evangelium ſecundum Lucam.

Cod. membran. Ms. in fol. Saec. XV. elegantiſſime conſcriptus cum ſtemmate Leonis X. Pont. Max. in ſuperiori primae paginae margine, ac initialibus litteris mirifica arte depictis. Conſtat foliis ſcriptis 260.

BEDAE SCOTI SVPER ACTVS APOST. EXPOSITIO.

Adde

In Apocalypſin, & in Epiſtolas Catholicas.

Cod. VII. I. pag. 1. BEdae presbyteri Expoſitio ſuper Actus Apoſtolorum ad Accam Epiſcopum, praevia Epiſtola Dedicatoria, quae inc. *Accepi creberrimas Beatitudinis tuae litteras*. Deſ. *meae fragilitati compatere Domino in Chriſto*. Expoſitio inc. *Primum quidem ſermonem &c. De omnibus ſe dicit Chriſti factis*. Deſ. *curſum conſummavi, fidem ſervavi*. Exſtant omnia in cit. edit. Tom. V. a pag. 861. ad pag. 919.

II. pag. 41. *b.* Eiuſdem Expoſitio ſuper Apocalypſin Ioannis Apoſtoli in tres diſtincta libros. Poſt verba Apoſtoli *Apocalypſis Ieſu Chriſti &c.* inc. *Fundata per Apoſtolos Eccleſia*. Deſ. *faciant viſu fructuque potiri. Amen*. Ibid. a pag. 1063. ad pag. 1139.

III. pag. 91. Eiuſdem Expoſitio in ſeptem Epiſtolas Catholicas. In primam Iacobi poſt verba *Iacobus Dei, & Domini noſtri &c.* inc. *Dicit de hoc Iacobo Apoſtolus Paullus &c.* In ultimam Iudae deſ. *ſed ante omne ſaeculum, & nunc, & omnia ſaecula ſaeculorum*. Ibid. a pag. 929. ad pag. 1057.

Cod. membran. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus cum ſtemmate Leonis X. Pont. Max. in ſuperiori primae paginae parte, & cum Epiſcopi cuiuſdam, forte Accae, effigie, quam prima exhibet littera, auro variiſque coloribus depicta. In toto autem Volumine videre eſt ſingulas cum Librorum, tum cuiuslibet ſectionis explanationum initiales litteras mirifice elaboratas. Conſtat foliis ſcriptis 163.

MARTYROLOGIVM BEDAE.

Seu potius

Miſſale, & Sacramentarium ad uſum Eccleſiae cuiuſdam Florentinae praevio Kalendario.

Cod. VIII. I. pag. 1. PRaecedit Kalendarium, ut heic inſcribitur Bedae, ſed admodum diverſum ab edito inter eius Opera cit. edit. Baſileae MDLXIII. fol. Tom. I. pag. 244. ſeq. ideoque illud operae pretium duximus, quemadmodum in Codice habetur, integrum hoc loco proferre.

INCIPIT MARTYROLOGIVM BEDE PRESBYTERI FELICITER.

IANVARIVS habet dies xxxi. Lun. xxx. Sig. Capricorni. Nox habet horas xvi. dies viii.
Iani prima dies, & ſeptima fine tenetur.

A.	*Kal.*	*Ian.*	*Circumciſio Domini, & S. Martinae, & S. Concordii.*
b.	IIII.	*non.*	*S. Macarii abb.*
c.	III.	*non.*	*S. Genofeſae virg.*
d.	II.	*non.*	*Sanctorum Aquilini, Gemini, Quinti.*
e.		*Nonas.*	*Symeonis prophetae.*
f.	VIII.	*id.*	*Epyphania Domini.*
g.	VII.	*id.*	*Luciani presbyteri.*
A.	VI.	*id.*	*Severini conſ.*
b.	V.	*id.*	*S. Martianae virg.*
c.	IIII.	*id.*	*Pauli primi heremitae.*
d.	III.	*id.*	*S. Salvii conſ.*
e.	II.	*id.*	*Eductio Ieſu ex Ægypto, & S. Baſilii epiſc.*
f.		*Idus.*	*Octava Epyphaniae, & S. Hylarii epiſc.*
g.	XVIIII.	*k. Feb.*	*S. Felicis presbyteri.*
A.	XVIII.	*kal.*	*S. Mauri abbatis.*
b.	XVII.	*kal.*	*Marcelli papae, & mart.*
c.	XVI.	*kal.*	*Antonii monachi.*
d.	XV.	*kal.*	*Sol in Aquarium. S. Priſcae virg.*
e.	XIIII.	*kal.*	*Sanctor. Marii, & Marthae.*
f.	XIII.	*kal.*	*Sanctor. martyr. Fabiani, & Sebaſtiani.*
g.	XII.	*kal.*	*S. Agnetis virg.*
A.	XI.	*kal.*	*S. Vincentii mart.*
b.	X.	*kal.*	*S. Emerentianae virg.* (alia manu) MCCCV. *Ser Giunta filius Benucci chonſecrans altare beate Marie.*
c.	VIIII.	*kal.*	*S. Timothei apoſtoli.*
d.	VIII.	*kal.*	*Converſio S. Pauli.*
e.	VII.	*kal.*	*S. Policarpi presbyteri.* (alia manu item antiq.) *eodem die translatio B. Zenobii.*
f.	VI.	*kal.*	*Depoſitio S. Ioannis Chryſoſt.*
g.	V.	*kal.*	*S. Agnetis ſecundae.*
A.	IIII.	*kal.*	
b.	III.	*kal.*	
c.	*Pridie*	*kal.*	*S. Geminiani epiſc. & conf.* (al. m.) MCCCVIIII. *iſchuroe il Sole.*

FEBRVARIVS habet autem dies xxviii. & anno biſextili xx. & viiii. Luna xxviii. anno biſextili xxx. Sig. Aquarii. Nox habet horas xiiii. dies x.
Aſt Februi quarta eſt: praecedit tertia finem.

d.	*Kal.*	*Febr.*	*S. Brigidae virg. & S. Severi archiepiſcopi.*
e.	IIII.	*non.*	*Purificatio S. Mariae.*
f.	III.	*non.*	*S. Blaſii epiſc. & mart.*
g.	II.	*non.*	
A.		*Nonas.*	*S. Agathae virg.*
b.	VIII.	*id.*	
c.	VII.	*id.*	

d. VI.

d.	VI.	id.	S. Yventii epiſcopi. (al. m.) MCCCVIIII. chadè uno mō.
e.	V.	id.	
f.	IIII.	id.	Sanctorum Zotici, Hyrenei, Iacincti, Amanti, & S. Scolaſticae virg.
g.	III.	id.	SS. Caloceri, Parthenii, Deſiderii, S. Eufraxiae virg.
A.	II.	id.	
b.		Idus.	
c.	XVI.	k. Mart.	S. Valentini epiſc. & mart.
d.	XV.	kal.	Sol in Piſces. SS. martyrum Fauſtini, & Iovitae.
e.	XIIII.	kal.	S. Iulianae V. (eraſa antiqua ſcriptura, alia manu hoc nomen additum eſt).
f.	XIII.	kal.	S. Polycronii.
g.	XII.	kal.	
A.	XI.	kal.	S. Gavini presbyteri.
b.	X.	kal.	S. Gagi pp.
c.	VIIII.	kal.	S. Polycarpi presbyteri.
d.	VIII.	kal.	Cathedra S. Petri.
e.	VII.	kal.	Vigilia S. Mathiae Apoſtoli (additum alia manu).
f.	VI.	kal.	S. Mathiae Apoſtoli, & inventio Capitis Praecurſoris.
g.	V.	kal.	SS. Victoris, Nicophori, Claudiani.
A.	IIII.	kal.	S. Neſtoris.
b.	III.	kal.	S. Abundantii.
c.	Pridie	kal.	S. Rufini.

MARTIVS habet namque dies xxxi. Lun. xxx. Sig. Piſcis. Nox habet horas xii. dies xii.

Martis prima necat, cuius in cuſpide quarta eſt.

d.	Kal.	Mart.	S. Adriani.
e.	VI.	non.	S. Genuarii.
f.	V.	non.	Felicis, Lucioli.
g.	IIII.	non.	(eraſa eſt ſcriptura).
A.	III.	non.	End. IIII. Emb. SS. Victoris, & Victorini.
b.	II.	non.	Perpetuae, & Felicitatis.
c.		Nonas.	
d.	VIII.	id.	Prima incenſio Lun. Paſchalis. S. Vrbani.
e.	VII.	id.	In Armenia XL. militum.
f.	VI.	id.	Attalae abbatis.
g.	V.	id.	
A.	IIII.	id.	Depoſitio S. Gregorii papae.
b.	III.	id.	
c.	II.	id.	
d.		Idus.	
e.	XVII.	k. Apr.	SS. Cyriaci, Largi, & Smaragdi.
f.	XVI.	kal.	
g.	XV.	kal.	Sol in Arietem.
A.	XIIII.	kal.	
b.	XIII.	kal.	
c.	XII.	kal.	Aequinoctium. Saltus Lunae. S. Benedicti abbatis.
d.	XI.	kal.	Primum Paſcha, & ſedes Epactarum.
e.	X.	kal.	Adam plaſmatus eſt.
f.	VIIII.	kal.	Quota hic fer. tot concurrent. eodem ann. concurrentium locus.
g.	VIII.	kal.	Dominus crucifixus eſt. Annuntiatio Dominica.
A.	VII.	kal.	
b.	VI.	kal.	
c.	V.	kal.	
d.	IIII.	kal.	
e.	III.	kal.	(alia manu) Chorpus Domini noſtri Iheſu Chriſti . . . . . . reliqua abraſa ſunt.
f.	Pridie	kal.	

APRILIS habet dies xxx. Luna xxviiii. Sig. Arietis. Nox habet horas x. dies xiiii.

Aprilis decima eſt, undena a fine minatur.

g.	Kal.	April.	
A.	IIII.	non.	
b.	III.	non.	
c.	II.	non.	
d.		Nonas.	
e.	VIII.	id.	
f.	VII.	id.	
g.	VI.	id.	
A.	V.	id.	
b.	IIII.	id.	(alia manu) nel MCCCVI. ſ'arenderono i Piſtoleſi al Fiorentino, & a Lucheſe per fame.
c.	III.	id.	S. Leonis papae.
d.	II.	id.	S. Iulii epiſc.
e.		Idus.	S. Euphemiae virg.
f.	XVIII.	k. Maii.	SS. Tiburtii, Valeriani, & Maximi.
g.	XVII.	kal.	Olympiadis, & Maximi.
A.	XVI.	kal.	
b.	XV.	kal.	Sol in Taurum.
c.	XIIII.	kal.	
d.	XIII.	kal.	(alia manu) S. Creſcentii.
e.	XII.	kal.	
f.	XI.	kal.	
g.	X.	kal.	
A.	VIIII.	kal.	S. Georgii mart.
b.	VIII.	kal.	(alia manu) nel MCCCVI. uſcie icharrocio inchontro a la Poteſtae per la vitoria di Piſtoia.
c.	VII.	kal.	S. Marci Evangeliſtae, & Letaniae maior. Vltimum tempus Paſchae.
d.	VI.	kal.	S. Cleti pp. & mart.
e.	V.	kal.	
f.	IIII.	kal.	S. Vitalis mart.
g.	III.	kal.	S. Torpetis mart.
A.	Pridie	kal.	

MAIVS habet dies xxxi. Luna xxx. Sig. Tauri. Nox habet horas viii. dies xvi.

Maius tertius eſt lupus, & ſeptimus anguis.

b.	Kal.	Maii.	SS. App. Philippi, & Iacobi.
c.	VI.	non.	S. Sigiſmundi Regis & mart.

d. v.

Digitized by Google

d.	V.	non.	*Inventio Sanctae Crucis, & SS. Alexandri pp. Eventii, & Theodoli.*
e.	IIII.	non.	
f.	III.	non.	
g.	II.	non.	*S. Iohannis Evangeliſtae ante portam Latinam.*
A.		*Nonas.*	(alia manu diverſa a praecedenti additum eſt) MCCXLV. *Ser Mag. Pelagottus Dan. Faven. cuius anima requieſcat in pace.*
b.	VIII.	id.	*Victoria* (haec vox addita eſt expuncta antiqua ſcriptura) *S. Michaelis Archangeli.*
c.	VII.	id.	*Aeſtatis initium. Habet dies XCI.*
d.	VI.	id.	*SS. Gordiani, Epimachi, & S. Criſtinae virg.* (add. alia manu) *arioe loſte adarezzo queſto die.*
e.	V.	id.	*S. Victorini martyr.*
f.	IIII.	id.	*SS. martyr. Nerei, Achillei, & Pancratii.*
g.	III.	id.	*Dedicatio S. Mariae ad Martyres.*
A.	II.	id.	(alia m.) MCCCX. *parturì Mona Pera giovedì nel mezzo dì.*
b.		*Idus.*	*Primum Pentecoſten. S. Hylarii conf.*
c.	XVII.	*k. Iun.*	*S. Peregrini.*
d.	XVI.	kal.	
e.	XV.	kal.	*Sol in Geminos.*
f.	XIIII.	kal.	*S. Potentianae virg.*
g.	XIII.	kal.	*S. Euſtaſii cum uxore, & filiis ſuis.*
A.	XII.	kal.	
b.	XI.	kal.	*S. Iuliae virg. & mart.*
c.	X.	kal.	
d.	VIIII.	kal.	*Aeſtas oritur.*
e.	VIII.	kal.	*S. Vrbani pp. & S. Zenobii epiſc. & conf.*
f.	VII.	kal.	*S. Auguſtini primi Anglorum epiſcopi.*
g.	VI.	kal.	
A.	V.	kal.	*S. Germani conf.*
b.	IIII.	kal.	*S. Reſtitutae virg.*
c.	III.	kal.	
d.	*Pridie*	kal.	*S. Petronillae virg.*

IVNIVS habet dies xxx. Luna xxviiii. Sign. Geminorum. Nox habet horas vi. dies xviii.
Iunius in decimo, quindeno a fine ſalutat.

e.	*Kal.*	*Iunii*	*SS. martyr. Proculi, & Nicomedis.*
f.	IIII.	non.	*SS. martyr. Marcellini, & Petri.* (manu diverſ.) MCCCX. *partiſſi Mona Pera martedì.*
g.	III.	non.	*SS. Laurentii, & Pergentini fratrum*
A.	II.	non.	
b.		*Nonas.*	*S. Bonifacii martyr.*
c.	VIII.	id.	*S. Alexandri epiſcopi Feſulani.*
d.	VII.	id.	*S. Fortunati epiſc.*
e.	VI.	id.	*S. Medardi conf.*
f.	V.	id.	*SS. martyr. Primi, & Feliciani.*
g.	IIII.	id.	
A.	III.	id.	*S. Barnabae Apoſtoli.*
b.	II.	id.	*SS. Baſilidis, Cyrini, Naboris, & Nazarii.*
c.		*Idus.*	*Vltimum Pentecoſten.*
d.	XVIII.	*k. Iul.*	*S. Feliculae.*
e.	XVII.	kal.	*SS. martyr. Viti, & Modeſti* (alia manu) MCCCX. *ebi le lettere de legato.*
f.	XVI.	kal.	(raſura in Cod.)
g.	XV.	kal.	*Sol in Cancrum.* (additum alia manu) *Tranſlatio S. Bartholomei Apoſtoli.*
A.	XIIII.	kal.	*SS. martyr. Marci, & Marcelliani.*
b.	XIII.	kal.	*SS. Gervaſii, & Protaſii.*
c.	XII.	kal.	*Solſtitium. S. Iacobi Alſei, & S. Florentiae virg.*
d.	XI.	kal.	*S. Albani mart.*
e.	X.	kal.	*S. Albini mart. & S. Conſortiae virg.*
f.	VIIII.	kal.	*Vigilia S. Iohannis Baptiſtae.*
g.	VIII.	kal.	*Natale S. Iohannis Baptiſtae.*
A.	VII.	kal.	
b.	VI.	kal.	*SS. Iohannis, & Pauli fratrum.*
c.	V.	kal.	
d.	IIII.	kal.	*S. Leonis papae, & S. Irenei mart. & vigilia Apoſtolor.*
e.	III.	kal.	*Natale Apoſtolorum Petri, & Pauli.*
f.	*Pridie*	kal.	*Commemoratio S. Pauli Apoſtoli, & S. Martialis conf.*

IVLIVS habet dies xxxi. Luna xxx. Sign. Cancri. Nox habet horas viii. dies xvi.
Ter decimus Iulius, decima innuit ante Kal.

g.	*Kal.*	*Iul.*	
A.	VI.	non.	*SS. mart. Proceſsi, & Martiniani.*
b.	V.	non.	
c.	IIII.	non.	*Turoniae tranſlatio S. Martini.*
d.	III.	non.	
e.	II.	non.	*Octava Apoſtolorum, & S. Romuli epiſc. & mart.*
f.		*Nonas.*	
g.	VIII.	id.	
A.	VII.	id.	
b.	VI.	id.	*Natale ſeptem fratrum.*
c.	V.	id.	*SS. Naboris, & Felicis, & tranſlatio S. Benedicti.*
d.	IIII.	id.	
e.	III.	id.	
f.	II.	id.	*Dies canicularum.*
g.		*Idus.*	*SS. mart. Quirici & Iulittae.*
A.	XVII.	*k. Aug.*	(alia manu) *batezato bartolo CCCVIII.*

b. XVI.

Digitized by Google

b.	XVI.	*kal.*	*S. Alexii conf. batezato Iohanni CCCVIIII.*
c.	XV.	*kal.*	*Sol in Leonem. S. Roſilli, & S. Arnulfi conf.*
d.	XIIII.	*kal.*	*S. Arſenii.*
e.	XIII.	*kal.*	*S. Margaritae virg.*
f.	XII.	*kal.*	*S. Praxedis virg.*
g.	XI.	*kal.*	*S. Cyrilli epiſc. & S. Mar. Magdalenae.*
A.	X.	*kal.*	*S. Apolenaris mart.* (alia manu) *nel MCCCVI. ebono i Fiorentini monte acuncho.*
b.	VIIII.	*kal.*	(alia manu) *Vigilia S. Iacobi.*
c.	VIII.	*kal.*	*S. Iacobi Apoſtoli Zebedei, & S. Chriſtophori mart.*
d.	VII.	*kal.*	(alia manu) *nel MCCC. XLIII. fuit oſſeſſus dux Athenarum.*
e.	VI.	*kal.*	
f.	V.	*kal.*	*SS. mart. Nazarii, & Celſi.*
g.	IIII.	*kal.*	*SS. mart. Felicis, Simplicii, Fauſtini, & Beatricis.*
A.	III.	*kal.*	*SS. mart. Abdon & Sennen.*
b.	*Pridie.*	*kal.*	*S. Germani epiſc. & conf.*

AVGVSTVS habet namque dies xxxi. Luna xxix. Signum Leonis. Nox habet horas x. dies xiiii. Auguſti nepa prima ferit de fine ſecunda.

c.	*Kal.*	*Aug.*	*S. P. ad Vinc. & S. Felicit. & ſeptem Fratrum Machab.*
d.	IIII.	*non.*	*S. Stephani pp. & mart.*
e.	III.	*non.*	*Inventio Corporis S. Stephani protomart.*
f.	II.	*non.*	*S. Iuſtini presbyteri.*
g.		*Nonas.*	(alia manu) *S. Dominici conf. de Ord. Fr. Praed.*
A.	VIII.	*id.*	*Transfiguratio Domini, & S. Sixti pp. & SS. Feliciſſimi, & Agapiti.*
b.	VII.	*id.*	*Autumni initium: habet dies XCI. S. Donati epiſc. & mart.*
c.	VI.	*id.*	*S. Cyriaci mart.*
d.	V.	*id.*	*Vig. S. Laurentii mart.*
e.	IIII.	*id.*	*S. Laurentii mart.*
f.	III.	*id.*	*S. Tyburtii mart. & S. Taurini epiſc. & S. Suſannae.*
g.	II.	*id.*	
A.		*Idus.*	*SS. mart. Ipoliti & Caſſiani.*
b.	XVIIII.	*k. Sept.*	*Vig. Aſſumptionis S. Mariae, & S. Euſebii epiſc.*
c.	XVIII.	*kal.*	*Aſſumptio S. Mariae Virg.*
d.	XVII.	*kal.*	
e.	XVI.	*kal.*	*Octava S. Laurentii.*
f.	XV.	*kal.*	*S. Agapiti mart.* (alia manu) *Sol Virgo.*
g.	XIIII.	*kal.*	*S. Magni.*
A.	XIII.	*kal.*	*S. Feliberti abb.*
b.	XII.	*kal.*	
c.	XI.	*kal.*	*SS. mart. Timothei, & Simphoriani.*
d.	X.	*kal.*	*Autumnus oritur.*
e.	VIIII.	*kal.*	*Translatio S. Bartholomaei Apoſt.*
f.	VIII.	*kal.*	*S. Geneſii mart. & S. Anaſtaſii mart.*
g.	VII.	*kal.*	*Rufi mart. & Alexandri mart.*
A.	VI.	*kal.*	*S. Caeſarii epiſc. & conf.*
b.	V.	*kal.*	*S. Hermetis mart. & Iuliani mart. & S. Auguſtini epiſc.*
c.	IIII.	*kal.*	*Decollat. S. Iohannis Bapt. & S. Sabinae virg.*
d.	III.	*kal.*	*SS. Felicis & Audacti mart.*
e.	*pridie.*	*kal.*	*S. Pauli epiſc. & conf.*

SEPTEMBER habet autem dies xxx. Luna xxx. Sign. Virg. Nox habet horas xii. dies xii. Tertia Septembris vulpes ferit a pede dena.

f.	*Kal.*	*Sept.*	*SS. mart. Priſci, Felix, & Reguli.*
g.	IIII.	*non.*	*S. Iuſti epiſc. & S. Antonini mart.*
A.	III.	*non.*	
b.	II.	*non.*	*S. Marcelli mart.*
c.		*Nonas.*	*Exceptio S. Marcelli mart. Cluniaco.*
d.	VIII.	*id.*	*S. Eleutherii, & Zachariae Prophetae.*
e.	VII.	*id.*	
f.	VI.	*id.*	*Nativitas S. Mariae, & S. Adriani mart.*
g.	V.	*id.*	*S. Gorgonii mart.*
A.	IIII.	*id.*	*S. Hylarii pp. & DCCC. mart. & S. Salvii conf.*
b.	III.	*id.*	*SS. mart. Proti & Iacincti.*
c.	II.	*id.*	
d.		*Idus.*	*S. Amati conf.*
e.	XVIII.	*kal. Oct.*	*SS. mart. Cornelii, & Cypriani, & Exaltatio S. Crucis.*
f.	XVII.	*kal.*	*SS. mart. Nicomedis & Mamiliani.*
g.	XVI.	*kal.*	*SS. Luciae & Geminiani, & S. Eufemiae virg.*
A.	XV.	*kal.*	*Sol in Libra.*
b.	XIIII.	*kal.*	*S. Trophimi.*
c.	XIII.	*kal.*	*SS. mart. Ianuarii, Feſti, & Deſiderii.*
d.	XII.	*kal.*	*Equinoctium Autumnale. S. Fauſtae virg.*
e.	XI.	*kal.*	*S. Mathei Apoſt. & Evangeliſtae.*
f.	X.	*kal.*	*S. Mauritii cum ſociis ſuis.*
g.	VIIII.	*kal.*	*S. Lini pp. & S. Teclae virg.*
A.	VIII.	*kal.*	*Hic inditiones incipiunt, hicque finitur locus inditionum. Conceptio S. Iohannis.*
b.	VII.	*kal.*	
c.	VI.	*kal.*	*S. Euſebii conf. & S. Iuſtinae virg.* (additum alia manu) *& Cypriani m.*

d.	V.	*kal.*	*SS. mart. Coſmae & Damiani.*
e.	IIII.	*kal.*	
f.	III.	*kal.*	*Victoria S. Michaelis Archangeli.*
g.	II.	*kal.*	*S. Hieronymi presbyt. & S. Sophiae cum filiabus ſuis.*

OCTOBER habet dies xxxi. Luna xxviiii. Sign. Librae. Nox habet horas xiiii. dies x.

Tertius Octubris gladius decimo ordine nectit.

A.	*Kal.*	*Oct.*	*S. Remigii conf.* (additum alia manu) *& Germani epiſc.*
b.	VI.	*non.*	*S. Leodegarii epiſc. & mart.*
c.	V.	*non.*	(alia manu) *MCCCVIII. fucie ilione de la ſtia & non fece male a perſona.*
d.	IIII.	*non.*	(alia manu) *S. Franciſci conf. de Ord. Fratrum Minorum.*
e.	III.	*non.*	*Placidi, Eventi, Fauſti.*
f.	II.	*non.*	(alia manu) *nel MCCCVIII. fue meſſer Chorſo morto dal . . . .*
g.		*Nonas.*	*S. Marci pp. & mart.* (add. alia manu) *SS. Marcelli & Apulei.*
A.	VIII.	*id.*	*S. Reparatae virg.*
b.	VII.	*id.*	*SS. Domnini, Dionyſii, Ruſtici, & Eleutherii.*
c.	VI.	*id.*	*S. Victoris mart. & S. Cerbonii conf.*
d.	V.	*id.*	*S. Martialis.*
e.	IIII.	*id.*	
f.	III.	*id.*	
g.	II.	*id.*	*S. Calixti pp. & mart.* (al. manu) *MCCCVIII. . . .* reliqua evanuere.
A.		*Idus.*	
b.	XVII.	*k. Nov.*	*S. Galli conf.*
c.	XVI.	*kal.*	
d.	XV.	*kal.*	*S. Lucae Evangeliſtae, & S. Aquilini epiſc. & conf.*
e.	XIIII.	*kal.*	*Sol in Scorpionem.*
f.	XIII.	*kal.*	*S. Hylarionis heremitae.*
g.	XII.	*kal.*	*S. Modeſti, & SS. XI. milia virg.*
A.	XI.	*kal.*	*S. Donati Scotti Feſolani, Philippi, Euſebii, Severini.*
b.	X.	*kal.*	*SS. Severi, Dorothei.*
c.	VIIII.	*kal.*	*SS. Vitalis, Felicis, & S. Creſcii mart.*
d.	VIII.	*kal.*	*Florentia S. Miniatis cum ſociis ſuis.*
e.	VII.	*kal.*	*S. Verani mart.* (videtur additum alia manu.)
f.	VI.	*kal.*	*S. Policarpi, & vig. Apoſtolorum Symonis & Iudae.*
g.	V.	*kal.*	*Nat. Apoſtolorum Symonis & Iudae.*
A.	IIII.	*kal.*	(additum alia manu) *S. Nareiſci epiſc.*
b.	III.	*kal.*	*S. Germani conf.*
c.	*Pridie*	*kal.*	

NOVEMBER habet autem dies xxx. Luna xxx. Sig. Scorpii. Nox habet horas xv. (forte XVI.) *dies viii.*

Quinta Novembris acus, vix tertia manſit in urna.

d.	*Kal.*	*Nov.*	*Feſtum Omnium Sanctorum, & S. Caeſarii mart.*
e.	IIII.	*non.*	
f.	III.	*non.*	*S. Eufroſini conf.*
g.	II.	*non.*	*SS. martyr. Vitalis, & Agricolae.*
A.		*Nonas.*	
b.	VIII.	*id.*	*S. Appiani conf.* (addita deinde alia manu haec) *& S. Leonardi conf., & Dedicatio S. Iohannis Baptiſtae.*
c.	VII.	*id.*	*Hiemis initium : habet dies XCI.*
d.	VI.	*id.*	*Sanctorum quatuor Coronatorum.*
e.	V.	*id.*	*S. Theodori mart. & S. Salvatoris.*
f.	IIII.	*id.*	(alia manu) *nel* MCCCV. *mercholedie . . . . .* reliqua eraſa ſunt.
g.	III.	*id.*	*S. Martini epiſc. & S. Mennae mart.*
A.	II.	*id.*	
b.		*Idus.*	*S. Britii epiſc. & conf.*
c.	XVIII.	*k. Dec.*	
d.	XVII.	*kal.*	
e.	XVI.	*kal.*	
f.	XV.	*kal.*	*Sol in Sagittarium. S. Eugenii conf.*
g.	XIIII.	*kal.*	*S. Fridiani epiſc. & conf.*
A.	XIII.	*kal.*	
b.	XII.	*kal.*	*S. Pontiani pp.*
c.	XI.	*kal.*	
d.	X.	*kal.*	*S. Ceciliae virg.*
e.	VIIII.	*kal.*	*S. Clementis mart. & S. Columbani abb. & S. Felicitatis mart.*
f.	VIII.	*kal.*	*S. Gorgonii mart.*
g.	VII.	*kal.*	*Hiems oritur. S. Proſperi ep.*
A.	VI.	*kal.*	*S. Gaudentii conf.*
b.	V.	*kal.*	*S. Iacobi Interciſi.*
c.	IIII.	*kal.*	
d.	III.	*kal.*	*SS. Griſanti, & Dariae, & S. Saturnini, & vigilia S. Andreae.*
e.	*Pridie*	*kal.*	*Nat. S. Andreae Apoſt.*

DECEMBER autem habet dies xxxi. Lun. xxviiii. Sig. Sagittarii. Nox habet horas xviii. dies vi.

Dat duodena cohors, vii. inde decemque Decembris.

f.	*Kal.*	*Dec.*	*S. Candidae virg.*
g.	IIII.	*non.*	*S. Vivianae virg. & mart.*
A.	III.	*non.*	
b.	II.	*non.*	*S. Barbarae virg.*

c. *Nonas*

c.		*Nonas.*	*S. Dalmatii conſ.*
d.	VIII.	*id.*	*S. Nicolai epiſc. & conſ.*
e.	VII.	*id.*	*S. Ambroſii conſ. & S. Savini epiſc. & mart.*
f.	VI.	*id.*	*S. Zenonis epiſc. & conſ.*
g.	V.	*id.*	*S. Syri epiſc. & conſ.*
A.	IIII.	*id.*	*S. Eulaliae virg.*
b.	III.	*id.*	*S. Damaſi pp.*
c.	II.	*id.*	
d.		*Idus.*	*S. Luciae virg.*
e.	XVIIII.	*k. Ian.*	
f.	XVIII.	*kal.*	
g.	XVII.	*kal.*	
A.	XVI.	*kal.*	
b.	XV.	*kal.*	*Sol in Scorpionem.* (error: legendum enim *Sol in Capricornum*).
c.	XIIII.	*kal.*	
d.	XIII.	*kal.*	(add. al. m.) *Vig. beati Thomae Apoſt.*
e.	XII.	*kal.*	*Solſtitium. S. Thomae Ap.*
f.	XI.	*kal.*	
g.	X.	*kal.*	
A.	VIIII.	*kal.*	*Vigilia Nativitatis Domini.*
b.	VIII.	*kal.*	*Nat. Domini Noſtri Ieſu Chriſti, & S. Anaſtaſiae virg.*
c.	VII.	*kal.*	*S. Stephani protomartyris.*
d.	VI.	*kal.*	*S. Iohannis Apoſt. & Evang.*
e.	V.	*kal.*	*SS. mart. Innocentum.*
f.	IIII.	*kal.*	*S. Thomae mart.*
g.	III.	*kal.*	*S. Florentii conſ.*
A.	*Pridie*	*kal.*	*S. Silveſtri pp.*

II. p. 7. Sequuntur manu Saec. XIII. exaratae Praefationes tres, nimirum pro Miſſa in feſto SS. Trinitatis, B. Mariae, & de Cruce. Pag. eadem *b.* Orationes pro Miſſa in honorem B. Mariae, & Omnium Sanctorum. Pag. ead. Orationes pro Miſſa S. Thomae Archipraeſulis. Pag. 8. pro Miſſa S. Franciſci Conf. Pag. ead. pro Miſſa Reſurrectionis in honorem Virginis; quibus manu adhuc recentiori adiuncta eſt lectio Epiſt. B. Paulli Apoſt. ad Titum, quae inc. *Chariſſime, apparuit benignitas &c.*

III. pag. 8. *b.* Praefatio de Communi, & Canon Miſſae, ubi animadvertendum eſt in *Memento*, poſt illa verba *& nota devotio*, ita continuari: *mihi quoque indigno peccatori famulo tuo propitius eſſe dignare, & cum his omnibus me a cunctis emunda delictis*: item in *Communicantes* poſt verba *Coſmae & Damiani* haec adiungi: *nec non & illorum, quorum hodie ſolemnitatis in conſpectu gloriae tuae celebratur triunphus in toto orbe terrarum*: item p. 10. *b.* in Oratione *Libera nos quaeſumus Domine ab omnibus malis &c.* poſt verba, *Petro & Paulo, atque Andrea* legi: *nec non & glorioſo Iohanne Baptiſta praecurſore tuo &c.* Pag. ead. *poſt Agnus Dei* legitur *Oratio antequam accipiat Corpus Domini. Domine Sancte Pater omnipotens aeterne Deus, da mihi hoc Corpus & Sanginem filii tui Domini noſtri Ieſu Chriſti ita ſumere, ut merear per hoc remiſſionem peccatorum meorum accipere, & tuo Sancto Spiritu repleri, quia tu es Deus, & praeter te non eſt alius, cuius glorioſum nomen permanet in ſaecula ſaeculorum. Amen.*

IV. pag. 11. Orationes dicendae in Miſſis a Dominica prima de Adventu Domini uſque ad Sabbatum Dominicae de Paſſione Domini: ac ſunt tres pro ſingulis Miſſis, ſcilicet *Oratio, Secreta, & ad Commun.* Deſumtae vero ſunt ex Sacramentario Gregoriano, & Gelaſiano.

V. p. 26. Inſequens occurrit monitum (1). *Scrutinii diem, dilectiſſimi fratres, quod electis noſtris divinitus inſtruantur, imminere cognoſcite. Ideoque ſollicita devotione ſequentibus diebus, ſecundum noſtram ammonitionem, congruis, & competentibus feriis abſque aliqua retractione, vel neglegentia ad huius Sanctae Matris Eccleſiae ſinum, eiuſque miniſtros inſtruendi concurrite. Et omnes pariter quarta feria hac proxima circa horam tertiam convenire dignemini, ut caeleſte myſterium, quo diabolus cum ſua pompa deſtruitur, ianuaque regni caeleſtis aperitur inculpabiliter ſacris myſteriis ordinem peragere valeamus. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti ſit ſemper cum omnibus nobis. Amen.* Tum ſequitur Rubrica iſta: *Vt autem ad Eccleſiam venerint, ſicut diximus, quarta feria hora tertia, ſcribantur nomina infantum, vel eorum qui eos ſuſcepturi ſunt ab Acolytho, & vocentur ipſi infantes ab Acolytho in Eccleſia per nomina, vel per ordinem, ſicut ſcripti ſunt, ita dicendo: Ille puer. & ſic per ſingulos eorum ſtatuantur maſculi ſeorſum ad dexteram partem. Illa Virgo, & ſic per ſingulas ſtatuantur feminae ſeorſum ad ſiniſtram partem. Et imprimitus faciat Presbyter in ſingulorum frontibus crucem cum pollice ita dicendo: In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Et imponens manum ſuper capita eorum dicit:*

Accipite Signum Sanctae Crucis tam in fronte, quam in corde. Summa caeleſtium praeceptorum; tales eſtote moribus, ut templum Dei eſſe iam poſſitis &c.

Inde ſequuntur Orationes, ut in Sacramentario Gelaſiano ſupra cit. pag. 534. ſeqq. Excipe tamen, quod in noſtro Codice plures ſunt Orationes, & rubricae uberiores, & rubris litteris diligentiſſime exaratae, quae rei liturgicae plurimum incrementi adferre poſſent, ſi cum editis conferrentur.

Notandum quoque eſt p. 37. occurrere primo Symbolum Apoſtolorum Latine; inde poſt rubricam, quae ita habet: *Hoc expleto iterum accipiens alter Acolythus ex ipſis infantibus feminam, ſicut ſupra, & interrogat Presbyter ſicut antea, & ipſe cantet ſymbolum Graece ita dicens*: Symbolum Conſtantinopolitanum Graecum Latinis litteris exaratum: Piſtevo yſena &c. Tertio tandem hoc ipſum Latine tantum.

Pag. 50. Notanda haec ſunt in Benedictione Fontis: *Expleta lectione adſcendit praecedens Pontifex, vel Sacerdos ad fontes; tunc deinde*

(1) Quid ſimile legitur in Sacramentario Gelaſiano edito a Lud. Ant. Muratorio in Liturg. Rom. Vet. T. I. p. 533.

ſcala deſcendis ſimiliter ad fontes ad letaniam faciendam ſeptena prima vice; deinde Pontifex, ſive Sacerdos procedit cum omni decore ſubſtentatus a duobus diaconis, & illa duo cereoſtata, quae ante fuerant illuminata, ſemper ante ipſum procedunt, uſque dum omnis letania finita fuerit. Sequitur Letania hoc pacto:

Kyrie leyſon	*S. Stephane or.*
Chriſte leyſon	*S. Laurenti or.*
Kyrie leyſon	*S. Sebaſtiane or.*
S. Maria ora	*S. Abunde or.*
S. Michael or.	*S. Illare or.*
S. Gabriel or.	*S. Martine or.*
S. Raphael or.	*S. Ambroſi or.*
S. Io. Baptiſta or.	*S. Auguſtine or.*
S. Petre or.	*S. Felicitas or.*
S. Paule or.	*S. Agnes or.*
S. Andrea or.	*S. Caecilia or.*
S. Iacobe or.	*S. Lucia or.*
S. Philippe or.	*Omnes Sancti or.*

Qua expleta, facto ſilentio, dicit Pontifex, aut ille Sacerdos: Incipit benedictio Fontis.

Inde leguntur Orationes, & Exorciſmi, ut in Sacramentario Gelaſiano cit. ſed poſt verba: *in verae innocentiae novam infantiam renaſcatur. Per Dominum &c.* pag. 52. haec alia ſequuntur: *Poſt haec mittis chriſma in modum crucis in aqua, & dicis: In nomine Spiritus Sancti Paracliti ſanctificetur & fecundetur fons iſte. Benedicto fonte facias clerus letanias quinas:*

Kyrie leyſon	*S. Proceſſi or.*
Chriſte leyſon	*S. Martiniane or.*
Kyrie leyſon	*S. Tiburti or.*
S. Maria or.	*S. Florenti or.*
S. Michael or.	*S. Caliſte or.*
S. Gabriel or.	*S. Potentiana or.*
S. Raphael or.	*S. Iuliana or.*
S. Iacobe or.	*S. Columba or.*
S. Iohannes or.	*S. Praxedis or.*
S. Thoma or.	*S. Reparata or.*
S. Valentine or.	*Omnes Sancti or.*
S. Xiſte or.	

& eo tenente infantem a quo ſuſcipiendus eſt interroget Sacerdos ita &c. ut in Sacramentario citato.

Mox peracta Oratione chriſmatis pag. 52. *b.* ita ſequitur in Codice rubr. *Et poſtea communicentur, & ſi Epiſcopus deeſt, communicentur a presbytero, dicens ita: Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti cuſtodiat se in vitam aeternam. Deinde Epiſcopus, vel Sacerdos cum letania terna deſcendit ad ſedem ſuam.*

Kyrie leyſon	*S. Yppolite or.*
Chriſte leyſon	*S. Gorgoni or.*
Kyrie leyſon	*S. Gregori or.*
S. Maria or.	*S. Remigi or.*
S. Michael or.	*S. Albine or.*
S. Gabriel or.	*S. Syre or.*
S. Bartolomee or.	*S. Brigida* (1) *or.*
S. Mathee or.	*S. Candida or.*
S. Thaddee or.	*S. Euphemia or.*
S. Simon or.	*S. Columba or.*
S. Corneli or.	*S. Praxedis or.*
S. Cypriane or.	*Omnes Sancti or.*

Quibus expletis dicit III. Kyrie, III. Chriſte, & III. Kyrie. & dicis Sacerdos alta voce: Gloria in excelſis Deo. It. Or. ad Miſſ. Deus qui hanc ſacratiſſimam noctem gloria Dominicae Reſurrectionis illuſtras &c.

Inde a pag. 53. deinceps ſequuntur Collectae, quae dicuntur in Miſſis de Tempore. Tum pag. 67. Collectae de Sanctis, ubi notandum pag. 89. *b.* ſub die VIII. Kal. Octobris haberi Conceptionem S. Io. Baptiſtae, pro qua leguntur Orationes ſequentes:

Oratio.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui inſtituta legalia, & ſanctorum praeconia prophetarum in diebus Conceptionis beati Baptiſtae Ioannis impleſti, praeſta quaeſumus, ut ceſſantibus ſignificationum figuris, ipſa ſui manifeſtatione veritas eloquatur. Per &c.

Secr.

Da quaeſumus, miſericors Deus, ut myſticis Eccleſiae tuae (ſic) *beati Baptiſtae Ioannis exordiis, & ſacris erudita praeconiis ad iram venturi iudicii declinandam dignos ſalutis fructus iugiter operetur. Per &c.*

Ad Comm.

Benedic Domine plebem tuam, & beati Ioannis Baptiſtae deprecationibus confidentem tribue conſequi devotionis auxilium. Per &c.

Pag. 91.

VIII. *Id. Octobris S. Reparatae Virginis.*

Concede, quaeſumus Domine, fidelibus tuis digne Sanctae Reparatae celebrare myſteria, ut qui eius ſolemnia fideliter exſequuntur, & hic experiantur auxilium, & aeternitatis effectibus apprehendant. Per &c.

Secr.

Haec dona, petimus Domine, placatus intende, & ut ipſi acceptabiles (ſic) *ſimus ſacrificium cordis contritione, haec hoſtia precibus martyris tuae Reparatae tibi placita conſecretur. Per &c.*

Ad Comm.

Haec nos communio gratiae tuae, petimus Domine, tibi reddat acceptos, & divinis myſteriis inſtauret noſtra corda martyris tuae Reparatae commemoratio veneranda. Per &c.

Pag. 92. *b.*

VIII. *Kal. Nov. S. Miniatis martyris.*

Oratio.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui per glorioſa bella certaminis ad immortales triumphos martyres extuliſti Miniatem & ſocios eius, da cordibus noſtris dignam pro eorum commemoratione laetitiam, ut quorum corpora pio amore celebramus, eorum precibus adiuvemur & meritis. Per &c.

Secr.

Salutare ſacrificium, Domine, populus tuus ſemper exultet, quo & debitus honor ſacris martyribus exhibetur, & ſanctificationis ſuae munus acquiritur. Per &c.

Ad Comm.

Celebrantes martyrum ſuorum Miniatis & ſociorum eius beatam paſſionem, ipſorum nobis, quaeſumus, fiant interceſſione ſalutaria, in quorum natalitiis ſunt exultanter impleta. Per &c.

Pag.

(1) Haec eſt Brigida virgo, quae anno circiter DCCC. Feſulas in Etruria appulit, de qua vid. Acta SS. Tom. I. Febr. pag. 244.

Pag. 94. *b.*

Id. Nov. S. Britii Conf.

Propitiare, Domine, populo tuo, ut quem in frequentatione beati Sacerdotis & Confeſſoris tui Britii tribuis intereſſe, protectione perpetua ſemper facias eſſe ſecurum. Per &c.

Secr.

Grata tibi ſint, quaeſumus Domine, munera, quae in beati Sacerdotis & Confeſſoris tui Britii commemoratione deferimus, obſecrantes, ut quae ore proſequimur, contingamus & mente. Per &c.

Ad Comm.

Praeſta quaeſumus, Domine, ut beati Sacerdotis & Confeſſoris tui Britii, cuius feſtivitatem celebramus, precibus indulgentiam ſentiamus.

Pag. 99. *b.* incipiunt Orationes pro Miſſis de Communi Sanctorum, & quidem hoc ordine:

In dedicatione Eccleſiae.
In vigilia unius Apoſtoli.
In natali unius Apoſtoli.
In vigilia unius Martyris.
In natali unius Martyris.
In vigilia plurimorum Martyrum.
In natali plurimorum Martyrum.
In vigilia unius Confeſſoris.
In natali unius Confeſſoris.
In vigilia plurimorum Confeſſorum.
In natali plurimorum Confeſſorum.
In vigilia unius Virginis.
In natali unius Virginis.
In Eccleſia Martyris vel Confeſſoris.
In honore Sanctae Trinitatis.
In honore Sanctae Crucis.
In honore Sanctae Mariae.
Ad poſcenda Angelica ſuffragia.
Miſſa Sanctorum Communis.
Miſſa in Ven. S. Mariae & omnium Sanctorum.
Ad gratiam S. Spiritus poſtulandam.
De S. Sapientia.
De ſancta Charitate.
Pro Apoſtolico.
Pro Epiſcopo, vel plebe ſibi commiſſa.
Pro Rege.
Miſſa Sacerdotis propria.
Pro concordia fratrum.
Pro congregatione cuiuslibet ſocietatis.
Pro congregatione Sacerdotum.
In Monaſterio Monachorum.
In Monaſterio Virginum.
Pro eleemoſynariis.
De mortalitate hominum.
Pro peſte animalium.
In tempore belli.
Contra Iudice male agente (ſic).
Contra obloquentes.
Pro inimicis.
Pro pace.
Pro petitione lacrymarum.
Contra tentationem carnis.
Contra cogitationibus cordium immundis (ſic).
Pro peccatis.
Item pro peccatis.
Pro remiſſione peccatorum.
Pro confitente peccata ſua.
Pro tribulationibus.
Item in tribulationibus.
Item in tribulat. vel preſſuram ſuſtinentibus.
Miſſa votiva pro amico.
Alia pro amico.
Alia pro amico.
Alia pro amico.
Pro amicis viventibus.
Pro ſalute vivorum.
Pro ſterilitate terrae.
Ad pluviam poſtulandam.
Ad poſcendam caeli ſerenitatem.
Ad repellendas tempeſtates.
Pro iter agentibus.
Pro navigantibus.
Contra Paganos.
Pro infirmis.
Item pro infirmis.
Miſſa Sancti Sigiſmundi Regis pro febribus.
Ad ſponſam benedicendam.
Pro ſalute vivorum, vel agenda mortuorum.

Pag. 118. *b.* Sequuntur Miſſae defunctorum, nimirum

In die depoſitionis defuncti.
In die III. VII. vel XXX.
In anniverſario defunctorum.
Pro depoſito Epiſcopo.
Pro defunctis Sacerdotibus.
Pro defuncto Sacerdote.
Pro defuncto Diacono.
Pro congregatione defunctorum.
Miſſa unius defuncti.
Alia unius defuncti.
Alia pro uno defuncto.
Alia unius defuncti.
Pro defuncta femina.
Pro requieſcentibus in coemeterio.
Miſſa plurimorum defunctorum.
Pro defuncto deſiderante poenitentiam, & minime conſequente.
Pro conſcriptis defunctis.
Pro cuius anima dubitatur.
Miſſa plurimorum defunctorum.
Alia plurimorum defunctorum.

Ex hac Miſſarum ſylloge patet, multo plures haberi in hoc noſtro Codice, quam in Gregoriano Sacramentario, quod inter Gregorii Magni Opera edit. Pariſ. MDCCV. fol. habetur Tom. III. a pag. 154. ad pag. 240. ex quibus unam aut alteram iuvat ſpeciminis loco ſubiicere. Pagina igitur 116. *b.* legitur

Miſſa S. Sigiſmundi Regis pro febribus.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui per Sanctos Apoſtolos, & Martyres tuos diverſa ſanitatum dona largiri dignatus es, da quaeſumus, ut praeſentem famulum tuum NN. qui cotidianae, tertianae, ſive quartanae febrium vexatione fatigatur, per interceſſionem famuli tui Sigiſmundi Regis & Martyris tua medicina erigat ad ſalutem. Per &c.

Lectio Actuum Apoſtolorum. In diebus illis. Erat homo nomine Publius &c.

Evang. ſecundum Lucam. In illo tempore.

Sur-

Digitized by Google

Surgens de Synagoga, intravit in domum Simonis &c.

Secr.

Offerimus tibi, Domine, munera ſancta in nomine electi tui Sigiſmundi Regis, & Martyris, ut a praeſente aegroto febrium ardores repellere iubeas, & exinde tuo ſemper in omnibus muniatur auxilio. Per &c.

Ad Comm.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui dediſti famulis tuis obtinere omnia iuſta quae precantur, ſuſcipe propitius preces noſtras, quas pro famulo tuo NN. in honore Sigiſmundi Regis, & Martyris deferimus, & quod pro eo devotis mentibus exoramus, celeri indulgentia conſequi mereamur. Per &c.

Pag. vero 122. *b.* inter Miſſas pro defunctis legitur etiam ſequens:

Miſſa pro cuius anima dubitatur.

Omnipotens & miſericors Deus, inclina, quaeſumus, venerabiles aures tuas ad exiguas preces noſtras, quas ante conſpectum maieſtatis tuae pro anima famuli tui NN. effundimus, humiliter deprecantes, ut qui de qualitate vitae eius diffidimus, de abundantia pietatis tuae conſolemur; & ſi ad plenum veniam animae eius obtinere non poſſit, ſaltem vel inter ipſa tormenta, quae forſitan patitur, refrigerium de abundantia miſerationum tuarum ſentiat. Per &c.

Secr.

Suſcipe, clementiſſime Pater, pro commemoratione famuli tui NN. hoſtias placationis, & laudis, ut ſacrificii praeſentis oblatio ad refrigerium animae eius, te miſerante, proveniat. Per &c.

Ad Comm.

Sumpſimus, Domine, corporis & ſanguinis tui remedia, obſecrantes maieſtatis tuae clementiam, ut & viventibus ſint tutela, & defunctis obtineant veniam. Per &c.

Pag. 123. *b.* Subſequuntur variae Lectiones, & Evangelia ad Miſſas pro defunctis dicenda.

Pag. 125. Variae Benedictiones hoc ordine:
Benedictio ad capillos tondendos.
Agni in Paſcha.
In area.
Panis novi.
In torcularia.
Putei novi.
Vvae, ſive favae.
Benedictio ad omnia quae volueris.

Deinde pag. 126. redeunt aliae Miſſae, nimirum:
Miſſa in honorem Dominici ſepulcri.
Miſſa in honorem Incarnationis, Nativitatis, Apparitionis, Paſſionis, Reſurrectionis, Aſcenſionis, & Spiritus Sancti adventus.
Miſſa in Natale S. Matthaei Apoſtoli (alia manu).

Tandem diverſae aliae Lectiones, Evangelia, & Officia de Sanctis, nullo ipſorum nomine appoſito (item alia manu).

Cod. membranac. Ms. in 4. maiori, Saec. XII. ineuntis, optime ſervatus. Conſtat foliis ſcriptis 130.

BEDAE VARIA.

Scilicet

I. pag. 1. COmmentarius, ſeu Expoſitio in Acta Apoſtolorum ad Accam Epiſcopum, ut in Cod. VII. huius Plutei §. I. *Cod. IX*

II. pag. 43. Expoſitio ſuper Apocalypſin B. Ioannis Apoſtoli. Ibid. §. II.

III. pag. 99. Expoſitio ſuper Epiſtolas Canonicas. Ibid. §. III.

IV. pag. 191. Expoſitio de Tabernaculo, & vaſis eius, ac veſtibus ſacerdotum Libris tribus. Primus inc. *Locuturi, iuvante Domino.* Vltimus deſ. *quia iſti ſunt ſemen, cui benedixit Dominus.* Tom. IV. a pag. 1166. ad pag. 1280.

IV. pag. 267. De Templo Salomonis Tractatus, praevio prologo, cuius initium eſt: *Hortatur nos vas electionis.* Finis: *& pro nobis intercede;* nec non Tabula Capitum XXV. Tractatus inc. *Domus Dei, quam aedificavit Rex Salomon.* Deſ. *benedicat puſillos cum maioribus. Amen.* Tom. VII. a pag. 1. ad pag. 73. In ultimo Codicis folio occurrit Index Capitum trium Librorum *de Tabernaculo.*

Cod. membr. Ms. in fol. Saec. XV. elegantiſſimus, cum initialibus librorum litteris auro, variiſque coloribus illuminatis. Conſtat foliis ſcriptis 307.

BEDAE COMMENTARIA IN EVANGELIA.

Scilicet

Marci, & Lucae.

I. pag. 1. ANtiquiſſimus eſt hic Codex, ac propterea eorum, quae in ipſo continentur, ſi nova recudenda eſſet editio, non niſi maximo uſui eſſe poſſet collatio. Continet autem Bedae Presbyteri Commentarios in Evangelia Marci, & Lucae. In primis duobus foliis eadem vetuſta manu, ſed charactere exiliori deſcripta ſunt Evangelicarum lectionum initia, quae per totius anni curſum, tum in officio de tempore, tum ſanctorum, legi ſolent in Eccleſia, nec non Capitum Evangelii S. Marci enumeratio, ac tituli. Tum pag. 3. legitur: *In Chriſti nomine incipit Prologus Bedani Presbyteri in Libro commentariorum ſuper Marcum.* Inc. *In expoſitionem Evangelii ſecundum Marcum.* Deſ. *interceſſores exſiſtere dignentur.* Commentarius poſt verba Evang. *Initium Evangelii Ieſu Chriſti &c.* inc. *Conferendum hoc Evangelium Marci. Principium Matthaei.* Deſ. *ut liberi contemplentur formam Domini.* Operum Tom. V. a pag. 1. ad pag. 175. *Cod. X.*

II. pag. 69. Eiuſdem Commentarius in Lucam praeviis Epiſtolis duabus, Accae nimirum Epiſcopi ad Bedam, & Bedae ad Accam, ut in Cod.

Digitized by Google

in Cod. VI. huius Plutei, cum quo mirifice concordat.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XI. binis columnis exaratus, a pag. 269. uſque ad finem manu Saeculi XV. ſuppletus. In calce ſecundi folii haec notula legitur: *Iſte Liber eſt Monaſterii S. Petri de Moſceto Ordinis Vallis Vmbroſae*. Conſtat foliis ſcriptis 298.

ACTA IN CONCILIO BASILEENSI.

Cod. XI. IN hoc magnae molis Codice continetur ſecunda Pars Diarii ampliſſimi rerum in Concilio Baſileenſi geſtarum, quae quum tribus voluminibus continerentur, primo, ac tertio deperdito, ſecundum hoc tantummodo in praeſens ſupereſt. Quis autem hanc paene infinitam documentorum vim congeſſerit, incompertum mihi eſt. Ad calcem quidem legitur *Goſ. de Pineto ſcripſit*: (1) ſed collector ne documentorum fuerit ipſe, an collectionis ab alio digeſtae exſcriptor, quis divinet? Quicumque tamen fuerit huius auctor Diarii, Opus ſuum variis diſtinxit ſectionibus, quas *Collectiones* nuncupavit, eaſque in alia deinde Capita diviſit. Primum, quod deſideratur Volumen, duodecim primas Collectiones complectebatur: hoc alterum, exordium ducit a Collectione XIII. & ad Collectionem uſque XIX. quam integram habet, producitur, ea digerens, quae ab anno 1438. uſque ad finem anni 1443. geſta ſunt. Horum vero documentorum quamvis exſtare nonnulla animadverterimus in Tomo XVII. Collectionis Conciliorum Labbei; multa tamen adhuc inedita in hoc Volumine ſupereſſe arbitramur. Si quis ergo aliud ſupplementum Baſileenſis Concilii in vulgus dare cogitaret, maximam hinc rerum copiam meo iudicio haurire poſſet; ſingula tamen prius editorum documentorum initia alphabetico ordine digerere operae pretium eſſet, ut ita uno ictu oculi, quae ex hoc Codice edita ſint, quae ſecus, diiudicari poſſet. His praemiſſis, ſingulorum Capitum argumenta proferamus. Ita igitur exorditur Volumen: *Incipit Collectio XIII. De ſuſpenſione Papae, & inſtantiis Principum, ut amplius non procederetur*. Caput primum inſcribitur: *Exordium iuxta doctrinam Evangelii, Principi domus Dei non credenti, cui debet, vel non recte ſentienti de operibus fidei, ſcandalizanti quoque, & a bono opere retrahenti officium eſſe interdicendum, & ſic contigiſſe Eugenio Papae IV.* Inc. *Iuſti iudicis, & magiſtri boni &c.*

1438 Pag. 2. *Incipiunt Acta MCCCCXXXVIII. anni, de obitu Sigiſmundi Imp. Rom. benedictioneque a S. Synodo ſuſcepta per ſucceſſorem in Regnis Bohemiae, Hungariae &c.*

Pag. ead. *b. De prima Biſſeſſione Ferrarienſi cauſſam dante ſuſpenſionem Papae non differri.*

Pag. 3. *b. Inſtantia Ducis Mediolani, ut proceſſus contra Papam continuaretur, ut vero minime id fieret, Electorum Imperii; votaque Patrum deſuper, & media pacis per illos aperta.*

Pag. 4. *Reſponſio Ludovici Protonotarii data ad requeſtam Electorum Imperii, quare non erat in proceſſu Papae ſuperſedendum.*

Pag. ead. *b. Synodalis reſponſio exhibita authentice Maioribus Electorum ad inſtantiam eorum factam, ut ſuperſederetur in proceſſu Papae Eugenii IV.*

Pag. 5. *b. Agitationes Patrum, utrum, aut non, cum decreto de ſuſpenſione Papae, de cauſſis in partibus terminandis, collatione beneficiorum per Ordinarios, & revocatione exſpectativarum decreta ſimul publicarentur.*

Pag. ead. *Proteſtationes Hiſpanorum contra ſuſpenſionis decretum, & caeremoniae ſervatae in proclamatione &c.*

Pag. 6. *Seſſio XXXI. in qua lecta fuerunt tria decreta, & primum decretum de cauſſis.*

Pag. ead. *b. Decretum de revocatione gratiarum exſpectativarum, & collatione beneficiorum per Ordinarios.*

Pag. 7. *Qualificationes, & ordo in conferendis beneficiis per Ordinarios, ut ſupra tactum eſt.*

Pag. ead. *b. Decretum tertium promulgatum in eadem XXXI. Seſſione de ſuſpenſione D. Eugenii Papae.*

Pag. 8. *b. Nominatio duodecim perſonarum, ut intenderent ſuper temporalitatem Romanae Eccleſiae, earumque poteſtas, & quid actum vigore illius.*

Pag. 10. *Relatio Io. de Raguſio Oratoris Concilii de geſtis apud Graecos triennio, quo fuit ſuper eorum unione, deque praeventione legationis Papae.*

Pag. ead. *b. Relatio de geſtis per Legatos & Capitaneum, donec cum claſſe in Graeciam applicarunt.*

Pag. 11. *De expoſitione legationis Synodalis coram Imperatore, & Patriarcha Conſtantinopoli, primaque eorum reſponſione.*

Pag. ead. *b. De interlocutionibus multis per Legatos cum Imperatore, ac ſuis Deputatis, his proponentibus habendam pacem cum Oratoribus Papae, illis requirentibus iurata compleri.*

Pag. 12. *Aliae interlocutiones graviores, & ſignificata ultima Imperatoris ſuper danda reſponſione voluntas.*

Pag. ead. *b. Reſponſio data ore Imperatoris, requiſitioque expenſas ſolveret, & ſuper impletione compactatorum acerrimae diſceptationes, utque faceret iuſtitiam de homicidio Heraldi in una ex galeis Papae interempti.*

Pag. 13. *b. Munera exhibita Legatis Concilii per Latinos, & Graecos.*

Pag. 14. *Littera Imperatoris Conſtantinopolitani ſacroſancto generali Concilio Baſileenſi.*

Pag. ead. *De novo Praeſidente Concilii Cardinali Arelatenſe.*

Pag. ead. *b. Littera Regis Franciae contra Ferrarienſem Congregationem.*

Pag. 15. *De geſtis omni conatu per Papam, ut Patres violentia expellerentur a Concilio, & quomodo illius voto non ſucceſſit effectus.*

Pag. ead. *b. Secunda Biſſeſſio Ferrarienſis.*

Pag. 16. *Eugenii Papae IV. Epiſtola dilecto filio nobili viro Wilhelmo Marchioni de Hoch-*

(1) De eo agit Cl. Mehus in Praefat. ad Epiſtolas Ambroſii Generalis Camald. pag. cxxi.

Digitized by Google

Hoeberg Domino de Rothing. Inc. *Summe placent nobis, dilecte fili, fides, & devotio tua*. Deſ. *interclusam. Datum Ferrariae anno Incarnationis Dominicae MCCCCXXXVII. undecimo*
xi. Kal. Martii 1437. *Kal. Martii, Pontificatus noſtri anno ſeptimo*.

Pag. ead. *b. Littera Regis Franciae conteſtantis ſe velle favere electioni Synodali pro Oecumenico Concilio, auctoritatique generalium Conciliorum; Regiſque Caſtellae mandantis ſuis a Concilio non recedere*.

Pag. 17. *Littera Imp. Conſtantinopolitani*.

Pag. ead. *Tertia Biſſeſſio Ferrarienſis de interpretatione Graecorum in illa*.

Pag. ead. *b. Sollicitudo Hiſpanorum, & Lombardorum, ne contra Papam procederetur, dilatione petita LXXX. & LX. dierum, reſponſioque ad eos parte Gallicanae & Germanicae nationum*.

Pag. 18. *Neceſſitas promulgandae Epiſtolae Synodalis de tribus veritatibus fidei, & quare non credendum Papae litteris*.

Pag. ead. *Reſponſio Synodalis ad fundamenta, & rationes primae, & ſecundae Seſſionum Conventiculi Ferrarienſis, oſtendens, quod Papa erigendo ipſum Conventiculum, introduxit ſciſma in Ecclesia Dei*.

Pag. 20. *Synodalis confutatio rationum inſertarum in duabus Biſſeſſionibus Ferrarienſis Congregationis, & continuatio proceſſus adverſus Curiales*.

xi. Kal. Aprilis 1438. Pag. ead. *b. Seſſio XXXII. ſanctae Synodi Baſileenſis*.

Pag. 22. *b. Productio articulorum contra Papam centum quinquaginta, expreſſa eorum continentia*.

Pag. 26. *b. Concluſio articulorum contra Papam, & citatio ad dicendum contra*.

Pag. ead. *Litterae Regis Franciae inſtantis a proceſſu Papae ſuperſederi, Regis Aragonum vocantis Patriarcham Papae Legatum, & non diſſentitur, an liceret Principum Ambaſiatoribus duo dare vota, proprio, & illorum nomine*.

Pag. 27. *Littera Regis Romanorum in favorem iudicii vetiti, ſeu Weſtphalici, de exercitioque huius. Alia Regis Angliae, nimium arguentis Patres ſuper proceſſu Papae, & velut conteſtantis iam eſſe tempus Antichriſti*.

Pag. ead. *b. Diffinitivae ſententiae ſuper cauſſa Maſſilienſis Epiſcopatus, & penſione MCCC. librarum ſuper Abbatiam S. Antonii. Introductio cauſſae Ducis Bavariae, & ſupplicatio Regis Portugalliae, petentis requeſtam contra Saracenos, competentem Regi*.

Pag. 28. *b. De neutralitate Electorum Imperii inter Concilium & Papam, in biſque pro ſe ad utrumque recurſum habentium, eorumque reſponſione ad Ambaſiatam Concilii*.

Pag. 29. *Cedula neutralitatis*.

Pag. ead. *b. Ad petitionem Electorum Imperii, ut in proceſſu Papae ſuperſederetur, data reſponſio verbo, & facto ſervato, ſed ne admitterentur articuli, per Oratores Principum tentatum eſt ordinem mutari Concilii*.

Pag. 30. *Poſt quinque proteſtationes ſolemnitas ſervata eſt in admiſſione articulorum contra Papam, dataque dilatio proceſſui Curialium*.

Pag. ead. *b. Litterae Regis Poloniae retinere nolentis pecunias indulgentiarum Archiepiſcopi Ruthenorum, tamquam venientis ad Concilium; Ducis Sabaudiae illud profitentis, nec utentis commiſſione Papae; ordinationeſque de conferendis in Concilio beneficiis, & regendo officio Poenitentiariae*.

Pag. 31. *b. Favorabilis affectio Regis Romanorum noviter electi ad Baſileenſe Concilium, conceſſis omnibus ſalvis conductibus per Sigiſmundum praedeceſſorem*.

Pag. 32. *Relatio de propoſitis coram Rege, cui datae ſunt pro cauſſa fidei pecuniae indulgentiarum collectae in ſuo Ducatu, ſuaque aſſiſtentia Concilio, & remiſſio annatarum incorporatis Concilio*.

Pag. ead. *b. Relatio de obtentis a Papa ſuper differentiis Eccleſiae per Oratores Electorum Imperii, horumque mente ſuper termino earum, & petitio a Concilio*.

Pag. ead. *Reſponſio Papae Eugenii ad petitionem Electorum Imperii pro danda Eccleſiae pace*.

Pag. 33. *Contraferentia Deputatorum quinquaginta ſuper requeſta Electorum, allegatis rationibus, quare non ſuperſedendum foret a Synodali proceſſu*.

Pag. ead. *b. Aperiuntur quatuor media circa Papae proceſſum, & oſtenſa incompetentia trium, ſuadetur quartum*.

Pag. 35. *Reſponſio ad allegata motiva quatuor, quod ſuperſederetur a Synodali proceſſu*.

Pag. 36. *b. Poſt collationem domeſticam inter Patres, & Oratores Imperii reſponſio publica datur, non ſine utrinque refragationibus*.

Pag. 37. *Inſtantia Regis Franciae, ſuperſederi a proceſſibus factis contra Papam ſuoſque; & diſceptatio, qui cenſendi Catholici Principes, adquieſcentes Concilio, vel ſupplicantes, ut ſuperſedeatur; relatioque de geſtis in diaeta Bituricenſi, & quare Dux Mediolani opponeretur proceſſui Papae*.

Pag. ead. *b. Commiſſiones contra Simoniacos Curiae Romanae, & alios Concilio adverſantes, deque indictione ultimi termini Synodalis proceſſus in multas prorogati dilationes*.

Pag. 38. *b. Sententia Synodalis in Congregatione generali, declarans, ſequentes Curiam Papae Eugenii incurriſſe poenas contentas in decretis Synodalibus*.

Pag. ead. *b. Scripta Ducis Mediolani arguentis Patres ſuper proceſſu, Oratoriſque ſui, & reſponſio*.

Pag. 39. *Reſponſio Synodalis ad cedulam proteſtationis contra proceſſum Papae, factae per Oratorem Ducis Mediolani*.

Pag. 40. *b. Refragatio ſuper cultu tabellae Ieſu, laudeſque fratris Bernardini promoventis*.

Pag. ead. *Relatio de allegatis in diaeta Margarete, quare Regem & Electores non deceret agnoſcere de differentiis Concilii, & Papae*.

Pag. 42. *Reſponſio per convenientes in diaeta, & proceſſus contra plures Civitates Imperiales, pecunias non reddentes indulgentiarum*.

Pag. ead.

Pag. ead. *b. Legatio Regis Franciae ad Concilium ſuper pace, & pragmatica ſanctione.*

Pag. 43. *Obſervatio poſtremi termini proceſſus Papae, agitationibus praeviis, & proteſtationibus ſeptem.*

Pag. 44. *COLLECTIO XIV. De inſtantiis Principum, ut Concilium celebraretur alio, quam Baſileae, Germaniae loco.* Inc. *Magnopere praeſtolandam non eſſe pacem conventione in uno loco duorum exercituum &c.*

Pag. 45. *b. Relatio facta per Oratores Concilii de geſtis in diaeta ſecunda Nurembergenſi ſuper Eccleſiae cauſſa, quod honorifice recepti fuerant Papae Legati, & quid publice propoſuerint, deque fine diaetae.*

Pag. 46. *Secunda relatio de rationibus quamplurimis allegatis, quare mutatio Concilii Baſileenſis ad pacem Eccleſiae non eſſet conveniens medium, de quo in Nurembergenſi diaeta convenientes adviſabant.*

Pag. 47. *b. Expoſitio per Ambaſiatores Regis Franciae dicentes, quamvis optimum ſit celebrari Franciae Concilium Generale, non tamen Romanam Curiam ibi manere diutius, & quae media viſa fuerint ad pacem Eccleſiae.*

Pag. 48. *Sequitur tenor dictarum trium petitionum factarum per Ambaſiatores Regis Franciae pro pace Eccleſiae.*

Pag. ead. *Prima propoſitio Oratorum Germaniae ſuper Concilii mutatione, practicaeque per eos tentae circa ſuppoſita Germanicae Nationis & Conſulatum Baſileenſe, profeſſioque illorum publica de legitima permanentia Concilii Baſileenſis.*

Idib. Nov. 1438. Pag. ead. *b. Facultas Regis Romanorum ad providendum Concilio de protectore, & in aliis.*

Pag. 49. *Secunda propoſitio Oratorum Germaniae ſuper mutatione Concilii, excuſatio item de practicis, ubi occaſionaliter extitit publicatum de intelligentia Papae cum Infidelibus.*

Pag. ead. *Scripta Germanorum ſuper mutando Concilio.*

Pag. ead. *b. Ne repentine Concilium diſſolvatur aviſamentum Synodale, & aliud, ne cum Cruce ingrederetur locum Concilii Cardinalis S. Petri Legatus Papae, eius ſuſpenſione manente.*

Pag. 50. *Contraferentia Deputatorum Concilii, & Ambaſiatorum Germaniae, an primo reſpondendum petitionibus Concilii datis Romanorum Regi, vel requiſitioni de Concilii mutatione, profeſſioque altera Germanorum de Concilio.*

Pag. ead. *b. Reſponſio Deputatorum Concilii ſuper eius mutatione, ſi primum provideretur circa materiam fidei, & multimodas ſcripto notificatas ſecuritates ad pacem Eccleſiae non minus pertinentes; & an copia tradenda eſſet multae interlocutionis.*

Pag. 51. *Reſponſio publica, dandam non eſſe copiam aviſamenti Deputatorum, niſi primo oſtenderetur Concilio; adhaeſioque Oratorum aliorum Principum requiſitioni Oratorum Germaniae.*

Pag. ead. *b. Tenor aviſamenti Deputatorum ſuper eius mutatione.*

Pag. 52. *b. Copioſa adlegatio rationum facta coram Oratoribus Principum, quare contenta in aviſamento Deputatorum eſſent neceſſaria, & maxime opportuna.*

Pag. 54. *b. Replicatio ad reſponſionem Oratorum, oſtendens permaxime fore inſtandum ſuper veritatibus fidei, noviter declaratis, & pro his Eccleſiam ſuſtinuiſſe hactenus perſecutiones.*

P. 55. *b. Incipiunt Acta Anni MCCCCXXXIX. Expoſitio pro parte Regis Romanorum contra Regem Poloniae, & fratrem eius ſuper iure regni Bohemiae quadrifarie ad illum pertinentis, inſtitutioque Protectoris in Concilio, auctoritate Regis Romanorum.*

Pag. 56. *b. Cedula per Oratores Principum exhibita Concilio ſuper mutatione eius, rationeſque, ut accepta fiet.*

Pag. 57. *De non aſſenſu Papae ad celebrationem Concilii in Germania, cognito per tranſlationem ſuae Congregationis a Ferraria in Florentiam.*

Pag. ead. *b. Biſſeſſio IV. Ferrarienſis Congregationis de translatione eius in Florentiam.* *IV. Idus Ianuar. 1438.*

Pag. ead. *Modificatio cedulae Oratorum facta per Deputatos Concilii, illis advertentibus minime; gravis quoque requiſitio, ut quod de legitimitate Concilii Baſileenſis profitebantur verbo, id etiam notificarent ſcripto.*

Pag. 58. *Inſtantia permaxima, ut ex officio per Concilium ſuſpenſio Papae tolleretur, ſed urgente in contrarium inſolubili ratione Oratores ſupplicarunt, non fieri relationem de proceſſu, utque etiam Concilio videndum non exhiberet; ſed introducta eſt ad diſcuſſionem materia fidei de haereſi Papam notante.*

Pag. ead. *b. Reſponſio Synodalis ad cedulam praeſentatam in deputationibus per Oratores Principum ſuper mutatione Concilii in alterum ex tribus locis, etiamſi Papa, & Graeci non conſentirent.* *X. Kal. Martii 1439.*

Pag. 62. *b. Contra Synodalem Epiſtolam replicant Oratores Principum reſponſione ſecuta Praeſidentis.*

Pag. 63. *b Deſtinatio Oratorum in Britanniam, Legatique de latere, & aliorum octo ad diaetam Moguntinam, pleniſſima facultate ad concludendum, & exſequendum ſuper pace Eccleſiae conceſſa.*

Pag. 64. *Proviſio trium Eccleſiarum, & ordinatio contra ambitioſos duarum facierum, a Concilio, & Papa obtinentes beneficia, & ſpecificantur perſonae in diaeta Moguntina convenientes.*

Pag. ead. *b. Collatio habita cum Cardinali S. Petri per Concilii Oratores, horumque prima propoſitio publicata coram omnibus illo abſente in diaeta conſtitutis, aviſamentumque Oratorum Ducis Mediolani.*

Pag. 65. *Concluſiones octo a Magiſtris in Concilio terminatae, Papam, ut in haereſim relapſum denotantes, requiſitioque facta Germanis per Nuncios Nunciorum Papae occulta revelantes.*

Pag. ead. *b. Nomine totius Alamanniae Decreta Baſileenſis Concilii, praeter concernentia Papae proceſſum, ſolemniter acceptantur, cum cer-*

Digitized by Google

certis modificationibus, & ſupplicatione, ut provideretur per Concilium ſuper quibuſdam abuſibus.

Pag. 66. *Primae interlocutiones graves ſatis inter conſtitutos in diaeta, & Oratores Concilii ſuper eius mutatione ad daudam Eccleſiae pacem, quas ſecutae fuerunt graviores multae propoſitiones publicae, & replicationes, ut primum provideretur indemnitati fidei.*

Pag. 67. *Multae promiſſiones verbales ex parte Principum, & intrinſeca applicatio cauſſarum mutandi Concilii, condeſcenſioque Oratorum eius etiam ad locum Concilio incogitatum ſub conditionibus tribus.*

Pag. ead. *b. Aviſatis primo per conſtitutos in diaeta ſecuritatibus, & conſequenter per Oratores Concilii, ac proviſionibus Concilio dandis, magna utrinque contraferentia, an liceret Principes ſpeciales Concilio obligationes facere.*

Pag. 68. *Alia contraferentia ſuper eadem non minor ac de poteſtate in diaeta conſtitutorum ad obligandum Principes ſuos, reſponſioque praeciſa illorum, nolle ſe obligare ſpecialiter, Oratorum quoque Concilii, quod obligationem ſpecialem petentes, talem reddere deberent, generali minime proficiente ad procurandam Eccleſiae pacem.*

Pag. ead. *b. Poſtrema interlocutio, conſtitutos in diaeta nolle conſentire idem repraeſentandum fore Concilium Baſileae, & alio translatum loco, nec illi aſſiſtere, etiam ſi Papa circa profeſſionem veritatum fidei non faceret debitum ſuum, ſed ſine impoſito diaetae ut Concilium vellent adire, vale fuit dictum utrinque.*

Pag. 69. *b. Supplicatio, profeſſioneſque Regis Franciae ad tuitionem Baſileenſium decretorum, aſſertioneſque Oratorum Papae contra veritatem Concilii Baſileenſis, & de treguis Synodali auctoritate factis inter Romanorum, & Poloniae Reges.*

Pag. 70. *Examinatio authentica materiae de haereſi Papam notante, & refragatio Panbormitani Archiepiſcopi cum reſponſione, votoque aliorum Patrum quorumdam ſuper tribus, & ut convenirent ſuper concluſionibus octo.*

Pag. 71. *b. Vt dictarum concluſionum Synodalium concluſio non fieret refragatio permaxima Oratorum Principum, Aragonenſis praeſertim, & Mediolanenſis, adeo ut Panbormitanus, quaſi ipſe conſtitueret Concilium, concluderet non eſſe concludendum.*

Pag. 72. *Patrum reſiſtentia non minus conſtans, ſecuta inſperate, quantum ad tres primas, illorum pacifica concluſione.*

Pag. 73. *Altercatio doctrinalis inter Panbormitanum Archiepiſcopum & Advocatum Ordinis Hieroſolymitani, confirmationem privilegiorum per ordinem beneficia conferri non obligare Papam aut Concilium. Deſtinatio Oratorum Synodalium ſuper pace Franciae.*

Pag. ead. *Tacite facta concluſione ſuper forma decreti trium veritatum, obſiſtentia Oratorum Principum, magnis, ac melancoliae factis allegationibus per Panbormitanum, taliter etiam per Ludovicum de Vrbe.*

Pag. ead. *b. Ad obiectiones ſingulas reſponſio Praeſidentis, quamvis interrupti per Aragonenſem, poſtque diſſenſionem explicatam a Cardinali Terraconenſi, recedentibus Ambaſiatoribus Principum, pacifice iterum facta concluſio.*

Pag. 74. *Exhibitio coram Deputatis Concilii cedulae factae per conſtitutos in diaeta Moguntina poſt receſſum Oratorum Synodalium. Intelligentia etiam primae concluſionis, inſtantiaque Oratorum, & Allegationes Panbormitani, ut ſeſſio non fieret, reſponſione ſingulis data a Praeſidente.*

Pag. 75. *Tractatus concordiae motus per Principum Oratores, ut ſeſſioni intereſſent, ſed ab eis die altero diminutus, dum Miſſa celebrabatur, utque moris, ſpecificatur ſeſſionis actus.* xvii. *Kal. Iunii* 1439.

Pag. ead. *Seſſio XXXIII. de tribus veritatibus fidei.*

Pag. ead. *Approbatio ſolemniter facta per Romanorum, & Franciae Regum Oratores de tribus veritatibus fidei.*

Pag. ead. *b. COLLECTIO XV. De Papae depoſitione.* Prooemium: *Pro veritate ſuſtinenda Catholicae fidei minus eſſe advertendam diviſionem etiam filiorum ad parentes; quodque redarguti a Iudice de peccatis, illa iuſtificare volentes, ſententiam merentur depoſitionis; & quanta magnitudo periculi Eccleſiae immineat, ſi haereticus fuerit Papa.* Inc. *Verbum Patris filius Virginis Beatiſſimae, qui Deus pacis, quinimmo & pax noſtra eſt &c.*

Pag. 77. *b. Relatio de Ambaſiata ad Britanniam, ibidem, praeterquam ſuſpenſionis, acceptata fuiſſe decreta; ſententiaque ſuper Abbatiſſatu undecim milium Virginum Colonienſium, & conceſſio plenariae Indulgentiae, multorumque indultorum permanentibus in Concilio.* v. *Kal. Iunii.*

Pag. 78. *b. Requiſitio publica Oratorum, perlecta eorum cedula, ut Synodus nominaret locum pro ſui mutatione infra XV. dies, & ſuperſederet in proceſſu Papae per ſeptem menſes.*

Pag. 79. *Rationes allegatae per Turonenſem, & Panbormitanum Archiepiſcopos, quare exaudienda petitio Oratorum, reſponſione data illis a Concilii Praeſidente.*

Pag. ead. *b. Tenor cedulae requiſitionis, expreſſis nominibus auctorum illius.*

Pag. 80. *Subſtantia cedulae de ſecuritatibus aviſatis in Concilio, deque intelligentia Principum ad proſecutionem cedulae eorum, ſed nec unanimis eorum conſenſus.*

Pag. ead. *b. Alia ſecretior intelligentia inter Germanos, & Gallicos aſſecurantes Papam in ſuo ſtatu, ſi conſentiret in Concilium. Tertia quoque intelligentia Germanorum ſuper decreti acceptatione.*

Pag. 81. *Allegatio Ludovici de Vrbe, Oratorum nomine, ſuper mutatione Concilii, & ſuperſeſſione in proceſſu Papae, reſponſione illi facta a Concilii Praeſidente, interrogationeque iam publice facta, 2. utrum haberent poteſtatem a ſuis Principibus.*

Pag. ead. *b. Tertia interrogatio urgentius facta Oratoribus Principum de poteſtate eorum, & poſt replicationes pura eorum confeſſio, remit-*

mit-

Digitized by Google

mittens Concilii auctoritati, ut quod conveniens eſſe intelligeret, daret aviſamenta pro pace.

Pag. 82. *Synodalis reſponſio ad requiſita per Oratores Principum ſermone pleno explicans rationes, quare Synodus eorum petitioni aſſentire nequiret.*

Idibus Iunii 1439. Pag. ead. *Reſponſio Synodalis ad cedulam Oratorum Principum de mutatione Concilii in alium locum ex tribus locis, ubi inchoandum eſſet omnino Concilium ad ſex menſes cum dimidio, nec interim contra Papam procedendum.*

Pag. 84. *b. Replicatio facta contra reſponſionem Concilii per alterum ex Oratoribus, non praeterita a Praeſidente Concilii replicatione, & concluſione ſecuta, ut fieret relatio de meritis proceſſus Papae.*

Pag. 85. *Replicatio in ſcriptis nomine Oratorum Principum contra reſponſionem Concilii, comitata reſponſione Praeſidentis, allegatioque facta per Ludovicum de Vrbe, quaſi pro utraque parte.*

Pag. ead. *b. Explicatio ſummaria relationis facta de proceſſu Papae, & quomodo reverſum fuit ad dubia iuris.*

IX. Kal. Iulii. Pag. 86. *Synodalis concluſio de quinque concluſionibus Papam notantibus de haereſi. Suppletio defectuum Synodalis proceſſus, & forma decreti depoſitionis concluſa, citatioque facta ad audiendam ſententiam.*

Pag. ead. *b. Seſſio XXXIV. De Papae depoſitione, ac modus iudicialiter obſervatus circa Papae depoſitionem, interciſaque deliberatio ne ſtatim procederetur ad electionem alterius.*

Pag. 87. *b. Litterae Regis Franciae, ne procederetur ad electionem, reſponſioque ad illas. Item relatio quarumdam litterarum olim ad Ducem Britanniae, & Regem Franciae, qualis eſſet animus illius ad obedientiam Concilii demonſtrantes.*

Pag. 88. *b. Publicatio per Synodalem Epiſtolam Decreti trium veritatum Catholicae fidei, & quinque concluſionum Papam de haereſi manifeſta notantium.*

Pag. ead. *Epiſtola Synodalis de tribus veritatibus fidei, & quinque propoſitionibus, concludentibus Gabrielem, quondam Eugenium Papam Quartum, eſſe haereticum.*

VI. Non. Iulii. Pag. 89. *b. Tenor ſcripturae de unione Graecorum publicatae Florentiae poſt depoſitionem Papae ad decem dies.*

VI. Idus Iulii. Pag. 90. *Seſſio XXXV. Decretum de permanentia Patrum in Concilio, admiſſioneque omnium Papae adhaerentium.*

Pag. ead. *b. Multis fulcita rationibus profeſſio Patrum, ut non obſtante periculo mortis firmi permanerent Baſileae pro defendenda Eccleſiae auctoritate, diligentiaque deſuper.*

Pag. 91. *b. Plures proviſiones de Cathedralibus Eccleſiis factae Septembrio menſe.*

Pag. ead. *Relatio de publicatione ſententiae facta per Oratores Concilii, eorumque allegatio ſuper iuſtificatione illius, quatuor ex cauſſis.*

Pag. 93. *Allegatio continens pleniorem ſuſpenſionem animorum, ſive neutralitatem conceptam per Electores Imperii.*

Pag. 96. *b. Ratio de Praeparatoriis Commiſſionibuſque, quae lata eſt ſententia diffinitiva de materia de Sancta Conceptione Beatiſſimae Virginis.*

Pag. ead. *Seſſio XXXVI. De diffinitiva ſententia pro Beatiſſima Virgine, quod abſque originali concepta, ſancta immaculataque fuerit ſemper. Inde ſequitur totum Officium, & Miſſa, nec non Miracula de Conceptione Deiparae.* *XV. Kal. Octobr. 1439.*

Pag. 101. *Sexta Biſſeſſio Florentinae Congregationis de condemnatione, una cum illarum defenſoribus, trium veritatum fidei declaratarum per Baſileenſe Concilium.*

Pag. 103. *Synodalis reſponſio ad allegata per olim Eugenium contra dictas tres veritates, earumque perſecutores incipiens: Beatus Hieronymus.*

Pag. ead. *Reſponſio Synodalis ad invectivam Gabrielis, quondam Papae Eugenii, publicatam in quadam Biſſeſſione Conventiculi Florentini.* *Nonis Octobr.*

Pag. 106. *b. Contraferentia inter Patres, an libellus de reprobatione dictarum veritatum trium condemnari debeat, tamquam haereticus.*

Pag. 107. *COLLECTIO XVI. De electione Papae, per ſententiam Synodalem Baſileenſem facta, & de procurata obedientia.* Prooemium: *Quanta ſit neceſſitas ex divini iuris auctoritate, ut Papatus officium continue permaneat in Eccleſia; exponunturque rationes urgentes Synodum Baſileenſem, ut poſt depoſitionem Eugenii Papae IV. pleno opere intendat ad electionem Romani Pontificis.* Inc. *Summorum Pontificum ſalvator &c.*

Pag. 109. *Litterae Romanorum Regis & protectoris Concilii, ſuperſederi ab electione, Oratore illius profitente Concilii iuſtitiam in articulo mortis, notificante quoque de unione Graecorum & per eos approbata.*

Pag. ead. *b. Exhortationes duae Praeſidentis Concilii ad electionem fore procedendum, nec exſpectandum diaetas Germaniae, utque non doctiſſimus, ſed potens eligeretur, ad eligendumque alios XXIX. fuerunt deputati tres Synodales Electores.*

Pag. 110. *b. Seſſio XXXVII. De modo eligendi per Concilium ſummum Pontificem, profeſſioneque facienda per eum.*

Pag. 112. *b. Aliud Decretum eiuſdem Seſſionis, ne bona eligentium, & electi in Papam, eripiantur.*

Pag. ead. *Aliud Decretum eiuſdem Seſſionis de ſuſpenſione audientiae cauſſarum, & litium.*

Pag. 113. *Refragatio, ut Metropolitanis non concederetur poteſtas diſpenſandi in poſtulationibus, publicatioque acceptata de XXIX. Electoribus, & Officialibus Conclavis, ratiocinatione ſecuta, ut inter Praelatos & Doctores ſorte diſtribuerentur Camerae Conclavis.*

Pag. ead. *b. Seſſio XXXVIII. De reprobatione libelli Moyſis, conceſſione facta Ordinariis ſupplendi omnes defectus circa electiones factas iuxta Decretum Baſileenſe, confirmationeque Synodali electorum Summi Pont.*

Pag. 117. *Aliud Decretum eiuſdem Seſſionis de conceſſione facta Ordinariis ſupplendi omnes defectus circa electiones factas iuxta Decretum Baſileenſe.*

iii. Kal. Novembr. 1439. Pag. ead. *Sequitur aliud Decretum eiuſdem Seſſionis de confirmatione Synodali Electorum ſummi Pont.*

Pag. ead. *b. De iuramento praeſtito per Electores Papae, caeremoniiſque in ingreſſu conclavis, expreſſo electionis, & publicationis modo, & quod, praeter electum, ſeptem tamen habuerunt voces ad Papatum.*

Pag. 118. *b. Litterae Regis Caſtellae ad Concilium poſt praeſentatas litteras depoſitionis, & de haereſi olim Eugenii, quod vellet deliberare, Electorumque Imperii etiam ſalvo conductu, Imperio vacante, concedentium Concilio. Exequiae generales pro defunctis Patribus tempore peſtis, litteraeque neutralitatis per Electores ſervari mandatae.*

x. Kal. Novembr. Pag. 120. *Septima Biſſeſſio Florentina de unione dicta Armenorum per olim Eugenium, quatriduo ante appellationem Cardinalium.*

Pag. 123. *Litterae Concilii ad Reges, Praelatos, Principes, & Vniverſitates de electione in Papam Amedei Ducis Sabaudiae Decani militum Ripaliae.*

Pag. 123. *b. Seſſio XXXIX. de confirmatione electionis Synodalis in Papam Amedei Ducis Sabaudiae.*

Pag. 124. *b. Reſponſio electi ad litteras Concilii de electione eius aviſantis, mittendos ad diaetam Bituricenſem in Francia Ambaſiatores; excuſationeſque Arelatenſis Cardinalis, non imponendum eidem transferre velle Concilium.*

Pag. 125. *Legatio Synodalis ad requirendum conſenſum electi, Cardinalis unus, Epiſcopi ſeptem, Abbates quatuor, Doctores in theologia quatuor, in iure ſex, treſque magni Nobiles, magnifice tractati omnes eundo, ſtando, electo, & de difficultatibus motis per ſuos Conſiliarios.*

Pag. 126. *Perſuaſiones, requiſitiones, & inſtantiae pro acceptanda electione, poſt trinam excuſationem devote acceptata per electum appellatum Felicem Papam V. deque inveſtitura, & reverentia Papali, & cum obedientiarum quarumdam recognitione.*

Pag. 127. *Eductio Papae a ſolitudine Ripaliae, oblationes eius ad ſervitium Eccleſiae, totum ſuum, bona, & corpus; intereſſentia eius Divinis Officiis, & dimiſſio Ducatus, aliorumque dominiorum filiis ſuis, & germano; deque tractatibus cum ipſo per Legatos Concilii ſuper agendis.*

Prid. Kal. Ian. Pag. 128. *Littera Felicis Papae V. ad Alphonſum Regem Aragonum.*

Pag. ead. *b. Alia eiuſdem ad Synodum Baſileenſ. de acceptata Synodali electione ſua.*

Pag. 129. *Sententia lata contra Papae Eugenii Oratores in Conſtantinopoli, ſe appellantes. Concilii ambaſiata ſolemnis etiam ſuper electione Romanorum Regis. Relatio de geſtis per Oratores Concilii cum Papa, cui conceſſum eſt, ut extra locum Concilii Cardinales poſſet citare.*

iv. Kal. Martii 1440. Pag. 130. *Reſponſio non grata per Electores data Oratoribus Concilii, & Papae, illam bonis verbis Moguntino Archiepiſcopo colorante; alia quoque ambaſiata in Franciam, & inſtructiones.*

Pag. ead. *Quam grata fuit electio Synodalis in Regno Poloniae, deque non acceptata promotione Cardinalatus Cracovienſis Epiſcopi; poſtque reſiſtentias Germanicae Nationis, & Oratorum Pariſienſis Studii, concluſum eſt de proviſione Papae facienda, & Officiariis Curiae Romanae.*

Pag. ead. *b. Dati ſunt Deputati, aviſaturi de unanimitate poſt eius acceſſum conſervanda inter Concilium & Papam, cauſſata bulla eius de praeſidentia Cardinali conceſſa Arelatenſi.*

Pag. 131. *De obedientia Ordinis Cartuſienſis reddita Papae, & Concilio Baſileenſi; deque proviſione adhibita, ut propter differentiam obedientiarum Ordo non divideretur; proviſio etiam Baſileae facta ſuper victualibus, ne cariora fierent acceſſu Papae.*

Pag. ead. *b. Seſſio XL. de obedientia praeſtanda Papae electo auctoritate.*

Pag. 132. *Certitudine habita de proximo Papae acceſſu ad Concilium, ſolito gravior fuit inter Patres differentia ſuper exercitio iuriſdictionis, etiam Praelatorum diſceſſu a Congregatione, dum deliberata deputationum concludenda erant; tandem pace omni facta eſt ordinatio conformiter ad praeeminentiam Synodalis auctoritatis.*

Pag. 133. *Ordinatio Synodalis in plenum favorem auctoritatis generalium Conciliorum ſupra poteſtatem Papae, operis continuati exercitio perhibens teſtimonium.*

Pag. ead. *b. Acceſſu facto Papae ad Concilium magna cum honeſtate, dati ſunt Deputati ad cum eo, & Cardinalibus intendendum rebus agendis.*

Pag. ead. *Octava, & nona Biſſeſſiones Florentinae de proceſſu contra Papam, electoreſque.*

Pag. ead. *Monitorium ac iudicium olim Eugenii, ſuaeque Biſynodi Florentinae contra Felicem Papam V. electoreſque eius.* x. Kal. April. 1440.

Pag. 135. *b. De libero exercitio officii Papatus in Concilio, datis deſuper regulis honeſtis.*

Pag. 136. *Seſſio XLI. de annullatione fulminationum ex adverſo contra Papam Felicem, eiuſque electores factarum.*

Pag. ead. *b. Reſponſio multorum Principum, & Vniverſitatum ad Papam ſuſcepiſſe litteras eius Synodalem electionem & conſenſum ſignificantes; poſtque diſceſſum unius ſecuta concluſio ultima de proviſione Papae, & Cardinalium.*

Pag. 137. *Seſſio XLII. de proviſione Papae, Cardinalium, & Officialium Curiae Romanae.*

Pag. ead. *Tenor decreti XLI. contra libellum Gabrielis.* x. Kal. Aug.

Pag. 138. *b. De obedientiis pluribus Papae redditis, deque ſalvoconductu Concilio dato per Romanorum Regem, cum expreſſione etiam praeeminentiae Papalis.*

Pag. 138. *De ſingulari magnificentia exhibita in Papae coronatione, eiuſque profeſſione humili ad manutenendam fidei veritatem, generaliumque celebrationem Conciliorum.*

Pag. 139. *Deliberationes Patrum coram Papa contra neutralitatem Electorum Imperii, ſed agentibus Arelatenſi Cardinali, & Argent. Epiſcopo ſuperſeſſum.*

Pag. 141. *b. Petitiones ſex Oratorum olim Eu-*

Digitized by Google

Eugenii, unaque oblatio velle celebrari Concilium Avenione, aut alio Franciae loco, propoſitioneſque illorum, ac Synodalium Oratorum publice coram Rege, ac Clero tam conformes, ut fuerunt omnino invicem contradicentes.

Pag. 142. *Reſponſio Regia utrique data parti cum proteſtatione in ſcriptis, ſed nec ſecutum votum adverſariorum, ut pro obedientia fierent proceſſiones, multiplicataeque darentur litterae de iniuſtitia Concilii Baſileenſis ab eis deſideratae.*

Pag. 143. *Copia proteſtationis Regis Franciae ſcriptae per manum Rev. in Chriſto Patris D. Gherardi Caſtrenſis Epiſcopi Confeſſoris Regis praedicti.*

Pag. ead. *Litterae Regis Aragonum plus ſolito legitimitatem Concilii profitentis, reſponſioque firmata Studii, & Capituli Colonienſis ad Concilii favorem &c.*

Pag. 144. *b. Publicatio aliorum ſex Cardinalium, pronuntiatioque trium Legatorum in Germania, & aliorum Oratorum ad obedientiam procurandam deſignata, ſpeciali facultate conceſſa eis.*

vi. Idus Novembr. 1440. Pag. 145. *Epiſtola Synodalis de periculis, in quibus Eccleſia laboraret, contempta Synodorum auctoritate, deque iuſtitia Concilii Baſileenſis, & iniquitate olim Eugenii, nec ſuſtinenda neutralitate.*

Pag. 148. *b. Pro Synodali iuſtitia determinationes generalium quinque Studiorum Germaniae ſequuntur declarationes Studiorum, Pariſienſis, Viennenſis, Erfordienſis, Colonienſis, Cracovienſis, Lipſienſis.*

Pag. 150. *b. COLLECTIO XVII. De multifaria diſputatione in diaeta Moguntina ſuper tribus fidei veritatibus, & iuſtitia Synodali.* Prooemium: *Quam utiles, quamve neceſſariae ſuper theologicis veritatibus ſint publicae diſputationes.* Inc. *Ieſu Nazareno, quem ille perſequebatur vas electionis &c.*

1441. Pag. 152. *Incipiunt geſta Anni XLI. Clauſulae duae ſupra communem formam aliorum iuratorum per Cardinales Dertuſenſem, & Panhormitanum; firmatio quoque Regis Aragonum cum Concilio, & parva de reformatione, de rochetis Abbatum.*

Pag. ead. *b. Geſta per Legationem Concilii, & Papae ad diaetam, quae evanuit per Regem Nurembergae tenendam, bonaque diſpoſitione reperta, inque multis pro obedientia Felicis Papae V. e Concilii parte, Legatione Baſileam redeunte, alia Moguntiam adiit.*

Pag. 153. *Initium futuri receſſus ab obedientia Concilii per Regem Aragonum, mandantem ſuper Eccleſiaſticis, nullas exſequi debere abſque ſua ordinatione litteras, intelligentiaque ſpontanea, alia neceſſaria ſecuta eſt Panhormitani circa decretum de auctoritate Concilii generalis.*

Pag. 153. *Articuli per Nuntios olim Eugenii Moguntiae publicati, quod recedere de neutralitate ſit neceſſarium.*

Pag. ead. *b. Quod Papa praeſedit in generali Congregatione ſemel ex neceſſitate; multaeque reformationes honeſtatis, permaxime de collationibus Ordinariorum, & contra pluralitatem beneficiorum, & incompatibilium diſpenſationes, licentiasque ad Ordines recipiendos.*

Pag. 154. *Continuatae litterae Regis Aragonum iterum offerentis triremem pro Legato Concilii ad ipſum mittendo, vexationeſque Fratrum Minorum de ſtricta Obſervantia, & proviſiones quarumdam Eccleſiarum.*

Pag. ead. *b. Relatio de geſtis Moguntiae per primum, qui ibi acceſſit Legatum, inſtantem ut alii etiam mitterentur, Archiepiſcopo Moguntino ſecretius tractante pro reddenda tunc obedientia; adverſatio, reſponſioque ad oblationem ligatam audientiae ex parte diaetae.*

Pag. 156. *Poſt acceſſum Cardinalium Arelatenſis, & S. Martini Legatorum ad diaetam Moguntinam per congregatos plurimae, vehementeſque inſtantiae, ut ille cum Cruce, & inſigniis, alii duo in habitu Cardinalium non comparerent, adeo increverunt, ut Moguntini cives datum revocaverint ſalvumconductum.*

Pag. ead. *b. Prima propoſitio publica, parte Concilii, per Thomam de Cortellis, alloquente in principio, & fine Cardinali Arelatenſe, requirente etiam genibus flexis ſuſtinere Concilii Baſileenſis auctoritatem.*

Pag. 157. *Altera propoſitio ex adverſo, parte olim Eugenii, per Io. de Carvaial, & Nicolaum de Cuſa primos duos Nuntios eius ſuper magnificandam Papae auctoritatem, & reſpondentes ad obiecta Concilii.*

Pag. ead. *b. Propoſitio ſecunda Concilii parte facta per Cardinalem S. Calixti, & parcellas complexa XII. in quarum prima rationem reddit, quare in habitu comparuiſſet Doctoris; ratiocinatoque ex titulis Litterarum Concilii & Papae conſtare de ſuperioritate Synodalis auctoritatis, quatuor dicta expoſuit, cur omni rectae politiae neceſſaria ſit fides, & amplius multo Religioni Chriſtianae; quodque permaxime ſpectat attendere quae ſit traditio, ſecundum quam tenenda eſt Catholica, & quod eiuſmodi traditio non reperitur in aliquo ex quatuor maximis tribunalibus mundi.*

Pag. 187. *Duodecima, & ultima parcella, ratione declarata pertinaciae, enumerat XII. modos illius, & quomodo comprehenduntur in quatuor ſpecificatis per Concilium, clamore accuſatoris non indigentibus, expoſita vero concludens, de obedientia requirit, Arelatenſi Cardinali ſuperaddente.*

Pag. 190. *Summaria relatio de expoſitis per Io. de Carvaial & Nicolaum de Cuſa Oratores olim Eugenii, ultima audientia illis conceſſa, primo diſſuadente credi, quia non omne Concilium eſſet Concilium, & alio quoque generalia errare Concilia proſequente, nec valere, quod agit Concilium abſque Papae conſenſu.*

Pag. 191. *b. Verba Treverenſis Archiepiſcopi neutralitatem denotantis: querela Oratorum Regis Romanorum, & concluſio una diaetae ſecreto captata pro celebratione Concilii. Nominantur ſeptem in Germania, totque in Francia locis, & alio, velut media, finiſque conventionis, & proſecutio diaetae, vel alterius concluſio-*

Digitized by Google

ſionis partialis apud Romanorum Regem, Oratoribus Concilii praebentem audientiam favorabilem, fratre autem eius profitente obedientiam Felicis V.

Pag. 192. *Amplificatio diſputationis, ultra quae verbo expreſſa fuerunt, multa exponens non parvipendenda ſpeculatione de Eccleſiae auctoritate, materiaque fidei; primo autem demonſtrat adverſariis non convenire allegationem de errore generalium Conciliorum, praeiudicialem Catholicae fidei, & quod excellentia illa eximens Papam, propterea quod ſit Eccleſiae ſponſus, ipſamet arguit, ſi in XIII. caſibus licet Eccleſiae eum dimittere.*

Pag. 195. *Quod Principatus Monarchicus ſublimior ſit, cum in ſuo regimine conſilio utitur multitudinis ſapientum: dignitas etiam Papatus prae ceteris habens conſilium fixum, quoque robur accipit generalis Concilii celebratione.*

Pag. 202. *Vt impleatur mandatum Chriſti, & Eccleſiae, quod intelligendum eſt uno convenire loco; & licet Synodus generalis reſpectu Eccleſiae multiplicem recipiat mutationem, non tamen quoad poteſtatem; quod vero Eccleſia nominetur, adducuntur teſtimonia ſacri Canonis octo.*

Pag. 203. *Reſpondetur ad auctoritatem ſummorum Pontificum, ſemetipſos eximentium a iudicio Eccleſiae, & quomodo aliud univerſitati, aliud ſingulis competit. Item multipliciter ad dictum Bonifacii, & quantum expediat Eccleſiae Papae ipſi conceſſum eſſe eum paſci indigentem, in quibus oves paſcit.*

Pag. 206. *b. Arguitur competentia remediorum data ex adverſo, quod tempore iniqui licet exſpectare a Deo miraculum, & populo Chriſtiano orare, ut Deus Vicarium ſuum corrigat, vel de medio tollat, & quomodo hoc eſt incidere in iudicium Eccleſiae confuſibile magis Papae.*

Pag. 210. *b. Tractatus ſecundus ampliatae diſputationis ſuper materia fidei exponens de Eccleſiae auctoritate intelligentias XIX. ſecundum fidei rationem, cumque ſpiritus, qui ex Deo non eſt, agnoſcitur, ſi diſſolvit Ieſum, vel Eccleſiam non audit, utrumque applicans ex decreto Conſtantienſi, probat haereſim olim Eugenii.*

Pag. 212. *b. Haereſim olim Eugenii Evangelio repugnare iubenti Petro dicere Eccleſiae . . . . multifarie deducitur, confutata reſponſione affirmante Papam ſubiectum Eccleſiae ſolum in Confeſſionis Sacramento.*

Pag. 214. *b. Praemiſſa ratione, quare ample diſſeritur, & quid intendit adverſaria propoſitio, affirmans Papam ſuper Eccleſiam conſtitutum; exponuntur quamplurimae ſignificationes huius propoſitionis* ſuper, *& diſſeritur ſi accipiens a Rege ſuper omnia bona ſua poteſtatem, intelligatur etiam ſuper Reginam ſuam legitimam coniugem.*

Pag. 216. *Declarantur termini, quid dicatur mediate, vel immediate eſſe a Deo, quid eſſe ex Deo, vel ex hominibus, & quoties unum dicitur prius altero.*

Pag. ead. *b. De poteſtate Eccleſiae in foro iudicii cenſuras fulminante; oſtenditur quod in quibuſdam ex Deo ſolum, in aliis ex Deo & hominibus ſit differentia aſſignata poteſtatis competentis Epiſcopis, eorumque Vicariis, ſive Legatis, aut Delegatis Papae.*

Pag. 218. *b. Ex praemiſſis rationibus decem, quare Epiſcopis omnibus competit immediate poteſtas a Deo, contrafertur de Eccleſia idem, diſſeriturque illi competere electione magis, quam confirmatione, conſecratione, notatis quibuſdam abſurditatibus aſſertionis illius, Eccleſiae ac Papae ſolum competere poteſtatem finibilem, ut Legati de latere,*

Pag. 219. *Ratione multiplicata explanatur maximam competere Eccleſiae poteſtatem militanti continue adverſus ſpiritalia, nequitiae principem, & poteſtates.*

Pag. 219. *b. Quod maxima poteſtas Eccleſiae competens manet in ea continue, fixe, invariabiliter, ac perpetue, quam non ex hominibus, ſed a ſponſo accepit in dotem.*

Pag. 220. *b. Docta, roboreque firma diſſeritur ſpeculatione poteſtatem ſupremam Eccleſiae unam, immultiplicabilemque eſſe, quamvis tribus competat, Eccleſiae Catholicae, generali Synodo, & Papae &c.*

Pag. 222. *b. Non repugnare unitati potentiae pluralitatem operantium illius vigore; exemplificatur in naturalibus, ſpiritualibus, civilibus, & Eccleſiaſticis, dato caſu in Apoſtolis XII. ſuprema functis poteſtate, nullatenus eiſdem competentibus cauſſis quatuor contradictionis poteſtatum.*

Pag. 223. *b. Quod unitatem Eccleſiaſticae poteſtatis demonſtrat identitas finis, modi, formae, obiecti, circa quod operatur, & in quod reſpicitur; actionumque competentium Synodo & Papae, necnon quae illam inſinuant Evangelii verba.*

Pag. 224. *b. Multifarie probatur unitatem Eccleſiaſticae poteſtatis non variari ex differentiis ſeptem.*

Pag. 232. *Copioſius aſſeritur de poteſtate Eccleſiae in lege naturae, & ſcripta, prout Divina tradit Scriptura.*

Pag. 236. *Serioſa expoſitio de Eccleſiae poteſtate conceſſa per Chriſtum Apoſtolis, in ſeptem diviſa partiales &c.*

Pag. 242. *b. Declaratur finis ſublimior quam ſit aeternae vitae adeptio Eccleſiaſticae poteſtatis, videlicet divini clarificatio nominis; & de ſeptem poteſtatibus Apoſtolis conceſſis a Chriſto, quomodo ipſiſmet competant; diſſeritur alta ſpeculatione, quantum ad ultimam praecipue, quae eſt poteſtas remittendi, exponendo, quod deletio culpae, redemptio humani generis, liberatio a poteſtate Diaboli, & aperitio ianuae Paradiſi, pertinent ad poteſtatem remittendi peccata Chriſto, non vero Apoſtolis tributam.*

Pag. 245. *b. De ſex Evangelicis poteſtatibus, quomodo Chriſto competerent diſſeritur, declaratioque circa effectum gratiae ſacramentalis.*

Pag. 250. *Ex deſignatis ſeptem Eccleſiaſticis po-*

Digitized by Google

poteſtatibus, Evangelica inſinuatis doctrina, probatur particulari applicatione poteſtatem Eccleſiaſticam primo Eccleſiae, quam Papae competere.

Pag. 251. *b. Diſtinctione facta ex verbis Evangelii, quantum ad illa quae ſunt permanentis continue verificationis: ſeptem explicantur dictamenta effectus huius, quod ſolus Petrus ſucceſſorem habuit in plenitudine poteſtatis, quantum ad regimen omnis populi Chriſtiani &c.*

Pag. 256. *Vt manifeſtetur ſi poſitio adverſa diſſolvit leſum a corpore Eccleſiae, & eius principalibus membris, praemiſſa doctrina Apoſtolica de unitate Corporis myſtici diſtinguit quadruplicem unionem, oſtendens quod illa maior non eſt certa ac permanens, quemadmodum eſt Eccleſiae principalium Miniſtrorum.*

Pag. 258. *Ex differentia operationum remonſtratur differentia poteſtatum, influxus quoque, & unionis differentis in Epiſcopis, & aliis naturali exemplo civili &c.*

Pag. 259. *Ratiocinatur per doctrinam Apoſtoli, quod primum Deus in Eccleſia poſuit Apoſtolos; ideo Epiſcopos eorum ſucceſſores specialiter habere ad Chriſtum & Eccleſiam unionem continuo permanentem illi alias quam in naturalibus &c.*

Pag. 269. *b. COLLECTIO XVIII. Sicut Chriſtus diſcipulos ſuos dotavit ſublimi poteſtate, ita ſigna dedit, quibus illa in ipſis clareret &c.* Inc. *Rex pacificus magnificatus ſuper omnes Reges terrae Chriſtus Deus &c.*

1441. Pag. 271. *Inter geſta Iunii, & Iulii anni XLI. refertur de obedientia Felicis Papae Slevacenſis Eccleſiae, provinciaeque Ordinis Minorum Alemanniae ſuperiorum, & pluſquam ſummarie de doctrina inter de Obſervantia, alioſque Fratres, declaratione quoque publice facta per Cardinalem Panhormitanum, quare die Pentecoſtes in Sermone coram Papa viſus eſt minus extollere eius auctoritatem.*

Pag. 272. *b. Relatio de geſtis in Polonia ſuper obedientiam Felici exhibendam.*

Pag. 273. *b. Seſſio XLIII. De ſolemnitate celebranda Viſitationis Beatiſſimae Virginis Mariae.* *Kal. Iulii.*

Pag. 274. *Aviſamentum effectu carens Regis Aragonum, imponi decimam ſuper omnem Clerum in ſubſidium Conventus Rhodi contra Turcas, abbreviataque relatio tractatus verſati diu, ſed non concluſi, inter Papam Felicem, & Ducem Mediolani ſuper ſtipendiis quatuor millium equorum ad habendum patrimonium Eccleſiae, & tunc reddenda illi obedientia.*

Pag. 275. *Differentia abſque ulla contentione inter Papam, Cardinales, & Officiales Curiae ſuper diſtributione quinti denarii impoſiti XLII. Seſſione, quota Papam, quota Cardinales, & quota alios portio deberet contingere.*

Pag. ead. *b. Continuata concluſio, ſed noviter reddita obedientia Felici Papae per Clerum circumvicinum, & Gubernatorem Regni Bohemiae, nec non Cracovienſem Epiſcopum acceptantem dignitatem Cardinalatus; commiſſioque ad exigendum rationem de pecuniis Concilii nomine habitis, & interdictio poſita propter exceſſum Soldani.*

Pag. 276. *b. Menſibus V. factis proviſionibus, videlicet de tribus Eccleſiis Titularibus totque Realibus, ſed quo illis erat maior Saltzburgenſis, plures, fortioreſque patiens difficultates, dum per Concilium, non vero per Papam peteretur electionis fieri confirmationem; factaque per Papam Synodali etiam commiſſione, poſt labores multos Bulla iuramenti tranſit quodam temperamento.*

Pag. 277. *Incipiunt geſta anni MCCCCXLII. Relatio de cauſſa Praepoſiturae Herbipolenſis per Io. Baenſtem, lamentationibus, & cantionibus ſpecialiter contra Praeſidentem Concilii, nec non replicationibus, & propoſitionibus factis etiam in generali Congregatione pluſquam perſaepe; non vero tot, ſed nec urgenter minus ſuper Decanatu Oſten. deque dimembratione commiſſa Eccleſiae Carthagen. & quomodo ſuſcepit impedimentum Legatio Cardinalis S. Callixti ad Regem Aragonum.*

Pag. 278. *b. De prima viſitatione Cardinalis Tridentini ad Romanorum Regem ſine capello, ſed illo utentis in acceſſu Card. S. Angeli, deque obedientia Magni Ducis Lithuaniae, reſiſtentia quoque ibidem Legato olim Eugenii.*

Pag. 279. *Habita notitia de diſpoſitione Electorum V. pro obedientia olim Eugenii ante hoc offerente ſe Felice ſtare velle ordinationi Concilii pro habenda Eccleſiae pace, poſt maturas deliberationes, quod etiam abſque inſigniis Cardinalatus Panhormitanus, & S. Callixti in diaeta Francofurdenſi iuſtitiam Concilii, & Papae manifeſtarent, deſtinati ſunt duo praevii ad Romanorum Regem exhibituri Synodalem Epiſtolam ad Eccleſiae pacem &c.*

Pag. ead. *b. Synodalis Epiſtola ad Romanorum Regem de iuſtitia Baſileenſis Concilii, ac Felicis Papae, deque eorum oblatione ad habendam in Eccleſia pacem.* III. *Non. Aprilis* 1442.

Pag. 282. *De Biſſeſſione decima Congregationis olim Eugenii translationem deſignante eius a Florentia in Romam pro converſione Aethiopiae Regis Presbyteri Ioannis vocati.*

Pag. ead. *Tenor Biſſeſſionis decimae olim Eugenii de translatione Congregationis ſuae de Florentia ad Vrbem.* VI. *Kal. Maii.*

Pag. 283. *Synodales, Apoſtolicique Nuncii ex illis partibus redeuntes, notificant Patribus de magna ſpe reddendae obedientiae in Polonia, formam exhibentes de reddita in Regno Bohemiae, & ne impedimentum eſſent proſecutioni diaetae Francofurdenſis, in qua pluribus cauſſis ſit ſuſpenſio.*

Pag. ead. *b. Seſſio XLIV. De tuitione ſuppoſitorum Concilii.* V. *Idus Auguſti.*

Pag. 285. *b. Initium diaetae Francofurdenſis, annotatis, qui ad eam convenere maiores Praelati, & Principes &c.*

Pag. 286. *Allegationes, prout ipſi petierunt de iuſtitia Synodali coram Auditoribus Regis, & Electorum Imperii factae per Cardinalem Panhormitanum, conſequenter ex adverſo hinc non tam plene, ſed illinc ſcriptis communicatis*

pro

Digitized by Google

pro ſermone abundantiis aliis quoque petitis.

Pag. 287. *Poſt reditum Romanorum Regis de Aquiſgrana, ex tribus prima recepta corona, duae viſitationes Legatorum, & Oratorum Synodalium, facta ſummarie informatione de iuſtitia Concilii, requirentium publicam fieri relationem de utrinque allegationibus: & tunc revelantur aviſamenta dicta V. Electorum Imperii, reddendam fore obedientiam Papae conceſſuro nationi Germanicae Decreta Concilii Baſileenſis, aviſamentorum effectu ſummarie deſignato.*

Pag. ead. *b. Allocutio ad Regem per Panbormitanum, conſequenter Arelatenſem, ſed abundantius per S. Callixti Cardinales contra dicta aviſamenta.*

Pag. 288. *b. Intellecto quod ſuper dicta concluſione deliberaretur, ad Concilium tempore medio non fieri recurſum; Panbormitanus e contra in praeſentia Regis multa allegavit facti, & iuris; alia quoque vice, ut olim Eugenio per Nuntios reverenter non exhiberetur Papatus: ex adverſo autem ne Rex, quomodo faciebat, honoraret Legatos Concilii, finiſque diaetae inſertis regali proviſione, & inſtructionibus ultimis.*

xiv. Kal. Auguſti 1442. Pag. 289. *b. Littera Regis Romanorum ad ſubditos Imperii pro indemnitate eorum, qui ſunt in differentia Eccleſiae.*

Pag. 290. *Inſtructiones ſecretae pro Ambaſiatoribus Regis Romanorum, & Electorum Imperii mittendis ad olim Eugenium, & ad Sacrum Baſileenſe Concilium, & ad electum in Papam Felicem Quintum ſuper pace Eccleſiae tractanda.*

Pag. 291. *Incipiunt ſcripta allegata & communicata in diaeta Francofordienſi, tenta menſibus Maii, Iunii, Iulii, & Auguſti anno Domini MCCCCXLII. coram Deputatis a Romanorum Rege, & Electoribus Imperii per Card. Panbormitanum de legitima perſiſtentia Concilii Baſileenſis, translatione Ferrarienſi non obſtante. Item de auctoritate generalis Concilii ſupra Papam, deque iuſtitia Synodalis proceſſus in depoſitione Eugenii IV. electioneque Felicis Papae Quinti.*

Pag. 294. *b. Allegationes Cardinalis Panbormitani XIV. continent partes: prima, explicatis tribus dubiis, multis allegationibus iuris confirmat regulam illam iuris communis: quod ſit a maiori & ſeniori parte cuiuſque Vniverſitatis validum eſſe, nec illi obſtare poſſe ſtatutum & conſuetudinem etiam iuratam.*

Pag. 295. *Repelluntur eorum caſus, quibus ex adverſo dicitur maiorem partem minori praevalere, ſi perſonae excedant merito, & repraeſentatione &c.*

Pag. 298. *b. Declaratur per XVI. rationes ampliatiſſima iurium probatione Baſileenſe Concilium nullatenus fuiſſe diſſolutum vigore concluſionis maioris partis Patrum Concilii, etiamſi illi aſſenſiſſent Legati Papae.*

Pag. 302. *b. Probatur per rationes decem, quampluribus allegatis iuribus, quod Eugenius Papa non potuit diſſolvere Concilium Baſileenſe, prout praetendit ex plenitudine ſuae Apoſtolicae poteſtatis.*

Pag. 304. *b. Reſpondetur ad novem obiecta ex adverſo, potuiſſe diſſolvere Eugenium, quia Graeci petiverunt uniri, quia Patres debebant ire infra menſem, quia unio erat maximum bonum, quia Papa eſt Paſtor Eccleſiae, quia poteſt quidquid pertinet ad aedificationem, quia Papa eſt iudex Fidei, quia ſine peccato mortali non poterat Graecos non exaudire, quia Concilium miſit copiam citationis in Conſtantinopolim.*

Pag. 306. *Defenditur Decretum Conſtantienſis Concilii contra obiecta adverſariorum, quod tempore illius declarationis non erat generale Concilium &c.*

Pag. ead. *b. Reſtat corroboratam eſſe veritatem de auctoritate generalium Conciliorum ſeptemplici iure &c.*

Pag. 309. *Confirmat de iure Apoſtolico, & Prophetico, quod quum omnis anima ſubdita ſit ſublimioribus poteſtatibus, etiam intelligitur de anima Papae &c.*

Pag. 310. *Reſpondetur ſpecifice ad XII. allegationes fortiores iuris Canonici, quae ex adverſo inducuntur, ad quaſdam earum dato ſubtiliori intellectu.*

Pag. 311. *b. Arguitur pro veritate Concilii Conſtantienſis ex geſtis Conciliorum, & in hac late pertractatur, Concilia generalia adminiſtrare poſſe quae pertinent ad Eccleſiae regimen, allegatis per iura confeſſionibus ad haec etiam Summorum Pontificum.*

Pag. 313. *Deducit auctoritatem Concilii generalis ex iure naturali.*

Pag. ead. *b. Iuſtificat Synodalem proceſſum, commendans opera facta per Concilium &c.*

Pag. 315. *Atteſtatur proceſſum Synodalem iuſtum eſſe ex ſeptemplici capite, quia olim Eugenius contempſit Decreta Concilii, citationem quoque, negavit poteſtatem Concilii, quia Concilium diſſolvit, quia erexit Conventiculum Ferrarienſe, item propter ſimoniacum crimen, & quia negat Concilium Conſtantienſe.*

Pag. 316. *b. Declaratur per proteſtationes Principum non invalidari proceſſum, & non eſſe curandum de proteſtationibus Praelatorum &c.*

Pag. 317. *Incipiunt allegationes pro parte olim Eugenii in diaeta Francofordienſi coram Deputatis a Romanorum Rege, & Electoribus factae per Nicolaum de Cuſa, diſtributae in puncta ſex.*

Pag. 320. *b. Improbat auctoritatem Synodi generalis, ut in Papam non poſſit, reſpondens ad quaſdam in contrarium allegationes.*

Pag. 322. *Arguit nullitatem proceſſus, quia non fuit conſenſus omnium, & quod Concilium non fuit ad depoſitionem Papae convocatum, & quia requiſitus numerus XII. Epiſcoporum, irrideturque interpoſita haereſis olim Eugenii, quia diſſolvit Concilium, & quod Laicus non ſit eligibilis ad Papatum, ſed eligentes fuerunt periurii, quia non dantes bonum conſilium pro fide, pace, & Eccleſiae reformatione.*

Pag. 324. *b. Libellus olim Eugenii Papae ad Vniverſitates Studiorum contra auctoritatem generalium Conciliorum. Prima Pars. Text. ſequitur.*

Pag. ead. *Incipit reſponſio ad Libellum praefatum, olim Eugenii vocatum, novem continens partes.*

Pag. 340.

Digitized by Google

Pag. 340. *b. COLLECTIO XIX.* Procemium: *Quod Evangelica doctrina, Chriſtique exemplo conſtet, firmo permanente animo in fine, quod iuxta temporum opportunitatem mutare propoſitum licet &c.* Inc. *Fixo permanente animo, ut finem intentum adipiſcatur &c.*

Pag. 342. *b. De obedientia Comitis Donglas in Regno Scotiae, de tranſitu honorario Regis Romanorum circumcirca muros Baſileenſes, petitioneque Oratorum ſuorum, & Electorum Imperii ad celebrationem indubitati Concilii pro danda in eo Eccleſiae pace.*

Pag. 344. *De Patrum deliberationibus, etiam coram Papa ſuper petitione haberi indubitatum Concilium, aviſamentoque Papae, ut ambaſiata mittatur ad Regem Romanorum &c.*

Pag. 345. *b. Relatio ambaſiatae ad Romanorum Regem appropinquare velle, ſed non mutare Baſileam, donec reſponſio ſuae petitioni eſſet data &c.*

Pag. 347. *De reſponſione data Oratoribus Regis Romanorum, & Electorum Imperii, Patribus vota ſua conferentibus ad celebrationem Concilii indubitati &c.*

Prid. Nonas Octobr. 1442. Pag. ead. *b. Tenor reſponſionis expeditae poſtea ſub Bulla Concilii ad petitionem Regis Romanorum, & Electorum Imperii de aſſenſu exhibendo per S. Synodum Baſileenſem in loco eiuſdem grato fieri celebrationem indubitati Concilii &c.*

Pag. 349. *De adhaerentia obedientiaque exhibita S. Synodo nomine Ferdinandi, filii Regis Aragonum &c.*

Pag. ead. *b. De ingreſſu Regis Romanorum, receſſioniſque modo, & de viſitatione nomine facta Concilii, & illius reſponſione, deſiderantis ſe laborare pro Eccleſiae pace.*

Pag. 351. *De viſitatione perſonali Regis Romanorum ad Papam Felicem, quali receptus ſit modo, de ſua petitione ad pacem Eccleſiae, cum reſponſione accepta ex ore Papae.*

Pag. ead. *b. De Papae receſſu a loco Concilii cum pollicitatione redeundi &c.*

1443. Pag. 353. *Incipiunt geſta anni XLIII.*

Pag. 354. *De oblatione magna Comitis Franciſci Capitanei Communitatum Italiae ad exſecutionem ſententiae Synodalis contra olim Eugenium, deque petitionibus eius ad Papam Felicem, eiuſque Cardinales, de inſtantia item Romanorum Regis, & quorumdam Electorum, non procedendum fore contra Epiſcopum Conſtantienſem, deque datis regulis ad providendum de beneficiis in Concilio.*

Pag. 355. *Sequitur ordinatio ſacri generalis Concilii Baſileenſis de collatoribus beneficiorum, ac modo per eos tenendo, & obſervando in collationibus beneficiorum in ſacro Concilio, in abſentia S. D. N. Felicis Papae V.*

Pag. ead. *b. De aviſamentis, multifariaque diſputatione, ut ad diaetam Norimbergenſem mitteretur Legatio ſolemnis, quae abfuit, cognito Romanorum Regem ad eam non venire, ſed ut ad Romanorum, & Poloniae Reges mitteretur Cardinalis Aquileienſis &c.*

Pag. 357. *Petenti Cardinali Aquileienſi, quum Legatus ipſe ad eum mitteretur, nominandum fore per Synodum, qui Poloniae Regem, Hungariae ut non fieret, adverſantium intellecto pondere rationum adſenſit; ſimiliter de modificatione ſuae appoſita legationi.*

Pag. 358. *Litterae Pariſienſis Studii, Sanctam Synodum Baſileenſem admodum commendantes pro reſponſione data ad celebrationem indubitati Concilii, deque vehementi inſtantia ſubditorum Regis Aragonum, Duciſque Mediolani, ut multitudo fieret Praeſidentium.*

Pag. 359. *De concluſione finali captata in diaetam Nurembergenſem, allegationibuſque Panormitani contra reſponſionem datam per olim Eugenium, poſtergantem indubitati Concilii celebrationem, & de verbo ad verbum inſerta reſponſione eius.*

Pag. ead. *b. Copia reſponſionis Gabrielis ad Ambaſiatores Regis Romanorum.*

Pag. 360. *De inſtantiis, ne in poſtremis dicatur, ſed crebro exordio ſumpto a lamentationibus repetitis durante biennio per Io. Bachenſtem, ſuper cauſſa Praepoſiturae Herbipolenſis inter eum, & Philippum de Sirck &c.*

Pag. 363. *Quomodo cauſſa Nicienſis Spolii contra Nicolaum de Mencone, in qua Papa depoſuit ut teſtis, terminum accepit indemni rei honore; ſed in ea multis de profundo iuris poſitivi commemoratis allegationibus, nec parvo utrique parti aſſiſtente favore, quamvis non diu, magnas tamen dedit Patribus vexationes.*

Pag. 364. *De legatione in Britanniam, & Duce, ſuiſque Maioribus illam ſuadentibus ad Concilii, non tam ſecutum, quam intimatum favorem &c.*

Pag. 365. *Inſtantia ferme triennalis pluſquam importuna Philippi Norreis Ybernici, Magiſtri in Theologia, ut inſertis articulis, de quibus fuerat condemnatus, revocationem obtineret ſententiae latae per Card. Firmanum in Curia olim Eugenii &c.*

Pag. ead. *b. De petitione Philippi Norreis, ut regiſtraretur Bulla quaedam in favorem Curatorum Communitatis Mendicantium &c.*

Pag. 367. *b. Pro excuſatione articulorum, de quibus condemnatus Philippus Norreis ore proprio multifarie ſe laudans quam multas in alios dat contumelias &c.*

Pag. 369. *Tenor ſequitur litterae, ſuper cuius regiſtratione tantopere laboratum exſtitit.* Prid. Id. Febr. 1434.

Pag. ead. *De laboribus Patrum ad pacem componendam &c.*

Pag. 370. *b. Officium Eccleſiaſticum decantandum in feſto Viſitationis Beatiſſimae Virginis &c.*

Pag. 377. *De ultimis petitionibus Regis Aragonum ad Concilium &c.*

Pag. 378. *b. Litterae Regis Romanorum ad Principes Chriſtianos pro celebratione indubitati Concilii.* Kal. Iun. 1443.

Pag. 379. *Inſtantia Regis Romanorum deſuper Eccleſia Friſingenſi, pro ſuo accepto, pro contrario autem pro Cardinali S. Martini. Excuſatio Moguntini Archiepiſcopi de tribus. Requiſitio item Concilii Ducatus Saxoniae pro mediante Concilio pace habenda ſuper dominio Luxemburgenſi cum Duce Burgundiae &c.*

Digitized by Google

Pag. 380. *De per inſtantiam Regis Aragonum receſſu a loco Concilii trium Cardinalium, horum data profeſſione, numquam olim Eugenium ſe adoraturos, ſed & lacrymarum effuſione, tam per eos, quam per alios manentes quatuor, dum cauſſae temporaneae receſſus exprimerentur.*

Pag. 381. *Exponitur magis ſpecifice cauſſa praedicti receſſus Cardinalium, videlicet tractatus concordiae inter Regem Aragonum, & olim Eugenium, capitula habens octo, facta mentione primum de tractatu, non ad concludendum cum Felice V. & quare modo Concilio Baſileenſi, modo Eugenio obedire ſuos fecerit cauſſatur ex motu ſuae mentis &c.*

Pag. 382. *b. Inſtantiae ſatis peringentes Regis Romanorum ſuper ad Friſingenſem Eccleſiam promotione dilecti ſui &c.*

Pag. 384. *b. De pace patriae circumquaque Baſileam, inter Domum Auſtriae, & Bernen.* (ſic) *primum, deinde inter domum praedictam, & Baſileenſem, conſummationem acceptante per manus Legatorum, & Oratorum Concilii, aſſiſtentibus eis Oratoribus multarum Imperialium Communitatum, Baſileenſi non confoederatarum, expoſitioque motus, & ſummorum capitulorum.*

Pag. 386. *b. De ſolemni ambaſiata parte Concilii & Papae miſſa ad diaetam Nurembergenſem S. Martini, ad quam iuxta litteras Regis Romanorum venturi erant Oratores Chriſtianorum Principum tractaturi de modo celebrandi Concilii indubitati &c.*

In fine pag. 388. legitur: *Geſta ſequuntur Anni Domini MCCCCXLIIII.* & inferius: *Groſ. de Pineto ſcripſit.* Tum ſequitur Capitum tabula, perinde ac Volumen totum, mendoſiſſime ab imperitiſſimo Latinae linguae & ſcripturae exarata. Volumen claudit *Epiſtola Cl. Viri N. de Cuſa poſtea meritiſſ. Cardinalis S. Petri ad Vincula, referenda ad praepoſitionem, ſive diſputationem compilationis huius Voluminis Libro XVII. Cap. XI. fol. CXLV.* Inc. *Reverendiſſimo in Chriſto Patri ac D. D. Iuliano S. Rom. Eccleſiae Sanctae Sabinae Presbytero Cardinali Domino ſuo gratioſiſſimo, Humili commendatione praemiſſa. Poſt ea, quae nuper ſcripſi &c.* Deſ. imperfecte in verbis: *diſſolvendo contra feciſſet & finaliter os . . . . .*

Cod. chartac. Ms. in fol. Saec. XV. binis columnis, breviato, & intricato charactere exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 398.

DECRETA CONCILII BASILEENSIS.

Cod. XII.

COntinet hic Codex primo collectionem Decretorum Concilii Baſileenſis Seſſionibus XLIII. comprehenſam, quarum praecedit Index in primis quatuor foliis: deinde varias Bullas, Conſilia, ac Tractatus ad idem Concilium pertinentes, & quidem hoc ordine.

I. pag. 5. Decreta Sacri Concilii Baſileenſis in Seſſiones quadraginta tres diſtributa, quarum prima inc. *In nomine Sanctae & individuae Trinitatis feliciter amen. Cenſetur utique dignum & congruum.* Vltima deſ. *de iniunctis poenitentiis miſericorditer elargitur. Datum Baſileae in Seſſione publica ipſius Sanctae Synodi in Eccleſia maiori ſolemniter celebrata Kalendis Iulii anno a Nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo primo.* In decem ſequentibus foliis, nimirum a pag. 132. uſque ad pag. 141. incluſive, habentur alia Decreta, quae ſuis locis ab exſcriptore praetermiſſa, heic fuerunt ab eodem poſtea ſuppleta: ſunt autem ſupplementa ad Seſſionem quartam, decimam, decimamtertiam, & vigeſimam octavam pertinentia.

II. pag. 142. Tractatus almae Vniverſitatis Cracovienſis ſuper auctoritate Sacrorum Generalium Conciliorum, univerſalem Eccleſiam repraeſentantium, adhaeſionem per ipſam Vniverſitatem factam Sacro Baſileenſi Concilio, & S. D. N. Felici Papae V. continens. Incipit una cum inſcriptione: *Reverendiſſimo in Chriſto Patri Domino Noſtro Epiſcopo Cracovienſi, almae Vniverſitatis Studii Cracovienſis Cancellario digniſſimo, Rector, Doctores, & Magiſtri Vniverſitatis eiuſdem devotas in Domino orationes. Deliberantibus nobis quid ſuper inſtanti requiſitione clariſſimorum virorum &c.* Deſ. *ſicut ſentit, credit, & tenet univerſalis Eccleſia, in qua error ſubeſſe non poteſt.*

III. pag. 167. *b.* Benedictina de ſpoliis. Inc. *Ceterum Antiſtitibus, Ordinariis, Abbatibus, Prioribus &c.* Deſ. *quae per conſtitutionem eamdem eius tranſgreſſoribus infliguntur.*

IV. pag. 168. Tractatus D. Panhormitani. Inc. *Quoniam veritas verborum lenocinio non indiget, ideo quanto verbis ſimplicioribus proponitur, tanto maiori claritate relucet.* Deſ. *non aliter in hoc negotio praeſentis diſſidii facturum ſperamus, quod ut cito fiat, Chriſtus concedat. Amen.*

V. pag. 211. Felicis Papae Bullae II. quarum prima ad Regem Franciae inc. *Chariſſimo in Chriſto filio Karolo Francorum Regi illuſtri &c. Superioribus diebus univerſis Regibus & Principibus Catholicis.* Deſ. *inviolabiliter & immutilate obſervare. Datum XIII. Kalendas Septembris.* Altera pag. ead. *b.* inc. *Felix ad futuram memoriam. Qui ad tranquillitatem Eccleſiae tota voluntate non tendit.* Deſ. *affigi, ac ſimul publicari mandavimus. Datum apud Sanctum Dominicum extra muros Geberm &c. Nonis Aprilis MCCCCXLVII. Pontificatus noſtri anno ſeptimo.*

VI. pag. 216. Breve Compendium contra partialem concluſionem Praeſidentium olim Eugenii, & paucorum ſibi faventium, quae ab aliquibus dicitur Parvum Decretum. Inc. *Et primo quod illi pauci hoc facere non potuerunt.* Deſ. *neque etiam tutum, quod Concilium ſe transferret.*

VII. pag. 218. Reſponſio data Ambaſiatoribus Papae de auctoritate cuiuslibet Concilii generalis ſuper Papam & quoslibet fideles: quodque ſine conſenſu Concilii non potuit diſſolvere Baſileenſe Concilium Dominus Eugenius Papa IV. Inc. *Sacroſancta generalis Synodus Baſileenſis &c. ad futuram rei memoriam.*

Digitized by Google

riam. Cogitanti huic Sacrae generali Synodo in Spiritu Sancto legitime congregatae, quid vobis venerabilibus Iohanni & Andreae Tarentino &c. Deſ. *& in futuro ſaeculo vitam aeternam donare dignetur. Amen. Datum Baſileae in Congregatione noſtra generali III. Nonas Septembris MCCCCXXII.*

VIII. pag. 233. *b.* Decreta Concilii Conſtantienſis anni MCCCCXVII. de Conciliis Generalibus, & proviſione contra futura ſchiſmata. Poſt ſolita Conciliorum praeliminaria inc. *Frequens generalium Conciliorum celebratio, agri Dominici praecipua cultura eſt.* Deſ. *ante ingreſſum Conclavis legatur & publice intimetur.*

IX. pag. 235. *b.* Concluſiones extractae de Tractatu Nicolai de Cuſa de praeſidentia Concilii. Inc. *Oportet ſcire quod plenarium Concilium &c.* deſ. *ſicut Dioſcorus in Epheſina Synodo.*

X. pag. ead. Excerpta ex libro, quem intitulat de Catholica Concordantia. Inc. *Quis ergo ante hos pauculos annos ea dixiſſe potuiſſet &c.* Deſ. *credens in ſubditorum iura prorumpit.*

XI. pag. 237. *b.* Errores incluſi in litteris miſſis ab olim Eugenio Vniverſitati Pariſienſi contra Sacrum Baſileenſe Concilium ſuſtinens veritatem in Concilio Conſtantienſi declaratam &c. Errores vero ſeptem numerantur, & eorum unicuique ſua ſubditur reſponſio. Primus error inc. *Eccleſiae unitas impietate Baſileenſium violatur &c.* Reſponſio inc. *In iſto errore notatur, quod doctrina Conſtantienſis & Baſileenſis Concilii ſuperius praemiſſa, eſt impia.* Reſponſio ad ultimum errorem deſ. *clare apparet, quod illud dogma condemnat praefatam veritatem, & doctrinam Eccleſiae Catholicae & Apoſtolicae.*

XII. pag. 240. Compendium quoddam pro iuſtificatione Concilii Baſileenſis contra olim Eugenium. Inc. *Iuxta Beati Cypriani Martyris ſententiam in Epiſtola ſua ad Antonium.* Deſ. *Dei hoſtis invenietur & oſtendetur ſuper terram & in caelis.*

XIII. pag. 243. Super conſultatione Reverendiſſimi in Chriſto Patris & Domini Domini Archiepiſcopi Salzeburgenſis, nec non Apoſtolicae Sedis Legati, deliberatio & conſilium Studii Viennenſis 1442. Inc. *In primis dicimus quod quantum de iure & de facto hucuſque cognoſcere potuimus.* Deſ. *nec aliud inſtitui queat eo exſiſtente.*

XIV. pag. 244. Sequuntur alia Excerpta, ſeu probationes pro validitate Conciliorum Conſtantienſis, & Baſileenſis adverſus Eugenium. Inc. *Conſpicere poteſt omnis Chriſtianus, quomodo, poſtquam Chriſto placuerat, ut quaereretur reformatio Eccleſiaſtici ſtatus in capite &c.* Deſ. *ad laudem & honorem ipſius omnipotentis Dei, qui eſt benedictus in ſaecula. Amen.* Deinde ſubiiciuntur Conſilia in materia unionis Eccleſiae. Primum eſt: *Primo quod aviſamenta oblata non videantur hac vice proſequenda.* Vltimum vero: *Item de modo celebrandi praefatum Concilium Generale quantum ad nationes, vel deputationes, & de praeſidentibus in eodem, ordinationi Concilii relinquatur.*

XV. pag. 246. *b.* Iuſtificationes depoſitionis olim Eugenii a Papatu factae per Sacrum Baſileenſe Concilium. Inc. *Quia numquam acquievit, imo reſtitit ut fieret reformatio Eccleſiae in capite & in membris.* Deſ. *& delinquit proprio iudicio condemnatus.* Hiſce autem iuſtificationibus ſubiunguntur in earum confirmationem Excerpta quaedam: I. ex Conſilio Vniverſitatis Viennenſis dato Domino Archiepiſcopo Salzeburgenſi anno 1440. II. ex Conſilio Vniverſitatis Erfordienſis dato Domino Archiepiſcopo Moguntino anno eodem. III. ex Conſilio Vniverſitatis Colonienſis dato Domino Archiepiſcopo Colonienſi anno eodem. IV. ex tractatu Vniverſitatis Cracovienſis miſſo Domino Archiepiſcopo Cracovienſi eiuſdem Vniverſitatis Cancellario. V. ex ſecundo & breviori tractatu eiuſdem Vniverſitatis Cracovienſis. VI. Ex tractatu Vniverſitatis Lipſienſis. VII. ex Conſilio Vniverſitatis Viennenſis dato Domino Archiepiſcopo Salzeburgenſi anno praeſenti, videlicet 1442. Horum omnium autem initium eſt: *Nemini, niſi hoſti fidei orthodoxae dubium eſſe poteſt.* Finis vero: *nec aliquem Chriſtianum iure ligare poſſunt.*

XVI. pag. 250. Tractatus uberrimus ſine nomine Auctoris, quod Sacrum Generale Concilium Baſileenſe non ſit translatum, vel diſſolutum. Inc. *Ad oſtendendum evidenter, quod Sacrum Generale Concilium Baſileenſe, univerſalem Eccleſiam repraeſentans, non ſit translatum, vel diſſolutum, ponitur primo talis diſtinctio.* Deſ. *ut haec ex ſupradictis manifeſte nota ſunt.*

XVII. pag. 270. Repetuntur tandem Iuſtificationes depoſitionis olim Eugenii &c. de quibus paullo ante §. XV. a verbis: *Quia numquam acquievit &c.* uſque ad illa *proprio iudicio condemnatus.*

Codex chartaceus Ms. in 4. Saec. XV. optime ſervatus, & diverſis manibus exaratus. Conſtat fol. ſcriptis 272.

ACTA IN CONCILIO BASILEENSI.

Auctore Io. Card. Vrſinio.

IN ſummo primae paginae margine adnotata ſunt iſta: *Ex libris Reverendiſſimi D. M. de Vrſinis Archiepiſcopi Tarentini, relictis Monaſterio, & Eccleſiae Beatae Virginis de Populo Romae*: a tergo vero eiuſdem paginae legitur item: *Sanctae Mariae de Populo: Conventus S. Mariae de Populo.* Hic eſt Martinus de Vrſinis Archiepiſc. Tarentinus, atque Iordani Card. Vrſini nepos, de quo plura refert inter Tarentinos Praeſules Ferd. Vghellius Tom. IX. Ital. Sacr. pag. 194. edit. Roman. Sed eorum, quae in hoc continentur Volumine, recenſionem aggrediamur. *Cod. XIII.*

I. pag. 1. Conſtitutio facta per Collegium Romae in parva Cappella die XVI. menſis

Digitized by Google

Aprilis anni Domini MCCCCXXXI. Pontificatus Domini noſtri D. Eugenii Papae IV. anno primo. Inc. *Statutum & ordinatum fuit per Dominos de Collegio*. Deſ. *& huiuſmodi licentia obtineri debeat a Collegio praefato, Papa non praeſente*. Tum ſubiiciuntur nomina Cardinalium duodecim, qui huic Conſtitutioni praeſentes fuerunt, quorum primus eſt Iordanus Epiſcopus Sabinenſis Card. de Vrſinis. Agitur autem de abſentia Legatorum de latere tempore Concilii.

II. pag. 2. Decretum de Conciliis Generalibus celebrandis, & proviſiones adverſus futura ſchiſmata, ut in Cod. XII. ſuperiore §. VIII. cui ſubduntur adnotationes quaedam in ſupradictum Decretum in Conſtantienſi Concilio factum.

III. pag. 5. Bulla Domini Martini de praeſidentia Domini S. Angeli in Concilio Baſileenſi tunc futuro. Occurrit apud Labbeum Tom. XVII. Concilior. pag. 225.

IV. pag. 6. Alia eiuſdem Bulla, per quam datur facultas Domino S. Angeli mutandi locum Baſileenſem ad alia loca pro Concilio celebrando. Poſt ſolitam benedictionem inc. *Nuper ſiquidem cupientes generale Concilium iuxta deliberationem & ordinationem ſanctae Synodi Conſtantienſis &c.* Deſ. *uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. Datum Romae apud SS. Apoſtolos Kal. Februarii, Pontificatus noſtri anno XIV.* Ibid. pag. 223. ſed neque finis, neque inſcriptio concordat.

V. pag. ead. *b*. Tertia eiuſdem Bulla, per quam datur facultas dicto Cardinali providendi de ſecuritate loci pro celebrando Concilio Baſileenſi. Poſt ſolitam benedictionem inc. *Cupientes, ut ſingulae nationes*. Deſ. *uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. Datum &c. ut ſupra Kal. Febr. Pontific. noſtri anno XIV.*

VI. pag. ead. Bulla Domini Eugenii Papae IV. directa dicto Cardinali ſuper confirmatione legationis ſuae in Alamaniam, ac etiam ſuper ordinatione Concilii generalis. Apud Labbeum loc. cit. pag. 730.

VII. pag. 7. Occurrunt articuli quidam publicati in Concilio Conſtantienſi, & innovati per dictos paucos in Concilio Baſileenſi.

VIII. pag. ead. *b*. Sequuntur ea, quae per Ambaſiatorem Concilii ſunt ad partem propoſita coram SS. D. N. Summo Pontifice, & ſacro Collegio Dominorum Cardinalium. Inc. *Primo quum in praedicto Concilio agendum ſit*. Deſ. *forſan introducetur, quod abſit*.

IX. pag. 8. *b*. Bulla Eugeniana diſſolutionis Concilii Baſileenſis. Loc. cit. pag. 733. cui ſubiiciuntur quaedam adnotationes circa praedictam Bullam.

X. pag. 12. Succedunt Epiſtolae II. Concilii Pragenſis; quarum prima ad Sigiſmundum Romanorum Regem inc. *Servitio noſtro praemiſſo, iuxta praeſentis temporis qualitatem*. Deſ. *& publicum bonum totius Chriſtianitatis perficiatur. Datum Pragae &c.* Altera ad Nuncios Sacri Concilii Baſileenſis Germanum Abbatem Monaſterii Ebracenſis, & Ioannem de Mulubrin, inc. *Vinculum pacis, pro quo obnixe inſudatur*. Deſ. *non negligemus. Datum feria ſexta S. Bartholomaei Apoſtoli anno Domini MCCCCXXXIII.*

XI. pag. ead. *b*. Epiſtolae duae cuiuſdam Magiſtri Ioannis de Rohyczano Praedicatoris, quarum prima honorabili Ioanni de Griluhauſen presbytero, & monacho profeſſo in Mulubrin, Nuncio Concilii Baſileenſis, inc. *Ieſus ipſe Nazarenus, qui eſt crucifixus*. Deſ. *valete in filio Virginis illibatae. Datum Pragae VI. feria, anno, & die, ut ſupra*. Altera Reverendiſs. in Chriſto Ioanni Nyder Priori domus Praedicatorum Baſileenſis, & Henrico Tocho Canonico Magdeburgenſi, ſacrae Theologiae profeſſoribus, inc. *Debita reverentia cum omni famulamine praeporrecta litteras Concilii Baſileenſis*. Deſ. *valete in piiſſimo Salvatore Chriſto Domino noſtro. Datum Pragae in die S. Iacobi Apoſtoli anno Domini MCCCCXXXIII.*

XII. pag. 14. Copia particulae litterarum Ambaſiatorum Concilii exſiſtentium apud Sereniſſimum Regem Francorum. Inc. *Statuta nobis fuit dies*. Deſ. *quid apud Maieſtatem ſuam factum ſit ex ambaſiata die primo Septembris MCCCCXXXII.*

XIII. pag. ead. *b*. Regis Angliae Epiſtolae tres, quarum prima ad Concilium. Inc. *Sacroſanctae generali Synodo Baſileenſi &c. Henricus Dei gratia Rex Angliae & Franciae &c. Litteris nobis iam vice gemina praeſentatis*. Deſ. *ſenſatorum cogitatuum piiſſimus inſpirator. Scriptum ſub privato ſigillo noſtro apud Palatium noſtrum Weſtmonaſterii XX. die menſis Iulii anno Regni noſtri X.* Altera pag. 15. ad Summum Pontificem. Inc. *Beatiſſime Pater, humillima recommendatione praemiſſa. Veſtrae Sanctitatis litterarum ſerie*. Deſ. *Beatitudinem veſtram. Datum nonas &c. ſecunda die Iulii*. Tertia pag. ead. *b*. ad Imperatorem. Inc. *Sereniſſimo & potentiſſimo Principi Sigiſmundo &c. Henricus &c. Sereniſſime & potentiſſime Princeps, frater noſter praecbariſſime. Ternas veſtrae Serenitatis litteras*. Deſ. *& robur fidei orthodoxae. Datum ſub privato ſigillo apud Palatium noſtrum Weſtmonaſcerii* (ſic) *XXII. die menſis Iulii anno Regni noſtri X.*

XIV. pag. 16. *b*. Epiſtola Magni Angliae Cancellarii ad Concilium Baſileenſe. Poſt inſcriptionem: *Sacro Baſileenſi Concilio &c. Gunifridus Regum filius, frater, & patruus &c.* inc. *Excitarunt me pridem veſtrae*. Deſ. *ſummi caeleſtis Concilii altitudo. Scriptum in meo Monaſterio de Grennunch menſe Iulii die XXVII.*

XV. pag. ead. Epiſtola Philippi Burgundiae, Brabantiae, & Linburgii Ducis &c. ad Patres, Praelatos, & ceteros in Concilio Baſileenſi congregatos. Inc. *Reverendiſſimi in Chriſto Patres &c. Cum ingenti deſiderio*. Deſ. *Ieſus Chriſtus. Scriptum in Villa noſtra S. Audomari*.

XVI. pag. 17. Epiſtola Ferdinandi Hiſpaniarum Regis ad Cardinalem S. Angeli, & alios

Digitized by Google

alios Patres Concilii Baſileenſis, Hiſpanice ſcripta. Inc. *Reverendiſſimo Padre &c. Nos el Rei de Caſtilla*. Deſ. *& ſanta theologia. Dat. en la noble villa de Valladolis veynt & ocho dios de Iunio anno de XXXII.* Sequitur notula quaedam circa pertinaciam Concilii de obedientia non praeſtanda Pontificis Bullae de mutatione Concilii.

XVII. pag. 18. *b.* Cedula data Cardinalibus Commiſſariis ex parte Oratorum Electorum Imperii. Inc. *Pro aviſamento Rev. Patrum Dominorum Cardinalium*. Deſ. *non ſubtrahatur*.

XVIII. pag. 19. Littera ſcripta de Baſilea D. Cardinali Vrſino. Inc. *Reverende in Chriſto Pater &c. De occurrentibus toties ſcripſi*. Deſ. *dependet, ut ita dicamus, tota Alamania*. Subſcribitur: *ſervitor veſter cum anulo, & aliis bonis*. Cui ſubiicitur notula quaedam.

XIX. pag. 20. *b.* Bulla Domini Eugenii, per quam ſtatuit Concilium Baſileae celebrari ſub Praeſidentibus ſuis. Apud Labbeum l. c. pag. 737. Subditur ab alia manu adnotatio quaedam circa praedictam Bullam.

XX. pag. 22. Capitula, conventiones, & pacta inita, & firmata inter Eugenium, & Procuratores Sereniſſimi Sigiſmundi Romanorum Regis.

XXI. pag. 23. Littera Regis Romanorum Sigiſmundi ad D. N. Papam. Inc. *Sanctiſſime in Chriſto Pater &c. Redeunte ad Maieſtatem noſtram*. Deſ. *regnum Eccleſiae ſuae ſanctae. Datum Senis die XX. Martii Regnorum noſtrorum anno Hungariae XLVI. Romanorum XXIII. & Bohemiae XIII.*

XXII. pag. ead. Iuramentum, quod dicti Oratores praeſtiterunt D. N. in Conciſtorio publico, & habebant ad hoc ſpeciale mandatum &c. Inc. *Nos Maclicho Comes Belbinen. & Capitaneus Nauderalben. &c.* Deſ. *& publica conficiant inſtrumenta*.

XXIII. pag. 24. *b.* Adviſamenta Seſſionis die XVIII. Decembris Baſileae per puncta quinque ſubſequentia facta.

XXIV. pag. 25. Littera ſcripta Cardinali Vrſino per Regem Romanorum. Inc. *Reverendiſſime &c. Per litteras ſanctiſſimi D. N.* Deſ. *limpide pateſiet. Datum Senis die IV. Martii Regnorum noſtrorum &c. ut ſupra* §. XXI.

XXV. pag. ead. Copia cuiuſdam Litterae miſſae de Baſilea Procuratori Ducis Burgundiae. Inc. *A tempore quo vobis ſcripſi*. Deſ. *acceſſus Cardinalium deputatorum ad Baſileam*.

XXVI. pag. 27. Littera miſſa Domino de Vrſinis per Dominum Cardinalem S. Angeli. Inc. *Reverendiſſime &c. His diebus contigerunt duo*. Deſ. *cui me humiliter recommendo. Baſileae quinta Iunii* 1433.

XXVII. pag. ead. *b.* Brevis hiſtoria de coronatione Regis. Inc. *Coronatio dicti Domini Regis facta fuit Romae &c.* Deſ. *iudicet quilibet ſecum intus*.

XXVIII. pag. 28. Littera miſſa per Dominum S. Angeli Domino Imperatori. Inc. *Sereniſſime &c. Serenitas veſtra per litteras ſacri Concilii*. Deſ. *conſervare dignetur. Datum Baſileae XIX. Iunii MCCCCXXXIII.* cui ſubiicitur adnotatio quaedam circa praedictam Epiſtolam.

XXIX. pag. 29. Conſilium Franciſci de Treviſo de poteſtate Papae & Concilii. Inc. *Quoniam modernis temporibus, ſtante Congregatione Baſileenſi*. Deſ. *ſeu poſſe in poſterum in eius praeiudicium*.

XXX. pag. 32. *b.* Littera miſſa per Dominum Rothomagenſem Domino de Sligh Secretario Domini Imperatoris. Inc. *Honorande Magiſter &c. Benignitas Celſitudinis Imperialis*. Deſ. *& votive in longaevum. Scriptum Baſileae die XIX. menſis Iunii*.

XXXI. pag. 33. Littera miſſa Domino de Vrſinis de Baſilea. Inc. *Reverendiſſime &c. Noſſe dignetur*. Deſ. *obſervare dignetur ad vota. Baſileae X. Septembris*.

XXXII. pag. ead. *b.* Littera Domini S. Angeli miſſa Collegio (1) cum copia inſtructionum. Inc. *Reverendiſſimi in Chriſto Patres &c. Scribo Sanctitati D. N. litteras infraſcripti tenoris &c.* quae quidem litterae ita incipiunt: *Beatiſſime Pater &c. Venerabilis vir D. Robertus de Molendino*. Deſ. *cui me humillime recommendo. Baſileae die XXII. Ianuarii*.

XXXIII. pag. 34. Alia Epiſtola Epiſcopi Ratisbonenſis ad Pontificem. Inc. *Beatiſſime Pater &c. Perhorrenda Chriſtifidelibus fama*. Deſ. *necnon ad honorem Sanctae Sedis Apoſtolicae, & Sanctitatis veſtrae memoratae*.

XXXIV. pag. ead. *b.* Extractio ſuper adventum Huſſitarum de litteris Ambaſiatorum Concilii Baſileenſis. Inc. *Praeterea nuper ad placitum habuimus*. Deſ. *conſiliis, & auxiliis. Datum Nurubergae die V. Ianuarii anno Domini MCCCCXXXII.* Deinde ſubſcribuntur: *Frater Ioannes Nider Prior Baſileenſis Ordinis Praedicatorum, & Frater Ioannes monachus Ciſtercienſis de Nuruberga*.

XXXV. pag. 35. *b.* Epiſtola ſine ullo titulo. Inc. *Reverendiſſimi in Chriſto Patres &c. Scribo B. D. N. ſicut maxime optimum*. Deſ. *cuius pedibus me humillime recommendo. Datum Baſileae XXIII. Ianuarii MCCCCXXXII.*

XXXVI. pag. 37. Acta ſacri generalis Concilii Baſileenſis Seſſionibus XIII. Inc. *In nomine ſanctae, & individuae Trinitatis feliciter amen. Cenſetur utique dignum & congruum*. Deſ. *& pro nullis penitus habeantur. Datum ut ſupra*. Apud Labbeum l. c. pag. 218.

XXXVII. pag. 67. Littera miſſa de Baſilea Domino Cardinali Novarienſi per ſuum Secretarium Dominum Bartholomaeum de Porta. Inc. *Reverendiſſime Pater &c. Prout alias*. Deſ. *conſervare dignetur ad vota. Datum Baſileae die XXVII. Iunii*.

XXXVIII. pag. ead. Littera ſcripta de Baſilea per quemdam ſine nomine. Inc. *Fratres chariſſimi &c. poſt cordialem commendationem. Hoc ſacrum Concilium &c.* Deſ. *vi Bullae iam confectae &c.*

XXXIX. pag. ead. *b.* Epiſcopi Portuenſis ad Pontificem Littera. Inc. *Beatiſſime Pater &c. Quum ex beneplacito*. Deſ. *per tempo-*

ra

(1) Montfaucon. legit *Concilio* pro *Collegio*.

Digitized by Google

ra longiora. Scriptum Parmae XXVI. Martii &c.

XL. pag. 68. Bulla, quod in Concilio Baſileenſi non tractentur cauſſae privatae. Inc. *Eugenius &c. Paſtoralis cura ſollicitudinis divinitus nobis iniuncta excitat mentem noſtram.* Deſ. *infringere. Datum Romae apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicae MCCCCXXXIII. Kalendis Iulii Pont. noſtri anno III.* Apud Manſium Suppl. Tom. IV. pag. 826.

XLI. pag. ead. *b.* Inhibitio facta per unum ſtantem Baſileae de cauſſa privata uni Auditori in Romana Curia. Inc. *Guillermus Dei gratia Epiſcopus Bellicenſis Iudex & Commiſſarius cauſſarum &c. Noveritis quod pridem.* Deſ. *inquiſitus, atque rogatus.*

XLII. pag. 69. *b.* Formula quaedam iuramenti, quod praeſtatur de neceſſitate ab incorporandis in Concilio Baſileenſi, quod numquam fuit conſuetum in aliis Conciliis.

XLIII. pag. 70. Reſponſio data Oratoribus Domini noſtri per illos de Baſilea, quod nolunt admittere Praeſidentem Papae, nec Legatos. Inc. *Speravit hactenus.* Deſ. *de puſillis ſuis minimis comminatur.*

XLIV. pag. 73. Praetenſum Decretum factum Baſileae de ſuſpenſione Papae. Inc. *Sancta Catholica Eccleſia.* Deſ. *aliqualiter in proceſſu. Datum in ſeſſione publica eiuſdem Sanctae Synodi in Eccleſia maiore Baſileenſi celebrata III. Idus Iulii anno Domini MCCCCXXXIII.* Cui ſubiiciuntur alia quaedam ad ipſum Decretum ſpectantia.

XLV. pag. 76. Littera Concilii Baſileenſis directa Duci Sueſs. ſuper approbatione Decreti facti ſuper ſuſpenſione. Inc. *Dilecto Eccleſiae filio &c. Dignum eſt equidem.* Deſ. *demandari & obſervari. Datum Baſileae II. Id. Auguſti anno Domini MCCCCXXXIII. B. de Batiferris ſcripſit.*

XLVI. pag. ead. *b.* Pars cuiuſdam Litterae miſſae de Yldeberga per quemdam Doctorem illius Vniverſitatis, & fuit miſſa ad Romanam Curiam uni Notario. Inc. *Praeterea heri in partibus iſtis.* Deſ. *ſed receſſerunt pro maiori parte.*

XLVII. pag. ead. Littera Nicolai de Fortebrachiis, ſacroſanctae Synodi, Sanctaeque Romanae Eccleſiae Capitanei generalis. Inc. *Venerabiles viri, amici chariſſimi noſtri, quamplurimam ſalutem. Penſamo debbiate ſapere &c.* Deſ. *che gratamente lo confermaremo. Datum in noſtro felici Campo contra & prope Tibur. die VI. Septembris* 1433.

XLVIII. pag. 77. Henrici Regis Angliae Epiſtolae II. quarum prima ad Concilium Baſileenſe. Inc. *Sacratiſſime coetus, cedrique Libani, lampades divinae legis &c.* Deſ. *cui praeſit unus Paſtor. Datum in Palatio noſtro Weſtm. XVII. die menſis Iulii.* Altera Nobilibus & egregiis viris, Sereniſſimi Principis Regis Aragonum Oratoribus. Inc. *Henricus Dei gratia Rex Angliae &c. Nobiles & egregii viri.* Deſ. *in Eccleſia Ieſu Chriſti. Datum ſub privato ſigillo noſtro apud Palatium noſtrum Weſtm. XXII. die menſis Iulii.*

XLIX. pag. 78. *b.* Articuli quatuor, quos Bohemorum Ambaſiatores die XI. Auguſti propoſuerunt coram Concilio Baſileenſi, ut toti Regno Bohemiae concedatur a Concilio: & facient pacem nobiſcum, atque adhaerebunt fidei noſtrae Catholicae.

L. pag. ead. Appellatio Cardinalis de Vrſinis a decreto Concilii Baſileenſis. Inc. *In Chriſti nomine amen. Anno a nativitate eiuſdem MCCCCXXXIII. Indictione XI. die III. menſis Septembris Pont. Eugenii IV. anno III. factum in Vrbe in Monte Iordano &c.* Deſ. *ad dictamen etiam, ſi opus fuerit, ſapientis. Actum in Vrbe loco, anno &c. ut ſupra.*

LI. pag. 81. Ex parte Domini Regis Portugaliae reſponſio facta Generali Fratrum Minorum miſſo ad eum per Dominum noſtrum Papam, ſuper facto Concilii Baſileenſis. Inc. *Reverendiſſime Pater Generalis. Pro parte ſanctiſſimi D. N. Eugenii.* Deſ. *declaretur. Datum in Villa de Turribus Viterbii XII. Decembris anno MCCCCXXXIII.*

LII. pag. 82. Reſponſio Venetorum facta Oratoribus Concilii Baſileenſis. Inc. *Quod Reverendis in Chriſto Patribus.* Deſ. *& fuiſſe congregatum.*

LIII. pag. 83. *b.* Littera miſſa Domino S. Angeli per Dominum de Vrſinis. Inc. *Exiſtimavi ſemper.* Deſ. *& ſalutem populi Chriſtiani. Datum Romae in Monte Iordano die XV. menſis Iulii MCCCCXXXIII.*

LIV. pag. 84. Inſtructio Oratoribus D. Imperatoris miſſis de Roma ad Concilium. Inc. *Primo illi Oratores notificent.* Deſ. *nec permittatur alios ſcandala ſuſcitare.*

LV. pag. 85. *b.* Littera ſcripta Domino Regi Romanorum in Senis ex parte Concilii Baſileenſis, per quam comprehenditur clare, ad quid tendunt. Inc. *Sacroſancta generalis Synodus &c. Tam litterae tuae Serenitatis.* Deſ. *decrevimus deſtinare. Datum Baſileae XV. Kalendas Octobris MCCCCXXXII.*

LVI. pag. 86. Tenor ambaſiatae factae in Senis Domino Regi Romanorum ex parte Concilii Baſileenſis. Inc. *Illuſtriſſime Princeps &c. Inprimis ſacroſancta generalis Synodus.* Deſ. *in ſeſſione publica per Decreta.*

LVII. p. 87. Bulla Eugenii pro revocatione geſtorum in Baſilea. Inc. *Eugenius &c. Inſcrutabilis divinae providentiae altitudo.* Deſ. *ſe noverit incurſurum. Datum Romae* ut ſupra §. XL. *quarto Kal. Aug. Pont. noſtri anno III.* Apud Labbeum Tom. XVII. pag. 293.

LVIII. pag. 88. Bulla eiuſdem, annullans decretum Baſileenſe, de quo infra fiet mentio. Inc. *Eugenius &c. In arcano mentis noſtrae.* Deſ. *ſe noverit incurſurum. Datum Romae apud S. Laurentium in Damaſo anno* ut ſupra *III. Idus Septembris.* Ibid. pag. 295. Cui ſubiiciuntur cauſſae, quare praetenſa decreta nuper in Baſilea edita, ſint nulla.

LIX. pag. 89. *b.* Littera Fratris Auguſtini de Leoniſſa miſſa de Baſilea Cardinali de Vrſinis. Inc. *Reverendiſſime &c. Scriptum eſt ex abundantia.* Deſ. *& conſervet in ſtatu*

tu

tu felici amen . Ex Baſilea III. Auguſti .

LX. pag. ead. Littera Regis Franciae ad Concilium Baſileenſe. Inc. *Sacroſanctae Synodo Baſileenſi Karolus Dei gratia Francorum Rex &c. Vrget nos.* Deſ. *praeoptamus , Scriptum &c.*

LXI. pag. 90. Articuli oblati Concilio ex parte Regni Bohemiae, & Marchionatus Moralbiae &c. anno Domini MCCCCXXXIII. in feſto Beati Tiburtii poſt Laurentii. Inc. *Hos articulos Paternitatibus veſtris offerimus.* Deſ. *viſionis ipſius iucundae conſortes. Amen.*

LXII. pag. ead. *b.* Bulla miſſa ſecundo ad Baſileenſes ſuper confirmatione Concilii, de quo non ſunt contenti, nec volunt revocare, ut petitur. Inc. *Eugenius &c. Quum nonnullae diſſenſiones.* Deſ. *inviolabiliter obſervare . Datum Romae &c. IV. Nonas Auguſti Pont. noſtri anno III.*

LXIII. pag. 91. Reſponſio Papae facta Venetis ſuper praedicta petitione. Inc. *Eugenius Epiſcopus &c. Dilecto filio nobili viro Franciſco Foſcari Duci Venetorum ſalutem &c. Vltra quam verbis exprimi poſſit.* Deſ. *quae geſta ſunt Baſileae . Datum &c.*

LXIV. pag. 92. Conſiderationes miſſae Domino noſtro Papae Eugenio de Curia Illuſtriſſimi & Chriſtianiſſimi Regis Francorum, quae factae fuerunt per D. Epiſcopum, & viſae in Vniverſitate Andegavenſi &c.

LXV. pag. 93. Conſilium cuiuſdam Doctoris Romanae Curiae, quid ſignificent, & quomodo ſumi debeant verba *decernimus, & declaramus.* Inc. *Multa dici poſſent &c.*

LXVI. pag. ead. *b.* Decretum factum in Baſilea, prorogativum termini dati in decreto ſuſpenſionis ad unum menſem, & hoc dicunt feciſſe amore Imperatoris, & ſine ſpe ulterioris prorogationis, ac ſi Papa eſſet eorum captivus. Inc. *Sacroſancta &c. Dudum ſiquidem haec ſancta Synodus.* Deſ. *ad cuiuſcumque inſtantiam concedatur . Datum Baſileae in publica ſeſſione ipſius Sacrae Synodi in Eccleſia maiori Baſileenſi ſolemniter celebrata III. Idus Septembris anno Domini MCCCCXXXIII.* Apud Labbeum l. c. pag. 281.

LXVII. pag. 95. Conſilium cuiuſdam Doctoris, Advocati ſacri Conciſtorii, ſuper verbis *decernimus, & declaramus,* quae petuntur a Concilio poni in Bulla Papae ultimo portata per Dominum Epiſcopum Cracovienſem. Inc. *Reverendiſſime Pater. Notiſſimum eſt, quod qui declarat non diſponit.* Deſ. *& haec breviſſime ſunt ſcripta iuxta V. R. P. mandatum.*

LXVIII. pag. 96. Littera miſſa Domino S. Angeli per quemdam Doctorem, Paduae exſiſtentem. Inc. *Reverendiſſime &c. Ne temerarius ipſe.* Deſ. *& gloriam Eccleſiae ſuae ſanctae &c.*

LXIX. pag. 98. Bulla poteſtatis factae aliquibus Praelatis de faciendo Concilium in Baſilea, vel alibi, prout viſum fuerit, ſub Praeſidentibus Domini noſtri Papae. Inc. *Eugenius &c. Pridem ex nonnullis cauſſis.* Deſ. *inviolabiliter obſervari. Datum Romae &c. Kalendis Auguſti Pont. noſtri anno III.*

LXX. pag. ead. *b.* Bulla qualiter D. N. Eugenius dat poteſtatem quibuſdam Praelatis de remittendo Cardinalibus, & aliis quibuſvis omnem offenſam ſibi factam, & reducendi in ſtatum priſtinum. Inc. *Eugenius &c. Ad inſinuandum Chriſtifidelibus.* Deſ. *inviolabiliter obſervari. Datum Romae &c. ut ſupra IV. Nonas Auguſti Pont. noſtri anno III.*

LXXI. pag. 99. Decretum factum per illos de Baſilea, annullans translationem factam de Eccleſia Traiectenſi, de perſona Domini Guderi, olim ipſius Eccleſiae Epiſcopi. Inc. *Sacroſancta generalis Synodus Baſileenſis &c. Indemnitatibus, quantum cum Deo poſſumus, conſulere cupimus.* Deſ. *non obſtantibus quibuſcumque . Datum Baſileae III. Kalendas Februarii anno MCDXXXIII.* ſubiecta quadam adnotatione circa praedictum Decretum.

LXXII. pag. 101. Exorbitantiſſima Littera Concilii Baſileenſis, plena multis erroribus, ubi omnino nituntur uſurpare auctoritatem Papae, & fuit directa ad Regnum Franciae in favorem cuiuſdam intruſi in Monaſterium de Bona Cũba Ruthen. dioeceſis. Inc. *In nomine Domini amen. Anno a Nativitate eiuſdem MCDXXXIII. Ind. XI. & die XVIII. menſis Maii &c. Noverint univerſi, & ſinguli.* Deſ. *petiit ſibi fieri unum & plura inſtrumenta.*

LXXIII. pag. 103. Aviſamenta D. N. Regi ex parte Reginae Ieruſalem & Siciliae, Epiſcopi, Cleri, & Vniverſitatis Studii Andeg. per Venerabilem virum Magiſtrum Ioannem Bonchier exponenda. Inc. *Praepoſita, & praecedenti humillima, & devota recommendatione, cum fideli, & perpetua obedientia exponatur Regiae Maieſtati &c.* Deſ. *defendere dignetur, atque velit.*

LXXIV. pag. 104. Littera miſſa illis de Concilio Baſileenſi ex parte Electorum Imperii. Inc. *Humillima recommendatione &c. Deſideratam mentibus in Eccleſia militanti.* Deſ. *feliciter dirigat, & conſervet . Datum Francfurt VII. die menſis Septembris , anno ut ſupra.* Subſcribitur: *Conradus Archiepiſcopus Moguntinus.*

LXXV. pag. ead. *b.* Littera miſſa Duci Venetiarum de Baſilea. Inc. *Sereniſſime &c. Superioribus diebus Celſitudini veſtrae ſignificavimus.* Deſ. *& cui nos humiliter recommendamus. Baſileae die XII. Octobris* 1433.

LXXVI. pag. 106. Littera miſſa de Avinione Baſileam. Inc. *Reverende in Chriſto Pater. Noverit, quod Karolus de Andegavia &c.* Deſ. *neſcio ſi concordabit cum Domino &c. Scripta in Palatio Avinionenſi II. Octobris.* Subſcribitur: *Guigelmacus Generalis Carmelitarum.* Huic ſubiiciuntur quaedam adnotationes.

LXXVII. pag. 107. Littera miſſa de Baſilea Venetias per Oratores Venetorum. Inc. *Sereniſſime &c. Significamus Celſitudini veſtrae, quod die Martis tertia decima huius in praeſentia Sereniſſimi Imperatoris.* Deſ. *cuius gratiae nos humiliter recommendamus. Datum Baſileae*

Digitized by Google

ſileae hora ſecunda noctis die XIV. Octobris 1433. Subſcribuntur : *Andreas Donato miles, & Ioannes Franciſcus de Capiſibus Liſte.*

LXXVIII. pag. ead. *b.* Littera miſſa per Dominum Regem Franciae Concilio Baſileenſi. Inc. *Sacroſanctae Synodo Baſileenſi in Chriſti nomine congregatae Karolus Dei gratia Francorum Rex. Audivimus dolore cordis intrinſecus ſauciati.* Def. *iuxta inſtructiones ſibi per nos traditas. Dat. Turonis die XXII. Septembris.*

LXXIX. pag. 108. Commiſſio Magiſtri Nicolai de Cappella. Inc. *Charles par la grace de Dieu Roy de France &c. Nous vous mandons.* Def. *& confort. Donné de Tours &c.*

LXXX. pag. ead. *b.* Litterae duae Domini Regis Franciae miſſae Cardinalibus Baſileae exſiſtentibus. Prima inc. *Karolus &c. Chariſſimi & ſpirituales amici, non ſine grandi admiratione.* Def. *adhaeſio. Datum die . . . Septembris.* Altera inc. *Karolus &c. Chariſſimi, & ſpirituales amici noſtri, ſcribimus Sanctiſſimo Patri noſtro.* Def. *non videar fruſtratus. Datum Turonis die . . . . Septembris.*

LXXXI. pag. 110. Copia litterarum miſſarum Ambaſiatoribus Baſileae Gallice ſcriptarum. Inc. *Noz amez, & feaulx. Nous avons ſceu.* Def. *comme deſſus eſt dit. Donné &c.*

LXXXII. pag. 111. Memorialis collecta diſputationis factae in cauſſa Concilii & D. N. Papae. Inc. *Die Veneris XII. Octobris apud Conventum Praedicatorum in Stufa &c.* Def. *& in hoc receſſum eſt.*

LXXXIII. pag. 114. *b.* Littera Rectoris Eccleſiae Rivenſis, Miniſtri Cancellarii Franciae, ad Pontificem. Inc. *Beatiſſime ac ſanctiſſime Pater &c. Beatitudinis veſtrae litteras XVII. huius menſis Ambaſiae recepi, una cum copia Litterarum &c.* Def. *regimen Eccleſiae ſuae ſanctae. Scriptum Turonis penultima die menſis Septembris.*

LXXXIV. pag. 115. *b.* Ambaſiata facta in Concilio per Oratores Ducum Burgundiae, & Sabaudiae. Inc. *Illuſtriſſimi Principes D. N. metuendiſſimi &c. Quaſdam litteras inter D. N. Summum Pont. Eugenium &c.* Def. *debuerit contentari.*

LXXXV. pag. 116. Littera miſſa Domino de Vrſinis per quemdam amicum Epiſcopum in Baſilea exſiſtentem. Inc. *Reverendiſſime &c. Per plures, & plures litteras adviſavi.* Def. *cum proſpero & felici ſtatu. Datum Baſileae die IX. menſis Novembris.*

LXXXVI. pag. 118. *b.* Decretum factum Baſileae poſt acceſſum Imperatoris VII. Novembris. Inc. *Sacroſancta generalis Synodus &c. Terminum ſexaginta dierum datum D. Eugenio Papae &c.* Def. *ſuae Sanctitatis, quam omnium ſuorum. Datum in ſeſſione publica &c. VIII. Idus Novembris anno ut ſupra.* Deinde occurrunt quaedam adnotationes.

LXXXVII. pag. 120. *b.* Eugenii Papae Bulla pro adprobatione decreti editi Baſileae VII. die Novembris. Inc. *Eugenius &c. Dudum ſacrum generale Concilium.* Def. *& mandati infringere. Datum Romae &c. XVIII. Kal. Ian. anno III.* Deinde pag. 121. eadem Bulla ad verbum repetita occurrit. Apud Labbeum l. c. pag. 742.

LXXXVIII. pag. 121. *b* Poteſtas data in inſtructionibus per Regem Franciae Domino Simoni Caroli, Oratori ſuo miſſo Romam pro adhaeſione Papae ſecundum formam decreti. Inc. *Item & luy dira que le Roy en demonſtrant.* Def. *ratiſfier par ſes lettres ſe meiſcier eſt.*

LXXXIX. pag. 122. Decretum XV. uti accipiantur Litterae Papae de adhaeſione. Inc. *Sacroſancta Synodus Baſileenſis &c. Litteris ſanctiſſimi D. Eugenii.* Def. *quae ipſis Litteris originalibus daretur. Datum &c. Baſileae anno Domini MCDXXXIV. Nonis Februarii.*

XC. pag. ead. Venetorum Decretum circa eandem acceptationem. Inc. *Franciſcus Foſcari Dei gratia Dux Venetiarum &c. Pro informatione veſtra.* Def. *notitiam praebeatis. Datum in noſtro Ducali Palatio die XV. menſis Februarii ind. XII. MCDXXXIV.*

XCI. pag. 123. Sigiſmundi Romanorum Imp. Franciſco Foſcari Duci Venetorum Epiſtola. Inc. *Illuſtris Princeps, ſincere dilecte. Non ſunt multi dies tranſcurſi.* Def. *& ſcribere quantocius non omittas. Datum Baſileae die XXI. Decembris, Regnorum noſtrorum anno Hungariae XLVII. Romanorum XXIV. Bohemiae XIV. Imperii vero I.* Subſcribitur : *Ad mandatum Domini Imperatoris Gaſpar Slik Cancellarius.*

XCII. pag. 124. Poteſtas & facultas data per D. Ducem Mediolani armigeris ſuis in Ducatu. Inc. *Philippus Maria Anglus Dux Mediolani &c. Non ignorantes, quantum deceat.* Def. *ſigilli munimine roborari. Datum Cuſaglia die XXVII. Octobris anno* 1433. *indict. XII.*

XCIII. pag. ead. *b.* Littera Sigiſmundi Imp. ad Papam miſſa de Baſilea contra praedictas gentes armigeras, & in adiutorium Papae. Inc. *Beatiſſime Pater &c. Satis dum cum veſtra Sanctitate Romae eſſemus.* Def. *regimini Eccleſiae ſuae ſanctae. Datum Baſileae die XX. menſis Decembris Regnorum noſtrorum anno &c.* ut ſupra §. XCI.

XCIV. pag. 125. *b.* Formula Litterarum D. Imperatoris Civitatibus & Vicariis. Inc. *Honorabiles, dilecti, & nobis grati. Prudenter praecidenda ſunt mala.* Def. *liberaliſſimo animo faciemus. Datum Baſileae XII. die Decembris.*

XCV. pag. 126. Formula Litterarum eiuſdem Imperatoris Duci Mediolani. Inc. *Illuſtris Princeps, fili chariſſime. Diſplicenter ſatis percepimus.* Def. *cui pleniter velis credere in dicendo. Datum &c.*

XCVI. pag. ead. Epiſtola (f. eiuſdem Imp.) Magnifico Nicolao Pitzinino de Peruſio Capitaneo Generali &c. Inc. *Magnifice fidelis dilecte. Copioſe audivimus & intelleximus.* Def. *meo nomine informabit : cui credere velis pleniter in dicendo.*

Digitized by Google

XCVII. pag. 127. Cedula porrecta per illos de Concilio. Inc. *Aliquibus de ſuppoſitis ſacri Concilii magis expedire videtur*. Deſ. *prout concordatum fuerit*.

XCVIII. pag. ead. *b*. Cedula porrecta per Praeſidentes admittendos. Inc. *Sacroſancta generalis Synodus &c. dilectos Eccleſiae filios Nicolaum tit. S. Crucis Presbyterum, & Iulianum S. Angeli Diaconum &c.* Deſ. *hoc ſacrum Concilium eſt congregatum*.

XCIX. pag. 128. Epiſtola directa Papae ſuper facto praeſidentiae per D. Antonium de Roſellis. Inc. *Valido igne, Beatiſſime Pater, mea mens uritur*. Deſ. *& veſtram veriſſimam iuſtitiam tueatur, Eugeni Chriſti Vicarie Beatiſſime*.

C. pag. 129. *b*. Eadem Cedula, ſeu Decretum, de quo ſupra in §. XCVIII. aliquanto tamen longius in fine.

CI. pag. 131. Epiſtola Sigiſmundi Imp. miſſa de Vlma Dominis de Concilio Baſileenſi ſuper factis Bohemorum. Inc. *Reverendiſſimi, Reverendique in Chriſto Patres &c. Proximis his diebus V. R. P. ſatis clare reſcripſimus*. Deſ. *poſſimus aliquid reſpondere. Datum Vlmae Conſtantienſis Dioeceſis XVIII. die Iulii, Regnorum noſtrorum anno Hungariae &c. XLVIII. Romanorum XXIV. Bohemiae XIV. Imperii vero II.*

CII. pag. 132. Decreta quaedam Concilii Baſileenſis ſine titulo. Inc. *Sacroſancta &c. Sicut pia mater pro filiorum ſalute ſemper anxia eſt*. Deſ. *vel alteri idoneo providcat*. In hiſce continetur inter alia etiam tenor Litterarum Domini Patriarchae, necnon decreta de annatis, de pacificis poſſeſſoribus &c.

CIII. pag. 137. *b*. Supplicatio & proteſtatio Dominorum Camerariorum Papae & Collegii. Inc. *Etſi, Beatiſſime Pater, Chriſtifidelium quiſque &c.* Deſ. *& quantum poſſet providere. Actum &c.* Tum ſequuntur ſubſcriptiones Cardinalium, quorum primus eſt *I. de Vrſinis Epiſcopus Sabinenſis*.

CIV. pag. 139. Littera totius Collegii Cardinalium, quae tamen miſſa non fuit, ſed continet factum in ſe. Inc. *Univerſis Chriſtifidelibus &c. Deum, hominesſque teſtamur*. Deſ. *aevo ſempiterno triumphaturi*.

CV. pag. 150. Reſolutio trium quaeſtionum, ſcilicet I. an Papa ſit ſupra Concilium &c. II. an ſi Papa ſuppoſuit ſe huiuſmodi Concilio, valeat talis ſubmiſſio &c. III. an laici in talibus Conciliis de neceſſitate ſint vocandi &c. Inc. *Ad primum, quod generalia Concilia legitime congregata ſint ſupra Papam &c.* Deſ. *quia ubicumque fieret, eſt idem Concilium & Conſiſtorium, in C. Romana de appellat. L. VI.*

CVI. pag. 156. *b*. Littera Regis Franciae directa Collegio ſuper annatis, & loco Concilii, portata per Archiepiſcopum Cretenſem anno 1436. menſis Februarii die XVI. Inc. *Karolus &c. Chariſſimi & amici noſtri ſpecialiſſimi. Diebus elapſis ad nos applicuit*. Deſ. *libenter intendere. Datum Turonis XIII. Ianuarii*.

CVII. pag. 160. Sex dubia diſputata per Nicolaum de Sicilia, Abbatem Maniacenſem, & Doctorem minimum, Senis actu legentem, anno 1426. in die S. Marci, & ad utramque partem dubiorum reſponſio viri nobilis & magnae ſcientiae D. Roberti de Cavalcantibus de Florentia eius auditoris: copiata Romae per Fernandum Cretenſem, in Decretis Bachalarium anno 1433. in Dominica Lazari de menſe Martii. Inc. *Epiſcopus & quidam Rector Curatus Parmenſes, per Romanum Pontificem eorum Praelatum, nulla rationabili cauſa exſiſtente privati &c.* Deſ. *& haec ſufficiant ad laudem totius Curiae caeleſtis*.

CVIII. pag. 182. Oratio & Ambaſiata facta per primum in ordine Oratorem Concilii Baſileenſis ad D. N. Papam anno 1425. Inc. *Beatiſſime Pater. Exigeret praeſentia veſtrae Beatitudinis*. Deſ. *per quem Romanis provideatur*.

CIX. pag. 185. Proteſtationes duae ſuper materia annatarum. Prima inc. *In Nomine Domini amen. Tenore praeſentis publici inſtrumenti &c.* Altera deſ. *unum & plura, publicum & publica inſtrumenta adfuturam rei memoriam. Acta fuerunt Baſileae anno 1435. Ind. XIII. die Veneris, III. menſis Iunii, Pont. Eugenii IV. anno V.*

CX. pag. 188. Oratio & petitio Oratorum Concilii ſuper Indulgentiis pro facto Graecorum. Inc. *Si in medio magnatorum loqui praeſumendum non ſit, Pater Beatiſſime*. Deſ. *trinus & unus benedictus Deus in ſaecula. Amen*.

CXI. pag. 194. Dubia quaedam, quorum primum eſt, quando Concilium celebrandum ſit. Inc. *Ad primum, quando Concilium celebrandum ſit, dico regulariter in arduis negotiis*. Deſ. *ſed non dicitur verum*.

CXII. pag. 204. Reſponſio concepta per Dominum Antonium de Roſellis ad petitas Indulgentias pro facto Graecorum. Inc. *Eugenius Epiſcopus &c. Dei Filius Ieſus Chriſtus adſcenſurus poſt Redemptionem ad Patrem*. Deſ. *ac caelum terramque conſtruxit*.

CXIII. pag. 208. Conſilium D. Antonii de Roſellis pro reſponſione ad primum Oratorem. Inc. *Si divinae imperſcrutabilis, immenſaeque providentiae altitudo*. Deſ. *& totius Eccleſiae ſuae Sanctae*.

CXIV. pag. 212. Conſilium D. Antonii de Caſſarellis ſuper decretum Concilii Baſileenſis, propria, ut videtur manu ſubſcriptum. Inc. *Licet Beatus Gregorius*. Deſ. *meis defectibus ſuppleat, oro*.

CXV. pag. 216. Allegationes Domini Gaſparis de Peruſio. Inc. *In Chriſti nomine amen. Quum a nonnullis pertinaciter adſirmetur*. Deſ. *& per conſequens per praedicta eſt tertio dubio plenarie ſatisfactum*.

CXVI. pag. 228. D. Antonii de Roſellis allegationes in facto Concilii Baſileenſis. Poſt inſcriptionem: *Reverendo &c. Iordano miſeratione divina Epiſcopo Sabinenſi S. R. E. Card., quem ſtirps illuſtris. & clariſſima genuit de Vrſinis &c. Antonius olim D. Roſelli* Are-

Aretinus I. V. D. poſt humilem recommendationem exhibet praeſens opus: inc. *Interrogavit namque me fideliſſimum ſervitorem tuum*. Deſ. *ſic intelligo iſtam quaeſtionem male per Doctores explicatam*.

CXVII. pag. 240. *b*. Quaeſtio durationis, ſive finis huius aetatis Mundi, compilata per Doctorem Artium Ioannem de Fundis Bononiae commorantem A. D. MCDXXXIV. Inc. *Quaeritur utrum per durationem, & perpetuitatem motuum ſtellarum &c*. Deſ. *ſub correptionem tamen omnium ſubtilius, & melius perſcrutantium ad laudem altiſſimi Dei &c*.

CXVIII. pag. 246. Cedula nomine Sanctitatis D. Eugenii Papae IV. porrecta dilectis Eccleſiae filiis Nicolao titulo Sanctae Crucis, & Ioanni titulo S. Petri ad Vincula Cardinalibus Apoſtolicae Sedis Legatis. Inc. *Quoniam Sanctiſſimus D. N. &c*. Deſ. *ut ſperamus futurum, maximum & valde bonum inde provenire debere non dubitamus*.

CXIX. pag. 253. Reſponſio Concilii Baſileenſis ad venerabiles Ioannem & Andream Tarentinum & Colocenſem Archiepiſcopos, ac Bertrandum Epiſcopum Magalonenſem, nec non dilectum Eccleſiae filium Antonium de S. Vito Palatii Apoſtolici cauſſarum Auditorem, Oratores D. N. Eugenii IV. pro iis, quae ſuo nomine bis expoſuerunt. Inc. *Cogitanti huic Sacrae generali Synodo &c*. Deſ. *& in futuro ſaeculo vitam aeternam donare dignetur. Amen.*

CXX. pag. 269. Littera Regis Franciae Gallice ſcripta. Inc. *Charles par la grace de Dieu Roy de France &c. Comme pluſieurs foys ayons eſte advertis*. Deſ. *a ſes preſentes. Donné a Yſſouldun le IX. jour de Novembre l' an de grace MCCCCXXXVI. & de notre Regne le quinzieme &c*.

CXXI. pag. 271. Scriptum Ludovici Romani, quod Civitas Avinionenſis non eſt locus maritimus. Inc. *Omnipotentis Dei poſtulato ſuffragio. Civitatem Avinionenſem non fore locum maritimum ex inferioribus luculenter oſtenditur*. Deſ. *& ſic nec Civitatem Avinionenſem. Laus Deo*.

CXXII. pag. 272. *b*. Aliud eiuſdem Ludovici Romani ſcriptum. Inc. *Inſpexit Sereniſſimus, atque glorioſiſſimus Rex noſter de Aragonia &c. hanc Sacroſanctam Synodum, tametſi innumeris procellis variiſque fluctuationibus agitatam &c*. Deſ. *ſumma quidem laus eſt diſpliciuiſſe malis. Deo gratias*.

CXXIII. pag. 281. Littera D. Imperatoris Graecorum lecta in generali Congregatione die Veneris, ultima menſis Auguſti 1436. Sacro generali Baſileenſi Concilio. Inc. *Ioannes in Chriſto Deo fidelis Imperator &c. Per venerabilem Henricum Menger Ambaſiatorem veſtrum*. Deſ. *erunt plenius informatae. Datum Conſtantinopoli 1436. die XXVIII. Decembris*.

CXXIV. pag. ead. Littera D. Patriarchae Conſtantinopolitani tranſlata de Graeco in Latinum, lecta ut ſupra &c. Inc. *Ioſeph miſeratione divina Archiepiſcopus Conſtantinopolis &c. A veſtro Ambaſiatore D. Henrico, qui cum galeis Venetorum in menſe Novembri a nobis receſſerat*. Deſ. *& a latore praeſentium. Datum in Conſtantinopoli a creatione mundi 6944. menſe Martii ind. XIV*. (qui eſt annus 1436.)

CXXV. p. ead. Littera Magiſtrorum Ioannis de Raguſio, & Simonis Frer. Ambaſiatorum Sacrae Synodi lecta ut ſupra. Inc. *Sacroſanctae generali Synodo &c. Licet iam gratia Altiſſimi ſperemus &c*. Deſ. *& feliciter in agendis. Amen. Scriptum in Conſtantinopoli die IX. Februarii 1436*.

CXXVI. pag. 283. *b*. Littera Magiſtri Simonis Frer. &c. ſcripta Reverendiſſimo D. Legato Iuliano S. R. E. Presb. Card. &c. lecta Baſileae in Congregatione generali die Veneris, ultima Auguſti 1436. Poſt inſcriptionem inc. *Scribimus ad plenum Sacro Concilio quantum fecimus*. Deſ. *conſervet feliciter pro utilitate & ſalute Eccleſiae. Ex Conſtantinopoli die V. Martii veſter Cappellanus Simon Frer. &c*.

CXXVII. p. 284. Littera Fratris Ioannis de Raguſio miſſa eidem D. Legato, lecta ut ſupra. Inc. *Reverendiſſime in Chriſto Pater &c. Poſt concordiam de expoſitione*. Deſ. *prout indeſinenter rogo Deum. Amen. Scriptum in Conſtantinopoli die IX. Februarii 1436*.

CXXVIII. pag. 285. *b*. Alia eiuſdem Littera ad eumdem. Inc. *Reverendiſſime in Chriſto Pater &c. Poſtquam ſcripſeramus omnia, & nuncii erant parati ad iter*. Deſ. *feliciter & longaeve. Amen. Scriptum in Conſtantinopoli die X. Martii 1436*.

CXXIX. pag. 289. Littera Papae continens ſe noluiſſe diſſolvere Concilium Baſileenſe, ſed locum tantum voluiſſe mutare. Inc. *Novit ille, qui nihil ignorat*. Deſ. *veliti ſque potius mandatis apoſtolicis humiliter ac firmiter obedire*.

CXXX. pag. 291. Scriptum Anonymi pro Sanctiſſimi Eugenii IV. intentione ad Concilium Baſileenſe. Inc. *Humaniſſimam ac ſanctiſſimam D. N. digniſſimi Summi Pontificis D. Eugenii Papae IV. intentionem, quam ex iniuncto legationis officio communi horum Patrum & Dominorum meorum conſenſu & iuſſione in praeſentiarum explicaturus ſum vobis, Reverendiſſimi in Chriſto Patres & Domini; ſi quanta decet &c*. Deſ. *in adventu D. N. Ieſu Chriſti ſervetur. Amen*.

CXXXI. pag. 229. Allegationes D. Antonii de Roſellis. Inc. *Ad ſuccidendas, Beatiſſime ac Sanctiſſime Pater, plurimorum opiniones erroneas*. Deſ. *ex quibus conſtat quod eorum citationes ſunt frivolae & inanes*.

CXXXII. pag. 307. Exponenda Sanctitati D. N. Papae, parte Sereniſſimi Ducis Aragoniae, & Siciliae citra & ultra Pharum Regis, praeſente Collegio Reverendiſs. Dominorum Cardinalium, per Magiſtrum Ioannem Garciae Confeſſorem ſuae Maieſtatis. Inc. *Primo dicit, quod quia iis proximis diebus ad omnia expoſita*. Deſ. *ſed defendere patrimonium Eccleſiae etiam propriis expenſis. Datum in Civitate Caietae die VIIII. menſis Octobris anno a Nativitate Domini MCCCCXXXVI. Rex Alfonſus*.

CXXXIII. pag. 313. Decretum Concilii Baſi-

Digitized by Google

Baſileenſis de electione Summi Pontificis, de profeſſione Papae, de forma conſenſus, de numero & qualitate Cardinalium, de Electionibus, & Reſervationibus, de Clementina de probationibus. Inc. *Quoniam ſalus populi paſtor bonus*. Deſ. *niſi per teſtes, aut alia legitima conſtiterit documenta. Datum in Seſſione publica huius Sanctae Synodi in maiori Eccleſia Baſileenſi ſolemniter celebrata IX. Kalendas Aprilis anno a Nativitate Domini MCDXXXVI.*

CXXXIV. pag. 319. *b.* Relatio Dominorum XII. ſuper calculo votorum die Mercurii V. Decembris MCDXXVI. (*ſic*) ſcrutatorum in generali Congregatione, praeſidente in eadem Reverendiſſimo D. Cardinali Legato ſuper materia electionis loci &c. Inc. *Sunt reperta in toto numero &c.* Deſ. *ac felicem potuiſſet habere confirmationem.*

CXXXV. pag. 320. Propoſitio facta per Graecos in Baſileenſi Concilio. Inc. *Reverendiſſimi &c. Sereniſſimus Dominus Imperator, & Reverendiſſimus D. Patriarcha, & Graeci Orientales miſerunt me ad Sacrum Concilium.* Deſ. *numquam aliquem noſtrum habere poteritis.*

CXXXVI. pag. 321. Decretum Baſileenſe pro adventu Imperatoris Graecorum, & Patriarchae Conſtantinopolitani. Inc. *Sacroſancta &c. Vniverſis &c. Vexilla iucunditatis & laetitiae.* Deſ. *plena fides in omnibus adhibeatur. Datum Baſileae in Seſſione &c. XVIII. Kalendas Maii anno MCDXXXVI.*

CXXXVII. pag. 323. Proteſtatio facta in Baſilea per Oratorem Graecorum. Inc. *Reverendiſſimi Patres, prout multis vicibus dixi.* Deſ. *inſtrumenta neceſſaria.* Sequuntur *abſolutiones pro Sacramento Poenitentiae.*

CXXXVIII. pag. 326. *b.* Quinta Oratio Archiepiſcopi Tarentini ad Sacrum Baſileenſe Concilium. Inc. *Opus pium, tua gravitate tuaque ſapientia dignum facis.* Deſ. *qui fecit & faciet utraque unum, benedictus, glorioſus, & excelſus. Amen.*

CXXXIX. pag. 329. Cedula data per Legatum de electione Florentiae, vel Vtini. Inc. *Quum iamdudum oblata pro parte Civitatis Avinionenſis petitione.* Deſ. *prout ſuperius eſt expreſſum.*

CXL. pag. 333. Copia Decreti ſuper electione Florentiae & Vtini pro oecumenico Concilio celebrando. Inc. *Sacroſancta generalis Synodus Baſileenſis &c.* Deſ. *& alia quaecumque huic ſancto negotio neceſſaria, vel accommoda expediant. Datum Baſileae Nonis Maii anno MCDXXXVII. Concordat cum originali extractum per me Ghiſelbertum Karoli Notarium.*

CXLI. pag. 334. Epiſtola Eduardi Portugalliae & Algarbii Regis Domino Abbati Florentino. Inc. *Eduardus &c. Quum nobis clarum ac perſpectum ſit.* Deſ. *ſicque proſequi intendimus. Datum in Civitate noſtra Vlixbonenſi VI. die Iulii anno Domini* 1437.

CXLII. pag. 335. Ambaſiata ex parte Avinionenſium per unum Fratrem Sancti Dominici. Inc. *Sequuntur inſtructiones datae Magiſtro Mundono Belvaylenſi Ordinis Praedicatorum Sacrae Theologiae Magiſtro per Conſilium Civitatis Avinionenſis, praeſentandae D. N. Papae Eugenio &c. pro excuſatione dictae Civitatis, & pro informatione Beatitud. eiuſdem &c.* Deſ. *quae ſtatim de contrario ſuadere curabit.* Subſcribitur *Hugo Vaſtonus Secretarius.*

CXLIII. p. 341. Allegationes Domini Protonotarii de Vrbe. Inc. *Spiritus Sancti gratia invocata. Quaero primo numquid Domini Avinionenſes ſatisfecerint cedulae.* Deſ. *ita per praemiſſa intelligendum eſt ad propoſitum nihil facere.*

CXLIV. pag. 343. Relatio Magnificorum D. Ioannis Biſſipati Laſcari, & Manuelis Trachaniotis Vullotis, Oratorum Sereniſſimi Imperatoris Romeorum, & Reverendiſſimi Patriarchae Conſtantinopolitani ad Sanctiſſ. D. N. Eugenium Summum Pont. Inc. *Quum intueamur, Beatiſſime Pater, magnitudinem dignitatis tuae.* Deſ. *neque etiam ſui ex parte iuxta compactata deficiet.* Cui ſubditur Inſtrumentum valde longum, cuius initium: *In Nomine Domini Amen. Tenore praeſentis publici Inſtrumenti &c.* Deſ. *quod in iſta re tempus non perderetur.*

CXLV. pag. 347. Exemplar litterae, quae mittitur Praelatis & Principibus & Communitatibus. Inc. *Sigiſmundus &c. Venerabili Archiepiſcopo &c. Venerabilis Princeps, non dubitamus quin tuae dilectioni innotuit illa diſcordia.* Deſ. *abſque tardatione reſpondere. Datum Egrae &c.* tum ſubiiciuntur nomina Archiepiſcoporum, Principum, & Communitatum, quibus praedicta Epiſtola mittenda erat.

CXLVI. pag. 351. Eugenianae duae, quarum prima de unione Eccleſiae Graecorum, inc. *Eugenius &c. Doctoris gentium admoniti ſaluberrima ſuaviſſimaque doctrina.* Deſ. *& beatorum Petri & Paulli Diſcipulorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Bononiae anno MCDXXXVII. XIV. Kal. Octobris Pont. noſtri anno VII.* Apud Labbeum T. XVIII. p. 874. tum ſubduntur nomina Cardinalium, qui ſe ſubſcripſerunt. Altera pag. 355. de electione Civitatis Ferrariae pro Concilio. inc. *Eugenius &c. Quum ſperemus quod per operam Altiſſimi, cuius cauſſa agitur.* Deſ. *poſt finitum ipſum Concilium duraturis. Datum Bononiae anno & die ut ſupra.* Ibid. pag. 886.

CXLVII. pag. 355. *b.* Privilegium Nicolai Marchionis Eſtenſis. Inc. *Vniverſis & ſingulis &c. Quum per Altiſſimi operam, cuius cauſſa agitur, ſperemus Sacrum Baſileenſe Concilium per Sanctiſſimum D. N. D. Eugenium &c.* Deſ. *noſtrique ſoliti ſigilli appenſione munivi. Datum Ferrariae in Palatio Curiae Noſtrae anno MCDXXXVII. ind. XIV. die XIV. menſis Septembris.*

CXLVIII. p. 358. Decreta quaedam Concilii Baſileenſis. Inc. *Sacroſancta generalis Synodus &c. Quum noſtra ſollicitudo ad hoc inter alia iugiter adſpiret.* Deſ. *vel favorem in his praeſtare praeſumant. Datum in Seſſione &c. VI. Kal. Octobris anno MCDXXXVII.*

Digitized by Google

CXLIX. pag. 360. Epiſtola quaedam anonymi, in cuius margine legitur: *Contumacia Papae accuſata*. Inc. *Actamen tantum ſcribo, quod die ultima Septembris tenta fuit Seſſio, in qua fuit accuſata contumacia D. N. Papae non parentis monitorio contra eum decreto*, Deſ. *ſalvis tamen remanentibus gratiis iam expeditis. Scriptum Baſileae X. Octobris.*

Vtinam Sereniſſimus Rodulphus Brunsvicenſium Dux diutius vixiſſet, ut liceret Cl. Hermanno Vonder Hardt ea, quae moliebatur, de Concilio Baſileenſi colligere. (1) Nullus enim dubito, quin eamdem collocaſſet operam, qua magnam veterum documentorum copiam ad Concilium Conſtantienſe ſpectantium congeſſit. Multa quidem adhuc ignota potuiſſet ex hoc optimo Codice eruere, digeſta ab Anonymo quodam, qui Concilio intererat, brevemque rerum geſtarum narrationem exacta documentorum ſerie confirmavit. Quis autem fuerit ille, qui tam bene de Eccleſia mereri voluit, conſtat ex eodem Regeſto. Patet enim, Iordanum Cardinalem de Vrſinis illius auctorem eſſe. Anonymi ſiquidem verba ſunt pag. 26. *b. Sed ut de factis meis loquar, veritas eſt, quod recedente de Vrbe Domino Iacobo de Syrik, & verſus Senas ſuos dirigente greſſus incepi tractare cum Rege* (Sigiſmundo videlicet Romanorum Imperatore) *de concordia inter Papam, & eum per medium dicti Domini Iacobi, & tantum Dei gratia actum eſt, quod fuit concordia ſequuta, prout omnibus notorium eſt, & quia ſervitor Imperatoris ſum, miſi ſibi intimando, qualiter Legatus electus eram ad eundum Baſileam, & ibi praeſidendum, & ideo ipſe cogitares quid expedientius eſſet ſuae Maieſtati, vel adceſſus meus ante ſuum ad Vrbem adventum, vel quod exſpectarem eum. Reſpondit mihi per Dominum Iacobum, quod omnino melius eſſet me exſpectare ſuum adventum propter multa, quae poſſent medio tempore occurrere, & idem miſit dicendo Domino noſtro Papae, & ſic me oportuit exſpectare, propter quod meus adceſſus exſtitit retardatus, & poſtmodum adventante Domino Rege Romanorum* (Sigiſmundo) *in Patrimonium ad terras Eccleſiae, ad faciendum ſibi fieri honorem debitum in omnibus terris Eccleſiae, quae erant in itinere verſus Vrbem, tum pro debito Sedis Apoſtolicae, quae ſecum convenerat de mittendo, fuimus per Dominum noſtrum Papam miſſi obviam Domino Imperatori uſque, & ultra Viterbium, Dominus Cardinalis de Comitibus, & ego Cardinalis de Vrſinis, quem invenimus in campis ultra Viterbium &c.*

Habes iam Diarii auctorem, Iordanum nempe de Vrſinis S. R. E. Cardinalem, qui Eugenii IV. Pont. Legatus Concilio Baſileenſi interfuit; ſedulitatem vero, qua uſus eſt Iordanus ad documenta undequaque colligenda, his verbis ipſe exprimit: *Item* (inquit pag. 11. *b.*) *poſt haec dicti Bohemici haeretici, ſic vocati per ſupradictos ſcripſerunt aliquas litteras Oratoribus illorum Baſileenſium miſſis ad Egram, & habuerunt reſponſiones ab eis, quarum litterarum, & multarum aliarum tenores infra deſcribuntur per ordinem, prout ego potui recolligere ex copiis mihi miſſis de Baſilea &c.*

Hoc autem Concilii Baſileenſis Diarium produxit Vrſinus ad elabentem Septembrem A. MCDXXXVII. quo quidem tempore hiſtoriam ſuam ita explicit: *Ac tamen tantum ſcribo, quod die ultima Septembris tenta fuit Seſſio, in qua fuit accuſata contumacia Domini noſtri Papae non parentis monitorio contra eum decreto, & declaratus fuit contumax; &, prout fecerunt, prorogatus fuiſſet terminus huiuſmodi ad duos menſes ad inſtantiſſimas preces, & ſcripta Imperatoris: ſed propter novitates ſupervenientes de mutatione loci Concilii ad Ferrariam, & mandatum factum contra ſuppoſita Concilii &c. huiuſmodi prorogatio exſtitit denegata, & decretus fuit proceſſus ulterior contra dictum Dominum noſtrum Papam propter audientiam contradictarum, & ordinatum eſt, quod infra ſexaginta dies non procedatur ad ulteriora contra perſonam eiuſdem Domini noſtri, & hoc ad preces dicti D. Imperatoris, & Electorum Imperii, & interim procedatur ad revocationem, & annullationem factorum per ipſum Dominum noſtrum Papam circa praemiſſa &c. & laboratur fortiter per multos, ut Ordinarii habeant conferre beneficia &c. & quod revocentur gratiae exſpectativae, & timeo, quod obtinebitur &c. ſalvis tamen remanentibus gratiis iam expeditis &c. Scriptum Baſileae X. Octobris.* Ex hoc autem Diario nonnulla excerpſit Cl. Laur. Mehus, ut ipſe teſtatur in Praefat. ad Ambroſii Camaldulenſis Vitam & Epiſtolas pag. CXX. ut morem gereret Cl. Io. Dominico Manſio, iam Lucenſi Archiepiſcopo, qui quum novum Conciliorum Supplementum A. MDCCXLVIII. ſeq. ſex Voluminibus in fol. protuliſſet, paucis quidem ex hoc Codice exſcriptis chartis locupletavit Tomum V. col. 154. ſeq. ubi de eodem Baſileenſi Concilio agitur.

Cod. chartac. Ms. in 4. maiori Saec. XV. diverſis manibus, ac difficillimis characteribus, exaratus, unde non parum laboris, ac moleſtiarum in ſupra relatis praeſertim eruendis titulis pertulimus. Conſtat foliis ſcriptis 360.

PII SECVNDI SVMMA CONCILII BASILEENSIS.

Seu

Summarium Concilii Baſileenſis a Pio II. quum Aeneas adhuc eſſet, compoſitum.

I. pag. 1. SVmmarium Concilii Baſileenſis per Reverendiſs. P. Dom. A. Epiſcopum Pientinum. Adnotatum eſt e regione eiuſmet tituli: *puto melius diceretur, Aeneam Silvium Senenſem, qui poſtea Pius II. Pontifex electus eſt.* Inc. *Quum ad ſedandum diuturnum ac pernicioſiſſimum ſchiſma, quod Eccleſiam Dei per annos circiter quadraginta &c.* *Cod. XIV.*

Deſ.

(1) Ita Cl. Laur. Mehus in eruditiſs. Prolegomenis ad Ambroſii Camald. Generalis Vitam, & Epiſtolas pag. CXX. ſeq.

Digitized by Google

Deſ. *reconciliatus tandem Eugenio, ſeditioſos dimiſit, rediitque ad ſuum Principem & Paſtorem*. Hanc hiſtoriae ſummam Conciliorum Baſileenſis ac Florentini, iiſdemque ſubnexorum Lateranenſis, ac Lauſanenſis, a pluribus eruditis viris expetitam, & ab Horatio Iuſtiniano, Odolrico Raynaldo, aliiſque ex Mss. Vaticanis allegatam, ex apographo Bibliothecae Regis Chriſtianiſſimi ſub Auguſtini Patricii Canonici Senenſis nomine in medium protulit Philippus Labbe Concilior. Tom. XVIII. pag. 1299. Illam tamen ſummam a Pio II. quum adhuc Aeneas eſſet compoſitam fuiſſe affirmat Cl. Laur. Mehus in cit. Praefatione ad Ambroſii Camaldulenſium Generalis Vitam & Epiſtolas pag. CXXI.

II. pag. 125. Epilogus Concilii Baſileenſis, & ordo rerum auctore Auguſtino Patricio. Inc. *Baſileenſe Concilium*. Deſ. *qui in Romana Curia eſſe ſolent, aderant*. Ibid. pag. 1422. In calce legitur: *Finit Summarium Concilii Baſileenſis editum per Reverendum in Chriſto Patrem praeceptorem meum colendum Dominum Auguſtinum Patricium de Picolominibus Epiſcopum Pientinum anno ſalutis MCDLXXXIV. Io. Burkardus Argentinenſis ſcripſi*; qui quidem Burkardus, fuit Epiſcopus Hortanus, & Typhernas, atque Caeremoniarum apud Romanos Pontifices Magiſter, & compoſuit Diarium Romanae Curiae ab A. MCDLXXXIII. uſque ad Maium A. MDVI. cuius quidem menſis die XVI. obiit. Allucinatur autem Io. Albertus Fabricius, dum ait in Biblioth. ſua mediae, & inf. Latinit. T. I. pag. 300. edit. Patav. Burchardum incepiſſe Diarium ab A. MCCCCXCII. Viderat enim Fabricius excerpta, quae ſub titulo Hiſtoriae Arcanae, ſive anecdotae de Vita Alexandri VI. in lucem extulit Guill. Leibnitius Hanoverae A. MDCXCVI. in 4. quaeque auctiora in lucem rurſus protulit eiuſdem Leibnitii diſcipulus Io. Geor. Eccardus Corp. Hiſtor. Med. Aevi Tom. II. col. 2017. ſeq. ſed haec, particulae ſunt vaſtiſſimi Burchardiani operis, quod in ſeptem tributum Codices exſtat in Bibliotheca Publica Magliab. Claſs. XXXVII. Cod. XXXVI. chartac. in fol.

III. pag. 130. Excerpta ex Hiſtoria Imperatorum Ottonis, Friſingenſis Epiſcopi, quam ſupplevit Radevinus Praepoſitus Friſingenſis, poſt obitum Ottonis. Titulus, & principium eſt: *Otto Friſingenſis Epiſcopus, Friderici primi Imperatoris patruus, hiſtoriam ſcripſit Imperatorum uſque ad tempora ipſius Friderici: deinde geſta Friderici ſcribere aggreſſus, ſummas rerum ab Imperatore didicit, eaſque in libris duobus digeſſit. Reliquos duos ſupplevit Radevinus Praepoſitus Friſingenſis, quum Otto diem obiiſſet. Ex his quatuor libris pauca haec notitia digniora excerpſimus. Quum ſub Imperatore Henrico eius nomine quarto*. Deſ. Liber ſecundus: *miſitque ad Apoſtolicam Sedem pro conſecratione*. Subiicitur p. 154. *Finis Libri ſecundi. Huc uſque ex Othone: quae ſequuntur Radevinus diaconus Canonicus Friſingenſis exhortatione Othonis decedentis, & iuſſu Friderici Caeſaris, hiſtoriam hanc morte Othonis intermiſſam ſupplevit*. Inc. Liber tertius: *Pacatis in Germania rebus, tota Provincia, inſolita & firma pace fruebatur*. Liber quartus deſ. *ampliandi Regni cupidus, & in aedificiis largus*. Huic alia pag. 181. *b.* ex additionibus ſubiiciuntur, quorum initium eſt: *Anno ſalutis MCLX. pugnatum eſt grave praelium apud oppidum Carreres contra Mediolanenſes, ita ut Caeſar ipſe in pugna diu non viſus periiſſe putatus ſit, rediens tandem grandem hoſtibus cladem intulit*. Finis: *circa idem tempus electus Saltzburgenſis, ab Vlrico Patriarcha Aquileienſi conſecratus eſt, invito Caeſare. Huc uſque additum eſt. Finit*. Haec Excerpta ab Othone Friſingenſe & Radevino eiuſdem Eccleſiae Praepoſito, ſtudio ac labore Io. Burchardi collecta, Fabricio, aliiſque incognita fuere.

Cod. chartac. Ms. in 8. oblongo Saec. XV. exeuntis. Conſtat foliis ſcriptis 182.

DECRETA CONCILII NICAENI

Sive

Codex Canonum Eccleſiaſticorum.

I. pag. 1. HVic Eccleſiaſticae Canonum Collectioni Excerpta quaedam praecurrunt. I. Ex Decretis Gelaſii Papae, quaenam ſint reſpuenda, vel recipienda. Inc. *Poſt Propheticas, & Evangelicas, atque Apoſtolicas doctrinas*. Deſ. *ſocietas multorum in unum*. II. pag. 5. Ex Inſtitutis Caſſiani de octo vitiis principalibus, e quibus omnia peccata oriuntur. Inc. *Haec ſunt octo vitia principalia*. Deſ. *ut de his omnibus liberet nos divina miſericordia. Amen*. III. pag. 6. Ex Decretis Gregorii Papae VII. Inc. *Gregorius Papa Romanae Synodo praeſidens dixit, Ordinationes vero illorum, qui ab excommunicatis ſunt ordinati &c.* Deſ. *non prohibemus*. IV. pag. ead. *b.* Item de presbyteris fornicariis. Inc. *Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei per totum Italicum Regnum & Teutonicorum debitam S. Petro obedientiam exhibentibus Apoſtolicam benedictionem. Si qui ſunt presbyteri, vel diaconi, vel ſubdiaconi, qui iaceant in crimine fornicationis*. Deſ. *ut ad hereditatem caeleſtis regni mereamini pervenire*. V. p. ead. Ex Auguſtino. Inc. *Diabolus adiutor & incentor poteſt eſſe malarum cogitationum, auctor vero eſſe non poteſt &c.* Deſ. *provocat ad furta*. VI. pag. 7. Ex eodem de his, qui in obitu peccata dimittunt. Inc. *Fidelis bene vivens, ſecurus hinc exit*. Deſ. *habeas ſecuritatem*. VII. pag. ead. Praecepta Vrbani Papae data in Arvernenſi Concilio de itinere Hieroſolymitano, de presbyteris, diaconibus, & ſubdiaconibus, qui uxores habent &c. Inc. *Treugam Domini teneri, ſicut iurata eſt*. Deſ. *quicumque Epiſcopum, vel Clericum ceperit, excommunicatus ſit*. VIII. p. 8. Flores Canonum, quos fecit Leo Papa primus. Inc. *Fratres presbyteri, & ſacerdotes Domini, cooperatores noſtri ordinis eſtis*. Deſ. *bonis ſtudeatis operibus adimplere:* *Cod. XV.*

Digitized by Google

re: praeſtante D. N. I. C. &c. IX. p. 10. Gregorii ad Anatolium diaconum Conſtantinopolitanum Epiſtola. Inc. *Scripſit mihi tua dilectio.* Deſ. *ſine noſtro peccato portamus.*

II. pag. 11. Vnde dicantur Canones, & de tempore quo congregatae ſunt prima, ſecunda, tertia, & quarta Synodus. Inc. *Canon Graece, Latine regula nuncupatur. Regula autem dicta, quod recte ducit.* Deſ. *ita & Concilium a ſocietate multorum in unum.*

III. pag. 12. Praecedunt Tituli Canonum Nicaeni Concilii numero XX. Conſtantinopolitani num. III. & Chalcedonenſis num. XXVII. Mox incipit conſtitutio, & fides Concilii Nicaeni, cui hi verſiculi ſubiiciuntur;

Concilium Sacrum venerandi culmina iuris
Condidit, & nobis congrua frena dedit,
Vt bene fundatus iuſto moderamine poſſit,
Intemerata gerens Clericus ordo regi, vel geri. (ſic)
Pontifices ſummi veterum praecepta ſequentes,
Planius haec monitis expoſuere ſuis.
Hinc fidei noſtrae ſe pandit ſemita, & omnes
Errorum damnant dogmata ſancta vias.
Quiſque Dei famulus fuerit Chriſtique Sacerdos,
Hoc ſale conditus dulcia mella fluit.

Titulus I. De Eunuchis, & qui ſe ipſos abſciderunt, inc. *Si quis a medicis &c.* Tit. XX. De genu flectendo, deſ. *ſtantes Domino vota perſolvere.*

IV. pag. 16. *b.* Conſtantinopolitani Concilii Caput I. inc. *Fidem non violandam Patrum CCCXVIII. &c.* Caput III. deſ. *deducta eſſe videantur*: tum ſubiicitur Symbolum eiuſdem Concilii.

V. pag. 17. *b.* Concilii Chalcedonenſis Canon I. de Canonibus uniuſcuiuſque Concilii inc. *Regulas SS. Patrum &c.* Canon ultimus de his, qui rapiunt puellas, deſ. *ſi laici, anathematizentur*: tum ſubiungitur ipſius Concilii fides, quae incipit; *Aecius Archidiaconus.* Deſ. *Graece lecta ſubſcripſi.*

VI. pag. 22. *b.* Epheſina Synodus prima. Cap. I. inc. *Si quis non confitetur Deum eſſe ſecundum veritatem Emanuel.* Cap. XII. & ultimum deſ. *& vivificans ut Deus, anathema ſit.*

VII. p. 23. *b.* Canones Apoſtolorum num. XLVIII. cum brevi prologo, & quidem ita: *Incipiunt Eccleſiaſticae regulae Sanctorum Apoſtolorum prolatae per Clementem Eccleſiae Romanae Pontificem, quae ex Graecis exemplaribus in ordine primo ponuntur: quibus quamplurimi quidem conſenſum non praebuere facile; & tamen poſtea quaedam Conſtituta Pontificum ex ipſis Canonibus aſſumpta eſſe videntur.* Cap. I. de ordine Epiſcoporum inc. *Si quis Epiſcopus.* Caput ultimum: Quod non debet una merſio in baptiſmate, quaſi in morte Domini provenire, deſ. *baptizantes eos in Nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti.*

VIII. p. 27. Sequuntur Tituli Antiocheni Concilii vigintiquatuor, Neocaeſarienſis quatuordecim, Toletani II. quinque, Sardicenſis quatuor, Carthaginenſis duo, diverſorum Canonum Africani quinque. Hiſce praemiſſis indicibus occurrunt primo Canones Antiocheni Concilii, quorum primus inc. *Omnes, qui auſi fuerint.* Vltimus deſ. *id quod condecet approbante.* Additur rubris litteris maioribus: *Et ſubſcripſerunt XXX. Epiſcopi, qui in eodem Concilio convenerunt.*

IX. p. 31. *b.* Neocaeſar. Concilii Capita XIV. quibus ita praefatur collector: *Incipiunt regulae dictatae in Synodo Neocaeſarienſi n. XIV. & hae regulae poſtea quidem probantur eſſe, quam hae, quae apud Ancyram expoſitae ſunt, ſed Nicaenis anteriores reperiuntur.* Cap. I. inc. *Presbyter ſi uxorem acceperit.* Vltimum deſ. *idipſum autem & Actuum Apoſtolorum Liber inſinuat.*

X. pag. 32. *b.* Capitula ex Synodis Orientalium Patrum ordinata a Martino Epiſcopo in Synodo Bracarenſi. Praecedit Epiſtola ita inſcripta: *Domino beatiſſimo, atque Apoſtolicae Sedis honore ſuſcipiendo in Chriſto fratri noſtro Nitigeſio Epiſcopo, vel univerſo Concilio Lucenſis Eccleſiae Martinus Epiſcopus.* Inc. *Sancti Canones, qui in partibus Orientis.* Deſ. *poſſit celerius invenire.* Inde ſequitur Prooemium (1), cuius initium: *Canones ex Orientalium antiquorum Patrum Synodis.* Deſ. *poſſit celerius invenire.* Tum Index Capitum LXXXII. Tandem Capita ipſa, quorum primum inc. *Non liceat populo electionem facere.* Vltimum deſ. *perturbans omnem diſciplinam Eccleſiaſticam, excommunicetur.* In Conciliis Labbei Tom. VI. a p. 585. ad p. 598.

XI. p. 41. Regulae fidei Catholicae Concilii Toletani primi contra Priſcillianos, quas Terraconenſes, Carthaginenſes, Luſitanorum, & Boeticorum Epiſcopi fecerunt, ac praecepto Papae Leonis Balcuino Epiſcopo Galliae direxerunt. Praecedit Symbolum, in quo proceſſio Spiritus Sancti a Filio, veluti a Patre primitus profeſſa eſt. Sequuntur deinde Canones XIV. quorum primus inc. *Si quis autem dixerit, aut crediderit a Deo omnipotente &c.* Vltimus deſ. *contra ſedem S. Petri faciat, anathema ſit.*

XII. pag. 42. Toletanum Concilium ſecundum VIII. Epiſcoporum, V. anno Amalirici Regis, aera DLXV. Capita continens ſex, quorum primum inc. *Quos parentes ab infantia clericare voluerint &c.* Vltimum deſ. *libros contra Pelagium ſcripſiſſe.* Tum ita adnotatur ab eodem ſcriptore: *Sequitur eiuſdem Montani ad praefatum Torabium Epiſtola de praefatis.*

XIII. pag. 43. Concilium tertium Toletanum Capita continens XXII. Poſt brevem ipſius Concilii hiſtoriam, Caput I. inc. *Omnis ergo, qui fidem & communionem &c.* Vltimum deſ. *& Chalcedonenſis non recipit, anathema ſit.* Caput XVIII. continet Profeſſionem fidei converſorum ab Ariana haereſi.

XIV. p. 44. Canones Sardicenſes IV. Primus inc. *Hoſius Epiſcopus dixit: Non minus mala conſuetudo &c.* Quartus deſ. *niſi cauſſa fuerit in iudicio Epiſcopi Romani determinata.*

XV. pag. ead. *b.* Sequuntur Excerpta quaedam,

(1) Deſideratur in Edit. Concilior.

dam, videlicet ex Concilio Carthaginenſe Cap. VIII. & XIX. ex Canonibus Africanae Provinciae Cap. XCV. XCVI. XCVII. XCVIII. & XCIX.

XVI. p. 45. *b.* Exemplaria Nicaeni Concilii directa ſub die VI. (ſic) Kal. Decembr. praecepto glorioſiſſimorum Imperatorum Honorii & Theodoſii, Bonifacio Vrbis Romae Epiſcopo. Inc. *Credimus in unum Deum*. Deſ. *neceſſarium non eſſe credidimus*.

XVII. pag. ead. Concilium Carthaginenſe CXXV. Sanctorum Patrum, praevio prologo, cuius initium eſt: *Poſt Conſulatum glorioſiſſimorum Imperatorum*. Finis: *Laetus notarius recitavit*. Inde leguntur Canones. Primus eſt: *Epiſcopus non longe ab Eccleſia hoſpitiolum habeat*. Vltimus deſ. *reliqui omnes Epiſcopi, qui adſunt, manibus ſuper caput eius tangant*.

XVIII. p. 49. Diverſorum Sententiae Patrum, ſive ampla Collectio Decretorum Romanorum Pontificum, quorum exactiſſimus praecedit index in Titulos LXXI. Capita vero CCCXLVII. diſtributus. Poſt Cap. CCLXXV. haec inſcriptio legitur: *Hic incipiunt quaedam Capitula a beato Gregorio in generali Synodo diſpoſita*. Poſt Cap. CCLXXXI. haec alia: *Expliciunt Capitula beati Gregorii PP. numero quatuordecim. Hic incipiunt XVIII. Capita ſparſim collecta, & Augilrando* (ſic) *Epiſcopo Medio Matrice* (ſic) *Vrbis ab B. PP. Adriano Romae tradita, quando ſui negocii cauſſa inibi agebatur*. Poſt Cap. CCCVII. item haec alia: *Expliciunt Capita a beato PP. Adriano Romae tradita Angilrando Epiſcopo. Incipit de inventione S. Crucis*. Tituli primi Cap. I. *De primatu Romanae Eccleſiae* inc. *Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris*. Titulus ultimi: *Quod religionis cauſſa non ſint ſolvenda coniugia*. Deſ. *de quo nulla ſit ei egrediendi ſine noſtra perceptione licentia*.

XIX. pag. 96. Quaedam Capita, ut ſupra in indice notatum fuerat, a B. Gregorio in generali Synodo diſpoſita. Inc. *Gregorius PP. Apoſtolicus*. Deſ. *& reſponderunt omnes tertio per ſingula capita, anathema ſit*. Sunt autem num. XIII.

XX. pag. ead. *b.* Capita ſparſim collecta, & Agilrando (*ſic*) Medioatrice (*ſic*) Vrbis Epiſcopo, Romae a B. PP. Adriano tradita, quando ſui negotii cauſſa inibi agebatur. Cap. I. inc. *In criminalibus cauſſis*. Cap. XVIII. deſ. *in quocumque crediderit, permiſerit violandum*. Vid. Tom. VIII. Concilior. p. 604.

XXI. pag. 97. Recurrunt Tituli & Capita, quae ſunt CCCXLVII. ut in memorato indice praenotantur. Primum de inventione S. Crucis, inc. *Euſebius Papa univerſis Epiſcopis. Crucis Domini noſtri Ieſu Chriſti, quae nuper &c.* Caput ultimum, cui titulus *De his, qui proprios filios a fonte baptiſmatis aliquo negligentiae modo ſuſcipiunt*, deſ. *ſimiliter & viri uxores*.

XXII. pag. 103. *b.* Alia recurrunt Excerpta ex Hieronymo de Decimis & Primitiis, ex dictis S. Ambroſii, de precariis, Decretum Leonis PP. IX. de rapacitate Monachorum (1), ex Synodo Symmachi, ex Synodo Papae Hilarii, ex Gelaſii Epiſtola ad Creſconium, ex Pelagii Epiſtola ad Armentarium Magiſtrum militum, ex Gregorii Regiſtro, ex Gregorio VII. ex Cypriano ad Publicanum, item ad Magnum, ex Auguſtini Epiſtola ad quemdam Petrum, de Simoniacis, ex Paſtorali Ambroſii, ex Regiſtro Alexandri II. ex libro legum Novellarum Conſtitutione VII. ex Epiſtola Alexandri PP. ad Sigefridum Epiſc. ex Concilio L. Epiſcopor. ſub Gregorio VII. ex Concilio Leonis IV. Epiſcoporum LXII. ex Epiſt. ad Epiſcopos Britanniae, ex Alexandri Epiſtola Caeſennio Epiſcopo, ex Hieronymi Epiſtola ad Heliodorum Presbyterum, ex Anacleti Decretali, ex Origene, ex Synodo Romana. Tandem collectionem hanc claudit Epiſtola Fulberti Epiſcopi glorioſo Duci Aquitanorum de fidelitate, quae exſtat in Corpore Iuris Canonici a Pithoeis edito, & anonymi fragmentum quoddam de decimis, primitiis, & orationibus, cuius finis eſt: *deputatas eſſe iubemus*. Notandum pag. 109. in margine antiqua manu adnotari: *Contuli & emendavi ut potui*.

Cui referenda ſit huiuſmodi Canonum, & Decretalium collectio non mihi conſtat. Plures recenſentur a Pithoeis ante Corpus Iuris Civilis Tom. I. pag. xx. ſeqq. edit. Auguſtae Taurin. ex typogr. Regia MDCCXLVI. quos vide. Primus Dionyſius Exiguus circa Saec. VI. initia, Canonibus Conciliorum, etiam Pontificum Romanorum Decreta coepit adiungere: cuius exemplum ſunt imitati complures ad Gratianum uſque. Vide Iuſtum Fontaninum in Diſs. de collectionibus Canonum, praeſertim Gratiani Decreto, ante edit. Ioannis Turrecrematae Romae MDCCXXVI. fol., Ioſephum Saenz de Aguirre Cardinal. Diſs. II. Eccleſiaſtica, praemiſſa Conciliis Hiſpaniae Tom. I. pag. 42. ſeq., Franc. de Roye, Iuriſconſultum Andegavenſem, in hiſt. Iur. Canon. praemiſſa libris III. iuris eiuſdem Inſtitutionum Pariſiis MDCLXXXI. 12., Claud. Fleury in Hiſt. Iur. Canon. vulgata Gallice ibid. A. MDCCXX. 8., Io. Albertum Fabricium B. G. Vol. XI. p. 59. ubi pleniſſimam Latinarum Collectionum notitiam exhibet. Quae autem in Codice habentur pertinentia ad Concilia, pleraque habes in Conciliis Labbei Tom. I. ſeqq. ex interpretatione Dionyſii Exigui, licet variantes non paucas obſervare liceat.

XXIII. pag. 110. *b.* Tabula chronologica Romanorum Pontificum exhibens ipſorum nomina, ac tempus, quo eorum ſinguli Cathedram D. Petri tenuerunt, quam heic integram duximus ſubiiciendam.

Poſt

(1) Deeſt in Corpore Iuris Civil. a Pithoeis edito; quemadmodum & alia, quae in Codice habentur Capita hinc inde, in ea editione deſiderari comperimus.

Digitized by Google

Poſt paſſionem Domini XX. & VI. annos.

Petrus	*ſedit*	*annos*	XXV.	*meuſes*	II.	*dies*	VIIII.				
Linus		*an.*	XV.	*m.*	III.	*d.*	XII.				
Cletus		*an.*	XII.	*m.*	V.	*d.*	XI.	*& ceſſavit*	*Pontiſic.*	*dies*	XXXI.
Clemens		*an.*	IX.	*m.*	II.	*d.*	X.	*& ceſs.*	*Pont.*	*d.*	XXI.
Ana.letus		*an.*	XII.					*& ceſs.*	*Pont.*	*d.*	XXII.
Evariſtus		*an.*	XIII.	*m.*	VII.	*d.*	II.	*& ceſs.*		*d.*	IX.
Alexander		*an.*	X.	*m.*	VII.	*d.*	II.	*& ceſs.*		*d.*	XXXI.
Sixtus		*an.*	X.	*m.*	III.	*d.*	XV.	*& ceſs.*		*d.*	XXII.
Teleſphorus		*an.*	XI.	*m.*	III.	*d.*	XI.	*& ceſs.*		*d.*	VII.
Yginus		*an.*	IIII.	*m.*	III.	*d.*	VIII.	*& ceſs.*		*d.*	IIII.
Anicitus		*an.*	XI.	*m.*	IIII.	*d.*	III.	*& ceſs.*		*d.*	XVII.
Pius		*an.*	XXI.	*m.*	IIII.	*d.*	XXI.	*& ceſs.*		*d.*	XXIV.
Sother		*an.*	IX.	*m.*	VI.	*d.*	XXI.	*& ceſs.*		*d.*	XXII.
Eleutherius		*an.*	XX.	*m.*	VI.	*d.*	V.	*& ceſs.*		*d.*	XVI.
Victor		*an.*	X.	*m.*	II.	*d.*	X.	*& ceſs.*		*d.*	XII.
Zepherinus		*an.*	XVIII.	*m.*	VI.	*d.*	X.	*& ceſs.*		*d.*	VI.
Calixtus		*an.*	V.	*m.*	II.	*d.*	X.	*& ceſs.*		*d.*	XI.
Vrbanus		*an.*	IX.	*m.*	X.	*d.*	XII.	*& ceſs.*		*d.*	XXX.
Antherus		*an.*	XII.	*m.*	I.	*d.*	XV.	*& ceſs.*		*d.*	XIII.
Pontianus		*an.*	VIIII.	*m.*	V.	*d.*	II.	*& ceſs.*		*d.*	X.
Fabianus		*an.*	XIIII.	*m.*	I.	*d.*	X.	*& ceſs.*		*m.* I. *d.*	VII.
Cornelius		*an.*	III.			*d.*	IIII.	*& ceſs.*		*d.*	XXXV.
Origenes Lucianus		*an.*	III.	*m.*	III.	*d.*	III.				
Stephanus		*an.*	VI.	*m.*	V.	*d.*	VI.	*& ceſs.*		*d.*	XI.
Sixtus		*an.*	II.	*m.*	XI.	*d.*	XXIII.	*& ceſs.*		*ann.*	I.
Dionyſius		*an.*	II.	*m.*	III.	*d.*	VII.	*& ceſs.*		*d.*	V.
Felix		*an.*	IIII.	*m.*	X.	*d.*	XXV.	*& ceſs.*		*d.*	V.
Euthycianus		*an.*	VIII.	*m.*	X.	*d.*	IIII.	*& ceſs.*		*d.*	XI.
Gaius		*an.*	X.	*m.*	IIII.	*d.*	XI.	*& ceſs.*		*d.*	XI.
Marcellinus		*an.*	VIII.	*m.*	II.	*d.*	XXV.	*& ceſs.*		*d.*	VII. *Ms.* VI. (ſic)
Marcellus		*an.*	V.	*m.*	VII.	*d.*	XXI.	*& ceſs.*		*d.*	XX.
Euſebius		*an.*	V.	*m.*	I.	*d.*	XXV.	*& ceſs.*		*d.*	VIII.
Melchiades		*an.*	VII.	*m.*	VII.	*d.*	IX.	*& ceſs.*		*d.*	XVI.
Silveſter		*an.*	XXIII.	*m.*	X.	*d.*	XIII.	*& ceſs.*		*d.*	XV.
Marcus		*an.*	V.	*m.*	VIII.	*d.*	XX.	*& ceſs.*		*d.*	XXI.
Iulius		*an.*	XV.	*m.*	XI.	*d.*	VI.	*& ceſs.*		*d.*	VII.
Liberius		*an.*	XVI.	*m.*	VII.	*d.*	III.	*& ceſs.*		*d.*	IIII.
Felix		*an.*	I.	*m.*	III.	*d.*	IIII.				
Damaſus		*an.*	XVIII.	*m.*	XI.	*d.*	XXV.				
Siricius		*an.*	XV.	*m.*	XI.	*d.*	XXV.				
Anaſtaſius		*an.*	II.	*m.*	III.	*d.*	XXVI.				
Innocentius		*an.*	XXV.	*m.*	II.	*d.*	XXI.				
Zoſimus		*an.*	I.	*m.*	VIII.	*d.*	XXV.				
Bonifacius prim.		*an.*	III.	*m.*	VIII.	*d.*	XIIII.				
Caeleſtinus		*an.*	VIII.	*m.*	I.	*d.*	XXXX.				
Xiſtus		*an.*	VIII.	*m.*	I.	*d.*	XIX.				
Leo primus		*an.*	XXII.	*m.*	III.	*d.*	XXVIII.				
Ilarus		*an.*	VII.	*m.*	III.	*d.*	X.				
Simplicius		*an.*	XXI.	*m.*		*d.*	VII.				
Felix		*an.*	VIII.	*m.*	XI.	*d.*	XXVII.				
Gelaſius		*an.*	IIII.	*m.*	VIII.	*d.*	IX.				
Anaſtaſius		*an.*	I.	*m.*	XI.	*d.*	XXIV.				
Symmachus		*an.*	XV.	*m.*	VII.	*d.*	XXVII.				
Ormiſda		*an.*	XVIII.	*m.*		*d.*	XIX.				
Iohannes		*an.*	III.	*m.*	IX.	*d.*	XVI.	*In huius tempore S. Ben.*			
Felix		*an.*	IIII.	*m.*	II.	*d.*	XIII.				
Bonifacius		*an.*	II.			*d.*	XXVI.				
Iohannes		*an.*	II.	*m.*	IIII.	*d.*	VI.				
Agaritus		*an.*	XI.			*d.*	XIX.				
Silverius		*an.*	IX.			*d.*	XI.				
Vigilius		*an.*	XVII.	*m.*	VI.	*d.*	XXVI.				
Pelagius		*an.*	IIII.	*m.*	X.	*d.*	XXVI.				

Iohan-

Digitized by Google

Iohannes	*ſedit*	*annos*	XII.	*menſes*	XII.	*dies*	XXVI.
Benedictus		*an.*	IIII.	*m.*	I.	*d.*	XV.
Pelagius		*an.*	XI.	*m.*	I.		
Gregorius prim.		*an.*	XIIII.	*m.*	VI.	*d.*	X.
Savinianus		*an.*	I.	*m.*	V.	*d.*	X.
Bonifacius		*an.*	VI.	*m.*	VIII.	*d.*	XIII.
Deuſdedit		*an.*	III.			*d.*	XX.
Bonifacius		*an.*	V.	*m.*	XIII.	*d.*	XIII.
Honorius		*an.*	XII.	*m.*	XI.	*d.*	XVIII.
Severinus		*an.*		*m.*	II.	*d.*	IIII.
Iohannes		*an.*	I.	*m.*	VIII.	*d.*	XVIII.
Theodorus		*an.*	VI.	*m.*	V.	*d.*	XVIII.
Martinus		*an.*	VI.	*m.*	I.	*d.*	XXVI.
Eugenius		*an.*	III.	*m.*	IX.	*d.*	XXVI.
Vitalianus		*an.*	XIIII.	*m.*	V.		
Adeodatus		*an.*	IIII.	*m.*	VI.	*d.*	V.
Donus		*an.*	I.	*m.*	V.	*d.*	X.
Agatho		*an.*	II.	*m.*	VI.	*d.*	IIII.
Leo		*an.*	I.			*d.*	XVII.
Benedictus		*an.*		*m.*	X.	*d.*	XII.
Iohannes		*an.*	I.	*m.*	XI.	*d.*	IX.
Cecio (ſic)		*an.*		*m.*	XI.		
Sergius		*an.*	XIII.	*m.*	VIII.	*d.*	XXIIII.
Iohannes		*an.*	III.	*m.*	II.	*d.*	XIII.
Iohannes		*an.*	II.	*m.*	VII.	*d.*	XVIII.
Siſinius		*an.*				*d.*	XX.
Conſtantinus		*an.*	VI.	*m.*	XI.		
Gregorius II.		*an.*	XV.	*m.*	V.	*d.*	XV.
Gregorius III.		*an.*	X.	*m.*	VIII.	*d.*	XXVIII.
Zacharias		*an.*	X.	*m.*	III.		
Stephanus		*an.*	VI.			*d.*	XIX.
Paulus		*an.*	X.	*m.*	I.		
Stephanus		*an.*	III.	*m.*	V.	*d.*	XXVIII.
Adrianus		*an.*	XXIII.	*m.*	V.	*d.*	XVIII.
Leo		*an.*	XX.	*m.*	X.	*d.*	XVI.
Paſchaſius		*an.*	VII.			*d.*	XIX.
Eugenius		*an.*	IIII.	*m.*	VIII.	*d.*	XVIII.
Valentinus				*m.*	I.		
Gregorius		*an.*	XVI.				
Sergius		*an.*	III.				
Leo		*an.*	VIII.	*m.*	III.	*d.*	V.
Benedictus		*an.*	II.	*m.*	VI.	*d.*	X.
Nicolaus		*an.*	IX.	*m.*	VI.	*d.*	XIX.
Adrianus		*an.*	VI.	*m.*	XI.	*d.*	X.
Iohannes		*an.*	X.	*m.*	I.	*d.*	V.
Martinus		*an.*	I.	*m.*	VI.		
Stephanus		*an.*	VI.			*d.*	X.
Formoſus		*an.*	IIII.	*m.*	VII.		
Bonifacius						*d.*	XV.
Stephanus		*an.*	I.	*m.*	VI.		
Romanus ſec.				*m.*	IIII.	*d.*	II.
Theodorus ſec.						*d.*	XXIII.
Iohannes		*an.*	II.			*d.*	V.
Benedictus		*an.*	IIII.	*m.*	I.		
Leo		*an.*	I.			*d.*	XVII.
Chriſtophorus				*m.*	IIII.		
Sergius		*an.*	VII.				
Anaſtaſius ſec.						*d.*	II.
Lando ſec.				*m.*	VI.		
Iohannes		*an.*	XIIII.			*d.*	V.
Leo Secundus		*an.*		*m.*	VI.	*d.*	II.
Stephanus		*an.*	II.	*m.*	I.	*d.*	IIII.
Iohannes		*an.*	X.	*m.*		*d.*	II.
Leo		*an.*	III.	*m.*	II.	*d.*	I.
Stephanus		*an.*	III.	*m.*	IIII.	*d.*	XV.

Marinus	*ſedit*	*annos*	III.	*menſes*	VI.	*dies*	XIII.
Agapitus		*an.*	X.	*m.*	VII.	*d.*	X.
Iohannes		*an.*	IX.	*m.*	III.		
Benedictus		*an.*	I.			*d.*	V.
Leo		*an.*	I.	*m.*	II.		
Iohannes		*an.*	IX.	*m.*	XI.	*d.*	V.
Benedictus		*an.*	I.	*m.*	VI.		
Bonus		*an.*	I.	*m.*	VI.		
Bonifacius		*an.*	I.			*d.*	XII.
Benedictus		*an.*	IX.				
Iohannes		*an.*	VIII.				
Iohannes		*an.*	IV.				
Iohannes		*an.*	X.	*m.*	VI.	*d.*	X.
Gregorius		*an.*	I.	*m.*	V.		
Iohannes		*an.*	X.				
Silveſter		*an.*	IV.	*m.*	I.		
Iohannes		*an.*		*m.*	V.		
Iohannes		*an.*	I.				
Sergius		*an.*	IIII.				
Benedictus		*an.*	VII.	*m.*	I.	*d.*	
Iohannes		*an.*	VIIII.			*d.*	VIIII.
Benedictus		*an.*	XIII.				
Silveſter		*an.*				*d.*	LVI.
Gregorius		*an.*	II.			*d.*	VI.
Clemens		*an.*	VIIII.			*d.*	VII.
Damaſus		*an.*	XXIII.				
Leo		*an.*		*m.*	II.	*d.*	VII.
Victor		*an.*	I.	*m.*	III.	*d.*	X.
Stephanus		*an.*	VII.			*d.*	XXIX.
Benedictus		*an.*	IX.			*d.*	XX.
Nicolaus		*an.*	II.	*m.*	VII.	*d.*	XXV.
Alexander		*an.*	XI.	*m.*	VI.	*d.*	XX.
Gregorius							
Victor							
Vrbanus							
Paſchalis							

Ex ultimo Pontifice heic memorato habes aetatem Codicis. Paſchalis enim II. antea Rainerius, ſeu Ragingerius Bledanus ex Tuſcia, Abbas Benedictinus, Card. Presbyter, eligitur A. MIC. die XII. Aug. ut videre eſt apud Ciacconium Tom. I. pag. 899. Hunc vero Catalogum ideo protulimus, quod plurimum differat ab iis, qui referuntur a Pagio in Critica ad Annal. Baronii T. I. pag. 162. ſeqq. & in Prolegomenis ad Anaſtaſium Bibliothecar. Tom. II. p. VII. edit. Rom. A. MDCCXVIII. curante Franc. Blanchinio; licet Tom. I. p. 4. unus occurrat noſtro ferme conſimilis. Vid. etiam Cl. Io. Alb. Fabricium B. G. Vol. XI. p. 744. ſeq. ubi plures Romanor. Pontificum Catalogos enunciat.

Cod. membr. Ms. in 4. min. Saec. XI. exeuntis. Conſtat foliis ſcriptis 114.

D. GREGORII DIALOGI.

Cod. XVI. I. pag. 1. B. Gregorii Papae, dulciſſimi Doctoris, Dialogorum Libri IV. praevia Capitum Tabula, & verſibus hexametris LVII. de vita S. Benedicti, quorum initium eſt:

Clara Pater ſuperis ceſſit miracula ſanctus.

Finis:

Gratia te ſalvet Domini per tempora longa.

Quae quidem omnia quatuor primae Codicis complectuntur paginae; a quinta vero incipiunt Dialogi ipſi cum Prologo; iique quoad initium & finem ſingulorum librorum concordant cum editis inter eius Opera Pariſiis cura Monachorum S. Mauri anno MDCCV. fol. Tom. II. a pag. 150. ad pag. 474.

II. pag. 110. Eiuſdem Expoſitio in Ezechielem, ſive Homiliarum in Ezechielem Prophetam Libri duo, praevia Epiſtola ad Marinianum Epiſcopum. Et hi pariter concordant cum impreſſis in cit. edit. Tom. I. a pag. 1172. ad pag. 1430. Initio huius Operis ſequens legitur tetraſtichon:

Si ſermone Dei properas intus ſatiari,
Perlege praeſentem, lector amate, librum.
Hic te ſanctarum docet orizonta viarum,
Per quem ſi curris certus anachor (ſic) *amas.*

In margine vero recentior quaedam manus adnotavit: *non eſt de hoc libro.*

III. pag. 225. S. Anſelmi admonitio ad fratrem morientem & morti propinquum, qui ſic debet interrogari, & ſic debet frater reſpondere, & ſecurus moritur. Inc. *Frater mi, laetaris tu! quod in fide Chriſtiana moreris? Reſpondeat: Etiam.* Deſ. *commendo ſpiritum meum.* Inter Opera D. Anſelmi edente D. Ga-

Digitized by Google

D. Gabriele Gerberon Monacho D. Mauri, edit. Venet. MDCCXLIV. fol. Tom. I. a pag. 272. ad pag. 273. nonnullae tamen varietates obſervantur. In fine Codicis alia antiqua manus adſcripſit: *Haec verba docuit Angelus Domini Regem Francorum ſanctum Ludovicum contra fulgura, quia ipſe multum timebat fulgura.*

Chriſtus vicit, Chriſtus regnat, Chriſtus imperat, cui eſt honor & gloria per infinita ſaecula ſaeculorum.

Codex membran. Ms. in 4. min. Saec. XIII. Conſtat foliis ſcriptis 225.

CONCILIVM ACTVM AQVISGRANAE SVB LVDOVICO PIO.

Cod. XVII. COncilium Aquiſgranenſe V. in quo edita eſt forma Inſtitutionis Canonicorum & Sanctimonialium, Ludovici Pii iuſſu in Aquiſgrani palatio celebratum anno Chr. DCCCXVI. indictione x. Stephani IV. Papae anno I. Ludovici eiuſdem Pii Regis & Imperatoris II. continens Capita CXLVI. ut ex praevio indice patet. Prologus inc. *Quum in nomine ſanctae & individuae Trinitatis chriſtianiſſimus, ac glorioſiſſimus Ludovicus ſuperno munere victor Auguſtus anno Incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti DCCCXVI.* (1) *indictione X. anno ſiquidem Imperii ſui tertio, Aquiſgrani Palatio generalem ſanctumque convocaſſet conventum, & coepiſſet ſecundum ardentiſſimam voluntatem erga divinum cultum ſibi caelitus inſpiratam, multa congrua & neceſſaria de emendatione ſanctae Dei Eccleſiae, illius videlicet amore, qui eam ſuo ſancto & pretioſiſſimo redemit ſanguine, eique ſe adfuturum uſque ad conſummationem pollicitus eſt ſaeculi, ſollerter ac curioſe pertractare; eouſque inter cetera perventum eſt, ut eumdem ſanctum, & venerabilem Deo annuente aggregatum conventum conſuleret, immo in conſulendo admoneret, ſuper quibuſdam Eccleſiarum Praepoſitis, qui partim ignorantia, partim deſidia, ſubditorum curam parvipendebant, & hoſpitalitatem minus iuſto diligebant, quid facto opus eſſet.* Deſ. *venienti ſponſo apparere, atque eius thalamum ingredi mereantur.* Caput primum de Tonſura inc. *Iſidori in libro Officiorum. Tonſurae Eccleſiaſticae uſus a Nazareis, niſi fallor, exortus eſt.* Caput ultimum de regula formatarum deſ. *qui ſecundum graeca elementa ſignificantur. AMEN.* Sequuntur Excerpta varia de vita Canonicorum, & uſuum obſervatione. Inc. *De ſacerdotibus, ut non quaerant.* Deſ. *vitam poſſunt conſequi ſempiternam.* Habes in Conciliis Labbei Venetae edit. A. MDCCXXIX. Tom. IX. a pag. 399. ad pag. 497.

Codex membr. Ms. in 4. Saec. XIII. Conſtat foliis ſcriptis 142.

(1) Ab alia manu item antiqua ſupraſcriptum eſt *quinquageſimo*, ita ut videatur correctum fuiſſe DCCCLVI.

D. CLEMENTIS P. M. EPISTOLAE.

ſeu potius

Variorum SS. Pontificum, atque Epiſcoporum Epiſtolae, partim genuinae, partim apocryphae.

COntinet hic nitidiſſimus Codex Epiſtolas Cod. XVIII. variorum Pontificum a Clemente ad Caeleſtinum, & aliorum SS. PP. quarum initia heic dare operaepretium duximus, ut uno intuitu qui novam ipſarum editionem cudere cogitaverit, per ſe dignoſcere poſſit, quaenam ſint hactenus typis vulgatae, quae ſecus, & an occurrant omnes in Collectione Antonii Caraffae Cardinalis, & Antonii de Aquino, quae Romae prodiit A. MDXCI. Tomis tribus, quorum primus a S. Clemente ad Pelagium II. protenditur, ſecundus a Gregorio Magno inchoatus deſinit in Leone IV., tertius demum a Nicolao I. initium ducit, & Gregorii VII. Regiſtro clauditur. Vtinam vero abſolutam haberemus novam earumdem Epiſtolarum editionem, quam recudere cogitavit Petrus Couſtant Ord. S. Benedicti Congr. S. Mauri, cuius tantum primum Volumen hactenus in lucem prodiit Pariſiis A. MDCCXXI. fol. quod Romanorum Pontificum Epiſtolas complectitur ab anno LXVII. ad annum CCCCXL. Ceterum de Collectoribus Epiſtolarum Pontificum Romanorum agit Cl. Fabricius in Bibl. med. & inf. Lat. Tom. I. pag. 295. ſeqq. Sed earum, quae in hoc habentur Volumine, recenſionem adgrediamur, & quidem alphabeticum auctorum, ad quos pertinent, ordinem ſequendo.

ALEXANDRI I.

I. pag. 43. Alexandri Papae Epiſt. omnibus orthodoxis. Inc. *Cogitantibus nobis metum divini iudicii.* Deſ. *quoniam merces veſtra multa eſt in caelo. Data IX. Kal. Auguſti Traiano, & Aeliano VV. CC. Conſulibus.* In edit. Rom. Epiſtolar. A. MDXCI. Tom. I. pag. 58.

II. pag. 48. *b.* Eiuſdem ad omnes Epiſcopos per diverſas regiones conſtitutos. Inc. *Nulli, fratres, dubium eſt.* Deſ. *ſalutat vos omnis Apoſtolica Eccleſia in Domino. Data XIX.* (2) *Kal. Novembr. Traiano, & Aeliano VV. CC. Conſ.* Ibid. pag. 65.

III. pag. 49. *b.* Eiuſdem omnibus divino ſacerdotio fungentibus. Inc. *Gratia Dei ſumus, fratres chariſſimi, id quod ſumus.* Deſ. *quod pius Dominus praeſtare dignetur, qui vivit &c.* Ibid. pag. 66.

ALEXANDRI II.

I. pag. 206. Alexandri II. Lucenſis Eccleſiae Clero, & populo de Simoniacis. Inc. *Ex multis temporibus hoc deteſtabile malum.* Deſ. *modis omnibus abſcindatur.* Exſtat in Conciliis Labbei edit. Venet. Io. Albritii, & Seb. Coleti fol. Tom. XII. pag. 95.

AM-

(2) In edit. *ſeptimo.*

Digitized by Google

AMBROSII BASIANI.

I. pag. 214. *b.* Ambroſii Baſiani, & ceterorum Orientalium provinciarum Epiſcoporum Epiſt. Syricio PP. Inc. *Recognovimus litteris ſanctitatis tuae*. Deſ. *domine dilectiſſime Pater*. Epiſtolar. Tom. I. Part. II. pag. 42.

ANACLETI.

I. pag. 23. Anacleti Papae Epiſcopis omnibus, & cunctis fidelibus. Inc. *Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſecundum magnam &c.* Deſ. *ſoli Deo Salvatori noſtro per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum gloria, magnificentia, & imperium, & poteſtas ante omnia ſaecula &c.* Epiſtolar. Tom. I. pag. 34.

II. pag. 29. Eiuſdem ad univerſos Epiſcopos in Italia conſtitutos. Inc. *Quoniam Apoſtolicae Sedis debitam reverentiam*. Deſ. *& verus princeps ſacerdotum, & Dominus Pontificum, cui eſt honor &c.* Ibid. pag. 41.

III. pag. 34. Eiuſdem ad Epiſcopos, & reliquos Chriſti ſacerdotes. Inc. *Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos*. Deſ. *ut in omnibus honorificetis Deum per Ieſum Chriſtum*. Ibid. pag. 47.

ANEPIGRAPHA.

I. pag. 150. Epiſt. Anonymi. Inc. *Nemo, qui ſcripturas Divinas legit, ignorat quod in principio naſcentis Eccleſiae diſcipulis in unum congregatis cum multitudine credentium, in quibus erat cor unum & anima una, quique vendentes praedia, & poſſeſſiones ſuas adferebant, & dividebant ſingulis, prout cuique opus erat &c.* Deſ. *& qui gaudent, tamquam non gaudentes, & qui emunt, tamquam non poſſidentes ſint*. Exſtat in Conciliis Labbei Tom. I. pag. 1562. ſub titulo: *Epiſtola de primitiva Eccleſia, & munificentia Conſtantini Magni Imperatoris erga eamdem, Melchiadi falſo adſcripta*.

ANICII, ſcilicet ANICETI.

I. pag. 58. Anicii Papae univerſis Eccleſiis per Galliae provincias conſtitutis. Inc. *Bonorum operum, & ſpiritualium ſtudiorum*. Deſ. *quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris. Amen*. Epiſtolar. Tom. I. pag. 81.

ANTHERI.

I. pag. 80. *b.* Antheri Papae chariſſimis, ac dilectiſſimis fratribus per Beticam, atque Toletanas provincias Epiſcopis conſtitutis. Inc. *Optarem, fratres chariſſimi*. Deſ. *honoremque perceptum ſervare concedat, & gloria honorque Deo Patri Omnipotenti. Data XIII. Kal. Aprilis Maximino, & Africano VV. CC. Conſſ.* Ibid. pag. 108.

ATHANASII.

I. pag. 159. Athanaſii, & univerſorum Aegyptiorum Epiſcoporum ad Marcum Papam. Inc. *Ad vos perveniſſe non dubitamus*. Deſ. *longis Dominus conſervet temporibus. Amen*. Subiicitur reſponſio Marci Papae ad praecedentem Epiſtolam. Ibid. pag. 192.

II. pag. 176. *b.* Eiuſdem Liberio Papae. Inc. *Veſtrae beatiſſimae*. Deſ. *aeterna te ſervet divinitas per multos annos, SS. Pater. Amen*. Ibidem pag. 211.

III. pag. 180. Eiuſdem, & univerſorum Aegyptiorum, Thebaidorum, & Libyorum Epiſcoporum ad Felicem Papam. Inc. *Veſtro ſuggerimus Apoſtolatui*. Deſ. *orantemque pro nobis Dominus cuſtodiat in aevum. Amen*. Ibidem pag. 215.

AVRELII.

I. pag. 231. Aurelii, Alypii, Auguſtini &c. Innocentio Papae &c. Epiſt. Inc. *De Conciliis duobus*. Deſ. *conſolari valeamus*. Ibidem Tom. I. Part. II. pag. 99.

BONIFACII.

I. pag. 247. Bonifacii Papae ſupplicatio, ut conſtituatur ab Imperatore, quatenus in Vrbe Roma numquam per ambitum ordinetur Antiſtes, ad Honorium Auguſtum. Inc. *Eccleſiae meae*. Deſ. *ſtatui univerſalis Eccleſiae conſulatis. Data Kal. Iulii*. Epiſtolar. To. I. Part. II. pag. 109.

II. pag. 248. *b.* Eiuſdem Patroclo, Remigio, & ceteris Epiſcopis per Gallias, & ſeptem provincias conſtitutis de Maximo Epiſcopo diverſis criminibus accuſato. Inc. *Valentinae nos Civitatis Clerici*. Deſ. *auctoritate firmetur. Data ſub die Idus Iunii Monaxio VV. CC.* Ibid. pag. 111.

III. pag. 249. *b.* Eiuſdem Hilario Epiſcopo Narbonenſi, ut in unaquaque provincia nemo, contempto Metropolitano, Epiſcopus ordinetur. Inc. *Difficilem quidem*. Deſ. *ordinationem ſemper ſpectet. Data V. Idus Febr. Domnis noſtris Honorio XIII. & Theodoſio X. Aug. & Conſſ.* Ibid. pag. 112.

CAELESTINI.

I. pag. 250. Caeleſtini Venerio, Marino &c. & ceteris Galliarum Epiſcopis de Proſpero, & Hilario, qui quoſdam Galliae Epiſcopos accuſant Pelagii ſectatores. Inc. *Apoſtolici verba praecepti*. Deſ. *in poſterum querela ceſſabit. Deus vos incolumes cuſtodiat fratres*. Epiſtolar. Tom. I. Part. II. pag. 137.

II. pag. 251. *b.* Sequuntur forte eiuſdem, praeteritorum Sedis Apoſtolicae univerſalis Romae SS. Epiſcoporum auctoritates. Inc. *Quia nonnulli, qui Catholico nomine gloriantur*. Deſ. *ut prorſus non opinemur catholicum, quod oportuerit praefixis ſententiis eſſe contrarium*. Ib. p. 138. ſed cum ſuperiori Epiſt. coniunguntur, eo quod quae ſequuntur poſt verba *cuſtodiat fratres*, a Proſpero potius, quam a Caeleſtino ſcripta eſſe videantur.

III. pag. 254. *b.* Eiuſdem Epiſcopis univerſis per Viennenſem, & Narbonenſem provincias conſtitutis. Inc. *Cuperemus quidem*. Deſ. *collegio delegamus. Data VII. Kal. Aug. Felice, & Tauro VV. CC.* Ibid. p. 113.

IV. pag. 257. Eiuſdem Epiſcopis per Apuliam, & Calabriam conſtitutis. Inc. *Nulli ſacerdotum*. Deſ. *blanditus illudat. Data XII. Kal. Aug. Florentio, & Dionyſio VV. CC.* Ibid. pag. 116.

CALLISTI.

I. pag. 70. Calliſti Papae Benedicto fratri, & Coepiſcopo Epiſt. Inc. *Fraternitatis amore conſtringimur*. Deſ. *ſacerdotalis defendas auctio-*

Digitized by Google

ctoritas. Data XI. Kal. Decemb. Antonio (1), *& Alexandro CC. Conſſ.* Epiſtolar. Tom. I. pag. 94.

II. pag. 71. *b.* Eiuſdem dilectiſſimis fratribus per Galliam conſtitutis. Inc. *Plurimorum relatu comperimus.* Deſ. *litterae nos invenere veſtrae. Data VIII. Idus Octobris Antimo* (2), *& Alexandro VV. CC. Conſſ.* Ibid. pag. 96.

CLEMENTIS.

I. pag. 1. Clementis Papae ad Iacobum fratrem Domini. Poſt inſcriptionem ſatis longam inc. *Notum tibi facio, Domine.* Deſ. *plurima tamen plenius ante deſcripta ipſo iubente tranſmiſerim ſub eo titulo, quem ipſe praecepit affigi, ideſt Clementis Itinerarium praedicationis Petri, ſed & nunc exponere iam quae praecepit, incipiam.* Epiſtolar. Tom. I. pag. 1. ſed finis diverſus; eo quod in editione alia ſubſequantur loco Appendicis, addita circa annum 800. ut notatum Tom. I. Concil. Labbei pag. 89.

II. p. 7. *b.* Eiuſdem ad eumdem. Inc. *Quoniam, ſicut a beato Petro Apoſtolo accipimus.* Deſ. *incolumem cuſtodiat, reverendiſſime frater. Amen.* Ibid. pag. 16.

III. pag. 11. Eiuſdem generalis Epiſtola omnibus tam maioris, quam inferioris ordinis. Inc. *Vrget nos, fratres, multus amor veſter.* Deſ. *& ſibi placere in omnibus concedat. Amen.* Ibid. pag. 21.

IV. p. 18. *b.* Eiuſdem Epiſt. diſcipulis ſuis, qui maiorum hominum perſuaſionibus aliquatenus deviarant, ac gentibus, inter quas habitabant directa. Inc. *Oportet, fratres, omnes doctores.* Deſ. *ut Deo ſemper in omnibus placere valeatis. Amen.* Ibid. pag. 28.

V. pag. 22. Eiuſdem de vita communi, & recta diligentia ſcripturarum. Inc. *Communis vita, fratres, omnibus eſt neceſſaria* Deſ. *Deus autem pacis ſit cum vobis omnibus. Amen.* Ibid. pag. 32.

CONSTANTINI IMPERATORIS.

I. pag. 151. Conſtantini Imp. Epiſt. ſeu Donatio ad Silveſtrum Papam. Poſt inſcriptionem valde longam inc. *Ea quae Salvator, & Redemptor noſter Dominus I. C.* Deſ. *conſervet per multos annos SS. ac beatiſſimi Patres. Data Romae ſub die III. Kal. Aprilis Domino noſtro Fl. Conſtantino Auguſto IV. Conſ. & Gallicano VV. CC.* Subiiciuntur quaedam decreta ex Conſtitutionibus Apoſtolicis, & ex aliis Pontificibus circa electionem, & ordinationem Epiſcoporum, & alia ad Eccleſiaſticam auctoritatem pertinentia. In Conciliis Labbei To. I. pag. 1564.

II. pag. 158. Excerptum quoddam de Concilio CCLXXVII. Epiſcoporum, quod praefatus Silveſter Papa Romae congregavit, hortatu quoque ipſius Conſtantini Imperatoris, in quo damnavit iterum, tam Calliſtum, quam Arium, Photinum, atque Sabellium haereticos, & alia conſtituit circa Eccleſiaſticam diſciplinam. Inc. *Temporibus Silveſtri Papae ſancti, & Conſtantini piiſſimi Auguſti.* Deſ. *niſi quinque Epiſcoporum deſignatus ſit chirographis.* In Conciliis Labbei Tom. I. pag. 1575. ubi inſcribitur: *Epilogus brevis Concilii Romani II. ſub Silveſtro Papa.*

III. pag. 162. Conſtitutio quaedam facta ſub Iulio Papa, imperantibus Conſtantino, & Conſtante anno IV. ſub die VIII. Kal. Octob. Indictione VI. circa Arii condemnationem &c. Inc. *In nomine Domini & Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti.* Deſ. *Trinitas conſubſtantialis aeterna eſt Ieſus. Data Kal. Novemb. Feliciano, & Maximiano VV. CC. Conſſ.* In Conciliis Labbei Tom. II. pag. 549.

IV. pag. 241. Conſtantini Voluſiano Praefecto Vrbis Epiſtola. Inc. *Quum praeteritae ſuperſtitionis.* Deſ. *vale parens chariſſime, atque amantiſſime* Eſt adiecta ſubſcriptio. In Conciliis Labbei Tom. III. pag. 468.

CORNELII.

I. pag. 93. *b.* Cornelii Papae chariſſimis, ac dilectiſſimis Sanctae Dei Eccleſiae filiis, & omnibus Domino recta fide ambulantibus Epiſt. Inc. *Fidens de charitatis veſtrae benevolentia* (3). Deſ. *divinis, & apoſtolicis Conſtitutionibus pareatis. Data VII. Idus Septemb. Decio, & Maximo VV. CC.* Epiſtolar. Tom. I. pag. 123.

II. pag. 95. Eiuſdem Ruſo Coepiſcopo Epiſt. Inc. *Exigit dilectio tua, frater chariſſime.* Deſ. *proficere te deſideramus, frater chariſſime, atque amantiſſime. Data XI. Kal. Iunias Maximo, & Decio VV. CC. Conſſ.* Ibid. p. 125.

DAMASI.

I. pag. 196. *b.* Damaſi Papae dilectiſſimo Paullino fratri, & Coepiſcopo. Inc. *Per filium meum Vitalem.* Deſ. *quod Graeci dicunt Neopos confitendus eſt.* Epiſtolar. Tom. I. Part. II. pag. 29. ubi deſiderantur quinque ultimi verſus.

II. pag. 197. Eiuſdem omnibus dilectiſſimis fratribus, & conſacerdotibus per Orientem conſtitutis. Inc. *Quoniam Apoſtolicae Sedi reverentiam debitam charitas veſtra diſtribuit, vobis plurimum, chariſſimi filii, praeſtituſtis.* Deſ. *& Deus vos incolumes cuſtodiat, filii chariſſimi.* Apud Labbeum Tom. II. p. 1015. ſed aliquantum diverſa.

III. pag. 198. *b.* Eiuſdem ad Stephanum Archiepiſc. Concilii Mauritaniae, & univerſos Epiſc. Africanae provinciae. Inc. *Lectis fraternitatis veſtrae litteris primo gratias ago.* Deſ. *Dominus vos cuſtodiat, dilectiſſimi fratres, incolumes ſemper. Data VIII. Kal. Novemb. Flavio, & Stilicone VV. CC.* Epiſtolar. Tom. I. pag. 233.

IV. pag. 203. *b.* Eiuſdem profeſſio fidei Catholicae, quam deſtinavit ad Paullinum Epiſcopum Antiochenum. Inc. *Poſt Concilium Nicaenum, aliud in Vrbe Romana poſtea congregatum eſt.* Deſ. *qui ante ipſos fuerint ordinati.* Ibid. Tom. I. Part. II. pag. 28.

DIONYSII.

I. pag. 109. *b.* Dionyſii Papae ad Vrbanum Praefectum. Inc. *Summum bonum eſt ama-*

(1) In edit. *Antonino.* (2) In edit. *Antonino.* (3) In edit. *Videns charitatis veſtrae benevolentiam.*

Digitized by Google

amare amantem ſe. Deſ. *perſrui veſtra praeſentia mereatur*. *Data IV. Nonas Februarii Meliano, & Baſſo VV. CC. Conſſ.* Epiſtolar. Tom. I. pag. 143.

II. pag. 111. Eiuſdem ad Severum Epiſcopum. Inc. *Olim, & ab initio tantam percepimus*. Deſ. *per ipſum implere omnia valeamus*. *Data Idibus* (1) *Septembr. Claudio, & Paterno VV. CC. Conſſ.* Ibid. pag. 145.

ELEVTHERII.

I. pag. 61. *b*. Eleutherii Epiſc. univerſis Eccleſiis per Galliae provincias Domino militantibus Epiſt. Inc. *Magno munere miſericordiae Dei*. Deſ. *ut zizania Dominicam non poſſit meſſem ſuffocare*. *Data ſexto* (2) *Idus Iulii Paterno, & Braduo* (3) *CC.* Epiſtolar. To. I. pag. 85.

EVARISTI.

I. pag. 37. *b*. Evariſti Papae ad univerſos Africae regionis Epiſc. Inc. *Conſulentibus vobis, fratres charisſimi, quid ſuper his*. Deſ. *& Deus pacis, & dilectionis erit vobiſcum &c. Data IX. Kal. Aprilis Valente, & Vetere VV. CC. Conſulibus*. Ibid. pag. 51.

II. pag. 39. *b*. Eiuſdem ad omnes per Aegyptum Domino conglutinatos fratres. Inc. *Vnum nos, fratres, ſentire oportet, & agere*. Deſ. *Deus autem pacis ſit cum omnibus vobis, Amen*. *Data Kal. Novembr. Gallo, & Bradul.* (4) *VV. CC. Conſulibus*. Ibid. pag. 54.

EVSEBII.

I. pag. 136. *b*. Euſebii Papae chariſſimis fratribus, & Deo dilectis Epiſcopis omnibus per Gallicanas provincias conſtitutis. Inc. *Scripta ſanctitatis veſtrae cum magna &c.* Deſ. *ſollicitudo conſtituat*. *Data VI. Kal. Auguſt. Conſtante* (5) *Conſſ.* Epiſtolarum Tom. I. pag. 176.

II. pag. 139. Eiuſdem dilectiſſimis fratribus per Alexandriam, & Aegyptum Domino militantibus. Inc. *Benedictus Deus, & Pater Domini N. I. C. pater miſericordiarum*. Deſ. *Dominus cuſtodiat vos, & nunc, & in die aeternitatis amen*. *Data IX. Kal. Octobr. Conſſ.* (ſic) (6). Ibid. pag. 179.

III. pag. 142. *b*. Eiuſdem dilectiſſimis fratribus univerſis Epiſcopis per Campaniam & Thuſciam conſtitutis. Inc. *Benedictus Dominus Deus noſter, qui per miſericordiam ſuam Romanam Eccleſiam*. Deſ. *& communicatio Spiritus Sancti ſit ſemper cum omnibus vobis amen*. *Data VIII. Kal. Septembr. Conſtante* (7) *VV. CC. Conſſ.* Ibid. pag. 184.

EVSEBII.

I. p. 167. *b*. Euſebii & aliorum ad Iulium Papam. Inc. *Licet circa omnes*. Deſ. *Dominus aevo cuſtodiat longiore, Beatisſime Pater. Amen*. Epiſtolar. Tom. I. pag. 200. ubi inſcribitur: *Domino Beatiſs. & honorabili Patri Iulio, Apoſtolicae ſedis venerabili Epiſcopo Euſebius, Theodorus, & Berinthus, una cum reliquis fratribus. & Coepiſcopis noſtris in Antiochia congregatis.*

EVTYCHIANI.

I. pag. 118. *b*. Eutychiani Papae chariſſimis fratribus Ioanni, & omnibus per Beticam provinciam conſtitutis Epiſcopis. Inc. *Hortatur nos aequitas poſtulationis*. Deſ. *& electos ſuos collocare dignetur*. *Data pridie* (8) *Idus Aprilis Aureliano, & Marcello VV. CC. Conſſ.* Epiſtolar. Tom. I. pag. 154.

II. pag. 121. Eiuſdem dilectiſſimis fratribus univerſis Epiſcopis per Siciliam conſtitutis. Inc. *Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos*. Deſ. *& regni eius non erit finis*. *Data XIII. Kal. Octobr. Caro, & Cariano* (9) *VV. CC. Conſſ.* Ibid. pag. 155.

FABIANI.

I. pag. 84. *b*. Fabiani Papae dilectiſſimis ubique Catholicae Eccleſiae comminiſtris. Inc. *Divinis praeceptis, & Apoſtolicis monemur inſtitutis*. Deſ. *adimplere ſtudete*. *Data Kal. Iulii Maximo* (10), *& Africano VV. CC. Conſſ.* Epiſtolar. Tom. I. pag. 112.

II. pag. 86. *b*. Eiuſdem omnibus Orientalibus Epiſcopis, & cunctis fidelibus. Inc. *Exigit dilectio veſtra*. Deſ. *ſed Deo Salvatori noſtro placentes, cui eſt honor &c.* Ibid. pag. 115.

III. pag. 91. Eiuſdem dilectiſſimo fratri Hilario Epiſcopo. Inc. *Divinae circa nos gratiae eſſe debemus*. Deſ. *qui cunctum mundum dignatus eſt redimere Ieſus Chriſtus Dominus noſter &c.* Ibid. pag. 120.

FELICIS.

I. pag. 112. Felicis Papae chariſſimo, atque dilectiſſimo Paterno Coepiſcopo. Inc. *Gaudere me plurimum, & exſultare in Domino*. Deſ. *manipulos Domino repraeſentes*. *Vale*. *Data IX. Kal. Iunii Claudio, & Aureliano VV. CC. Conſſ.* Epiſtolar. Tom. I. pag. 146.

II. pag. 114. Eiuſdem univerſis Epiſcopis per Galliae provincias conſtitutis. Inc. *Bonorum operum, & ſpiritualium ſtudiorum Deum auctorem eſſe non dubium eſt*. Deſ. *valere vos opto, chariſſimi fratres*. *Data V. Idus Auguſt. Claudio, & Paterno VV. CC. Conſſ.* Ibid. pag. 149.

III. pag. 116. *b*. Eiuſdem dilectiſſimo fratri Benigno Epiſcopo. Inc. *Suſcipientes fraternitatis tuae epiſtolas*. Deſ. *contra ſacrilegae perſuaſionis auctores noluerit cuſtodire*. *Data Nonis Februarii Claudio, & Paterno*. Ibid. pag. 152.

IV. pag. 184. Eiuſdem ad Athanaſium, & univerſos Aegyptiorum, Thebaidorum, & Libyorum Epiſcopos in ſancta Alexandrina Synodo congregatos. Inc. *Sacram veſtram Synodicam epiſtolam*. Deſ. *quam praeparavit Deus diligentibus ſe per Dominum noſtrum &c. Data Idibus Febr. Agario, & Iuliano VV. CC. Conſſ.* Ibid. pag. 220.

V. pag.

(1) In edit. *V. Idus*.
(2) In edit. *quinto*.
(3) In edit. *Bradua*.
(4) In edit. *Bradua*.
(5) In edit. *Conſtantino*.
(6) In edit. *Conſtantino CI. CC.*
(7) In edit. *Conſtantino*.
(8) In edit. *II. Id.*
(9) In edit. *Carino*.
(10) In edit. *Maximino*.

V. pag. 189. Eiuſdem univerſis ſpiritualibus fratribus Epiſcopis &c. Inc. *Gratia vobis, & pax multiplicetur*. Deſ. *tam nos, quam qui nobiſcum ſunt multum ſalutamus. Data VIII. Kal. Novemb. Philimone, & Attico VV. CC. Conſſ.* Ibidem pag. 225.

GAII.

I. pag. 124. Gaii Papae dilectiſſimo fratri Felici Epiſcopo. Inc. *Directas nobis tuae charitatis epiſtolas*. Deſ. *bene vale frater, & ora pro nobis. Data Kal. Martii Diocletiano, & Conſtantino II. VV. Conſſ.* Ibid. pag. 161.

HADRIANI.

I. pag. 208. Hadriani Papae decretum, ne quis laicorum principum, vel potentum ſe interſerat electioni, vel promotioni Epiſcoporum. Inc. *Hadrianus Papa univerſali octavae Synodo praeſidens dixit: promotiones, & conſecrationes Epiſcoporum &c.* Deſ. *omnino prohibeas*. Subiungitur breviſſimum Ambroſii excerptum ex libro ſecundo ad virginitatis cohortationem, & aliud Nicolai Papae ad Higmarum Epiſcopum. Vid. Decreti Part. I. Diſt. LXIII. cap. 1. & 2.

HONORII.

I. pag. 248. Honorii praeceptum, in quo ſtatuit, ut ſi duo Epiſcopi ordinati ſub intentione fuerint, ambo pellantur, ad Bonifacium Papam. Inc. *Scripta beatitudinis tuae*. Deſ. *ſua ſtudia profutura*. Epiſtolar. Tom. I. Part. II. pag. 110. ubi inſcribitur: *Victor Honorius, inclytus triumphator ſemper Aug. ſancto & venerabili Bonifacio Papae Urbis aeternae*.

HYGINI.

I. pag. 55. *b.* Hygini Papae cunctis Apoſtolica fide, & doctrina vigentibus. Inc. *Chariſſimi, Deus filium ſuum miſit*. Deſ. *divinis, & apoſtolicis conſtitutionibus pareatis. Data XIII. Kal. Octobris Magno, & Camerino Conſſ.* Epiſtolar. Tom. I. pag. 74.

II. pag. 57. Eiuſdem ad Athenienſes. Inc. *Multa mihi fiducia eſt apud vos, fratres*. Deſ. *perficiet ipſe, confirmabit, ſolidabitque. Ipſi gloria &c.* Ibid. pag. 76.

INNOCENTII.

I. p. 216. *b.* Innocentii Decentio Epiſc. Eugubino. Inc. *Si inſtituta Eccleſiaſtica*. Deſ. *quam debeant imitari. Data XIV. Kal. Apr. Theodoſio Aug. VII. & Palladio VV. CC.* Ibid. pag. 86.

II. pag. 219. Eiuſdem Victricio Ep. Rotomagenſi. Inc. *Etſi tibi, frater chariſſime*. Deſ. *Salvatori placentes, cui eſt honor, & gloria &c. Data XV. Mar. Honorio Aug. VI. & Ariſtyneto* (1) *VV. CC.* Ibid. T. I. P. II. p. 52.

III. pag. 222. Eiuſdem Exuperio Epiſcopo Toloſano. Inc. *Conſulenti tibi*. Deſ. *noveris eſſe damnanda. Data X. Kal. Martiarum Stilicone & Anthemio VV. CC.* Ibid. pag. 56.

IV. pag. 224. *b.* Eiuſdem Felici Ep. Nuceriano. Inc. *Mirari non poſſumus*. Deſ. *nec erubeſcere valeamus*. Ibid. pag. 58.

V. pag. 225. Eiuſdem Maximino, & Severo Epiſc. per Brutios conſtitutis. Inc. *Eccleſiaſticorum Canonum norma*. Deſ. *aut neſcire eſſe illicita iudicemus* (2). Ibid. pag. 59.

VI. pag. 225. *b.* Eiuſdem Agapito, Macedonio, & Mariniano Epiſcopis Apuleis, quod poſt poenitentiam nullus poſſit ad clerum admitti. Inc. *Multa in provincia veſtra*. Deſ. *ſed etiam a clericatus removeatur officio*. Ibid. pag. 60.

VII. pag. 226. Eiuſdem Rufo, Gerontio, Sophronio, Flaviano, Macedonio, Proſdotio, & Ariſteae Epiſcopis per Macedoniam conſtitutis de Bubalio, & Tauriano a comprovincialibus Epiſcopis damnatis, quorum ſententiam Sedes Apoſtolica retractare curavit. Inc. *Mora coepiſcoporum*. Deſ. *talia ſortiantur*. Ibid. pag. ead.

VIII. pag. 226. *b.* Eiuſdem Florentino Ep. Tiburtinenſi de terminis minime transferendis. Inc. *Non ſemel*. Deſ. *aut veritas habeat, requiramus*. Ibid. pag. 61.

IX. pag. ead. Eiuſdem Probo: ſi cuius uxor fuerit in captivitatem ducta, & alteram maritus eius duxerit, revertente prima, ſecunda debet excludi. Inc. *Conturbatio procellae barbaricae*. Deſ. *eſſe legitimam*. Ibid. pag. ead.

X. pag. 227. Eiuſdem Aurelio, & Auguſtino Epiſc. Inc. *Acceptiſſimi mihi*. Deſ. *aut privatis*. Ibid. pag. 62.

XI. pag. ead. Eiuſdem Iulianae illuſtri ſcriptum exhortatorium. Inc. *Singulare membrum*. Deſ. *reddat ſibi per ſaecula clariorem*. Ibid. pag. 63.

XII. pag. ead. Eiuſdem Aurelio Carthaginenſi Ep. Inc. *Charitatis noſtrae officium*. Deſ. *habere digneris*. Ibid. pag. 62.

XIII. pag. ead. *b.* Eiuſdem Bonifacio Presbytero. Inc. *Eccleſia Antiochena*. Deſ. *intervenire conſueverunt*. Ibid. pag. 78.

XIV. pag. 228. Eiuſdem Alexandro Antiocheno Ep. Inc. *Quam grata mihi*. Deſ. *amantiſſimo litterarum colloquio repenſare*. Ibid. pag. 76.

XV. pag. ead. Eiuſdem Maximiano Ep. Inc. *Miramur prudentiam tuam*. Deſ. *dudum litteras percepiſti*. Ibid. pag. 79.

XVI. pag. ead. *b.* Eiuſdem Alexandro Antiocheno Epiſc. Inc. *Apoſtolici favoris*. Deſ. *a nobis gratia prorogata. Subſcripſerunt XX. Epiſcopi Italiae*. Ibid. pag. 76.

XVII. pag. 229. *b.* Eiuſdem eidem. Inc. *Et onus & honor*. Deſ. *ſtudioque ſervetur*. Ibid. pag. 77.

XVIII. pag. 230. Eiuſdem Laurentio Epiſcopo Senienſi. Inc. *Diu mirati ſumus*. Deſ. *deperditis reddere rationem*. Ibid. pag. 63.

XIX. pag. ead. *b.* Eiuſdem Marciano Epiſcopo Naiſſitano. Inc. *Superiori tempore*. Deſ. *paſſus es retinere*. Ibid. pag. 85.

XX. pag. 236. *b.* Eiuſdem Aurelio, Alypio, Auguſtino, Evodio, Poſſidio Epiſcopis. Inc. *Fraternitatis veſtrae litteras*. Deſ. *Deus vos incolumes cuſtodiat, fratres chariſſimi. Data VI. Kal. Febr.* Ibid. pag. 105.

XXI. pag.

(1) In edit. *Ariſteneto*.

(2) In edit. *iudicetur*.

Digitized by Google

XXI. pag. 238. Eiuſdem Aurelio Epiſcopo Carthaginenſi. Inc. *In familiaribus ſcriptis*. Deſ. *Deus te incolumem cuſtodiat ſemper*. *Data VI. Kal. Febr.* Ibid. pag. 107.

XXII. pag. 239. *b.* Eiuſdem Silvano ſeni, Valentino, & omnibus, qui in Milevitana Synodo interfuerunt. Inc. *Inter ceteras*. Deſ. *bene valete*. *Data VI. Kal. Febr. Honorio, & Conſtantino VV. CC.* Ibid. pag. 97.

XXIII. pag. 241. *b.* Eiuſdem Ruſo, Euſebio, & ceteris Epiſcopis Macedonibus. Inc. *Magna me gratulatio habuit*. Deſ. *laetetur in Domino*. Ibid. pag. 81.

IVLII.

I. pag. 163. *b.* Iulii Papae Venerabilibus fratribus univerſis Orientalibus Epiſcopis. Inc. *Decuerat vos, fratres*. Deſ. *aut conſentire videamur fratrum nocumentis*. *Data Kal. Oct. Feliciano, & Maximiano VV. CC. Conſſ.* Epiſtolar. Tom. I. pag. 195.

II. pag. 169. Eiuſdem Euſebio Theogno. Inc. *Decuerat vos*. Deſ. *& in perpetuo tueamur adverſis*. *Data Kal. Novembr. Feliciano, & Maximiano VV. CC. Conſſ.* Ibid. pag. 203.

III. pag. 191. *b.* Eiuſdem omnibus Presbyteris, & Diaconibus, & plebi habitantibus Alexandriam. Inc. *Congaudeo vobis, dilectiſſimi fratres, quod fructum fidei veſtrae*. Deſ. *valere vos opto, chariſſimi fratres*. Ibid. pag. 18.

LEONIS.

I. pag. 195. Leo Papa de ieiunio menſis Decembr. Inc. *Huius obſervantiae utilitas*. Deſ. *ieiunia ſuſtinere*. Vid. Decreti Part. I. Diſt. LXXVII. cap. 6.

LIBERII.

I. pag. 168. Liberii Papae dilectiſſimo filio Athanaſio, & omnibus in unum congregatis, & de Trinitatis fide recte ſentientibus Aegyptiorum Epiſcopis. Inc. *Olim, & ab initio tantam percepimus*. Deſ. *pacem ſanctarum Dei Eccleſiarum cuſtodiant*. *Data V. Kal. Ian.* (1) *Aſclepio, & Theodoto VV. CC. Conſſ.* Epiſtolar. Tom. I. pag. 213.

II. pag. 192. *b.* Eiuſdem dominis ſanctiſſimis, & Dei amantiſſimis univerſis Epiſcopis. Inc. *In nihilum eſt ſi nos ſtare fateamur* (2). Deſ. *intemerata maneant in futuro*. Ibid. pag. 228.

III. pag. 195. *b.* Eiuſdem dilectiſſimis fratribus, & conſacerdotibus Euſtadio, & Cyrillo, & univerſis Orientalibus orthodoxis Epiſcopis. Inc. *Optabile nobis pacis, atque concordiae*. Deſ. *Deus vos incolumes cuſtodiat, fratres chariſſimi*. In Conciliis Labbei Tom. II. pag. 811.

LVCII.

I. pag. 96. *b.* Lucii Papae dilectiſſimis fratribus omnibus Epiſcopis in partibus Occidentalibus tam Gallis, quam & Hiſpanis conſiſtentibus. Inc. *Litteras dilectionis veſtrae*. Deſ. *auctores noluerit cuſtodire*. *Data Kal. Aprilis Gallo, & Voluſiano VV. CC. Conſſ.* Epiſtolar. Tom. I. pag. 127.

MARCELLI.

I. pag. 131. *b.* Marcelli Papae dilectiſſimis fratribus univerſis Epiſcopis per Antiochiam conſtitutis. Inc. *Sollicitudinem omnium Eccleſiarum*. Deſ. *ut in omnibus honorificetur Deus per Ieſum Chriſtum &c. Data Kal. April. Maxentio, & Maximiano* (3) *VV. CC. Conſſ.* Ibid. pag. 170.

II. pag. 133. *b.* Eiuſdem Maxentio. Inc. *Magiſtra honorum omnium charitas*. Deſ. *quoniam regnum eius permanet in ſaecula ſaeculorum. Amen*. *Data XVI. Kal. Februarii Maxentio, & Maximo VV. CC. Conſſ.* Ibid. pag. 173.

MARCELLINI.

I. pag. 128. Marcellini Papae Salamonico Epiſcopo. Inc. *Quam laudabiliter pro Catholicae fidei veritate movearis*. Deſ. *& conſtantia roboratur*. *Data VIII. Idus Septembr. Diocletiano VI. & Conſtantino* (4) *II. VV. CC. Conſſ.* Epiſtolar. Tom. I. pag. 164.

II. pag. 129. *b.* Eiuſdem dilectiſſimis fratribus univerſis Epiſcopis per Orientales provincias conſtitutis. Inc. *Quid tam dulce ſollicito*. Deſ. *quae operatur in nobis. Ipſi gloria &c. Data V. Idus Decembr. Diocletiano, & Maximiano VIII.* (5) *VV. CC. Conſſ.* Ibid. pag. 168.

MARCI.

I. pag. 160. Marci Papae Reſponſio ad Athanaſii Epiſtolam. Inc. *Doleo, fratres, & nimium contriſtor*. Deſ. *ſacrilegae perſuaſionis auctores noluerit cuſtodire*. *Data IX. Kal. Novembr. Nepotiano, & Fecundo* (6) *VV. CC. Conſſ.* Ibid. pag. 193.

MELCHIADIS.

I. pag. 146. Melchiadis Papae dilectiſſimis fratribus, Marino, Benedicto, & ceteris Hiſpaniarum, ac illis in partibus conſtitutis Epiſcopis. Inc. *Apoſtoli vero praecepta ſunt apud Iudaeos*. Deſ. *& ipſe ſit ſemper vobiſcum in omni loco*. *Data Kal. Martii Voluſiano, & Rufino VV. CC. Conſſ.* Ibid. pag. 188.

NICOLAI.

I. pag. 209. Nicolai Papae ad Higmarum. Inc. *Sufficiet ſecundum legem*. Deſ. *matrimonium non facit coitus, ſed voluntas*. Vid. Decreti Part. II. Cauſ. 27. Quaeſt. 2.

PELAGII.

I. pag. 206. Pelagii Papae Laurentio Epiſcopo Centumcellenſi. Inc. *Principali devotiſſimorum militum*. Deſ. *tranſire nituntur*. Vid. Decreti Part. I. Diſtinct. LXIII. cap. 15.

PII I.

I. pag. 59. Pii Papae omnibus Eccleſiis in eadem qua ſumus fide, & doctrina manentibus. Inc. *Gratias agimus, fratres, Deo, quoniam creſcit fides noſtra*. Deſ. *& ea ſectamini indifferenter*. *Data VIII.* (7) *Kal. Aprilis Claro, & Severo CC. Conſſ.* Epiſtol. Tom. I. p. 78.

II. pag.

(1) In edit. *VIII. Kal. Iunii*.
(2) In edit. *Nihil eſt, quod nos diu ſtare faciet*.
(3) In edit. *Maximo*.
(4) In edit. *Conſtantio*.
(5) In edit. *VI*.
(6) In edit. *Secundo*.
(7) In edit. *VII*.

Digitized by Google

II. pag. 60. *b.* Eiuſdem Italicis fratribus. Inc. *Scitis, fratres, quia Dei agricultura ſumus.* Deſ. *evigilate iuſti & nolite peccare. Dat. Id. Martii, Claro, & Severo VV. CC. Conſulib.* Ibid. pag. 79.

PII SECVNDI.

I. pag. 6. *b.* P. (ita indicatur in Codice, forte Pii Secundi, vel potius alterius antiquioris Pontificis) Epiſt. ad Metropolitanum Gradenſem, & eius Comprovinciales. Inc. *Nos pro concordia, & unitate veſtra frequenti actione ſategimus; vos e regione diſſenſionem inter vos frequentibus actionibus iactitatis. Aeſtate ſiquidem praeterita, quum vos in unum, & una vobiſcum totius provinciae veſtrae Clerus, ac populus conveniſſet, pro vano cathedrarum ſitu tantam inter vos audivimus eveniſſe diſcordiam, ut Concilii Synodalis utilitas vires omnes huiuſmodi occaſione perdiderit. Quod profecto, quam incongruum fuerit, etiam vulgaris opinio recognoſcit. Spectaculum enim facti eſtis mundo, & Angelis, & hominibus, & ordinis ſacerdotalis opprobrium. Sicut igitur hortati ſumus, & hortamur, & monemus, & rogamus in Domino, ut vos invicem diligatis, onera veſtra portetis, quia ſic adimplebitis legem Chriſti, nec Metropolitanus Suffraganeis, nec Suffraganei Metropolitano iniurias inferant.* Deſ. *per Dei gratiam media aequitate reſtituat. Dat. Romae II. Kal. Novembr.* Non invenimus in Vghellii Italia Sacra Tom. V. pag. 1165. ſeq. ubi de Patriarchis Gradenſibus, ac Venetis agitur.

II. pag. 7. Eiuſdem P. alia ad Epiſcopos, Ducem, Nobiles, & populum Venetum. Inc. *Metropolim veſtram Gradenſem Eccleſiam tanta inopia laborare comperimus, ut Patriarcha veſter nec in ea tute ac decenter permanere valeat, nec aliquam eius parochiam habeat, in qua ſecundum dignitatis ſuae modum debeat commorari.* Deſ. *ſincerius obedire curabitis. Dat. Laterani II. Kal. Novembr.* Non exſtat loc. cit.

PONTIANI.

I. pag. 77. *b.* Pontiani Papae Felici Scriboni. Inc. *Oppido cor noſtrum charitati veſtrae congaudet.* Deſ. *Petrus ipſius gloriae ianuam aperiat. Data X. Kal. Februarii Severo, & Quintiano VV. CC. Conſſ.* Epiſtolar. Tom. I. pag. 104.

II. pag. 78. *b.* Eiuſdem omnibus recte Dominum colentibus, & divinum cultum amantibus. Inc. *Gloria in excelſis Deo.* Deſ. *introire poſtea mereamini. Data III.* (1) *Kal. Maii Severo, & Quintiniano VV. CC. Conſſ.* Ibid. pag. 105.

SILVANI.

I. pag. 238. Silvani ſenis, Valentii, Aurelii, Donati &c. & omnium in Concilio Milevitano congregatorum ad Innocentium Papam Epiſtola. Inc. *Quia te Dominus.* Deſ. *ſancte Papa.* Epiſtolar. Tom. I. Part. II. pag. 95.

SIXTI I.

I. pag. 51. Sixti Papae omnibus in Deo Patre, & Domino noſtro Ieſu dilectis fratribus. Inc. *Chariſſimi fideliter agite in omnibus.* Deſ. *& invenietis requiem animabus veſtris. Data XVII.* (2) *Kal. Maii ſub Adriano, & Vero.* Epiſtolar. Tom. I. pag. 68.

II. pag. 52. *b.* Eiuſdem omnibus Epiſcopis. Inc. *Cognoſcat ſapientia veſtra, chariſſimi fratres.* Deſ. *futurorum gaudiorum largienda ſunt munera. Data IX. Kal. Adriano, & Vero CC. Conſſ.* Ibid. pag. 70.

SIXTI II.

I. pag. 106. Sixti Grato Coëpiſcopo. Inc. *Laetari, & gaudere me plurimum.* Deſ. *ut ſalvum me facias. Data Kal. Septemb. Valeriano, & Decio CC. Conſſ.* Ibid. pag. 139.

II. pag. 108. Eiuſdem dilectiſſimis fratribus per Hiſpaniarum provincias conſtitutis. Inc. *Magno munere miſericordiae Dei totius Eccleſiae Catholicae multiplicata ſunt gaudia.* Deſ. *ab omnibus nunc, & in perpetuum tueatur adverſis. Data XVII. Kal. Auguſt. Valeriano, & Decio VV. CC. Conſſ.* Ibid. pag. 143.

SOTHERIS.

I. pag. 62. *b.* Sotheris Papae dilectiſſimis fratribus per Italiae provincias conſtitutis Epiſc. Inc. *Divinis praeceptis, & apoſtolicis monitis.* Deſ. *& oſtendiſti mihi quae rogavi te. Data Kal. Iun. Cetico & Clero* (3) *VV. CC. Conſſ.* Tom. I. pag. 84.

II. pag. 63. *b.* Eiuſdem Campanis omnibus. Inc. *Gaudere vos oportet, fratres, quod divina largiente gratia.* Deſ. *ut vos Chriſti dextera defendat in aevum. Dat. Non. Maii, & Aquilino* (4) *VV. CC. Conſulib.* Ibid. pag. 83.

STEPHANI PAPAE.

I. pag. 100. *b.* Stephani Papae dilectiſſimo fratri, atque familiari amico Hilario. Inc. *Quamquam ſperem dilectionem tuam.* Deſ. *ab eius tramite devietur. Data V. Nonas Maii Valeriano, & Gallicano* (5) *VV. CC. Conſulib.* Epiſtolar. Tom. I. pag. 132.

II. pag. 102. *b.* Eiuſdem omnibus per diverſas provincias conſtitutis Epiſcopis. Inc. *Plurimum gaudemus in Domino.* Deſ. *aeternaliter cuſtodiat. Data Nonis Aprilis Valeriano, & Gallicano* (6) *VV. CC. Conſulib.* Ibid. pag. 134.

III. pag. 207. Sub eiuſdem Stephani nomine ſequitur in Codice = Praeceptum de electione Imolenſis Epiſcopi ad Romanum Ravennatem Archiep. directum =. Inc. *Noſſe tuam Venerabilitudinem* (ſic) *volumus ad noſtras Apoſtolicas aures fore perventum Imolae Epiſcopum ab hac luce migraſſe, in cuius ſucceſſoris electione populi diviſionem proveniſſe audivimus.* Deſ. *quia docendus, non ſequendus eſt populus.* Tum ſequuntur variae *auctoritates deſumtae ex ſecunda Actione ſextae Synodi CCCLI. Epiſcoporum, ex Felice, & Ioanne Papa circa Epiſcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum electionem.* Cl. Muratorius in Annalibus Italicis Roma-

(1) In edit. *IV.*
(2) In edit. *XVI.*
(3) In edit. *X. Kal. Iunii Cethego, & Claro.*
(4) In edit. *Rufino & Aquilino.*
(5) In edit. *Galieno.*
(6) In edit. *Galieno.*

Digitized by Google

manum Archiepiſcopum Ravennatem ponit ab A. C. DCCCLXXVIII. ad annum uſque DCCCLXXXI. ſub Pontifice Ioanne VIII. quare eidem ſupra adlata Epiſtola videretur tribuenda: ſed quum Hieronymus Roſſius Hiſtor. Ravenn. Lib. V. mortem Romani Archiepiſcopi differat ad annum uſque DCCCLXXXIX. adfirmetque inter eum, ac Stephanum V. Summum Pontificem maximam interceſſiſſe familiaritatem, an huic potius ſit adſcribenda aequus diiudicet lector.

STEPHANI ARCHIEPISCOPI.

I. pag. 198. Stephani Archiepiſcopi Concilii Mauritaniae, & univerſorum Epiſcoporum ad Damaſum Papam. Inc. *Notum veſtrae facimus beatitudini*. Deſ. *vos ſemper facere optamus, ſanctiſſime Papa. Subſcriptio, & alia manu. Ora pro nobis clementiſſime pater.* Epiſtolar. Tom. I. pag. 232. ubi inſcribitur: *Beatiſs. D. & Apoſtolico culmine ſublimato, ſancto Patri Patrum Damaſo Pp. & ſummo omnium Praeſulum Pontifici Stephanus Archiep. Concilii Mauritaniae, & univerſi Epiſcopi de tribus Conciliis Africanae provinciae.*

SIRICII.

I. pag. 209. Siricii Himerio Ep. Tarraconenſi. Inc. *Directa ad deceſſorem noſtrum.* Deſ. *quia nulli apud nos patere poterit, obſtruatur. Data III. Idus Febr. Arcadio, & Bautone VV. CC.* Epiſtolar. Tom. I. Part. II. pag. 37.

II. pag. 213. Eiuſdem Orientalium provinciarum Epiſcopis. Inc. *Optarem ſemper, fratres chariſſimi.* Deſ. *qui religioſum officium fidei poſſint ſpiritu adimplere ferventi* (1). Ibid. pag. 41.

TELESPHORI.

I. pag. 53. *b.* Teleſphori chariſſimis fratribus, & dilectiſſimis Epiſcopis. Inc. *Credimus ſanctam fidem veſtram.* Deſ. *Deus vos incolumes cuſtodiat, filii chariſſimi. Data XV. Kal. Martii Antonino, & Martio* (2) *VV. CC. Conſſ.* Epiſtolar. Tom. I. pag. 72.

VICTORIS.

I. pag. 64. *b.* Victoris Papae univerſis Epiſcopis per Africam conſtitutis. Inc. *Semper enim in aeterno conſilio Dei.* Deſ. *& ſacerdotali honore gaudere. Data Kal. Sept. Laterano & Rufino VV. CC. Conſſ.* Ibid. pag. 89.

II. pag. 65. Eiuſdem Theophilo Epiſcopo, & cunctis fratribus Alexandriae Domino famulantibus Epiſtola. Inc. *Magna mihi gratulatio, fratres dilectiſſimi.* Deſ. *ad haec emendanda, vel defendenda, Deo auxiliante proficere. Data XIII. Kal. Aug. Commodo, & Graviano* (3). *Conſſ.* Ibid. pag. 8.

VRBANI.

I. pag. 75. Vrbani Papae omnibus Chriſtianis in ſanctificatione ſpiritus in obedientiam, & adſperſionem ſanguinis Chriſti. Inc. *Decet omnes Chriſtianos, chariſſimi.* Deſ. *mentem ad ſuperna & divina valeamus. Data Non. Sept. ideſt V. eiuſdem menſis, Antonio, & Alexandro VV. CC. Conſſ.* Epiſtolar. Tom. I. p. 101.

VOLVSIANI.

I. pag. 241. *b.* Voluſiani Praefecti Vrbis Edictum. Inc. *Hactenus Caeleſtium.* Deſ. *apud ſe putaverit occultandum.* Vid. CONSTANTINVS IMP.

ZEPHYRINI.

I. pag. 67. Zephyrini Papae omnibus per Siciliam conſtitutis. Inc. *Divinae circa nos gratiae memores eſſe debemus.* Deſ. *& laetitia oriatur, ſanctiſſimi fratres. Data Kal.* (4) *Octobris Saturnino, & Gallicano VV. CC. Conſſ.* Tom. I. cit. pag. 90.

II. pag. 68. *b.* Eiuſdem chariſſimis fratribus per Aegyptum Domino militantibus. Inc. *Tantam a Domino huius ſanctae Sedis.* Deſ. *& ipſe reget nos in ſaecula. Data VIII. Id.* (5) *Novembr. Saturnino, & Gallicano VV. CC. Conſſ.* Ibid. pag. 92.

ZOZIMI.

I. pag. 245. *b.* Conſtituta Papae Zozimi, quod Monachi, vel laici niſi per gradus Eccleſiaſticos non debeant ad ſummum Sacerdotium pervenire, Exitio Epiſcopo Solonitano. Inc. *Exigit dilectio tua.* Deſ. *eſſe in ordine clericatus. Data IX. Kal. Martias Honorio XII. & Theodoſio VIII. Aug. & Conſ.* Epiſtolar. Tom. I. Par. II. pag. 107.

II. pag. 247. Eiuſdem Presbyteris, & Diaconibus, qui Ravennae ſunt Commonitorium. Inc. *Ex relatione.* Deſ. *conſilio meliori tractabimus. Data V. Kal. Octobr. Honorio XII. Aug. CC.* Ibid. pag. 109.

In fine legitur: *Opus abſolutum XI. Kal. Apr. anno ſalutis MCCCCXC. per me presbyterum Martinum Antonium Florentinum. Deo gratias.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus, optimeque ſervatus, in cuius prima pagina S. Clementis Pontificalibus veſtibus induti, cum triregno in capite, effigies elegantiſſime depicta eſt: in alia vero pictura, quae paginae eiuſdem marginem ambit, Clementis VII. Papae, ad quem pertinuiſſe Codex videtur, nomen legitur. Notandum praeterea eſt ſex huius Codicis paginas, nimirum a 61. uſque ad 66. incluſive, male fuiſſe a bibliopego compactas; nos tamen monito in calce paginarum adpoſito lectorem manu ducimus. Conſtat foliis ſcriptis 258.

D. BASILII DE LIBERALIBVS STVDIIS LEO. ARRET. INTERPR.

Ac praeterea

Nonnulla Ciceronis Opera.

I. pag. 1. S. Baſilii de liberalibus ſtudiis & ingenuis moribus Liber per Leonardum Arretinum e Graeco in Latinum converſus, cum eiuſdem Epiſtola nuncupatoria ad Coluccium Salutatum. Prodiit Bono- *Cod. XIX.*

(1) In edit. *ferventes*.
(2) In edit. *Marco*.
(3) In edit. *Graviono*.
(4) In edit. *XII. Kalend.*
(5) In edit. *VII. Idus*.

Digitized by Google

noniae A. MCCCCXCVII. De Leonardo Bruno Arretino vide Praefationem ad eius Epiſtolas Florentinae editionis ex recenſione Laurentii Mehus A. MDCCXLI. Tom. II. 8. ubi de hoc opuſculo mentio fit, & Fabricium in Biblioth. Latina med. & infimae aetat. Tom. I. pag. 293. edit. Patav.

II. pag. 11. M. Tullii Ciceronis Liber de Amicitia.

III. pag. 32. Eiuſdem de Senectute Liber.

IV pag. 51. Eiuſdem Paradoxa.

V. pag. 62. Eiuſdem Somnium Scipionis; omnia cum gloſſis marginalibus. Initio huius Codicis adnotatum eſt: *Huius Codicis, quae ad Ciceronem pertinent diligenter cum vulgatis contuli ego Hieronymus Lagomarſinus e Soc. Ieſu: eumque in mea Philoſophicorum eiuſdem Operum editione num. 51. deſignabo. Florentiae 4. Aug.* 1740. Atque id ſemel hoc loco animadvertiſſe ſatis ſit; quum Hieronymus Lagomarſinus vir clariſs. in Ciceronis Operum Codicibus, qui in hac Laurentiana omnium ditiſſima Bibliotheca ſervantur, quoſque diligentiſſime toto decennio ipſe contulit, hanc eamdem epigraphem adpoſuerit.

Cod. chartac. Ms. in 8. Saec. XV. Conſtat foliis ſcriptis 67.

D. CAESARIVS DE LECTIONE APOSTOLICA.

Seu potius

S. Caeſarii Sermones, ſeu Homiliae variae.

Cod. XX. I. pag. 1. S. Caeſarii Epiſcopi Arelatenſis (1) Admonitio de Lectione Apoſtolica, ubi ait: *Cuius opus manſerit mercedem accipiet, ſi cuius opus arſerit, detrimentum patietur.* Inc. *In lectione ſancta Apoſtolica, quae nobis paullo ante recitata eſt, fratres chariſſimi, audivimus Apoſtolum dicentem, quia fundamentum aliud &c.* Deſ. *eleemoſynarum largitate redimere, praeſtante D. N. I. C. &c.* Extat in Bibl. PP. edit. Pariſ. ſumtibus Aegidii Morelli MDCXLV. fol. Tom. II. pag. 281. ſub num. VIII.

II. p. 6. *b.* Eiuſdem Sermo anepigraphus. Inc. *Pius & miſericors Dominus, fratres chariſſimi.* Deſ. *& ecce omnia munda ſunt vobis: quod ipſe praeſtare dignetur, qui cum Patre &c.* Ibid. num. IX. ubi inſcrib. *De Eleemoſyna.*

III. pag. 10. *b.* Eiuſdem anepigr. Inc. *In Scripturis ſanctis, fratres chariſſimi, legimus.* Deſ. *ad aeterna praemia pervenire, praeſtante D. N. I. C. &c.* Ibid. num. X. & inſcrib. *Admonitio, per quam docemur, ut cogitationes turpes debeamus fugere, & quae ſanctae ſunt, Dei adiutorio in corde ſervare.*

IV. pag. 15. Eiuſdem anepigr. Inc. *In divinis voluminibus, fratres chariſſimi, ita diſpenſavit.* Deſ. *opportunius audietis, praeſtante D. N. I. C. &c.* Ibid. num. XI. eiuſque titulus eſt: *De diligendis inimicis.*

V. pag. 20. Eiuſdem anepigr. Inc. *Rogo vos, fratres chariſſimi, & paterna pietate &c.* Deſ. *pervenietis ad regnum &c.* Ibid. num. XII. cum titulo: *Admonitio, per quam ſuadetur, ut omnis populus, donec divina myſteria celebrantur, in Eccleſia fideliter exſpectet.*

VI. pag. 24. Eiuſdem anepigr. Inc. *Quoties evenerit.* Deſ. *feliciter veniemus.* Ibid. num. XIII. & inſcrib. *Admonitio, ut pro capitalibus criminibus ſine aliqua diſſimulatione ad medicamentum poenitentiae recurratur.*

VII. p. 27. *b.* Eiuſdem anepigr. Inc. *Rogo vos, fratres chariſſimi, ut ſi forte aliquis ex vobis.* Deſ. *intra in gaudium Domini tui.* Ibid. num. XIV. ſub titulo: *Admonitio de eadem re.*

VIII. pag. 31. *b.* Admonitio, ut pro ſalute animae aſpera praedicatio non ſolum non reſpuatur, ſed etiam ardenti deſiderio requiratur. Inc. *Quotieſcumque, fratres chariſſimi, tam pro veſtra.* Deſ. *liberare dignetur. Amen.* Ibid. num. XV.

IX. pag. 36. *b.* Admonitio ad illos, qui ſic eleemoſynas frequentius faciunt, ut tamen & rapinas exerceant, & adulteria quotidiana committant. Inc. *Rogo vos, fratres, diligentius conſiderate.* Deſ. *vel peccatorum indulgentiam conſequantur. Amen.* Ibid. num. XVI.

X. pag. 40. Admonitio excerpta de libris ſanctorum, & antiquorum Patrum, ut qui ſe crimina capitalia feciſſe cognoſcit, ad poenitentiae medicamenta ſine aliqua diſſimulatione confugiat. Inc. *Unde vos frequenter admonui.* Deſ. *& ad praemia aeterna poſſumus feliciter pervenire, ipſo adiuvante &c.* Ibid. num. XVII.

XI. p. 42. Item exhortatoria ad Fratres. Poſt inſcriptionem: *Dominis ſanctis & in Chriſto deſiderantibus fratribus &c.* inc. *Sanctus ac venerabilis Pater veſter religioſa quidem humilitate &c.* Deſ. *nunc Eccleſiae per ſe de veſtra in filiis merita* (ſic) *iam reſurgat.* Ibid. num. XVIII. In Codice tamen eſt fragmentum tantum; adlatus enim finis incidit in pag. 302. verſ. 56.

XII. pag. 43 Item ad Fratres, vel ad Monachos. Inc. *Sanctus ac venerabilis Pater veſter &c.* Deſ. *ſupplicantibus vobis, adiuvante D. N. I. C. &c.* Eſt idem Sermo ac ſuperior, ſed integer. Notandum tamen eſt, paullo poſt initium deeſſe in Codice tredecim circiter verſus, nimirum ea, quae interiacent inter verba *eſt tamen quod non*, & alia *incongrue debeamus &c.*

XIII. pag. 48. De eo, quod ſcriptum eſt in Evangelio: *Regnum Dei intra vos eſt*, & ut inter animam & carnem iuſto iudicio iudicetur &c. Inc. *Audivimus, quum Evangelium legeretur dicente Domino, regnum Dei intra vos eſt.* Deſ. *ſub ſua protectione perducat, cui eſt honor &c.* Ibid. num. XIX.

XIV. pag. 53. Admonitio populi, ut lectiones divinas audire ſtudeat &c. Inc. *Gratias Deo*

(1) Natus eſt Caeſarius A. Chr. CCCCLXX. factus Epiſcopus A. DIII. aet. XXXIII. mortuus A. DXLIII. die XXVII. Aug. quum haberet annos aetatis LXXIII. Epiſcopatus XL. Vid. Oudinum in Commentar. de Scriptor. Eccleſ. Tom. I. pag. 1342.

Deo agimus. Deſ. *Dominus pro ſua pietate perducat, qui vivit &c.* Ibid. num. xx.

XV. pag. 60. De dilectione parentum, & de inimicis. Inc. *Legimus, fratres dilectiſſimi, monente nos Domino*. Deſ. *meditabitur die ac nocte: quam rem Dominus ſanctae charitati veſtrae pro ſua miſericordia praeſtare dignetur, cui eſt honor &c.* Ibid. num. xxi. ſub titulo: *De dilectione parentum, & de decimis*.

XVI. pag. 63. *b.* De miſericordia divina, & humana: quod ideo Deus permiſerit, ut divites haberent quomodo peccata ſua redimerent. Inc. *Modo quum Evangelium legeretur*. Deſ. *tu imple quod promiſiſti: quod ipſe praeſtare dignetur, qui cum Patre &c.* Ibid. num. xxii.

XVII. pag. 66. *b.* De erepto energumeno. Inc. *Superiore Dominica, fratres chariſſimi, dum Miſſae celebrarentur*. Deſ. *& longe repellimus, praeſtante Domino, cui eſt honor &c.* Ibid. num. xxiii.

XVIII. pag. 69. De ſimilitudine ulmeae arboris, & de vite. Inc. *Legimus in quodam libro*. Deſ. *intra in gaudium Domini tui &c.* Ibid. num. xxiv. & inſcrib. *De ſimilitudine ulmi & vitis*.

XIX. pag. 72. *b.* De eo quod dicit: *frange eſurienti panem tuum*. Inc. *Rogo vos, fratres chariſſimi, ut in iſto legitimo, ac ſacratiſſimo Quadrageſimae tempore*. Deſ. *ſub ſua protectione perducat, praeſtante D. N. I. C. &c.* Ibid. ſub num. ii.

XX. pag. 76. *b.* De his, qui in coenobiis ſunt, doctrina Abbatis Macarii. Inc. *In primis quidem ſi coeperit homo ſemetipſum agnoſcere*. Deſ. *non poterit praecepta ſervare Spiritus Sancti*. Ibid. num. xlvi.

XXI. pag. 80. Ad Monachos. Inc. *Miror, fratres dilectiſſimi, Dominicum meum &c.* Deſ. *nobis vel peccatorum venia concedatur, praeſtante D. N. I. C. &c.* Ibid. num. xxv. (per errorem xv.)

XXII. pag. 84. *b.* S. Auguſtini Ep. Sermo. Inc. *Frequenter diximus, Chriſtiani perſequutionem patiuntur; mundus iſte in maligno poſitus eſt*. Deſ. *intrabit in regnum caelorum*. Ibid. num. xlv.

XXIII. pag. 87. Item eiuſdem Caeſarii Epiſc. ut Sacerdotes praedicationi inſiſtant. Inc. *Inter reliquas beatitudines*. Deſ. *ad praemia aeterna mereamur pervenire, praeſtante &c.* Ibid. num. xxvi.

XXIV. pag. 91. Monachis & Eremitis. Inc. *Sicut a nobis Dominus pro ſuſcepti officii neceſſitate &c*. Deſ. *inveniat iudicaturus I. C. D. N. &c.* Ibid. num. xxvii.

XXV. pag. 95. Eiuſdem anepigr. quemadmodum & ſequentes alii quatuor. Inc. *Ad locum hunc, chariſſimi, non ad quietem*. Deſ. *iam reſurgat adiuvante &c.* Ibid. num. xxviii.

XXVI. pag. 99. Eiuſdem. Inc. *Scimus quidem ſpiritali militiae*. Deſ. *perſeverandum pervenerit, adiuvante &c.* Ibid. num. xxix.

XXVII. pag. 105. Eiuſdem. Inc. *Fratres chariſſimi, ad hoc in iſtum locum convenimus*. Deſ. *ipſo invitante veniamus, praeſtante &c.* Ibid. num. xxx.

XXVIII. pag. 106. *b.* Eiuſdem. Inc. *Videte vocationem veſtram*. Deſ. *& in futuro praeſidium, adiuvante &c.* Ibid. num. xxxi.

XXIX. pag. 109. Eiuſdem. Inc. *Quod ſupplicante*. Deſ. *peccatorum venia tribuatur, praeſtante Domino &c.* Ibid. num. xxxii.

XXX. pag. 113. Sermo Domini Effrem de oratione, vel ſermonibus otioſis. Inc. *Licet in multis rebus, fratres chariſſimi, nos Deo propitio veſtra operatio laetificet*. Deſ. *& vobis praeparabitis regnum, praeſtante Domino &c.* Ibid. num. xxxiii. ſub titulo: *Admonitio orandum eſſe attente, & de ſermonibus otioſis*.

XXXI. pag. 116. Item admonitio eiuſdem, ut genua in oratione flectantur, vel de verbis otioſis. Inc. *Rogo vos & admoneo, fratres chariſſimi, ut quotieſcumque iuxta altare &c.* Deſ. *mereantur impleri, praeſtante &c.* Ibid. num. xxxiv.

XXXII. pag. 120. Item eiuſdem Sermo. Inc. *Si diligenter attenditis, fratres*. Deſ. *vel peccatorum venia concedatur, praeſtante Domino &c.* Ibid. num. xxxv.

XXXIII. p. 124. *b.* Sermo de Letania. Inc. *Ecce, fratres dilectiſſimi, dies ſancti ac ſpiritales*. Deſ. *perveniat ad coronam, praeſtante &c.* Ibid. num. xxxvii.

XXXIV. pag. 128. *b.* De duodecim remiſſionibus peccatorum. Inc. *Prima itaque remiſſio*. Deſ. *mecum eris in paradiſo*. Ibid. num. xxxviii.

XXXV. pag. 129. *b.* De die iudicii. Inc. *Audivimus, fratres, quum Evangelium legeretur, terribilem vocem*. Deſ. *ab origine mundi, praeſtante &c.* Ibid. num. xxxix.

XXXVI. pag. 132. De eleemoſynis. Inc. *Tobias ait: Omnibus diebus &c.* Deſ. *ſi promta fuerit ſecundum quod habuerit acceptum erit Domino*. Ibid. num. xl.

XXXVII. pag. 133. *b.* De decimis. Inc. *Dominus dicit in Evangelio: omnem decimationem veſtram diſtribuite*. Deſ. *implere contendite*. Ibid. num. xli.

XXXVIII. pag. 134. *b.* Doctrina cuiuſdam ſancti viri. Inc. *Fratres chariſſimi, ad memoriam revocamus, quod per ſacras paginas in veſtris cordibus auditur*. Deſ. *adſtare debuerimus*. Ibid. num. xlii.

XXXIX. p. 137. *b.* De poenitentia agenda. Inc. *Qui egerit veram poenitentiam*. Deſ. *appropinquabit enim regnum caelorum. Amen*. Ibid. num. xliii.

XL. pag. 138. *b.* S. Auguſtini Epiſc. Sermo. Inc. *Beatus homo, cui miſeretur Deus. Confiteamur, fratres, & miſerebitur nobis. Grandia ſunt peccata noſtra; quia tamen magnus Dominus, agamus poenitentiam, quoniam in ſaeculum miſericordia eius. Videte, fratres, quid dicat in ſaeculum in inferno quis confitebitur tibi*. Deſ. *in preces eorum, praeſtante &c.* Non invenimus neque inter Auguſtinianos, neque inter Caeſarianos Sermones loc. cit.

XLI. pag. 141. De viduitate ſervanda. Inc.

Digitized by Google

Inc. *Audi filia derelicta, quae perdidiſti ſolatium charitatis, de cuius cervice ſublatum eſt iugum viri. Ecce beatior eris, ſi ſic permanſeris. Non te ſeducat vana cogitatio dicendo: quis mihi providebit cibum in tempore, vel orphanos meos quis tuebitur? Gaudere debes potius nunc, quam fueras vinculo viri ligata.* Deſ. *merearis conſequi, per eum qui vivit &c.* Tum ſubditur: *Explicit S. Auguſtini de conſolatione mortuorum*. Neque hunc inter Auguſtini, neque Ambroſii, neque Hieronymi opera reperimus.

XLII. pag. 144. Anepigraphus Sermo. Inc. *Admonet nos beatus Apoſtolus, ut de dormientibus, hoc eſt mortuis chariſſimis noſtris non contriſtemur*. Deſ. *ſpiritualiter amant*. Inter Auguſtinianos ſub num. CLXXIII.

XLIII. pag. 146. Anepigraphus Sermo. Inc. *Admoneo fratres in conſpectu Dei timori veſtro timorem meum*. Deſinit imperfecte, ob mutilum in fine Codicem, in verbis: *& mox audivit, Dominus abſtulit peccatum. Quantum valent.....* Inter Caeſarianos num. XLIV. ſed ſunt tantummodo primi ſeptem verſus; in Codice tamen inter verba edit. *in conſpectu Dei &c.* & *ſi autem agit*, inſeruntur alia, quindecim circiter verſibus comprehenſa.

Codex membr. Ms. in 4. minori Saec. XI. Conſtat foliis ſcriptis 196.

BVRCHARDI OPERA.

Cod. XXI. IN primis quinque foliis nonnulla habentur excerpta, de quibus ad calcem recenſionis breviter mentionem faciemus. A pagina igitur 5. *b.* Burchardi (1) Opus inchoatur, & quidem hoc ordine:

I. pag. 5. *b.* Praecedit Operis Praefatio, cui titulus: *Burchardus ſolo nomine Wormatienſis Epiſcopus Brucboni fideli ſuo, eiuſdem videlicet ſedis Praepoſito, in Chriſto Domino ſalutem.* Inc. *Multis iam ſaepe diebus familiaritas tua, frater chariſſime.* Deſ. *bene valeas, & in ſacris orationibus tuis, mei peccatoris memoriam deprecor ut habeas.* Haec Praefatio, licet quoad ſenſum fortaſſe cum illa conveniat, quae eiuſdem Operi praemiſſa legitur in edit. Pariſ. anni MDIL. in 8. verbis tamen ab ipſa valde diſcrepat; in eaque inſerta legitur tum tabula argumentorum ſingulorum Librorum, tum etiam index locorum, ex quibus Eccleſiaſtica Decreta collecta ſunt; quae omnia in dicta editione Praefationem ipſam conſequuntur. Pag. 7. Sequitur Index Capitum Libri I. quorum primum inſcriptum: *Quod in novo Teſtamento poſt Chriſtum Dominum noſtrum a Petro Sacerdotalis coeperit ordo*, inc. *In novo autem Teſtamento poſt Chriſtum Dominum noſtrum &c.* ut in dicta edit pag. 1. Reliquorum deinceps Librorum initium, & finem cum edito conferentes, haec oliter diſcrimina animadvertimus. Pag. 98. *a.* poſt Caput CCXLI. Libri III. in quo deſiit editio, Codex alia ſubiungit, quae duo circiter folia occupant, cum titulo: *Ordo qualiter in Eccleſia ab Epiſcopo Synodus agatur*. Horum initium eſt: *Hora diei ante ſolis ortum eiiciantur omnes ab Eccleſia &c.* Finis: *quod ipſe praeſtare dignetur*. Quid ſimile legitur etiam in calce cit. edit. pag. 336. ſeqq. Pag. 131. in Capite XXX. & ultimo Libri VII. inter verba, *Thiodo* (ſic) *Virceburgenſis Epiſcopus*, & alia *Litharius* (ſic) *Mundanenſis* (ſic) *Epiſcopus*, inſeritur ſchema *de ſeptem gradibus conſanguinitatis*, ac praeterea Decreta quaedam circa iuramentum, & periurium, quorum initium eſt: *Sicut mentiri non poteſt, qui non loquitur, ſic periurare non poteſt, qui iurare non appetit*. Finis: *quam perfecto iuramento in aliud crimen manus eſſe divertendo*. Pag. 231. Liber XIX. deſinit in verbis: *bonae autem cogitationes ſemper a Deo ſunt*, quae ſunt poſtrema Capitis CVI. (in edit. CVIII.) Liber tandem XX. & ultimus deſinit in verbis, *quibus per eam abſoluti videamur*, quae ſunt poſtrema Capitis LVIII. (in edit. LVII.) In reliquis omnibus, tam quoad numerum Capitum, ſingulis Libris praemiſſorum, quam quoad initium, ac finem uniuſcuiuſque Libri, mira eſt conſenſio.

II. pag. 243. *b.* Sequitur Caput S. Gregorii Papae de Ordinatione. Inc. *Epiſcopus debet Miſſas agere in ordinatione Presbyteri*. Deſ. *ita conſtituerunt Sancti Patres. Deo gratias. Amen.*

III. pag. ead. *b.* S. Paſchaſii Epiſtola ad Mediolanenſem Archiepiſcop. ſimoniaca haereſi laborantem. Inc. *Fraternae mortis crimen incurrit quiſquis eum poteſt, fratrem a morte minime defendit*. Deſ. *neque in futuro ſaeculo remittatur*.

IV. pag. 244. Conſtitutio decretalis ſacrae legis D. Ottonis III. contra alienantes bona Eccleſiarum. Inc. *Otto Dei gratia &c. Comperimus, quod Epiſcopi, & Abbates*. Deſ. *& ſubſcripſerunt omnes, qui adfuerunt Epiſcopi*. Legitur in Conciliis Labbei Tom. XI. pag. 1031. cit. edit. Venetae, & apud Benedictum Bacchinium in notis ad Agnelli librum Pontificalem Mutinae per Andr. Capponium MDCCVIII. Tom. II. pag. 93. Append.

V. pag. 245. Occurrunt Canones quidam, quorum nonnulli, ut in margine adnotatum eſt, excerpti ſunt ex Decretis Pontificum Caeleſtini, Gregorii Papae, Sotheris, & ex dictis S. Hieronymi. Inc. *Reos ſanguinis non defendat Eccleſia, ne fuſione ſanguinis particeps fiat*. Deſ. *in menſuram aetatis plenitudinis Chriſti*. Vid. Decreti Part. II. Cauſſ. XXVI. Quaeſt. V. Cap. 7.

VI. pag. 249. Conſtitutio quaedam legitur, in qua de officio Sacerdotum diligenter obeundo agitur. Inc. *Fratres, Presbyteri, & Sacerdotes Domini, cooperatores noſtri Ordinis eſtis. Nos quidem, quamvis indigni, locum Aaron tenemus*. Deſ. *bonis ſtudeatis operibus adimplere, praeſtante D. N. I. C.* Videtur haec prolocu-

(1) Burchardus Haſſis ex Lobienſi Monacho Dioeceſis Leodienſis Ord. S. Benedicti, Wormatienſis ab A. C. CMXCVI. Epiſcopus, obiit XIII. Kal. Septembr. A. C. MXXV. Vide plura de eo apud Fabricium Biblioth. med. et inf. Lat. verbo *Burchardus*.

Digitized by Google

locutio quaedam recitanda ab Epiſcopo in Synodi celebratione. Habes etiam ſupra p. 234. §. I. num. VIII. ſub titulo: *Flores Canonum, quos fecit Leo Papa I.*

Denique, ut ſupra innuimus, initio Codicis adnotatum eſt: *Hic liber Camaldulenſis Domus Fontebone*. Et inferius: *Anno Domini milleſimo CCLXXVIIII. indictione ſeptima, tempore Venerabilis Domini Nicolai Papae III. terraemotus magni in Romagniola fuerunt, & in Tuſcia, & ceciderunt plures Eccleſiae, & Caſtra, & domus, & plures homines tunc perierunt, regnante Domino Gerardo Priore Camaldulenſis Eremi*. Inde occurrunt in primis quinque paginis fragmenta quaedam parvi momenti, videlicet: De hominibus, qui in Inferno ſunt ſine peccato: De ſeptem plagis animas torquentibus: De Presbyteris, qui mala de ſe ſuſpicari permittunt: tum Tabulae Humilitatis, quae radix eſt omnium virtutum, & Superbiae, quae vitiorum omnium caput eſt; antiquiſſima item pictura, veteres Patres in ſinu Abrahae quieſcentes exhibens; ac denique pag. 4. *b.* Sententiae quaedam, quarum initium eſt: *Plerumque enim quieti, atque inconcuſſi relinquimur, ſi obviare pravis pro iuſtitia non curamus*. Finis: *ab eſu carnium ea die in maiori feſtivitate interveniente, vel infirmitate impediente abſtineat*.

Cod. membr. Ms. in 4. maiori Saec. XI. optime ſervatus. Conſtat foliis ſcriptis 250. Similem huic Burchardi Collectionem Canonum habes in Bibliotheca Riccardiana, de qua Lamius in Catalogo pag. 86.

CYPRIANI VARIA.

Cod. XXII. I. pag. 1. PRima huius pulcherrimi Codicis pagina mirifice depicta eſt, & in quibuſdam numiſmatibus varia D. Cypriani vitae geſta repraeſentat, una cum Mediceo ſtemmate & emblematibus. Primi quoque Operis titulus aureis eſt litteris exaratus, & ſequens eſt = Caecilii Cypriani Epiſcopi & Martyris inclyti Liber de habitu Virginum =. Concordat cum edito inter eius Opera edit. Pariſ. ſtudio & labore Stephani Baluzii MDCCXXVI. typis regiis a pag. 173. ad pag. 181.

II. pag. 8. Eiuſdem de lapſis Liber. Ibid. a pag. 181. ad pag. 193.

III. pag. 18. *b.* Eiuſdem de Eccleſiae Catholicae unitate. Ibid. a p. 193. ad p. 203.

IV. pag. 27. *b.* Eiuſdem Expoſitio Dominicae Orationis. Ibid. a pag. 204. ad p. 216.

V. pag. 38. Eiuſdem de mortalitate Liber. Ibid. a pag. 229. ad pag. 236.

VI. pag. 45. Eiuſdem de opere & eleemoſynis Liber. Ibid. a p. 237. ad p. 246.

VII. pag. 53. *b.* Eiuſdem de bono patientiae Liber. Ibid. a pag. 247. ad pag. 255.

VIII. pag. 61. Eiuſdem de zelo, & livore Liber. Ibid. a pag. 255. ad pag. 261.

IX. pag. 66. *b.* Eiuſdem ad Demetrianum Liber. Ibid. a pag. 216. ad pag. 225.

X. pag. 74. *b.* Eiuſdem de origine & generibus Idolorum, & de vero Deo. Inc. *Deos non eſſe, quos colit vulgus &c.* Deſ. *ſi Chriſtum fuerimus imitati*. Ibid. a pag. 225. ad pag. 228. & inſcribitur *De Idolorum vanitate*: ubi in principio aliquantulum differt.

XI. pag. 77. *b.* Eiuſdem ad Donatum exhortatio. Eſt inter Epp. num. I.

XII. pag. 83. Eiuſdem de Sacramento Chriſti Libri duo ad Quirinum, praevia Epiſtola, ſeu prologo, atque indice Capitum, Ibid. a pag. 274. ad pag. 298. ubi inſcribuntur *Teſtimoniorum adverſus Iudaeos Libri tres*; adnectitur enim cum ipſis Liber inſequens.

XIII. pag. 103. *b.* Eiuſdem de Diſciplina Chriſtiana Liber unus ad Quirinum, cum Praefatione, & Capitum tabula. Ibid. a p. 298. ad pag. 329.

XIV. pag. 127. Eiuſdem ad Fortunatum Liber de bono Martyrii: lege, frater chariſſime, hiſque temporibus noſtra tempora conferens, tacitus ingemiſce. Ibid. a pag. 261. ad pag. 274. ubi titulus eſt *De Exhortatione Martyrii* tantum, nec leguntur alia verba, quae in noſtro Codice tituli loco ſubiunguntur.

XV. pag. 138. Eiuſdem & aliorum Epiſtolae XXXVI. nimirum:

I. pag. cit. Cypriani ad Caecilium de Sacramento Dominici Calicis. Inter Epp. ſub num. LXIII.

II. pag. 143. *b.* Romani Cleri ad Cyprianum. XXXI.

III. pag. 146. *b.* Cypriani Rogatiano cum aliis. LXXXI.

IV. pag. 148. Rogatiano presbytero cum aliis. VI. ubi longior in fine; in Codice enim definit in verbis: *nunc admirentur in moribus diſciplinam*, quae in edit. occurrunt octo circiter verſus ante finem.

V. pag. 149. *b.* Moyſi & Maximo cum aliis. XXV.

VI. pag. 150. *b.* Eiſdem. XV.

VII. pag. 152. Ad eoſdem de laude martyrii. Eſt inter Tractatus pag. 343. & inſcribitur *Liber*.

VIII. pag. 160. *b.* Ad Martyres & Confeſſores. Inter Epp. num. VIII.

IX. pag. 162. *b.* Presbyteris & Diaconibus fratribus. VII.

X. pag. 165. Plebi Thibari conſiſtenti. LVI.

XI. pag. 168. *b.* Maximo, & Nicoſtrato, & aliis. XLIV.

XII. pag. 169. Presbyteris, & Diaconibus fratribus. XXXVII.

XIII. pag. 170. Nemeſiano, Felici &c. LXXVII.

XIV. pag. 172. Felicis & aliorum ad Cyprianum. LXXX.

XV. pag. ead. *b.* Lucii & aliorum ad Cyprianum. LXXIX.

XVI. pag. 173. Nemeſiani & aliorum ad Cyprianum. LXXVIII.

XVII. pag. ead. *b.* Cypriani Presbyteris & Diaconibus fratribus. XXXII.

XVIII. pag.

Digitized by Google

xviii. pag. 174. Presbyteris & Diaconibus Romae conſiſtentibus. xiv.
xix. pag. 175. Cornelio fratri. lv.
xx. pag. 184. Eidem. xlix.
xxi. pag. 185. Eidem. xliii.
xxii. pag. ead. *b.* Eidem. xlii.
xxiii. pag. 186. *b.* Eidem. xli.
xxiv. pag. 187. *b.* Eidem. xlvii.
xxv. pag. 188. Eidem. lvii.
xxvi. pag. 189. *b.* Eiuſdem & aliorum plurimorum ad eumdem. liv.
xxvii. pag. 191. *b.* Antoniano fratri. lii.
xxviii. pag. 200. Presbyteris, & Diaconibus, & plebi univerſae Carthag. xxxiii.
xxix. pag. ead. *b.* Eiſdem. xxxiv.
xxx. pag. 202. Eiſdem. xxxv.
xxxi. pag. ead. *b.* Felici Presbytero, & plebibus &c. lxviii.
xxxii. pag. 205. *b.* Plebi univerſae. xl.
xxxiii. pag. 208. Epicteto fratri &c. lxiv.
xxxiv. pag. 210. Iubaiano fratri. lxxiii.
xxxv. pag. 217. Quinto fratri. lxxi.
xxxvi. pag. 218. *b.* Ianuario, & aliis Epiſcopis Numidiae. lxx.

XVI. pag. 219. Eiuſdem ſententiae Epiſcoporum numero octoginta ſeptem de Baptiſmate Haereticorum. Ibid. a pag. 329. ad pag. 338.

XVII. pag. 226. Aliae Epiſtolae decem, nimirum
i. Stephano fratri. lxxii.
ii. pag. 227. Pomponio fratri. lxxiv. ubi inſcrib. *Pompeio*.
iii. pag. 231. Magno filio. lxxvi.
iv. pag. 237. Fido fratri. lix.
v. pag. 238. Everatio fratri. lxi. ubi *Eucbratio*.
vi. pag. 239. Furnitanorum clero & plebi. lxvi.
vii. pag. ead. *b.* Lucio fratri. lviii.
viii. pag. 240. *b.* Maximo & aliis. li.
ix. pag. 241. *b.* Florentio. lxix.
x. pag. 244. *b.* Pomponio fratri. lxii.

XVIII. pag. 246. *b.* Eiuſdem Tractatus adverſus Iudaeos. Inter Opera falſo Cypriano adſcripta in Append. cit. edit. a pag. ccxli. ad pag. ccxlviii.

XIX. p. 250. Eiuſdem aliae Epiſtolae duae, nimirum
i. Fortunato, & aliis. liii.
ii. pag. 251. Rogatiano fratri. lxv.

XX. pag. 252. Eiuſdem Oratio. In dicta Appendice a pag. xxxiii. ad pag. xxxvi. ſub titulo: *Oratio Cypriani Antiocheni, quam ſub die paſsionis ſuae dixit*.

XXI. pag. 253. *b.* Eiuſdem Coena. Ibid. a pag. cclxxxvii. ad pag. ccxciv.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus, in cuius fine legitur: *Liber Petri de Medicis Coſ. F.* Conſtat foliis ſcriptis 258.

CYPRIANI BENETI DE NON MVTANDO PASCHATE TRACTATVS.

TRactatus de non mutando Paſchate, & contra ſervile pecus Iudaeorum aculeus, a Magiſtro Cypriano Beneti (1), Doctore Pariſienſi, nuperrime editus. Praecedit Epiſtola inſcripta: *Ad SS. D. N. Leonem X. Pont. Max. Cyprianus Beneti Ordinis Praedicatorum in Sacra Theologia Doctor Pariſienſis perpetuam felicitatem*. Inc. *Tametſi, Pater Beatiſſime, verum Beati Petri ſucceſſorem te ſancta confitetur Eccleſia &c.* Paullo inferius de illo Pontifice, qui totius Eccleſiae cultum & incrementum, cunctorumque fidelium quietem pacemque procurabat, haec profert: *Cuius rei vel ipſe maxime teſtis ſum, dum ſuperioribus diebus ad Sanctitatem Tuam me conſuluiſſem, ubi de ingenuarum artium ſtudiis, deque huius almae Vrbis Gymnaſio, quod Sanctitas Tua ſuſcitare & erigere maximopere ſatagit, multus ſermo habitus eſt. Tandem Beatitudo Tua ad Calendarii & ad Paſchatis materiam evaſit, multaque ſuper ea re ad Chriſtifidelium pacem pertinentia dicta ſunt. Demum eadem Sanctitas Tua mihi iniunxit, ut quid de eo ſentirem litteris mandarem, quum quidam ſane eruditi viri multa ſubtiliter copioſeque ſcripſerint, conenturque inveteratam, & tot ſaeculis comprobatam conſuetudinem penitus commutare. Ego autem cupiens Tuae Beatitudini parere, & Sanctae Matris Eccleſiae commoditati & paci proſpicere, inde digrediens, quanta potui celeritate, quae circumferuntur dictorum ſcripta ſtudioſe perlegi, ut ſi qua vel falſa, vel in orthodoxam fidem ſcandalum inducentia invenirentur, ea & notarem, & pro viribus repellerem. Quod ſpero me ex ſententia conſequutum fuiſſe, vel ſaltem Sanctitati Tuae morem geſſiſſe. Omnia tamen & ſingula tam coniunctim, quam diviſim humilius quam dici aut conſpici poſſit tam Sanctitatis Tuae, quam Reverendiſſimorum DD. Cardinalium ac totius Lateranenſis Concilii determinationi, & correctioni penitus ſubmitto &c.* Deſ. *robur & conſtantiam praeſtes*. Sequitur deinde argumentum: tum Opus ipſum, quod inc. *Licet Lunae & Solis motus communes ſenſu percipiantur*. Deſ. *ea ſemper valitudine, quam queatis exoptare felicius, quae eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro*. Volumen claudunt errorum correctiones, & impreſſionis nota, quae ita habet: *Impreſſum Romae in Campo Florae per Marcellum Silber, alias Franck, anno Chriſtianae ſalutis MDXV. Idibus Maii: optimi & imprimis Catholici viri Ioannis Vilar Roſilionen. Reverendiſſimi D. Cardinalis Sanctorum Quatuor obſequiis inſiſtentis, Chriſtianorum omnium commoditati ferventiſſime conſulentis opera & impenſis. Chriſto Ieſu ſemper benedicto laus & gloria ſempiterna. Amen.* *Cod. XXIII.*

Codex chartac. impreſſus in 4. minori, cum ſtem-

(1) Fr. Cyprianus Benetus, qui Benedictus ab Antonio in Bibl. Hiſpana iuxta vim vocis Hiſpane redditae dicitur, natione fuit Aragonus, patria Albeldenſis. Florebat Romae anno mdxxii. iuxta Iacobum Ecchard, & Quetif in Hiſtor. Scriptor. Ord. Praedicat. Tom. II. pag. 49. ubi eius ſcripta accuratiſſime recenſent, & hoc ipſum Opus extare ferunt in Medicea hac Bibliotheca.

Digitized by Google

ſtemmate Leonis X. Pont. Max. in principio. Conſtat fol. 70.

CLAVDII SEYSSELII ETHOLOGIA IN D. LVCAM.

Cod. XXIV. CLaudii Seyſſelii Sabaudienſis, Maſſilienſis Epiſcopi (1), Explanatio Moralis in primum Caput Evangelii Divi Lucae, quatuor tractatus continens, quibus omnem hominis poenitentis, proficientis, & perfecti ſtatum verbis Evangeliſtae appoſitiſſime accommodat, Leoni X. Pont. Max. nuncupata. Huc uſque Operis titulus, quem prima exhibet Codicis pagella, in cuius calce legitur: *Vaenit in aedibus Iodoci Badii Aſcenſi*. In huius paginae averſa facie occurrit primo Epiſtola ita inſcripta: *Guilielmus Parvus Ordinis Praedicatorii, ſacraeque ſapientiae Profeſſor, & Regiae Confeſſionis auditor indignus, venerando Patri Claudio Seyſſelio Regio Oratori, & Maſſilienſium Epiſcopo digniſſimo ſalutem*. Inc. *Legi perlegique, ac relegi cum ingenti interioris hominis oblectatione, ſacro quodam mentis tripudio, admirationeque ſumma, quam in Evangelii Lucae primum Caput, quo Incarnati Verbi Myſterium, noſtraeque ſalutis recitatur exordium, hiſce diebus Romae, & valitudinarius, & magnis arduiſque legationibus occupatus, divino ingenio tuo, mirandaque ſapientia, & plane Ciceroniano eloquio elucubraſti explanationem, in qua cum verborum iſte plauſibilis & oratorius lepos, tum ſententiarum gravium, adhortationumque ſalutarium, & ſchematum appoſitiſſimorum frequentia, ita me extra me rapuit, ut gratulabundus ſubinde ad te advolare mihi viderer: neque me quidem ſolum, ſed & omnes, quibus eam communicavi, communicavi autem certatim petentibus quamplurimis; inter quos Raulinus & Clicthoveus, noſtri magno eulogio Theologi, & Iacobus Faber primarius Philoſophus. Proinde quaecumque iſtius apud te monetae excuſa ſunt (eſſe autem complura non dubito) nobis impertire ne graveris oro. Ceterum ut in multos hanc ſani animi voluptatem, aegroti vero curationem praeſentiſſimam conferrem, curavi eam induſtria Iodoci Badii, boni apud nos nominis chalcographi, & tuae dignitati noti, imprimendam. Cuius impreſſionis hoc ſpecimen tam grato recipias precor animo, quam ego ipſius accepi archetypum, ſitque utrumque alteri mutuae amicitiae perpetuum monimentum. Vale. Ex Oratorio noſtro Pariſienſi VI. Id. Decembr. MDXIV.*

Pag. 2. Sequitur Claudii Seyſſelii Sabaudienſis, Maſſilienſis Ep. in Explanationem Moralem primi Capitis Lucae Evangeliſtae ad Leonem Papam X. Praefatio, quae inc. *Si quis diligenter intueri voluerit*. Deſ. *faciam pro viribus ſatis*. In hac ita de ſe loquitur Auctor: *Quum enim inter humanarum rerum procellas, ceu in conturbato mari piſcatoria cymba, iamdiu agitatus, nihil ferme de divinis, nihil de mea ipſius, minuſque de commiſſi mihi gregis ſalute cogitarem, media quadrageſimali obſervantia iam ferme peracta, lenis me invaſit febricula; quae etſi non multo me dolore, languoreve affecerit, abſtulit tamen inter cetera ſani corporis officia (quod plurimum bonae valitudini conſervandae conducit) per noctes & dies aliquot ſomnum. Quieſcendi igitur ablata facultate, neceſſe erat vigilanti mihi nocturnis praeſertim horis varias occurrere cogitationes. Inter quas & illa de humanae conditionis fragilitate ab ipſo aegritudinis caſu, & inquietudinis qualiſcumque doloris faſtidio, vel invito ſeſe ingeſſit.——— Inter hos vero dies, quibus in his cogitationibus noctes tranſigebam inſomnes, celebritas occurrit Dominicae Annunciationis, atque Incarnationis. Ad tantam igitur tamque univerſo orbi celebrem feſtivitatem mente converſus coepi illius ſacratiſſimi imperſcrutabiliſque myſterii ordinem ex Lucae Evangeliſtae narratione utcumque contemplari, ſingulaque Evangelicae lectionis verba penſiculare.————Quumque conceptum hoc opus utcumque abſolviſſem, nec meo ingenio in re tam ardua ſatis confiderem, utpote qui nullo umquam tempore his ſtudiis exactam dediſſem operam, ſed profanis diſciplinis, aut publicis Principum, vel privatis amicorum negotiis procurandis aetatem conſumpſiſſem omnem.——— Ne igitur, aut lucernam ſub modio abſcondiſſe, aut temere in alienam meſſem immiſiſſe falcem argui poſſem, amicum earum rerum apprime gnarum, & virum undecumque prudentem conſulendum duxi. Is eſt Guilielmus, cognomento Parvus, vita & habitu Divi Dominici affectator, & Ludovici Francorum Regis a Confeſſione auditor, qui quum opus non improbaſſet, verum, uti erat, ne verbo quidem immutato edendum cenſuiſſet, cepit me ad ulteriora progrediendi ex tanti viri exhortatione deſiderium. ——Rurſus omnia quae ſcripſeram eidem Parvo recognoſcenda tranſmiſi, ea ſane lege, ut advocatis in divina facultate peritiſſimis quibuſque Lutetiae, ubi eiuſmodi ſtudia maxime vigent profitentibus, hos commentariolos noſtros acrioribus oculis intueretur, atque accurate legeret, & qua ſolitus eſſet lima, caſtigaret, corrigeret, emendaret, vel, ſi ita iudicaſſet, ſpongia extereret, aut igni mandaret, ut memoria eorum obliterata uſquequaque in nihilum effluerent. Qui quum non exſpectato fine operis, illam (quae prior in manus venerat) contra ac ego ſcripſeram, imprimendam curaſſet, multo etiam magis reliquas probavit, edendaſque aliorum, ut ipſe teſtatus eſt probatiſſimorum eruditiſſimorumque Theologorum conſilio decretoque im-*

pri-

(1) Claudius Seyſſelius, patria Sabaudus, Ludovico Galliae Regi a ſupplicibus libellis, ex Epiſcopo Maſſilienſi Archiepiſcopus Taurinenſis, claruit A. MD. deceſſit A. MDXX. Scripſit in tria priora D. Lucae Capita *de triplici ſtatu viatoris*, ad Leonem X. Papam, ut ſupra monuimus: quod quidem Opus prodiit quoque Taurini A. MDXVIII. fol. Huius, ut videtur, pars, videlicet *Moralis Explicatio Evangelii*, *Miſſus eſt Angelus &c.*, antea lucem adſpexerat Pariſiis MDXIV. in 4. edita. Reliqua eius Opera diligentiſſime recenſentur in nupera editione Hiſtoriae Litterariae Cl. Guilielmi Cave de Scriptorib. Eccleſ. Baſileae apud Io. Rudolph. Im-Hoff MDCCXLV. fol. Tom. II. pag. 225. & apud Fabricium Bibl. med. & inf. Lat. Tom. I. pag. 390. edit. Patav. in 4.

Digitized by Google

primendam curavit (ſic). *Sed neque huius quamquam graviſſimi cenſoris iudicio prius acquieſcendum putavi, quam Iacobus Faber inter ſacrarum litterarum interpretes noſtra aetate longe celebratiſſimus & probaſſet & edendum cenſuiſſet, aut potius extorſiſſet. Has igitur meorum in ſacris litteris ſtudiorum primitias praecoceſque fructus nulli mortalium dicandas eſſe cenſui &c.* Et haec ex Praefatione decerpſiſſe ſatis fuerit.

Pag. 5. Occurrit Tractatus primus, qui inc. *Magnum, & memorabile quoddam*. Tractatus quartus & ultimus deſ. *cuius imperium ſine fine permanet in ſaecula ſaeculorum. Amen.* Tum ſubiicitur: *Finis quarti, & ultimi Tractatus Rev. in Chriſto Patris, & Oratoris clariſſimi D. Claudii Seyſſelii Marſilien. Epiſcopi in primum Caput Evangelii Lucae ſecundum ſenſum moralem. In Chalcographia Aſcenſiana ad Nonas Iulii MDXV. Deo gratias. Diſtichon Aſcenſianum.*

Divino eloquio ſi cui ſapientia iuncta eſt,
Primam ex hac laudem Marſilienſis habet.

Codex membranac. impreſſus in 4. minori. Conſtat foliis cxviii. non computatis primis quatuor paginis, in quibus Epiſtola, & Praefatio ſupra adlatae continentur.

DE VITA ET MORTE VIRGINIS F. DOMINICO FLOR. AVCTORE.

Cod. XXV. I. p. 1. *b.* F. Dominici Ioannis (1) Florentini Ord. Praed. Theotocon, ſeu de vita B. Virginis Mariae Libri quatuor ad Petrum Medicem carmine elegiaco elegantiſſimo. Praeceſſerat autem Prooemium, & quidem tali inſcriptum titulo: *F. Dominici Iohannis, Theologi Florentini, Ordinis Praedicatorum ad Petrum Medicem illuſtrem Civem Florentinum argumentum ſequentis Libri foeliciter incipit*: ſed hoc, reſciſſo primo folio, in quo fortaſſe auctoris erat effigies, deperiit, incipitque ab hac epigraphe Liber I. = Sacri operis Theotocon de vita pariter & obitu Dominae noſtrae Virginis Mariae Liber I. =

Inclyta Divinae praeconia promere Matris
Saepe fuit menti mira cupido meae.

Deſ.

Sed mihi praeſtet opem poſt haec maiora canendi,
Et quae ſint alto numine digna ſuo.

II. pag. 24. Eiuſdem de immortalitate & gloria Beatae Mariae R. C. Liber II. Inc.

Quanta ſit in caelis Divinae gloria Matris,
Auxiliante ſua promere nitar ope.

Deſ.

Semper ubi felix & mente & corpore pollet,
Illuſtrans gemino lumine cuncta ſuo.

III. pag. 45. Eiuſdem de Templis Romanis & Etruſcis Divae Mariae dedicatis Liber III. Inc.

Sic nova ſidereo fulgens Regina decore,
Sit licet a ſuperis ſat celebrata choris.

Deſ.

Vocibus altiſonis ſanctae praeconia Zonae
Praedicat, & laudes Virginis ore canit.

IV. pag. 61. *b.* Eiuſdem de Baſilicis Florentinis eidem Divae Genitrici conſecratis Liber IV. Inc.

Iam mihi Divinae redeunti Matris ab ara
Verſibus illa novis Templa referre libet.

Deſ.

Qui cum Patre Deo vivens per ſaecla coaevus
Una cum Sancta Flamine regnat, amen.

Finis quarti & ultimi Libri Theotocon ad laudem B. V. M. incepti pariter & finiti. Finis. Gratias Deo.

Codex membr. Ms. in 4. minori Saec. XV. Conſtat foliis ſcriptis 77.

CASSIANI VITA PATRVM.

Cod. XXVI. I. pag. 1. IN hoc elegantiſſimo, & ſupra quam dici poſſit ornatiſſimo Codice, cum Mediceo ſtemmate in principio, & icone Ioannis Caſſiani, necnon variis antiquorum Patrum imaginibus, non tam in prima, quam in aliis paginis, in quibus initia occurrunt Librorum, mirifice depictis, una cum variis emblematibus, reptilibus, volatilibus, quadrupedibus, & puerulis artificioſe diſpoſitis, leguntur primo Caſſiani (2) de inſtitutis Patrum ac regulis Monachorum Libri XII. Praefatio inc. *Veteris inſtrumenti narrat hiſtoria*. Deſ. *eadem obſervantiae perfectio eſt etiam in impari facultate*. Liber I. inc. *De inſtitutis ac regulis Monachorum dicturi*. Liber XII. deſ. *ſed & hoc ipſum, quod intelligere meruimus, eius eſſe muneris in veritate credamus*. Concordant cum editione Operum Caſſiani cum commentariis Alardi Gazaei, Lipſiae apud Weſtenios, & Smith MDCCXXXIII. fol. a p. 1. ad pag. 210.

II. p. 46. Abbatis Moyſis Collationes duae cum Prooemio, quod inc. *Debitum, quod beatiſſimo Papae Caſtorio in eorum voluminum Praefatione promiſſum eſt*. Deſ. *ſed iam ad Collationes eorum & inſtituta properemus*. Collatio prima de animae deſtinatione, inc. *Quum in eremo Scythii, ubi monachorum probatiſſimi Patres, & omnis commorabatur perfectio*. Deſ.

(1) Dominicus, Ioannis filius, Corellae, Caſentinatis agri pago, natus eſt A. MCCCCIII. ſi Ioſ. Cerracchinio fides habenda eſt. Hic adoleſcens, quum Dominicanorum Familiae Florentiae nomen dediſſet, anno MCCCCXXXIV. Theologici magiſterii inſignibus honeſtatus fuit. Quum Eugenius IV. Pont. Max. Florentiae Concilii celebrandi gratia moraretur, coram eo, & Cardinalium conſeſſu, Dominicus Orationes ornatiſſimas habuit; adeo autem pro ſua aetate politioribus litteris excelluit, ut Dantis Poëtae Carmina in Athenaeo Florentino publice exponeret. Anno MCCCCLXXXIII. apoplexia correptus naturae conceſſit, quum Florentinum D. Mariae Novellae Coenobium egregie procuraſſet, cunctoque Praedicatorum Ordini Vicarius Generalis praefuiſſet. Scripſit itaque prae reliquis Poëma, cui titulum fecit *Theotocon*, quatuor Libris diſtinctum, verſibus elegiacis fluidis, & elegantibus. In duobus prioribus vitam obitumque Deiparae celebrat, in duobus vero poſterioribus, de Templis Deiparae ſacris cum Romae, cum Florentiae exſtantibus agit. Hos poſtremos, omnium primus publici iuris fecit Cl. Ioannes Lamius in Tomo VI. Deliciar. Eruditor. a pag. 49. ad pag. 116.

(2) Io. Caſſianus Conſtantinopoli diaconus, Romae presbyter, atque inde ab A. CCCCX. monaſticae vitae Profeſſor Maſſiliae, obiit maior nonagenario Ann. Chr. CCCCXLIV.

Digitized by Google

quam repromiſſae diſputationis exſpectatione ſuſpexi. Collatio altera de diſcretione inc. *Deguſtato itaque matutino ſopore*. Deſ. *ac ſine contemplatione certi finis attingi omnino non poſſit*. Ibid. a p. 215. ad pag. 254.

III. pag. 59. *b.* Beati Paſnutii Collatio de tribus abrenuntiationibus. Inc. *In illo ſanctorum choro, qui velut aſtra puriſſima nocte mundi iſtius refulgebant, vidimus S. Paſnutium*. Deſ. *ne auditu quidem nos antea percepiſſe noſſemus*. Ibid. a pag. 254. ad pag. 267.

IV. pag. 65. *b.* Beati Danielis Collatio de concupiſcentia carnis, ac ſpiritus. Inc. *Inter ceteros Chriſtianae Philoſophiae viros*. Deſ. *quia quum cenſum habeat pauperis, non abiecit divitis voluntatem*. Ibid. a pag. 267. ad pag. 280.

V. pag. 70. *b.* Abbatis Serapionis Collatio de octo vitiis principalibus. Inc. *In illo coetu antiquiſſimorum ſenum fuit vir nomine Serapion*. Deſ. *velut in ſpeculo videremur*. Ibid. a p. 280. ad pag. 296.

VI. pag. 77. Abbatis Theodori de nece ſanctorum ſexta Collatio. Inc. *In Palaeſtinae partibus, iuxta Tecbue vicum*. Deſ. *ſub illius quaeſtionis interrogatione cognovimus*. Ibid. a pag. 297. ad pag. 309.

VII. pag. 82. Abbatis Sereni Collatio de animae mobilitate, & ſpiritualibus nequitiis. Inc. *Summae ſanctitatis & continentiae virum*. Deſ. *duplicato gaudio conſeremus*. Ibid. a pag. 309. ad pag. 334.

VIII. pag. 90. Eiuſdem ſenis alia Collatio de Principatibus. Inc. *Conſummatis, quae diei ſolemnitas exigebat*. Deſ. *doctrinae eius plenitudinem ſitiremus*. Ibid. a pag. 335. ad pag. 358.

IX. pag. 96. *b.* Abbatis Iſaac Collationes duae de Oratione. Prima inc. *De perpetua orationis, atque inceſſabili ingitate, quod in ſecundo Inſtitutionum libro promiſſum eſt*. Secunda deſ. *ingi ad Deum verſiculi huius meditatione ſervaverint*. Ibid. a pag. 358. ad p. 394.

X. pag. 109. *b.* Beati Ioannis Caſſiani Prologus in ſeptem Collationes Patrum. Inc. *Quum virtutem perfectionis veſtrae*. Deſ. *deſiderium, ut arbitror, veſtri ardoris ſitimque explebunt*. Ibid. a pag. 395. ad pag. 396.

XI. p. 110. Chaeremonis Collatio de charitatis perfectione. Inc. *Quum in coenobio Syriae conſiſtentes*. Deſ. *membris quoque addatur intentio*. Ibid. a pag. 396. ad pag. 407.

XII. pag. 114. Eiuſdem ſenis ſecunda Collatio de caſtitate. Inc. *Refectione tranſacta, quae doctrinae cibum deſiderantibus nobis oneroſa magis viſa eſt, quam iucunda*. Deſ. *vigorem ſanctae intentionis amitteret*. Ibid. a pag. 407. ad pag. 421.

XIII. pag. 119. *b.* Eiuſdem tertia de protectione Dei. Inc. *Quum ad ſynaxim matutinam percepto paullulum ſopore remeantes*. Deſ. *laborem fecit tam invii itineris non ſentire*. Ibid. a pag. 421. ad pag. 448.

XIV. pag. 127. Abbatis Neſterotis de ſpiritali ſcientia Collatio prima. Inc. *Sponſionis noſtrae, & itineris ordo compellit*. Deſ. *& abſque nimio labore corporis intimatur*. Ibid. a pag. 448. ad pag. 465.

XV. pag. 132. *b.* Eiuſdem ſenis ſecunda Collatio de divinis chariſmatibus. Inc. *Poſt ſynaxim veſpertinam ad promiſſam narrationem intenti*. Deſ. *doctrinae inſtitutione proſequutus eſt*. Ibid. a pag. 465. ad pag. 475.

XVI. pag. 135. Abbatis Ioſeph prima Collatio de amicitia. Inc. *Beatus Ioſeph, cuius nunc inſtituta, ac praecepta paudenda ſunt*. Deſ. *ardentius incitavit*. Ibid. a pag. 476. ad. pag. 496.

XVII. p. 140. *b.* Eiuſdem ſenis alia Collatio de mendacio. Inc. *Praecedente igitur Collatione finita*. Deſ. *noſtrum vero ſciat eſſe, quod diſplicet*. Ibid. a pag. 497. ad pag. 514.

XVIII. p. 148. *b.* Ioannis Caſſiani in alias VII. Collationes Patrum Prooemium. Inc. *Commiſſis* (1) *iuvante Dei gratia decem Collationibus Patrum*. Deſ. *inſtruxit induſtria*. Ibid. a pag. 514. ad pag. 515.

XIX. pag. 149. Abbatis Piamonis Collatio. Inc. *Poſt conſpectum, atque conſortium illorum trium ſeniorum*. Deſ. *ipſo primo imbuente percepimus*. Ibid. a pag. 515. ad pag. 531.

XX. pag. 154. *b.* Abbatis Ioannis Collatio de fine Coenobitae, & Eremitae. Inc. *Poſt dies admodum paucos*. Deſ. *Collationem ſine concluſit*. Ibid. a pag. 532. ad pag. 542.

XXI. pag. 159. Abbatis Panuſii (2) Collatio de poenitentiae fine. Inc. *Praeclari ac ſingularis viri Abbatis Panuſii*. Deſ. *quum retinere non poſſet, emittit*. Ibid. a pag. 544. ad pag. 553.

XXII. pag. 162. *b.* Abbatis Theone de remiſſione Quinquageſimae. Inc. *Priuſquam verba Collationis huius habita*. Deſ. *ſed deſiderio purificationis internae*. Ibid. a pag. 554. ad pag. 577.

XXIII. pag. 171. Eiuſdem ſenis Collatio de nocturnis illuſionibus. Inc. *Poſt dies ferme ſeptem*. Deſ. *diſputationis nomina pandamus*. Ibid. a pag. 577. ad pag. 589.

XXIV. pag. 176. Eiuſdem ſenis Collatio tertia. Inc. *Converſa* (3) *igitur luce*. Deſ. *aut otioſa oblivione depereunt*. Ibid. a pag. 589. ad pag. 607.

XXV. pag. 183. Abbatis Abraham de mortificatione Collatio. Inc. *Quarta ac vigeſima iſta Collatio*. Deſ. *nunc ad tutiſſimum ſilentii portum ſpiritalis orationum veſtrarum aura comitetur*. Ibid. a pag. 608. ad pag. 629.

In fine legitur: *Explicit vigeſima quarta, & ultima Collatio Ioannis Caſſiani diſertiſſimi viri feliciter. Liber Petri de Medicis Coſ. Fil.*

Incredibili quidem voluptate perfuſus ſum in evolvendis hiſce veterum Patrum effatis; atque utinam, qui poſtmodum ſubſequuti ſunt Eremitae eadem nocturnis diurniſque manibus volutarent, ac veluti ſpeculum, immo luculen-

(1) In edit. *Emenſis*.
(2) Videtur corr. *Pynuſii* tam heic, quam infra.
(3) In edit. *Reverſa*.

Digitized by Google

lentiſſimum Monaſticae vitae exemplar ſuſpicerent. In his enim, vivis coloribus accuratiſſime expreſſum, ac numeris omnibus abſolutum Monachum intuerentur; ac totius Regularis diſciplinae inſtitutionem, & veram conſequendae perfectionis viam, & rationem a SS. Patribus, & priſcis Monachis traditam, uſurpatam, & calcatam recognoſcerent.

Codex membr. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus, cum admirandis picturis initio ſingularum Collationum adpoſitis. Conſtat foliis ſcriptis 191.

CASSIANI REGVLAE MONACHORVM AEGYPTI.

Cod. XXVII. IN hoc praeſtantiſſimo, atque ornatiſſimo Codice, qui Leonis X. Pont. Max. ſtemma, & Ioannis Caſſiani effigiem in prima praefert pagina continentur

I. pag. 1. Regulae Monachorum Aegyptiorum a Ioanne Caſſiano Maſſilienſi Presbytero conſcriptae, quas Eucherius Lugdunenſis Epiſcopus breviori conſcripſit ſermone, & quidem Libris XII. digeſtae, cum Prologo, & accuratiſſimis Capitum tabulis unicuique Libro praefixis. Concordant cum iis, quas recenſuimus in Codice ſuperiore §. I.

II. pag. 94. Decem Collationes SS. Patrum cum eiuſdem Caſſiani Prologo, & Capitum indice ſingulis praefixo, ut in dicto Cod. a §. II. ad §. IX. incluſive.

III. p. 211. *b.* Sanctorum PP. Collationes VII. item cum Prologo, & Capitum tabulis, ut in dicto Cod. a §. X. ad §. XVII. incluſive.

IV. p. 285. Aliae SS. PP. Collationes VII. cum Prologo pariter, & Capitum elenchis, ut in dicto Cod. a §. XVIII. ad §. XXV. incluſive.

V. pag. 361. *b.* Ioannis Caſſiani brevis Vita. Inc. *Ioannes Caſſianus natione Scytha, Conſtantinopoli a Ioanne magno Epiſcopo Diaconus ordinatur.* Deſ. *& vivendi finem fecit Theodoſio & Valentiniano regnantibus.*

VI. pag. 362. Nili Monachi Inſtituta de octo vitiis capitalibus. Inc. *Principium fructus flos, & principium bonorum actuum continentia.* Deſ. *mercedem laborum ſuorum veram percipientes laetitiam.*

Codex membr. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus cum litteris initialibus non Librorum modo ſingulorum, ſed uniuſcuiuſque ipſorum Capitis, auro, ac variis coloribus artificioſe depictis. Conſtat foliis ſcriptis 369.

CASSIANVS DE REGVLIS MONASTERIORVM.

Cod. XXVIII. I. pag. 1. CAſſiani de Inſtitutis, ac Regulis Monaſteriorum, & de octo principalium vitiorum remediis Libri XII. ut in Cod. XXVI. §. I. In fine legitur haec nota ab eadem manu, quae Codicem exſcripſit adpoſita: *Contuli cum Maximo properante in Monaſterio:* tum ſequens diſtichon:

Lector ad aeternam cupiens pertingere vitam
Perlege, quo valeas fructum conſerre ſalutis.

II. pag. 174. *b.* Carmen Elegiacum cum notis cantus interlinearibus in primis quatuordecim verſibus, in laudem S. Benedicti. Inc.

Ordiar unde tuos, Pater o Benedicte, triumphos,
Virtutum cumulos ordiar unde tuos?
Euge Beate Pater, meritum qui nomine prodis,
Fulgida lux ſaecli, euge Beate Pater.
Nurſia plaude ſatis tanto ſublimis alumno,
Aſtra ferens mundo Nurſia plaude ſatis.

Deſ.

Mens quibus una fuit, tumulo retinentur eodem;
Gloria par retinet, mens quibus una fuit.

Codex membr. Ms. in 4. Saec. X. cum rariſſimis ſcholiis interlinearibus aeque antiquis, atque indice Capitum ſingulis Libris praemiſſo. Conſtat foliis ſcriptis 177.

CASSIANVS DE INSTITVTIS COENOBIORVM.

BEati Iohannis heremitae, qui Caſſianus dicitur, de Inſtitutis Coenobiorum, & de octo principalium vitiorum remediis Libri XII. cum Collationibus SS. Patrum XXIV. ut in Cod. XXVI. huius Plutei. In calce legitur: *Expliciunt vigintiquatuor Collationes Sanctorum Patrum conſcriptae ab Iohanne heremita, qui & Caſſianus dicitur. Impreſſae apud Venetias anno Domini MCCCCLXXXXI.* Cod. XXIX.

Cod. impreſſus in fol. Conſtat paginis 119.

CASSIANVS DE INSTITVTIS COENOBIORVM.

ALiud Exemplar idem cum ſuperiore. Cod. XXX.

CASSIANI DE INSTITVTIS COENOBIORVM.

I. pag. 1. VEnerabilis Iohannis heremitae, qui & Caſſianus dicitur, de Inſtitutis Coenobiorum, & octo principalium vitiorum remediis Libri XII. cum Tabula Capitum in fine. Concordant cum iis, quos recenſuimus in Codice XXVI. §. I. Cod. XXXI.

II. pag. 62. Eiuſdem Collationes Sanctorum Patrum, ut in dicto Codice a §. II. ad §. XXV. In fine: *Explicit Collatio Abbatis Abraham de mortificatione; expliciunt etiam totae XXIV. Collationes Sanctorum Patrum, compilatae a beato Caſſiano.*

Liber Colucii Pieri.

Liber Coſmae Iohannis de Medicis.

III. pag. 269. S. Hieronymi Presbyteri Epiſtola conſolatoria ad amicum aegrotum. Inc. *Quamquam certiſsime novimus.* Deſ. *& ſub tali pondere inflexibili virtute durare permittat. Amen.* Occurrit Oper. D. Hieronymi edition. Veronenſ. MDCCXLII. Tom. XI. a pag. 40. ad pag. 51. ubi conſulendum editoris monitum, qui hanc Epiſtolam S. Maximo Taurinenſi potius tribuendam eſſe exiſtimat. *Liber Petri de Medicis Coſ. Fil.*

Digitized by Google

Cod. membr. Ms. in 4 minori Saec. XIII. binis columnis exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 276.

CASSIANVS CONTRA NESTORIANOS.

Adde etiam

Proſperi Librum contra Caſſianum, S. Ephraim Sermones X. & S. Caeſarii XXXVII.

Cod. XXXII. IN hoc ornatiſſimo Codice, cuius pagina prima Divi Caſſiani effigie, ac Leonis X. Pont. Max. ſtemmate eſt inſignita, habentur

I. pag. 1. Ioannis Caſſiani contra Neſtorianos Libri VII. Praefatio inc. *Abſolutis dudum Collationum ſpiritualium libellis*. Deſ. *male imperaſſe videaris*. Liber I. inc. *Erudiunt fabulae poëtarum*. Liber VII. deſ. *propter nos factus eſt a ſe Deus*. Caſſiani de Incarnatione Chriſti contra Neſtorium Libri VII. ad Leonem Romanum poſtea Epiſcopum, editi primum fuerunt Baſileae MDXXXIV. in 8. multis adhuc locis, Voſſio Epiſt. 404. iudice, medicam manum deſiderantes: prodierunt deinde in Io. Simleri ſcriptis Veterum Latinis de una Perſona & duabus Naturis Ieſu Chriſti Tiguri MDLXXII. fol. ac tandem inter eiuſdem Caſſiani Opera cum Comment. Alardi Gazaei Lipſiae MDCCXXXIII. fol. a pag. 679. ad pag. 809.

II. pag. 68. *b.* Proſperi Liber contra Caſſianum Collatorem, ſeu de Gratia Dei, & libero arbitrio hominis. Inc. *Gratiam Dei, qua Chriſtiani ſumus*. Deſ. *quoniam ex ipſo, & in ipſo ſunt omnia, ipſi gloria in ſaecula ſaeculorum. Amen*. Aureum hoc Opuſculum ad fidem Codicum Vaticanae Bibliothecae recudit vir clariſs. & amicus meus Petrus Franciſcus Fogginius Romae MDCCLVIII. typis Palearinis inter SS. PP. Opera ſelecta de Gratia Dei, & Praedeſtinatione Sanctorum Tom. III. a pag. 169. ad pag. 299.

III. pag. 95. *b.* Liber ſermonum ſancti Effren Abbatis, ſeu potius Sermones X. quorum primus anepigraphus inc. *Dolor me compellit dicere, & infirmitas mea comminatur mihi, ut ſileam*. Deſ. *qui nobis regnum per ſuam gratiam praeſtitit, per I. C. D. N. &c.*

IV. pag. 111. Secundus de iudicio & compunctione inc. *Sana me Domine, & ſanabor, qui es ſolus ſapiens, & miſericors medicus*. Deſ. *precibus ſanctorum tuorum, qui es ſuper omnia benedictus in ſaecula*.

V. pag. 113. Anepigraphus tertius inc. *Venite, chariſſimi mihi, venite patres & fratres, grex Salvatoris electus*. Deſ. *quaſi frigamum transfertur a vento*.

VI. pag. 115. Quartus anepigraphus inc. *Heu mihi, dilectiſſimi, quia factus ſum ſicut machina fabri ferrarii*. Deſ. *& regni ſui nos dignos efficiat. Amen*.

VII. pag. 116. *b.* Quintus anepigraphus inc. *Obſecro te, Salvator Mundi Ieſu Chriſte, reſpice in me, & miſerere mei*. Deſ. *qui renovavit nos per infinita ſaecula ſaeculorum. Amen*.

VIII. pag. 117. Sextus anepigraphus inc. *Venite, dilectiſſimi fratres, exhortationem meam ſuſcipite*. Deſ. *anima, quae haec meditatur, trahatur ad vitam aeternam*.

IX. pag. 122. Septimus anepigraphus inc. *Gloria omnipotenti Deo, qui os noſtrum ſuperno nutu aperuit*. Deſ. *impii autem infirmabuntur in eis. Gloria Patri &c.*

X. pag. 126. *b.* Octavus anepigraphus inc. *Beatus, qui odio habuerit hunc mundum, & ſolummodo meditatio eius in Deo fuerit*. Deſ. *qui deſideraverint ad patrem luminis pervenire*. In fine vero: *Explicit Liber Ephren de Beatitudine*.

XI. pag. 129. *b.* Nônus de agone eiuſdem inc. *In luctaminibus ſaeculi nullus ſine agone, ſeu certamine coronatur*. Deſ. *cum ſanctis omnibus dicam: Gloria Patri &c.*

XII. pag. 133. Decimus de poenitentia inc. *Dominus Ieſus Chriſtus, qui deſcendit de ſinu Patris, & factus eſt nobis via ſalutis*. Deſ. *quoniam tibi debetur omnis oratio & gloria in ſaecula ſaeculorum. Amen*. Horum autem decem Ephraimi Sermonum ideo initium ac finem ſingulorum adferre placuit, quia Codicis huiuſce notitia caruiſſe arbitramur Eminentiſſimum Card. Ang. Mar. Quirinum in ſua abſolutiſſima Operum S. Ephraem edit. Rom. ann. MDCCXXXII. fol. quum de hoc nullam in ſuis doctiſſimis ad ipſam Prolegomenis mentionem faciat.

XIII. p. 138. Caeſarii Sermones, ſeu Homiliae XXXVII. quarum primae XIX. eodem ordine exhibentur, atque illae Codicis XX. huius Plutei a §. II. ad §. XX. incluſive; reliquae vero ita ſunt diſpoſitae:

XX. in hoc, in illo eſt XXII.
XXI. ——— XXIV.
XXII. ——— XXV.
XXIII. ——— XXVI.
XXIV. ——— XXVII.
XXV. ——— XXVIII.
XXVI. ——— XXIX.
XXVII. ——— XXX.
XXVIII. ——— XXXI.
XXIX. ——— XXXII.
XXX. ——— XXXIII.
XXXI. ——— XXIII.
XXXII. ——— XXIV. bis repet.
XXXIII. ——— XXV. bis repet.
XXXIV. ——— XXVI. bis repet.
XXXV. ——— XXVII. bis repet.
XXXVI. ——— XXI.

XXXVII. & ultima anepigrapha inc. *Sanctus ac venerabilis Pater veſter &c.* Deſ. *per aſſiduam lectionem, Deo inſinuante, cognoſcitis. Amen*. In edit. quam citavimus in dicto Cod. XX. eſt Homil. XXXVI.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus, & cum initialibus Sermonum, ac Librorum litteris auro variiſque coloribus depictis. Conſtat foliis ſcriptis 213.

DI-

Digitized by Google

DIVERSORVM EXPOSITIO EPISTOLARVM D. PAVLLI.

Cod. XXXIII. CAtena variorum Sanctorum Patrum in Epiſtolas omnes Divi Paulli. Incipit: *Sicut Prophetae poſt legem, ſic & Apoſtoli poſt Evangelium recte ſcripſerunt, ut quemadmodum illi ad carnalia legis, ſic & iſti ad ſpiritualia Evangelii praecepta, & promiſſa, & ſacramenta vocantes, fidem ſacramentorum, ſpem promiſſorum, & praeceptorum obedientiam commendarent, & de cetero contra rediviva vitia &c.* Deſ. *& omnes ſanctos, & ſubditos in Baptiſmo ſanctificatos.* (de Italia) *Hinc intelligitur a Roma ſcripſiſſe. Gratia ſit cum omnibus vobis. Amen.* Patres, quorum ſcriptis haec Catena contexta fuit, hi potiſſimum nominantur *Ammonius, Auguſtinus, & Hieronymus.* In hoc Codice deſideratur finis primae, & initium ſecundae ad Timotheum Epiſtolae, & quatuor folia, quae praemittuntur Epiſtolae ad Hebraeos reponenda ſunt in Epiſtola ad Galatas, ut & ultima tria.

Codex membranaceus Ms. in fol. Saec. XII. binis columnis exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 178.

COMPENDIVM LITTERALE SENSVS DIVINAE SCRITVRAE.

Cod. XXXIV. COmpendium litteralis ſenſus totius Divinae Scripturae editum a Fratre Petro Aureoli (1) Ordinis Fratrum Minorum; & ponitur primo commendatio Sacrae Scripturae in generali. Inc. *Venite, adſcendamus in montem Domini.* Deſ. *& univerſi pulveris pigmentarii.* In fine: *Explicit Compendium litteralis ſenſus totius divinae Scripturae editum a Fratre Petro Aureoli Ordinis Fratrum Minorum, ſacrae paginae Doctore egregio. Deo gratias.*

Cod. membr. Ms. in 4. maiori Saec. XIV. binis columnis exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 123.

EVANGELIA ET EPISTOLAE QVAE TOTO ANNO LEGVNTVR.

Cod. XXXV. I. pag. 1. IN hoc antiquiſſimo Codice continentur Epiſtolae, Evangelia, & Orationes, quae per annum leguntur in Eccleſia. Incipiunt a vigilia Nativitatis Domini, & deſinunt in Natale S. Thomae.

II. pag. 189. *b.* Sequuntur Evangelia, Lectiones Sacrae Scripturae, & Orationes recitandae

I. In vigilia omnium Apoſtolorum.
II. pag. 190. In Natale eorumdem.
III. pag. 191. In vigilia unius Sacerdotis.
IV. pag. ead. *b.* In Natale unde ſupra.
V. pag. 193. In vigilia unius Confeſſoris, ſive Martyris.
VI. p. 195. In Natale plurimorum Martyrum.
VII. pag. 198. *b.* In Natale Virginum. In huius Miſſae fine rubris maioribus litteris ita legitur: *Explicit de Sanctorum feſtivitatibus.*
VIII. pag. 200. In vigilia omnium Sanctorum.
IX. pag. 201. In ordinatione Diaconorum.
X. pag. ead. In ordinatione Presbyterorum.
XI. pag. ead. *b.* In ordinatione Epiſcopi.
XII. pag. 202. *b.* In adventu Epiſcopi.
XIII. pag. 203. *b.* Ad ſponſum benedicendum.
XIV. pag. 204. Ad Sanctimonialem benedicendam.
XV. pag. ead. In letania tempore belli.
XVI. pag. ead. *b.* In die belli.
XVII. pag. 205. In ſterilitate pluviae.
XVIII. pag. ead. *b.* Pro ubertate pluviae.
XIX. pag. ead. In dedicatione Eccleſiae.
XX. pag. 208. In dedicatione Oratorii.
XXI. pag. 209. In adventu Iudicum.
XXII. pag. ead. *b.* Contra Iudices male agentes.
XXIII. pag. 210. Contra Epiſcopos male agentes.
XXIV. pag. ead. *b.* Pro iter agentibus.
XXV. pag. 211. *b.* Pro Eleemoſyna.
XXVI. pag. ead. Pro ſalute vivorum.
XXVII. pag. 212. In agenda mortuorum.
XXVIII. pag. 213. In ſcrutinio primo, ſecundo, & tertio.
XXIX. pag. 214. In honore Sanctae Mariae.
XXX. pag. ead. In triduanis diebus.
XXXI. pag. 215. Pro peccatis.
XXXII. pag. ead. *b.* Pro pace.
XXXIII. pag. 216. Pro amico vivente.
XXXIV. pag. ead. *b.* Pro femina viva.

In fine maiuſculis litteris rubrica conſcriptis, haec amanuenſis nota legitur: *Petrus, qui ſcripſit iſtum librum, educat eum Dominus in Paradiſum.*

Cod. membran. Ms. in 4. maiori Saec. XI. Conſtat foliis ſcriptis 216.

PSALTERIVM.

Cod. XXXVI. PSalterium David grandioribus litteris exaratum, cum ſcholiis ad marginem, & gloſſis interlinearibus. Adiecta ſunt Cantica Prophetarum, Oratio Dominica, Symbolum Apoſtolorum, & Symbolum, ut ibi dicitur, Athanaſii.

Cod. membr. Ms. in 4. Saec. XII. in primis octo paginis, & ultimis duodecim, paullo recentiori manu ſuppletus. Conſtat foliis ſcriptis 235.

PSAL-

(1) Petrus Aureolus, Gallice *Oriol*, ex Ordine Vallis Scholarium, natione Gallus, ex oppido, quod Verberia dicitur, unde vulgo Petrus de Verberia nuncupatur, Theologus Scholaſticus, in qua ſcientia anno circiter MCCCXX. plurimum excelluit. De eius Vita, & Operibus manuſcriptis, ac nominatim de hoc Compendio litterali totius Sacrae Scripturae fuſe ediſſerit Oudinus loc. alias cit. Tom. III. p. 847. ſeqq.

PSALTERIVM CHARACTERIBVS LONGOBARDIS SCRIPTVM.

Cod. XXXVII. PSalterium David cum Canticis Prophetarum, Hymno *Te Deum laudamus*, *Gloria in Excelſis Deo*, Oratione Dominica, Symbolo Apoſtolorum, & altero Nicaeno, & altero, ut dicunt, S. Athanaſii, Litaniis cum precibus & Orationibus, ac tandem ratione ſervanda in peccatorum confeſſione, & eorumdem abſolutione Sacerdotali. In Litaniis, quae non ſunt admodum prolixae, praeter invocationem quorumdam Sanctorum ex antiquioribus, notandum eſt in precibus ita legi: *Ab inſidiis Daemonum libera nos Domine. A perſecutione omnium inimicorum lib. A periculo mortis lib. A ſubitanea & aeterna morte lib. A poenis inferni lib. A delectationibus carnis lib. Ab immundis cogitationibus lib. A diebus malis lib. A malis operibus lib. A caecitate cordis lib. A ſpiritu ſuperbiae lib. A ſpiritu inanis gloriae lib. &c.*

Cod. membr. Ms. in 4. Saec. XI. characteribus Longobardis exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 170.

DEVTERONOMIVM.

Cod. XXXVIII DEuteronomii Liber cum ſcholiis marginalibus uberrimis, & gloſſis interlinearibus. Auctores ſcholiorum ſunt Rabanus, Auguſtinus, Iſidorus, Gregorius, Sidonius, & Septuaginta. Notandum in duobus ultimis foliis eumdem ſcriptorem rurſus aggreſſum fuiſſe eiuſdem Libri una cum eiſdem adnotationibus marginalibus exſcriptionem, & progreſſum fuiſſe uſque ad illa; *Date ex vobis viros ſapientes & gnaros, & quorum converſatio*, in quibus abſolvitur Codex.

Codex membran. Ms. in 8. Saec. XIII. (1). Conſtat foliis ſcriptis 52.

CALENDARIVM.

Cod. XXXIX. COntinet hic Codex Saeculi IX. ineuntis, characteribus ferme quadratis exaratus, praeter Computi Eccleſiaſtici Libros duos, & alia monumenta Aſtronomica, Calendarii fragmentum initio praefixum. Hoc, quum clariſſimo Leonardo Ximenes S. I. presbytero ignotum fuerit in ſua ad Florentinum Gnomonem Hiſtorica Introductione impreſſa Florentiae typis Regiis anno MDCCLVII. 4. ubi alterius Codicis Saeculi XII. & aliorum recentiorum exactam notitiam exhibet, viſum eſt integrum exhibere; licet enim, quod maxime dolendum, dimidia fere parte mutilum ſit, quod ſupereſt tamen, non parvo uſui aſtronomicis obſervationibus eſſe poterit.

I. pag. 1. Incipit Calendarii fragmentum a die ſexta menſis Iunii hoc pacto:

t	c	VIII. *Id.*	
u	d	VII.	
a	e	VI.	
b	f	V.	*Nat. Primi, & Feliciani.*
c	g	IIII.	
d	a	III.	
e	b	II.	*Nat. Baſilidis, Nazarii, & Naboris.*
f	c	*Idus.*	*Vltimum Pentecoſten* (charactere viridi.)
g	d	XVIII. *Kal. Iul.*	
h	e	XVII.	*Nat. Sancti Viti mart.*
i	f	XVI.	
k	g	XV.	*Sol in Cancrum.* (charact. rubr.)
l	a	XIIII.	*Nat. Sanctorum Marcelli & Marcelliani.*
m	b	XIII.	*Nat. Sanctorum Gervaſii & Protaſii.*
n	c	XII.	*Solſtitium* (virid.)
o	d	XI.	
p	e	X.	
q	f	VIIII.	*Vigil. Sancti Iohannis.*
r	g	VIII.	*Nativitas Sancti Iohannis.*
ſ	a	VII.	*XImus Aegyptiorum menſis Epiſi* (rubr.)
t	b	VI.	*Nat. Sanctorum Iohannis & Pauli.*
a	c	V.	
b	d	IIII.	*Nat. Sancti Leonis Papae.*
c	e	III.	*Nat. Apoſtolorum Petri & Pauli.*
d	f	II.	*Nox h.* VI. *d.* XVIII. (rubr.) (2)

MENSIS IVLIVS d. XXXI. (vir.)

d. l.	*d. ſept.*	*d. ſol.*	*g. d.* (3)
e	g	*Kal. Iul.*	
f	a	VI. *Non.*	*Nat. Sanctorum Proceſſi & Martiniani.*
g	b	V.	
h	c	IIII.	
i	d	III.	
k	e	II.	
l	f	*non.*	
m	g	VIII. *Id.*	
n	a	VII.	
o	b	VI.	*Nat. ſeptem Fratrum.*
p	c	V.	
q	d	IIII.	
r	e	III.	
ſ	f	II.	*Dies Caniculares* (vir.)
t	g	*Idus*	*Sancti Quirici.*
u	a	XVII. *Kal. Aug.*	
a	b	XVI.	
b	c	XV.	*Sol in Leonem* (rubr.) *Sancti Mamae.*
c	d	XIIII.	
d	e	XIII.	

e f

(1) Montfauconius in ſuo Catalogo perperam ait Codicem hunc charactere Longobardico eſſe exaratum.

(2) Scilicet *Nox horarum* VI. *dies* XVIII.

(3) Lege *geſta dierum.*

Digitized by Google

e	f	xii.	*Nat. Sanctae Praxedis.*
f	g	xi.	*Nat. Sancti Apollenaris.*
g	a	x.	*Aquilae occaſus* (virid.)
h	b	viiii.	*Acſias oritur* (virid.) ſed poſtea expunctum fuit.
i	c	viii.	*Nat. Sancti Iacobi Ap. fratris Iohannis.*
k	d	vii.	*XIImus Aegyptiorum menſis Meſore* (rubr.)
l	e	vi.	
m	f	v.	*Nat. Simplicii, Fauſtini & Beatricis.*
n	g	iiii.	*Nat. Felicis conf.*
o	a	iii.	*Vmbra abſumitur in meroe. Nat. Abdon & Sennen.*
p	b	ii.	*Nox h.* viii. *d.* xvi. (rubr.)

MENSIS AVGVSTVS dies xxxi. (virid.)

d. l.	*d. ſept.*	*d. ſol.*	*g. d.* (rubr.)
q	c	*Kl. Aug.*	*Nat. Machabeorum.*
r	d	iiii. *Non.*	*VI. emb.* (virid.) *Nat. Stephani pontific.*
ſ	e	iii.	
t	f	ii.	
u	g	*Non.*	*Dedicatio Eccleſiae.*
a	a	viii. *Id.*	*Nat. Sancti Xyſti & Feliciſſimi & Agapiti.*
b	b	vii.	*Autumni initium * hh. d. XCII.* (rubr.) (1)
c	c	vi.	*Nat. Quiriaci.*
d	d	v.	*Ver. Firmi & Ruſtici.*
e	e	iiii.	*Nat. Sancti Laurentii.*
f	f	iii.	*Nat. Sancti Tiburtii.*
g	g	ii.	
h	a	*Idus.*	*Nat. S. Yppoliti.*
i	b	xviiii. *Kl. Sept.*	*Nat. S. Euſebii.*
k	c	xviii.	*Adſumptio S. Mariae.*
l	d	xvii.	
m	e	xvi.	
n	f	xv.	*Sol in Virginem* (vir.) *Nat. Agapiti.*
o	g	xiiii.	*Nat. Sancti Magni.*
p	a	xiii.	
q	b	xii.	
r	c	xi.	*Nat. Sancti Timothei.*
ſ	d	x.	
t	e	viiii.	*Reſidui dies quinque Aeg. epagomene dicti.*
a	f	viii.	
b	g	vii.	
c	a	vi.	*Nat. Sancti Ruffi.*
d	b	v.	*Nat. Sancti Hermetis mart.*
e	c	iiii.	*Primus Aegyptiorum menſis Thoth* (virid.) *Paſſio Sancti Ioh. Baptiſtae.*
f	d	iii.	*Nat. Felicis & Audacti.*
g	e	ii.	*Nox h.* x. *d.* xiiii. (rubr.)

MENSIS SEPTEMBRIS dies xxx. (virid.)

d. l.	*d. ſept.*	*d. ſol.*	*geſta dierum* (rubr.)
h	f	*Kl. Sept.*	*Nat. Sancti Priſci.*
i	g	iiii. *Non.*	
k	a	iii.	
l	b	ii.	
m	c	*Non.*	
n	d	viii. *Id.*	
o	e	vii.	
p	f	vi.	*Nativitas Sanctae Mariae & S. Adriani.*
q	g	v.	*Nat. S. Gurgonii.*
r	a	iiii.	
ſ	b	iii.	*Nat. Proti & Hyacinthi.*
t	c	ii.	
u	d	*Idus.*	
a	e	xviii. *Kl. Oct.*	*Exaltatio Sanctae Crucis, & Cornelii, & Cypriani.*
b	f	xvii.	*Nat. S. Nicomedis.*
c	g	xvi.	*Nat. Luciae, & Geminiani.*
d	a	xv.	*Sol in Libram* (virid.)
e	b	xiiii.	
f	c	xiii.	
g	d	xii.	*Aequinoctium* (virid.)
h	e	xi.	*Nat. Sancti Mathei Evangeliſtae.*
i	f	x.	
k	g	viiii.	
l	a	viii.	*hic Indict. incipiunt & finiuntur* (virid.)
m	b	vii.	
n	c	vi.	
o	d	v.	*Nat. Sanctorum Coſmae & Damiani.*
p	e	iiii.	
q	f	iii.	*Dedicatio Eccleſiae S. Archangeli.*
r	g	ii.	*Nox h.* xii. *d.* xii. (rubr.)

MENSIS OCTOBRIS dies xxxi. (virid.)

d. l.	*d. ſept.*	*d. ſol.*	*geſta dierum* (rubr.)
ſ	a	*Kl. Oct.*	
t	b	vi. *Non.*	
u	c	v.	
a	d	iiii.	
b	e	iii.	
c	f	ii.	
d	g	*Non.*	*Nat. Sancti Marci Evangeliſtae.*
e	a	viii. *Id.*	
f	b	vii.	
g	c	vi.	
h	d	v.	
i	e	iiii.	
k	f	iii.	
l	g	ii.	*Nat. S. Caliſti.*
m	a	*Idus.*	
n	b	xvii. *Kl. Nov.*	
o	c	xvi.	
p	d	xv.	*Sol in Scorpion.* (vir.) *Nat. Lucae Evang.*

q e

(1) Scilicet *habet dies* xcii.

q	e	xiiii.	
r	f	xiii.	
ſ	g	xii.	
t	a	xi.	
a	b	x.	
b	c	ix.	
c	d	viii.	
d	e	vii.	
e	f	vi.	
f	g	v.	*Tertius Aeg. menſis Athyr.*(rubr.)*Nat. App. Simonis, & Iudae.*
g	a	iiii.	
h	b	iii.	
i	c	ii.	*Nox h.* xiiii. *d.* x. (rubr.)

MENSIS NOVEMBRIS dies xxx. (virid.)

d. l.	*d. ſept.*	*d. ſol.*	*g. d.* (rubr.)
k	d	*Kl. Nov.*	*Nat. Sancti Caeſarii. Initium diuion. Saurelaud.*
l	e	iiii. *Non.*	*V. emb.* (virid.)
m	f	iii.	
n	g	ii.	
o	a	*Non.*	
p	b	viii. *Id.*	
q	c	vii.	*Hiemis initium * hh. d. XCII.* (rubr.)
r	d	vi.	*Occaſus Virgiliarum. Nat. IIIIor Coronat.*
ſ	e	v.	*Nat. S. Theodori.*
t	f	iiii.	
u	g	iii.	*Nat. Sancti Mennae. Nat. S. Maſtini.*
a	a	ii.	
b	b	*Idus.*	
c	c	xviii. *Kal. Dec.*	
d	d	xvii.	
e	e	xvi.	
f	f	xv.	*Sol in Sagittar.* (virid.)
g	g	xiiii.	
h	a	xiii.	
i	b	xii.	
k	c	xi.	
l	d	x.	*Nat. Sanctae Caeciliae.*
m	e	viiii.	*Nat. Sancti Clementis.*
n	f	viii.	*Nat. Chriſogoni.*
o	g	vii.	
p	a	vi.	
q	b	v.	*Quartus Aeg. menſis Cheac.* (rubr.)
r	c	iiii.	*Nat. Saturnini, Criſanti, Dariae.*
ſ	d	iii.	*Vigilia S. Andreae.*
t	e	ii.	*Nat. S. Andreae. Nox h.* xvi. *d.* viii. (rubr.)

MENSIS DECEMBRIS dies xxxi. (virid.)

d. l.	*d. ſept.*	*d. ſol.*	*geſta dierum* (rubr.)
u	f	*Kl. Dec.*	
a	g	iiii. *Non.*	*I. emb.* (virid.)
b	a	iii.	
c	b	ii.	*IIII. emb.* (rubr.)
d	c	*Non.*	
e	d	viii. *Id.*	
f	e	vii.	
g	f	vi.	*Dedicatio Eccleſiae S. Zenonis* (manu rec.)
h	g	v.	
i	a	iiii.	
k	b	iii.	
l	c	ii.	
m	d	*Idus.*	*Nat. Sanctae Luciae.*
n	e	xviiii. *Kl. Ian.*	
o	f	xviii.	
p	g	xvii.	
q	a	xvi.	
r	b	xv.	*Sol in Capricorn.* (vir.)
ſ	c	xiiii.	
t	d	xiii.	
a	e	xii.	*Thomae Apoſt. Solſtitium* (rubr.)
b	f	xi.	
c	g	x.	
d	a	viiii.	
e	b	viii.	*Nat. D. N. I. C.* (rubr.)
f	c	vii.	*Nat. Sancti Stephani.*
g	d	vi.	*Quintus Aeg. menſis Tybi* (virid.) *Nat. Iohannis Evangeliſtae*
h	e	v.	*Nat. Innocentum.*
i	f	iiii.	
k	g	iii.	
l	a	ii.	*Nat. S. Silveſtri papae. Nox h.* xviii. *d.* vi. (rubr.)

II. pag. *6. b.* Tabula oſtendens, in quam anni diem incidant Calendae, Nonae, & Idus cuiuſcumque menſis.

Ian.	*in*	*Kl.*	i.	*in*	*Non.*	v.	*in*	*Idus*	xiii. (1)
Febr.	*in*	*Kl.*	xxxii.	*in*	*Non.*	xxxvi.	*in*	*Id.*	xliiii.
Mar.	*in*	*Kl.*	lx.	*in*	*Non.*	lxvi.	*in*	*Id.*	lxxiiii.
Apr.	*in*	*Kl.*	xci.	*in*	*Non.*	xcv.	*in*	*Id.*	ciii.
Mai.	*in*	*Kl.*	cxxi.	*in*	*Non.*	cxxvii.	*in*	*Id.*	cxxxv.
Iun.	*in*	*Kl.*	clii.	*in*	*Non.*	cliii.	*in*	*Id.*	clxiiii.
Iul.	*in*	*Kl.*	clxxxii.	*in*	*Non.*	clxxxviiii.	*in*	*Id.*	cxcvi.
Aug.	*in*	*Kl.*	ccxiii.	*in*	*Non.*	ccxvii.	*in*	*Id.*	ccxxv.
Sept.	*in*	*Kl.*	ccxliiii.	*in*	*Non.*	ccxlviii.	*in*	*Id.*	cclvi.
Oct.	*in*	*Kl.*	cclxxiiii	*in*	*Non.*	cclxxx.	*in*	*Id.*	cclxxxviii.
Nov.	*in*	*Kl.*	cccv.	*in*	*Non.*	cccviiii.	*in*	*Id.*	cccxvii.
Dec.	*in*	*Kl.*	cccxxxv.	*in*	*Non.*	cccxxxviiii.	*in*	*Id.*	cccxlvii.

Quin-

(1) Forte primus hic verſus ita legendus eſt: *Incidunt Calendae in prima die, Nonae in quinta, & Idus in decimatertia &c.*

Digitized by Google

Quinquagies novies ſeni. CCCLIIII.
Quinquagies novies quini. CCXCV.
Quinquagies novies quater. CCXXXVI.
Quinquagies novies terni. CLXXVII.
Quinquagies novies bini. CXVIII.
Quinquagies novies eſſe. LVIIII.

III. pag. 7. *b.* Calendarium excipiunt ſequentes Tabulae, quas uti iacent in Codice, ita adamuſſim exhibemus.

XVI. Cycl. Decennovennalis.

	Anni Domini noſtri.	*Indict.*	*Epact. Lun.*	*Concur.*	*Cycl. Lun.*	*Lun. XIIII. Paſch.*	*Dies Dom. Paſch.*	*Luna ipſius diei.*		
	DCCCXVII.	X.	*Nul.*	III.	XVII.	*Non. Apr.*	II. *Id. Apr.*	XXI.		*com.* (1)
	DCCCXVIII.	XI.	XI.	IIII.	XVIII.	VIII. *Kal. Apr.*	V. *Kal. Apr.*	XVII.		*com.*
	DCCCXVIIII.	XII.	XXII.	V.	XVIIII.	*Id. Apr.*	XV. *Kal. Mai.*	XXVIII.		*emb.* (2)
B (3)	DCCCXX.	XIII.	III.	VII.	I.	IIII. *Non. Apr.*	VI. *Id. Apr.*	XX		*com.*
	DCCCXXI.	XIIII.	XIIII.	I.	II.	XI. *Kal. Apr.*	VIIII. *Kal. Apr.*	XVI.		*com.*
	DCCCXXII.	XV.	XXV.	II.	III.	IIII. *Id. Apr.*	*Id. Apr.*	XVII.		*emb.*
	DCCCXXIII.	I.	VI.	III.	IIII.	III. *Kal. Apr.*	*Non. Apr.*	XX.		*com.*
B (4)	DCCCXXIIII.	II.	XVII.	V.	V.	XIIII. *Kal. Mai.*	VIII. *Kal. Mai.*	XX.	*og.* (5)	*emb.*
	DCCCXXV.	III.	XXVIII.	VI.	VI.	VII. *Id. Apr.*	V. *Id. Apr.*	XVI.		*com.*
	DCCCXXVI.	IIII.	VIIII.	VII.	VII.	VI. *Kal. Apr.*	*Kal. Apr.*	XVIIII.		*com.*
	DCCCXXVII.	V.	XX.	I.	VIII.	XVII. *Kal. Mai.*	XI. *Kal. Mai.*	XX.		*emb.*
B	DCCCXXVIII.	VI.	I.	III.	VIIII.	II. *Non. Apr.*	*Non. Apr.*	XV.		*com.*
	DCCCXXVIIII.	VII.	XII.	IIII.	X.	VIIII. *Kal. Apr.*	V. *Kal. Apr.*	XVIIII.		*com.*
	DCCCXXX.	VIII.	XXIII.	V.	XI.	II. *Id Apr.*	XV. *Kal. Mai.*	XIX.		*emb.*
	DCCCXXXI.	VIIII.	IIII.	VI.	XII.	*Kal. Apr.*	IIII. *Non. Apr.*	XV.		*com.*
B	DCCCXXXII.	X.	XV.	I.	XIII.	XII. *Kal. Apr.*	VIII. *Kal. Apr.*	XVII.		*com.*
	DCCCXXXIII.	XI.	XXVI.	II.	XIIII.	V. *Id. Apr.*	*Id. Apr.*	XVIII.		*emb.*
	DCCCXXXIIII.	XII.	VII.	III.	XV.	IIII. *Kal. Apr.*	*Non. Apr.*	XXI.		*com.*
	DCCCXXXV.	XIII.	XVIII.	IIII.	XVI.	XV. *Kal. Mai.*	XIIII. *Kal. Mai.*	XV.	*end.* (6)	*emb.*

XVII. Cycl. Decennovennalis.

	Anni Domini noſtri.	*Indict.*	*Lun. cycl.* (7)	*Concurr.*	*Cycl. Lun.*	*Luna XIIII. Paſchal.*	*Dies Dom. Paſchal.*	*Luna ipſius diei.*	
B	DCCCXXXVI.	XIIII.	*Nul.*	VI.	XVII.	*Non. Apr.*	V. *Id. Apr.*	XVIII.	
	DCCCXXXVII.	XV.	XI.	VII.	XVIII.	VIII. *Kal. Apr.*	*Kal. Apr.*	XXI.	
	DCCCXXXVIII.	I.	XXII.	I.	XVIIII.	*Id. Apr.*	XVIII. *Kal. Mai.*	XV.	
	DCCCXXXVIIII.	II.	III.	II.	I.	IIII. *Non. Apr.*	VIII. *Id. Apr.*	XVIII.	
B	DCCCXL.	III.	XIIII.	IIII.	II.	XI. *Kal. Apr.*	V. *Kal. Apr.*	XX.	
	DCCCXLI.	IIII.	XXV.	V.	III.	IIII. *Id. Apr.*	XV. *Kal. Mai.*	XXI.	
	DCCCXLII.	V.	VI.	VI.	IIII.	III. *Kal. Apr.*	IIII. *Non. Apr.*	XVII.	
	DCCCXLIII.	VI.	XVII.	VII.	V.	XIIII. *Kal. Mai.*	X. *Kal. Mai.*	XVIII.	*og.*
B	DCCCXLIIII.	VII.	XXVIII.	II.	VI.	VII. *Id. Apr.*	*Id. Apr.*	XX.	
	DCCCXLV.	VIII.	VIIII.	III.	VII.	VI. *Kal. Apr.*	IIII. *Kal. Apr.*	XVI.	
	DCCCXLVI.	VIIII.	XX.	IIII.	VIII.	XVII. *Kal. Mai.*	XIIII. *Kal. Mai.*	XVII.	
	DCCCXLVII.	X.	I.	V.	VIIII.	II. *Non. Apr.*	IIII. *Id. Apr.*	XX.	
B	DCCCXLVIII.	XI.	XII.	VII.	X.	VIIII. *Kal. Apr.*	VIII. *Kal. Apr.*	XV.	
	DCCCXLVIIII.	XII.	XXIII.	I.	XI.	II. *Id. Apr.*	XVIII. *Kal. Mai.*	XVI.	
	DCCCL.	XIII.	IV.	II.	XII.	*Kal. Apr.*	VIII. *Id. Apr.*	XVIII.	
	DCCCLI.	XIIII.	XV.	III.	XIII.	XII. *Kal. Apr.*	XI. *Kal. Apr.*	XV.	
B	DCCCLII.	XV.	XXVI.	V.	XIIII.	V. *Id. Apr.*	IIII. *Id. Apr.*	XV.	
	DCCCLIII.	I.	VII.	VI.	XV.	IIII. *Kal. Apr.*	IIII. *Non. Apr.*	XVIII.	
	DCCCLIIII.	II.	XVIII.	VII.	XVI.	XV. *Kal. Mai.*	X. *Kal. Mai.*	XVIIII.	*end.*

XVIII. Cyclus Decennovennalis.

	Quot ſint anni ab Incarnat.	*Indict.*	*Lun. cycl.* (8)	*Concurr.*	*Cycl. Lun.*	*Luna XIIII. Paſch.*	*Dies Dom. Paſch.*	*Luna ipſius diei.*
	DCCCLV.	III.	*Nul.*	I.	XVII.	*Non. Apr.*	VII. *Id. Apr.*	XVI.
B	DCCCLVI.	IIII.	XI.	III.	XVIII.	VIII. *Kal. Apr.*	III. *Kal. Apr.*	XVIII.

(1) Scilicet *annus communis*. (2) Sc. *embolismus*. (3) In Codicis margine e regione huius verſus legitur: *Hic primus cir. ſolaris, qui per* XXVIII. *annos cur.* (4) Sc. *annus biſſextilis*. (5) Sc. *ogduades*. (6) Sc. *hendecades*. (7) Ita in Codice, ſed videtur legendum eſſe *Epact. Lun.* (8) Heic quoque puto legendum *Epact. Lun.*

	DCCCLVII.	V.	XXII.	IIII.	XVIIII.	*Id. Apr.*	XIIII. *Kal. Mai.*	XVIIII.	
	DCCCLVIII.	VI.	III.	V.	I.	IIII. *Non. Apr.*	III. *Non. Apr.*	XV.	
	DCCCLVIIII.	VII.	XIIII.	VI.	II.	XI. *Kal. Apr.*	VII. *Kal. Apr.*	XVIII.	
B (1)	DCCCLX.	VIII.	XXV.	I.	III.	IIII. *Id. Apr.*	XVIII. *Kal. Mai.*	XVIII.	
	DCCCLXI.	VIIII.	VI.	II.	IIII.	III. *Kal. Apr.*	VIII. *Id. Apr.*	XXI.	
	DCCCLXII.	X.	XVII.	III.	V.	XIIII. *Kal. Mai.*	XIII. *Kal. Mai.*	XV.	*og.*
	DCCCLXIII.	XI.	XXVIII.	IIII.	VI.	VII. *Id. Apr.*	III. *Id. Apr.*	XVIII.	
B	DCCCLXIIII.	XII.	VIIII.	VI.	VII.	VI. *Kal. Apr.*	IIII. *Non. Apr.*	XX.	
	DCCCLXV.	XIII.	XX.	VII.	VIII.	XVII. *Kal. Mai.*	X. *Kal. Mai.*	XXI.	
	DCCCLXVI.	XIIII.	I.	I.	VIIII.	II. *Non. Apr.*	VII. *Id. Apr.*	XVII.	
	DCCCLXVII.	XV.	XII.	II.	X.	VIIII. *Kal. Apr.*	III. *Kal. Apr.*	XX.	
B	DCCCLXVIII.	I.	XXIII.	IIII.	XI.	II. *Id. Apr.*	XIIII. *Kal. Mai.*	XX.	
	DCCCLXVIIII.	II.	IIII.	V.	XII.	*Kal. Apr.*	III. *Non. Apr.*	XVI.	
	DCCCLXX.	III.	XV.	VI.	XIII.	XII. *Kal. Apr.*	VII. *Kal. Apr.*	XVIIII.	
	DCCCLXXI.	IIII.	XXVI.	VII.	XIIII.	V. *Id. Apr.*	XVII. *Kal. Mai.*	XX.	
B	DCCCLXXII.	V.	VII.	II.	XV.	IIII. *Kal. Apr.*	III. *Kal. Mai.*	XV.	
	DCCCLXXIII.	VI.	XVIII.	III.	XVI.	XV. *Kal. Mai.*	XIII. *Kal. Mai.*	XVI.	*end.*

	Anni Domini noſtri.	*Indict.*	*Epact. Lun.*	*Con-curr.*	*Cycl. Lun.*	*Lun. XIIII. Paſch.*	*Dies Dom. Paſch.*	*Lun. ipſius diei.*	
	DCCCLXXIIII.	VII.	*Nul.*	IIII.	XVII.	*Non. Apr.*	III. *Id. Apr.*	XX.	
	DCCCLXXV.	VIII.	XI.	V.	XVIII.	VIII. *Kal. Apr.*	VI. *Kal. Apr.*	XVI.	
B	DCCCLXXVI.	VIIII.	XXII.	VII.	XVIIII.	*Id. Apr.*	XVII. *Kal. Mai.*	XVI.	
	DCCCLXXVII.	X.	III.	I.	I.	IIII. *Non. Apr.*	VII. *Id. Apr.*	XVIIII.	
	DCCCLXXVIII.	XI.	XIIII.	II.	II.	XI. *Kal. Apr.*	X. *Kal. Apr.*	XV.	
	DCCCLXXVIIII.	XII.	XXV.	III.	III.	IIII. *Id. Apr.*	II. *Id. Apr.*	XVI.	
B	DCCCLXXX.	XIII.	VI.	V.	IIII.	III. *Kal. Apr.*	III. *Non. Apr.*	XVIII.	
	DCCCLXXXI.	XIIII.	XVII.	VI.	V.	XIIII. *Kal. Mai.*	VIIII. *Kal. Mai.*	XVIIII.	*og.*
	DCCCLXXXII.	XV.	XXVIII.	VII.	VI.	VII. *Id. Apr.*	VI. *Id. Apr.*	XV.	
	DCCCLXXXIII.	I.	VIIII.	I.	VII.	VI. *Kal. Apr.*	II. *Kal. Apr.*	XVIII.	
B	DCCCLXXXIIII.	II.	XX.	III.	VIII.	XVII. *Kal. Mai.*	XIII. *Kal. Mai.*	XVIII.	
	DCCCLXXXV.	III.	I.	IIII.	VIIII.	II. *Non. Apr.*	III. *Id. Apr.*	XXI.	
	DCCCLXXXVI.	IIII.	XII.	V.	X.	VIIII. *Kal. Apr.*	VI. *Kal. Apr.*	XVII.	
	DCCCLXXXVII.	V.	XXIII.	VI.	XI.	II. *Id. Apr.*	XVI. *Kal. Mai.*	XVIII.	
B	DCCCLXXXVIII.	VI.	IIII.	I.	XII.	*Kal. Apr.*	VII. *Id. Apr.*	XX.	
	DCCCLXXXVIIII.	VII.	XV.	II.	XIII.	XII. *Kal. Apr.*	X. *Kal. Apr.*	XVI.	
	DCCCXC.	VIII.	XXVI.	III.	XIIII.	V. *Id. Apr.*	II. *Id. Apr.*	XVII.	
	DCCCXCI.	VIIII.	VII.	IIII.	XV.	IIII. *Kal. Apr.*	II. *Non. Apr.*	XX.	
B	DCCCXCII.	X.	XVIII.	VI.	XVI.	XV. *Kal. Mai.*	VIIII. *Kal. Mai.*	XX.	*end.*

Anni Domini noſtri.	*Indict.*	*Epact. Lun.*	*Con-curr.*	*Cycl. Lun.*
DCCCXCIII.	XI.	*Nul.*	VII.	XVII.
DCCCXCIIII.	XII.	XI.	I.	XVIII.
DCCCXCV.	XIII.	XXII.	II.	XVIIII.
DCCCXCVI.	XIIII.	III.	IIII.	I.
DCCCXCVII.	XV.	XIIII.	V.	II.
DCCCXCVIII.	I.	XXV.	VI.	III.
DCCCXCVIIII.	II.	VI.	VII.	IIII.
DCCCC.	III.	XVII.	II.	V.
DCCCCI.	IIII.	XXVIII.	III.	VI.
DCCCCII.	V.	VIIII.	IIII.	VII.
DCCCCIII.	VI.	XX.	V.	VIII.
DCCCCIIII.	VII.	I.	VII.	VIIII.
DCCCCV.	VIII.	XII.	I.	X.
DCCCCVI.	VIIII.	XXIII.	II.	XI.
DCCCCVII.	X.	IIII.	III.	XII.
DCCCCVIII.	XI.	XV.	V.	XIII.
DCCCCVIIII.	XII.	XXVI.	VI.	XIIII.
DCCCCX.	XIII.	VII.	VII.	XV.
DCCCCXI.	XIIII.	XVIII.	I.	XVI.

Inter

(1) Heic quoque in Codice legitur in marg. *circ. fol.*

Digitized by Google

Inter pag. 11. & 12. integer quaternio in Codice deeſt, ut ex ipſorum numeratione in infimo margine appoſita conſtat; quare Tabulae etiam ſunt mutilae.

IV. pag. 12. *Incipit Ordo menſium*, ſcilicet notitia brevis de Nonis, Idibus, & Calendis ſingulorum menſium, de Regularibus, & Concurrentibus, de Circulo Solari; quota ſit Luna in Calendis quibuſque; quot ſint Epactae; de termino Quadrageſimae, termino Hebraeorum, & de termino in Rogationes, ac de concordia Lunae in Paſcha, & initio Quadrageſimae, ſeu & Rogationum.

V. pag. 19. *Opus excerptum ex Libro Computi*, & quidem in duas partes diſtributum. Primae Partis Capita, quorum praecedit Index, ſunt iſta:

i. De trimoda computatione.
ii. De numero & flexu digitorum.
iii. De ratione unciarum.
iv. De minutiſſimis temporum ſpatiis.
v. De die.
vi. Vbi primus dies Saeculi ſit.
vii. De nocte.
viii. De hebdomada.
ix. De feriis.
x. De menſibus.
xi. De kalendis, nonis, & idibus.
xii. De annis.
xiii. De Olympiadibus, luſtris, & iobeleis.
xiv. De numero.
xv. Item de numero.
xvi. Item unde ſupra.
xvii. Item de quo ſupra.
xviii. De diviſione, vel gradibus temporum.
xix. De laude computi.
xx. Item de eius laude, vel unde proceſſit.

Primum Caput inc. *Primo lectorem admonemus, trimoda ratione computum temporis eſſe diſcretum*. Vltimum deſ. *ſic defectus, & multiplices lunae variationes agnoſcemus*.

VI. pag. 46. Sequitur Pars ſecunda eodem titulo ac prior, inſtructa, itidemque Capitum Tabula, quorum argumenta ſunt:

i. De circulo decennovennali.
ii. De annis Dominicae Incarnationis.
iii. De Indictionibus.
iv. De Epactis Lunaribus.
v. De Epactis Solis.
vi. De Cyclo Lunari.
vii. Argumentum cycli decennovennalis.
viii. De quartadecima luna Paſchae.
ix. De die Dominico Paſchae.
x. De luna ipſius diei.
xi. Quid inter Paſcha & azyma diſtat.
xii. De emboliſmis & annis communibus.
xiii. De ogduade & hendecade.
xiv. Argumentum de eo quota ſit luna in Kal. Ianuarii.
xv. Argumentum de qualibet luna, vel feria.
xvi. De tribus annis circuli decennovennalis, qui argumentum lunae cum ceteris ſervare nequeunt.
xvii. De ſaltu lunae.
xviii. De ratione biſexti.
xix. De aequinoctiis & ſolſtitiis.
xx. De quatuor temporibus.
xxi. De ſignis XII. menſium.
xxii. De lunae curſu per ſigna.
xxiii. Quot horis luna luceat.

Primum Caput inc. *Decennovennalis circuli ordinem primus Euſebius Caeſarienſis Palaeſtinae Epiſcopus, &c.* Vltimum deſ. *quas horas vocitemus aequa diſtributione findendas*.

VII. pag. 79. Redeunt eadem Capita, quae in praedicta ſecunda Parte continebantur, in compendium redacta.

VIII. pag. 84. Tractatus Aſtronomicus, in varia diſtinctus Capita, quorum hi ſunt tituli:

i. eſt anepigraphum, & continet monitum ad lectorem, ut lectioni ſemper vacet.
ii. Verſus cycli anniverſalis.
iii. Verſus ſeptem dierum.
iv. Verſus de duodecim ſignis.
v. Item verſus de duodecim ſignis.
vi. Verſus de ſingulis menſibus.
vii. De diis gentium.
viii. De nominibus ſtellarum, quibus ex cauſſis nomina acceperunt.
ix. De mundo.
x. De forma mundi.
xi. De caelo, eiuſque nomine.
xii. De caeleſtis ſperae ſitu.
xiii. De eiuſdem ſperae motu.
xiv. De eiuſdem ſperae curſu.
xv. De celeritate caeli.
xvi. De axe caeli.
xvii. De caeleſtibus polis.
xviii. De cardinibus caeli.
xix. De convexis caeli.
xx. De nominibus ventorum.
xxi. Verſus duodecim ventorum.

Cui ſubditur depicta ſphaera quaedam in duodecim partes diviſa, quarum ſingulae nomina duodecim menſium, & ventorum continent. Primum Caput inc. *Senſu ſemper cautus eſto, Computator optime*. Vltimum vero hiſce verſibus conſtat:

Quatuor a quadro conſurgunt limine venti.
Hos circum gemini dextra laevaque iunguntur,
Atque ita biſſenos circumdant flamine mundum.
Primus aparcias altus ſpirat ab axe,
Huic noſtra nomen lingua ſeptentrion fincxit.
Circius hunc dextro gelidus circum tonat antro
Tracia nigrazu propria dixere loquela
Huic laevus boria glaciali turbine mugit.

Ex hoc Tractatu libet etiam heic integrum Caput II. in quo octaſtichum *de cyclo anniverſali* continetur, in medium proferre, quum Tabularum Cycli decennovennalis, quas ſupra depictas dedimus §. III. explanationem exhibeat. Ita igitur habet:

Linea, Chriſte, tuos prima eſt quae continet annos.

 At-

Atque ſecunda tenet cycli quae indictio conſtet.
Servabit numeros epactis tertia certos.
Quarta dies numerat ſeptem biſextilis anni.
Quinta tibi cyclos lunari (ſic) *computet anni.*
Iam quartasdecimas deſignat ſextaque lunas.
Septima nam paſchae oſtendit tempus diemque.
Aetatem lunae demonſtrat noviſſimus ordo.

Codex membranaceus Ms. in 4. min. Saec. IX. ineuntis, vere inſignis, initio mutilus, in cuius primae paginae ſuperiori margine legitur nomen *Ioannis de Bononia*, in inferiori vero *Petri Criniti Florentini*, qui fortaſſe huius poſſeſſores Codicis fuerunt. Conſtat foliis 99.

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΕΓΓΡΑΦΟΝ ΘΕΣΠΙΣΜΑ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΓΙΟΝ ΣΙΛΒΕΣΤΡΟΝ.

CONSTANTINI SACRVM EDICTVM QVOD SCRIPSIT AD D. SILVESTRVM P.

Ac praeterea

Benedicti Coluccii Lazareus ad Leonem X.

Cod. XL. I. pag. 1. TEſtamentum, & Ordinatio Magni, & Sancti Conſtantini Graece ſcripta a Nicolao Hydruntino (1) Conſtantinopoli. Praecedebat olim huic Epiſtola Latina Nuncupatoria; ſed quum ipſius initium aliqua fortaſſe eleganti pictura eſſet exornatum, factum eſt, ut ab impia quadam manu illa reſciſſa, una etiam cum ipſa potior Epiſtolae pars exciderit, ac tantummodo pauca haec in fine ſuperfuerint: *Bene valeat ſanctitas tua, & tamdiu vivat, quoad Chriſtianae Reipublicae pacem, & ſecuritatem a Paganorum gentibus reddat, atque Imperium & Eccleſiam Romanam per totum orbem terrarum priſtinae dignitati reſtituat.* Teſtamentum Conſtantini inc. Περὶ τῶν προνομίων τῆς ἐν παλαιᾷ Ῥώμῃ ἁγίας ἐκκλησίας, κ. τ. λ. Deſ. καλῶς εἰς τὸν αἰῶνα διαφυλάττεσθαι. Concordat cum illo Codicis XVII. Plut. VIII. Catalogi noſtri Codd. Graecorum Tom. I. p. 361. §. XXVIII. quem vide. In fine legitur: Τέλος τῆς διαθήκης ϗ διατάξεως τοῦ μεγάλου ϗ ἐν ἁγίοις Κωνσταντίνου, ἥ τις ἐγράφη παρὰ Νικολάου Ὑδρουντίνου ἐν τῷ μεγάλῳ Παλατίῳ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀπὸ τῆς βίβλου τῆς συνοψισθείσης παρὰ Θεοδώρου τοῦ Βαλσαμῶν τῇ προτροπῇ τοῦ κυροῦ Βενεδίκτου τοῦ Καρδιναλίου ϗ τοποτηρητοῦ Ἰννοκεντίου τοῦ τρίτου Πάπα Ῥώμης· ἦν γὰρ τότε ὁ προρηθεὶς Νικόλαος ἐξελληνιστὴς, ϗ ἑρμηνεὺς αὐτοῦ τοῦ Καρδιναλίου, ϗ τῶν Γραικῶν ἐν ταῖς τῶν περὶ δογμάτων διαλέξεσιν. Ἔτει ,ςψιε΄. *Finis Teſtamenti, & Ordinationis Magni & Sancti Conſtantini, quam exſcripſit Nicolaus Hydruntinus in magno Palatio Conſtantinopoli ex Libro Collectionum Theodori Balſamonis, hortatu Domini Benedicti Cardinalis & Legati Innocentii III. Pont. Rom. erat enim tunc praedictus Nicolaus, ipſius Cardinalis, & Graecorum in dogmaticis diſputationibus interpres. Anno Mundi 6715. Chriſti MCCVII.*

II. pag. 10. Benedicti Coluccii Piſtorienſis Lazareus ad generoſum iuvenem Iulianum Medicem. Inc. *Publio Scipioni.* Deſ. *ſumma benivolentia proſequetur.* Hoc Opuſculum, in quo Coluccius narrat Vrbis Piſtorienſis initium, diſcordiarum ſemina, ac memorandam illam Lazari Palandrae ſociorumque pugnam contra Panciaticos, publici iuris fecit ex hoc ipſo deſcriptum Codice Cl. Franc. Ant. Zaccaria S. I. in Biblioth. Piſtorienſi Auguſtae Taurin. MDCCLII. pag. 287. & ſeqq.

Codex membranac. Ms. in 12. Saec. XVI. ineuntis, partim Graecus, partim Latinus. Conſtat foliis ſcriptis 34.

HOMILIAE DIVERSORVM AVCTORVM.

A Dominica I. de Adventu Domini uſque ad Sabbatum Sanctum.

COntinet hic antiquiſſimus Codex diverſorum Patrum Homilias in Evangelia, quae leguntur in Eccleſia Latina a Dominica I. de Adventu uſque ad ſabbatum Maioris Hebdomadae incluſive. Ii vero ſunt Ambroſius, Auguſtinus, Beda, Cyprianus, Euſebius Caeſareenſis, Fauſtinus, Fulgentius, Gregorius Papa, Ioannes Chryſoſtomus, Leo, Origenes, Severinus, & Anonymus. Cod. XLI.

I. pag. 1. Sermo S. Ambroſii Epiſcopi. Inc. *Propitia divinitate, fratres dilectiſſimi, iam adveniunt* (ſic) *dies, in quo natalem Domini Salvatoris cum gaudio deſideramus celebrare: & ideo rogo & admoneo, ut quantum poſſumus, cum Dei adiutorio laboremus &c.* Deſ. *pervenire ad aeterna praemia mereamur, praeſtante Domino &c.* Exſtat in Biblioth. Patrum Concionat. Combefiſii (2) Tom. I. pag. 10. Auguſtino adſcriptus, & in principio valde diverſus. Vide etiam Codicem I. Plut. XIV. ſupra pag. 67. §. I.

II. pag. 2. Sermo unde ſupra. Inc. *Sanctam & deſiderabilem &c.* In dicto Codice §. VI.

III. pag. 3. Sancti Gregorii Papae Homilia in Evang. Ioannis: *Erunt ſigna in ſole &c.* Inc. *Dominus, ac Redemptor noſter, fratres chariſſimi, paratos nos invenire deſiderans, ſeneſcentem mundum quae mala ſequantur denuntiat.* Deſ. *quanto tunc diſtrictionem illius timendo praevenitis.* In Biblioth. Concion. Tom. cit. pag. 12.

IV. pag. 4. *b.* Dominica II. de Adventu. Sermo Sancti Ambroſii Epiſc. Inc. *Turtur amatrix eremi &c.* ut in dicto Codice §. XIII. Ioanni Conſtantinopolitano Epiſcopo tributus.

V. pag. 6. *b.* Anonymi Homilia in Evang. Lucae: *Fuit Ioannes in deſerto baptizans.* Inc. *Adventum Dominicae praedicationis Ioannes praeveniens, ſicut ex lectione ſancti Evangelii, fratres*

(1) De hoc Nicolao vide quae ſtrictim attigimus in Catalogo noſtro Codd. Graecorum Tom. I. p. 25. §. XXXII.
(2) Editionem citavimus ſupra pag. 69. §. VI.

Digitized by Google

tres chariſſimi, audiſtis, fuit in deſerto baptizans. Deſ. *& eius ſacroſanctis mereamur communicare ſacramentis, qui vivit &c.*

VI. pag. 8. Dominica III. Epiſtola Leonis Papae ad Flavianum de Incarnatione Domini contra Eutychen. Inc. *Dilectiſſimo &c. Lectis dilectionis tuae epiſtolis &c.* ut in dicto Cod. §. XIV. Heic tamen fragmentum tantum Epiſtolae ſupereſt ob mutilationem Codicis inter pag. 8. & 9. qua factum eſt ut & Epiſtolae magna pars, & ſequentis Homiliae initium perierit. Illa igitur deſinit in verbis, *& vocabitur nomen eius magni* . . . . . haec autem incipit a verbis . . . *replebuntur*. *Iuxta hoc quod ſcriptum eſt: qui emittis fontes in convallibus &c.* quae pertinent ad Homiliam S. Gregorii Papae in Evang. Luc. *Anno quintodecimo imperii Tiberii Caeſaris &c.* pro Dominica IV. de Adventu, & incidunt in Biblioth. Concion. Tom. cit. pag. 89. verſ. 44. Finis autem Homiliae ita habet: *quid aliud quam ſupernae miſericordiae pignus tenemus*.

VII. pag. 12. *b*. Dominica IV. de Adventu. Homilia S. Gregorii Papae in Evang. Ioan. *Miſerunt Iudaei ab Hieroſolymis ſacerdotes*. Inc. *Ex huius nobis lectionis ſerie, fratres chariſſimi, Ioannis humilitas commendatur*. Deſ. *ad maiora ſemper adſcendere ex humilitate valeatis*. In Bibl. Concion. Tom. cit. pag. 73. & eſt pro Dominica III. Adventus.

VIII. pag. 14. S. Auguſtini Epiſc. Sermo in vigilia Natalis Domini. Inc. *Satis abundeque dixiſſe me credo in ſuperiore tractatu, quemadmodum compti, vel nitidi Natalem Domini ſuſcipere debeamus*. Deſ. *bonum eleemoſynae mandatum, per quod manibus operamur, corde mundamur*. Ibid. pag. 66. S. Ambroſio tributus, & eſt pro Dominica III. Adventus, & in fine penitus a noſtro diverſus. Auguſtino item adiudicatur in dicto Cod. §. VII.

IX. pag. 15. Bedae presbyteri Hom. in Evang. Matth. *Quum eſſet deſponſata mater Ieſu &c.* Inc. *Nativitatem Domini & Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti, qua aeternus ante ſaecula Dei Filius, hominis ex tempore filius apparuit, Matthaeus Evangeliſta brevi quidem ſermone, ſed plena veritate deſcribit*. Deſ. *regnum nobis Patris ſui dare dignetur aeternum Ieſus Chriſtus &c.*

X. pag. 16. *b*. In Nativitate Domini de Prophetia Lectiones tres. Prima inc. *Primo tempore alleviata eſt terra Zabulon*. Tertia deſ. *convertimini ad me, & ſalvi eritis*.

XI. pag. 17. *b*. S. Leonis Papae Sermo. Inc. *Exſultemus in Domino, dilectiſſimi, & ſpirituali iucunditate laetemur, quia illuxit dies redemptionis novae*. Deſ. *ut eumdem Deum gloriae videre mereamur in ſua maieſtate regnantem, qui cum Patre &c.* In cit. Tom. Bibl. Concion. pag. 211. & eſt Sermo II. in Nativitatem Domini.

XII. pag. 19. Eiuſdem Sermo. Inc. *Feſtivitatis hodiernae, dilectiſſimi, verus venerator eſt, & pius cultor*. Deſ. *tunc & vos cum ipſo apparebitis in gloria, qui vivit &c.* Ibid. pag. 218. & eſt Sermo VII.

XIII. pag. 20. *b*. Eiuſdem Sermo. Inc. *Excedit quidem, dilectiſſimi, multumque ſupereminet humani eloquii facultatem*. Deſ. *in unitate Deitatis Patri permanet aequalis, cum quo &c.* Ibid. pag. 221. & eſt Sermo IX.

XIV. pag. 22. Eiuſdem Sermo. Inc. *Salvator noſter, dilectiſſimi, hodie natus eſt, gaudeamus*. Deſ. *quia veritate te iudicabit, quia miſericordia te redemit Chriſtus Dominus noſter, qui vivit &c.* Ibid. pag. 210. & eſt Sermo I.

XV. pag. 22. *b*. S. Auguſtini Epiſcopi Sermo. Inc. *Audiſtis, fratres, quemadmodum nobis B. Evangeliſta &c.* ut in dicto Cod. I. §. XVIII. & in Bibl. Concion. pag. 170. ubi incipit a verbis: *Dominus noſter Ieſus Chriſtus*, & eſt Sermo VI. in Nativitatem Domini.

XVI. pag. 25. S. Gregorii Papae Hom. in Evang. Luc. *Exiit edictum &c.* Inc. *Exiit edictum, hoc eſt anno quadrageſimo imperii Octaviani, qui paene totius orbis apicem tenebat, ut mundus deſcriberetur univerſus: quod non caſu contigiſſe putandum eſt*. Deſ. *& ſanctiſſimi Patres, qui vivit & regnat Deus &c.*

XVII. pag. 27. *b*. Eiuſdem Hom. in idem Evang. Inc. *Quia largiente Domino Miſſarum ſolemnia ter hodie celebraturi ſumus, loqui diu de Evangelica lectione non poſſumus*. Deſ. *quia propter te factus eſt Deus homo*. In cit. Tom. Bibl. Concion. pag. 231.

XVIII. pag. 28. Venerabilis Bedae presbyteri Hom. in Evang. Luc. *Paſtores loquebantur ad invicem*. Inc. *Nato in Bethleem Domino Salvatore noſtro, ſicut ſacra Evangelii teſtatur hiſtoria, paſtoribus, qui in regione eadem erant vigilantes vigilias noctis &c.* Deſ. *& laudemus ipſum Deum ac Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum &c.* Eius Operum edit. Baſil. anni MDLXIII. fol. Tom. VII. pag. 421.

XIX. pag. 30. Anonymi Homil. in Evang. Ioan. *In principio erat Verbum*. Inc. *S. Ioannes Evangeliſta ſecundum Deitatem abundanter de Chriſti eſt generatione loquutus: a caeleſtibus incipiens, ad terrena deſcendit, adſerens, quia Verbum, ideſt Filius Dei, in principio erat apud Deum Patrem*. Deſ. *Dei genitrix recte & creditur & confitetur*.

XX. pag. 33. *b*. S. Auguſtini Epiſcopi Sermo in Natale S. Stephani. Inc. *Heſterno die natalem habuimus Domini Salvatoris: hodie obſequio ſummae devotionis veneramur ſancti martyris Stephani paſſionem*. Deſ. *quam rem orantibus vobis ipſe praeſtare dignetur, qui cum Patre &c.* In Append. num. CCX.

XXI. pag. 36. Eiuſdem de miraculis S. Stephani martyris. Inc. *Ad aquas Bilitanas &c.* ut in dicto Codice §. LI.

XXII. pag. 37. *b*. Anonymi Sermo in idem argumentum. Inc. *Fratres chariſſimi, celebravimus heſterna die natalem, quo Rex martyrum natus eſt mundo &c.* Deſ. *quia & anima eius placebit per eleemoſynam, & corpus per caſtitatem*. Apud Combefiſ. Tom. cit. pag. 384.

ſub

ſub Auguſtini nomine, ubi tamen eſt brevior, quam in Codice: nam poſt verba: *multo enim magis nunc exauditur pro veneratoribus ſuis, qui exauditus eſt tunc pro lapidatoribus ſuis*, in quibus, licet aliquanto diverſis, editio deſinit; ita proſequitur Codex per aliam circiter paginam: *Quamvis martyrium Sancti Stephani toto orbe celebretur &c.* Habebatur & in dicto Codice I. §. XXXVIII. qui cum edito concordat.

XXIII. pag. 39. S. Fulgentii Sermo. Inc. *Fratres chariſſimi, heſterna die celebravimus temporalem Regis noſtri natalem &c.* ut in dicto Codice §. XL. Auguſtino tributus.

XXIV. pag. 40. *b.* S. Auguſtini Epiſcopi Sermo. Inc. *Quoniam video noſtras diſputationes graphio ceraque ligari &c.* ut in dicto Cod. §. XLII.

XXV. pag. 41. *b.* Anonymi Homil. in Evang. Matth. *Dicebat Ieſus turbis Iudaeorum &c.* Inc. *Sancti Evangelii lectio narrat ſuperius, qualiter Dominus Scribas & Phariſaeos redarguit, oſtendens illos homicidas eſſe, & filios homicidarum, dicens: Vae vobis Scribae & Phariſaei.* Deſ. *donec me verum Deum credatis, & Filium Dei unigenitum a Patre pro veſtra ſalute miſſum.*

XXVI. pag. 44. In Natale S. Ioannis Evangeliſtae Excerpta duo ex eius Apocalypſi. Primum inc. *Ioannes ſeptem Eccleſiis, quae ſunt in Aſia &c.* Alterum deſ. *quid ſpiritus dicat Eccleſiis*. Deſumta ſunt ex verſu 4. Cap. I. & progrediuntur uſque ad finem Cap. II.

XXVII. S. Euſebii Caeſareenſis Sermo de Hiſtoria Eccleſiaſtica. Inc. *Adhuc apud Aſiam demorabatur ipſe quem amabat Dominus Ieſus &c.* Deſ. *& trophaea inviſibilis in eo reſurrectionis oſtendens*. Eſt Caput XXIII. Libri III. Hiſtoriae Eccleſiaſticae Euſebii Pamphili.

XXVIII. pag. 46. Venerabilis Bedae presbyteri Homil. in Evang. Ioan. *Dixit Ieſus Petro, ſequere me*. Inc. *In prooemio huius ſanctae lectionis B. Ioannes Evangeliſta tria nobis commendat, privilegium ſui amoris videlicet, deſcriptionem Evangelii, & diſſolutionem ſui corporis*. Deſ. *ſcimus enim omnes, quia verum eſt teſtimonium Ioannis, ut credentis, quod dixit: quod ipſe praeſtare dignetur &c.*

XXIX. pag. 48. *b.* S. Auguſtini Epiſcopi Sermo in Natale Innocentum. Inc. *Hodie, fratres chariſſimi, natalem illorum Infantum colimus, quos ab Herode crudeliſſimo Rege interfectos eſſe Evangelii textus loquitur*. Deſ. *ad iſtam ergo beatitudinem vos pius Dominus ſub ſua protectione perducat, cui eſt honor &c.* Apud Combefiſ. Tom. cit. pag. 446. ſed multo brevior; nam poſt verba *ignoranti ſaeculo colendus infertur*, in quibus ibi abſolvitur, in Codice alia unius circiter paginae ſubſequuntur, quorum initium: *Et quia ſcripturis divinis, fratres chariſſimi, bonos & iuſtos viros perſecutionem malorum ſemper ſuſtinuiſſe cognoſcimus &c.* Ita legebatur etiam in dicto Codice §. LV.

XXX. pag. 49. Eiuſdem alius Sermo. Inc. *Credimus Iudaeis, quia notus &c.* In dicto Codice §. LVI.

XXXI. pag. 50. Sermo unde ſupra. Inc. *Chriſto igitur ſecundum prophetiae fidem nato &c.* Ibid. § LVII.

XXXII. pag. 50. *b.* Anonymi Homil. in Evang. Matth. *Ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph*. Inc. *Poſtquam ſanctus Matthaeus Evangeliſta dixit, Magos ab Oriente veniſſe, & in Bethleem Iudae Dominum adoraſſe, atque munera obtuliſſe, & admonitos ab Angelo &c.* Deſ. *eius ſanctiſſima conceptione meruit honorari*.

XXXIII. pag. 53. Alia Homilia in idem Evang. Matth. Inc. *Nato Domino & Salvatore noſtro Ieſu Chriſto in civitate Bethleem ſecundum edicta ſancti Evangelii in diebus Herodis regis, qui erat in Iudaea, de Oriente venerunt Magi percunctantes ab Herode, ubinam eſſet Rex Iudaeorum*. Deſ. *manſuetudinem, continentiam, ut in aeternum cum illo regnare mereamur &c.*

XXXIV. pag. 54. Dominica I. poſt Natale Domini. Anonymi Homil. in Evang. Luc. *Erant Ioſeph & Maria mater Ieſu mirantes &c.* Inc. *Siquis ſuperiora Evangelii verba diligenter legendo inſpiciat, agnoſcet non ſine cauſſa Ioſeph, & Mariam ſuper his, quae dicebantur de puero Ieſu fuiſſe miratos: recolebant enim &c.* Deſ. *plenum gratiae & veritatis*.

XXXV. pag. 57. In Kalendas Ianuarii Sermo. Inc. *Evangelica modo claudenda nobis eſt tuba &c.* ut in dicto Codice §. LXVIII. S. Severino tributus.

XXXVI. pag. ead. *b.* S. Auguſtini Epiſc. Sermo. Inc. *Quamquam non dubitem vos, chariſſimi, per paternam ſollicitudinem &c.* Ibid. §. LXVII.

XXXVII. pag. 58. *b.* Sermo anepigraphus. Poſt Evang. verba, *Poſtquam conſummati ſunt dies octo &c.* inc. *Quid autem eſt hoc, quod octava die circumcideretur puer? Ille puer, qui erat Verbum in principio apud Patrem, & Deus erat Verbum &c.* Deſ. *deputari optamus, & obſecramus, praeſtante &c.*

XXXVIII. pag. 60. Origenis Sermo de Circumciſione Domini. Inc. *Quod mortuus eſt Chriſtus, peccato mortuus eſt &c.* ut in dicto Codice §. LXX.

XXXIX. pag. ead. *b.* S. Ambroſii Sermo. Inc. *Circumciditur itaque puer &c.* Ibid. §. LXIX.

XL. pag. 61. Anonymi Homil. in dictum Evang. Luc. Inc. *Quia Circumciſionem mediatoris Dei & hominis, Domini Ieſu Chriſti in capite huius lectionis commemoratam audivimus, conſiderare oportet quo tempore, vel a quibus Patribus ritus eius Circumciſionis exordium ſumpſit*. Deſ. *una cum ruina ſuae civitatis omnes perirent*.

XLI. pag. 63. *b.* In vigilia Epiphaniae Domini. Anonymi Homil. in Evang. Matth. *Defuncto Herode ecce iterum apparuit &c.* Inc. *Redemptoris Domini noſtri Ieſu Chriſti in carne oſtenſionem veneranda praevenientes ſolemnitate,*

Digitized by Google

tate, opportunum eſt ex lectione ſancti Evangelii pauca verba ad utilitatem veſtram proferre. Ait namque Evangeliſta. Deſ. *ut faciatis eius voluntatem, facientis in vobis quod placet coram ſe, per Ieſum Chriſtum &c.*

XLII. pag. 64. *b.* Iſaiae Prophetae Lectiones tres in Epiphaniam Domini. Prima inc. *Omnes ſitientes venite ad aquas.* Tertia deſ. *& vocabunt eos populus ſanctus redempti a Domino.*

XLIII. pag. 65. *b.* S. Auguſtini Epiſcopi Sermo. Inc. *Nuper celebravimus diem, quo ex Iudaeis Dominus &c.* ut in dicto Cod. §. LXXI.

XLIV. pag. 66. *b.* Homilia unde ſupra. Inc. *Hodierni diei univerſo mundo nota ſolemnitas &c.* Ibid. §. LXXII. & eſt D. Auguſtini.

XLV. pag. 67. *b.* Sermo unde ſupra. Inc. *Ad partum Virginis adorandum Magi &c.* Ibid. §. LXXIII. item Auguſtini.

XLVI. pag. 68. *b.* S. Leonis Papae Sermo. Inc. *Celebrato proximo die, quo intemerata Virginitas &c.* Ibid. §. XCI.

XLVII. pag. 69. Sermo unde ſupra. Inc. *Gaudete in Domino, dilectiſſimi, iterum dico gaudete, quoniam brevi intervallo temporis &c.* Deſ. *ut promiſſarum beatitudinum mereamur eſſe conſortes, per Chriſtum &c.* Apud Combef. Tom. II. pag. 82.

XLVIII. pag. 70. Sermo unde ſupra. Inc. *Cauſſam, dilectiſſimi, & rationem &c.* In dicto Cod. §. XCII.

IL. pag. 71. S. Gregorii Papae Homil. in Evang. Matth. *Quum natus eſſet Ieſus in Bethleem &c.* Inc. *Sicut ex lectione Evangelica, fratres, audiſtis, caeli rege nato, rex terrae turbatus eſt.* Deſ. *ad eam malis amaricati redeamus.* Apud Combef. Tom. cit. pag. 99.

L. pag. 73. In octava Epiphaniae Domini. Bedae Presbyteri Homil. in Evang. Matth. *Venit Ieſus a Galilaea in Iordanem.* Inc. *Lectio ſancti Evangelii, quam modo fratres audivimus, magnum nobis & in Domino, & in ſervo dat perfectae humilitatis exemplum.* Deſ. *quam conſervare in nobis intemeratam dignetur ipſe qui dedit Ieſus Chriſtus &c.* In cit. eius Operum edit. Tom. VI. pag. 450.

LI. pag. 75. *b.* Dominica I. poſt Epiphaniam. Eiuſdem Homil. in Ev. Luc. *Quum factus eſſet Ieſus annorum duodecim.* Inc. *Aperta nobis eſt, fratres chariſſimi, ſancti Evangelii lectio recitata, neque opus eſt ut in ea quid exponendo, ſed potius admonendo loquamur.* Deſ. *cuius beneficiis, & muneribus aeternis ſit laus &c.* Ibid. pag. 280. & apud Combef. Tom. cit. pag. 125.

LII. pag. 78. Dominica II. poſt Epiph. S. Auguſtini Epiſcopi Homil. in Evang. Ioan. *Nuptiae factae ſunt &c.* Inc. *Miraculum quidem Domini noſtri Ieſu Chriſti, quo de aqua vinum fecit, non eſt mirum iis, qui noverunt, quia Dominus fecit.* Deſ. *hoc ait menſura pertingendi uſque ad vos.* Apud Combef. Tom. cit. a pag. 221. ad pag. 228. ubi in duas diviſa eſt, quarum altera incipit a verbis: *Adſit Dominus Deus noſter, ut donet nobis reddere quod promiſimus &c.*

LIII. pag. 85. *b.* Dominica III. poſt Epiph. Anonymi Homil. in Evang. Matth. *Quum deſcendiſſet Ieſus de monte.* Inc. *Superior textus Evangelii narrat, quod Dominus in monte ſedens octo beatitudines diſcipulos docuit: quibus finitis adnectit quod in capite huius lectionis audivimus.* Deſ. *& ſanatus eſt puer ex illa hora.*

LIV. pag. 89. *b.* Dominica IV. poſt Epiph. S. Severini Homil. in Evang. Matth. *Adſcendente Ieſu in naviculam &c.* Inc. *Eccleſiaſticae lectiones ſic divino diſpenſantur arcano, ut & peritis ſcientiam conferant altiorem, & ſimplicibus ſalutaris intelligentiae gratiam largiantur.* Deſ. *ſerviamus Deo bono, ut non malis gentibus ſerviamus.* Apud Combef. Tom. cit. pag. 265. ubi tamen S. Petri Chryſologi Epiſc. Rav. nomen praeſefert.

LV. pag. 90. *b.* In Purificatione S. Mariae Virginis Sermo S. Auguſtini. Inc. *Hodiernus dies magnum nobis contulit gaudium, in quo Chriſtus infans in templo eſt praeſentatus. Exſultent ergo Virgines &c.* Deſ. *& amplexus eſt eum.* In Bibliotheca Homiliar. & Sermon. Laurentii Cum-Dii, & Gerardi Moſam Lugduni ex officina Iunctar. MDLXXXVIII. Tom. IV. pag. 98. ſub Auguſtini nomine.

LVI. pag. 91. Ambroſii Epiſc. Sermo. Poſt Evangelii verba: *Ecce homo erat in Ieruſalem &c.* inc. *Non ſolum ab Angelis &c.* In dicto Cod. §. XCV.

LVII. pag. 93. Bedae Presbyteri Homil. in Evang. Luc. *Poſtquam impleti ſunt dies purgationis &c.* Inc. *Solemnitatem nobis hodiernae celebritatis, quam quadrageſimo Dominicae nativitatis die debitis veneramur officiis &c.* Deſ. *aeternae ſuae viſionis luce reficit I. C. D. N. qui vivit &c.* In cit. eius Operum edit. Tom. VI. pag. 456.

LVIII. pag. 95. In Cathedra S. Petri Sermo Anonymi. Inc. *Inſtitutio ſolemnitatis hodiernae a ſenioribus noſtris Cathedrae nomen accepit.* Deſ. *in aeternum cum ſanctis eſſe mereatur.* Duos hic complectitur Auguſtini Sermones in unum conflatos, qui habentur in dicto Codice ſub §. XCVIII. & CI. Inter Auguſtini ſuppoſitos in Appendice ſunt ſub num. CXC. & CXCI.

LIX. pag. 95. *b.* Dominica in Septuageſima. S. Gregorii Papae Homil. in Evang. Matth. *Simile eſt regnum caelorum homini patriſamilias.* Inc. *In explanatione ſua multa ad loquendum ſancti Evangelii lectio poſtulat, quam volo, ſi poſſum, ſub brevitate perſtringere.* Deſ. *Deus meus, miſericordia mea.* Apud Combef. Tom. cit. pag. 311.

LX. pag. 98. Dominica in Sexageſima. Eiuſdem Homil. in Evang. Luc. *Exiit qui ſeminat.* Inc. *Lectio ſancti Evangelii, quam modo, fratres chariſſimi, audiſtis, expoſitione non indiget, ſed admonitione.* Deſ. *eorum tunc conſortes eſſe valeatis.* Ibid. pag. 332.

LXI. pag. 100. Dominica in Quinquageſima.

Digitized by Google

ma. Eiuſdem Homil. in Evang. Luc. *Aſſumpſit Ieſus duodecim Diſcipulos*. Inc. *Redemptor noſter praevidens ex paſſione ſua Diſcipulorum animos perturbandos*. Deſ. *& omnis plebs ut vidit, dedit laudem Deo*. Ibid. pag. 346.

LXII. pag. 101. *b*. Feria IV. Caput ieiunii. Sermo S. Severini. Inc. *Vbi Deus Dominum mutavit in Patrem, voluit charitate magis, quam poteſtate regnare, & amari maluit, quam timeri*. Deſ. *a Deo fideiuſſore portantur*. Ibid. pag. 400. & eſt S. Petri Chryſologi Epiſc. Ravennat. de Hypocriſi Sermo 1.

LXIII. pag. 102. *b*. Origenis Homil. in Evang. Matth. *Quum ieiunatis &c*. Inc. *Superabundanter & digne Dominus conſequentia orationis ieiunium commendavit*. Deſ. *noſtra autem converſatio in caelis eſt; unde exſpectamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum &c*. Ibid. pag. 353. Finis autem diſcrepat, quia poſt verba *ideo quia non in caelis theſaurizat ſibi*, quae in editione ſunt circa finem Homiliae, ita proſequitur Codex per alios circiter quinquaginta verſus: *ſed ſolum in terra corruptibile deſiderium imprudenter theſaurizare ſibi feſtinant. Vos vero, o dulciſſimi Eccleſiae filii &c*.

LXIV. pag. 105. Fer. V. S. Leonis Papae Sermo. Inc. *Dilectiſſimi nobis, fides veſtra nos admonet &c*. In dicto Cod. §. CLVIII.

LXV. pag. ead. *b*. S. Ioannis Epiſcopi de Poenitentia. Inc. *Provida mente, & profundo cogitatu &c*. Ibid. §. CXLII.

LXVI. pag. 107. *b*. Origenis Homil. in Evang. Matth. *Audiſtis quia dictum eſt antiquis &c*. Inc. *Sicut illa alia praecepta data eis fuerant in Lege, ſic & hoc; ſicut enim ad dimittendas uxores iuſſum fuit, ne eas interficerent, ſic & ad odiendum inimicum mandatum ſuis, ut & amicum non odiſſent*. Deſ. *implentibus praecepta ſua aeternam mercedem &c*.

LXVII. pag. 111. Sabbato. S. Hieronymi Presbyteri Homil. in Evang. Marc. *Quum ſero eſſet, erat navis in medio mari*. Inc. *Labor diſcipulorum in remigando, & contrarius eis ventus, labores ſanctae Eccleſiae varios deſignat*. Deſ. *& illius poſtea fruimur maieſtate*. Apud Combeſ. Tom. cit. pag. 479. ſub Bedae Presbyteri nomine.

LXVIII. pag. 112. Dominica I. in Quadrageſima. S. Auguſtini Epiſcopi Sermo. Inc. *Hos ſanctae Quadrageſimae dies*. In dicto Cod. §. CXXXIX.

LXIX. pag. 113. Eiuſdem alius Sermo. Inc. *Moyſes quadraginta diebus, & quadraginta noctibus in eremo ieiunavit*. Ibid. §. CXXXVIII.

LXX. pag. ead. *b*. S. Fauſtini Sermo. Inc. *Rogo vos, & admoneo, fratres chariſſimi, ut in iſto legitimo &c*. Ibid. §. CXXV. Auguſtino tributus.

LXXI. pag. 115. S. Gregorii Papae Homil. in Evang. Matth. *Ductus eſt Ieſus in deſertum*. Inc. *Dubitari a quibuſdam ſolet, a quo ſpiritu ſit Ieſus ductus in deſertum*. Deſ. *quod nobis iuſte competit, relaxamus*. Apud Combeſ. Tom. cit. pag. 549.

LXXII. pag. 116. *b*. Fer. II. Origenis Homil. in Evang. Matth. *Quum autem venerit filius hominis &c*. Inc. *Indiſcuſſus quidem ſermo videtur eſſe manifeſtus, quaſi exhortans homines ad dandum, & largiendum*. Deſ. *poſtea quae honoris ſunt appetamus bona*. Apud Combeſ. Tom. III. pag. 12.

LXXIII. pag. 120. *b*. Fer. III. Anonymi Homil. in Evang. Matth. *Quum intraſſet Ieſus Hieroſolymam commota eſt &c*. Poſt repetita Evangelii verba inc. *In iſtis enim nunc duobus clamoribus dictis ex conſenſu praecedentium & ſequentium Ieſum &c*. Deſ. *ſed in agro parvulo apud Lazarum ſororeſque eius habitaverit; eorum quippe vicus Betania eſt*. Ibid. pag. 40. ſed in Codice videtur eſſe aliquanto longior, atque prolixior.

LXXIV. pag. 122. *b*. Fer. IV. Ioannis Oſaurei Homil. in Evang. Matth. *Acceſſerunt ad Ieſum Scribae, & Phariſaei &c*. Inc. *O impietas, o duritia, o pernicioſa iniquitas! Signum videre quaeritis, & innumerabilia ſigna iam videntes non credidiſtis; mira & terribilia circumſpicientes non dilexiſtis*. Deſ. *& regni eius promiſſam hereditatem percipere mereamur, praeſtante Domino &c*.

LXXV. pag. 126. *b*. Fer. V. Origenis Homil. in Evang. Marc. *Surgens Ieſus abiit in fines Tyri, & Sidonis*. Inc. *Dominus noſter Ieſus Chriſtus ipſe criminum diſtraxit veſtigia, ut nullus vitam ſuam etiam in extrema aetate deſperet, nec dicat intra ſe, peccavi, quid faciam?* Deſ. *& pro his omnibus agamus gratias omnipotenti Deo vivo, & aeterno, cui eſt gloria &c*.

LXXVI. pag. 129. Fer. VI. Venerab. Bedae Presbyteri Homil. in Evang. Ioan. *Erat dies feſtus Iudaeorum &c*. Inc. *Duo pariter miracula humanae ſanationis hodierna nobis ſancti Evangelii lectio tradidit: unum inviſibiliter per Evangelicam adminiſtrationem, alterum per Dominicam praeſentiam viſibiliter exhibitum: ſed utriuſque nobis ſunt breviter exponenda myſteria*. Deſ. *neque in utraque natura ſe feciſſe fingendo quod non erat, ſed in utraque monſtrare veraciter praedicando quod erat, qui nos ad videndam perpetuam gloriam ſuae maieſtatis introducere dignetur, in qua vivit &c*. Apud Combeſ. Tom. cit. pag. 136. ſed valde diverſa; primo enim notandum eſt, verba illa *Duo pariter miracula &c*. unde exorditur in Codice, incidere in edit. pag. 136. col. 2. verſ. 4. tum ea, quae leguntur ibidem a verbis: *ſaepe infirmatur homo, ne extollatur in donis Dei &c*. (pag. 138. col. 1. verſ. 1.) uſque ad finem, toto caelo a lectione Codicis diſtare; quae enim ibi quadraginta circiter verſibus perſtricta ſunt, heic trium paginarum intervallo fuſius differuntur & explicantur, & quidem ita: *Quinque etenim modis in ſcripturis infirmitas corporalis hominibus data reperitur: peccatoribus videlicet, ut vel corrigantur per poenitentiam, vel ſi corrigi non merentur, etiam in hac vita qualiter aeterna morte damnandi ſint, appareat &c*.

LXXVII.

Digitized by Google

LXXVII. pag. 131. *b.* Sabbato. S. Leonis Papae Homil. in Evang. Matth. *Adſumpſit Ieſus Petrum & Iacobum &c.* Inc. *Evangelica lectio, dilectiſſimi, quae per aures corporis interiorem mentium noſtrarum pulſavit auditum, ad magni ſacramenti nos intelligentiam vocat.* Deſ. *ipſum audite, qui vivit &c.* Ibid. p. 157.

LXXVIII. pag. 133. *b.* Dominica II. in Quadrageſima. Sermo eiuſdem. Inc. *Hebraeorum quondam populus &c.* ut in dicto Cod. §. CXLV.

LXXIX. pag. 134. Alius eiuſdem Sermo. Inc. *Appropinquante, dilectiſſimi, ſolemnitate Paſchali &c.* Ibid. §. CXLVII.

LXXX. pag. 135. *b.* Anonymi Homil. in Evang. Matth. *Egreſſus Ieſus ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis.* Inc. *Hic namque Matthaeus Evangeliſta non narrat, unde egreſſus fuiſſet Ieſus; ſed tamen ſupra textus Evangelii narrat, qualiter Dominus, & diſcipuli eius a Scribis & Phariſaeis calumniatoribus ſuis, graviſſimis interrogationibus obiurgati ſint.* Deſ. *uſque dum a Domino audire mereatur: o mulier, magna eſt fides tua; fiat tibi ſicut vis.*

LXXXI. pag. 139. Fer. II. Sancti Auguſtini Epiſcopi Homil. in Evang. Ioan. *Dixit Ieſus turbis Iudaeorum, ego vado, & vos quaeretis me.* Inc. *Lectio ſancti Evangelii, quae praeceſſit hodiernam lectionem, ita concluſerat, quia loquutus eſt docens in gazophylacio Dominus.* Deſ. *craſtino redditur per ipſum, qui vivit &c.* Apud Combeſ. Tom. cit. pag. 173.

LXXXII. pag. 140. Fer. III. Ioannis Conſtantinopolitani Epiſcopi Sermo in Evang. Matth. *Super cathedram Moyſi ſederunt Scribae.* Inc. *Poſtquam Dominus impios ſacerdotes ſuper ſe irruentes quaſi feras beſtias quodam venabulo acutiſſimae reſponſionis proſtravit.* Deſ. *iſtorum autem ipſe filius, qui erat cauſſa convivii, qui vivit &c.* Ibid. pag. 203. ſub Auctoris imperfecti in Matthaeum nomine, ubi quinque circiter verſus in fine longior.

LXXXIII. pag. 142. *b.* Fer. IV. Eiuſdem Sermo in Evang. Matth. *Ecce adſcendimus Hieroſolymam.* Inc. *Omnis gloria Dei, & omnis ſalus hominum in Chriſti morte poſita eſt.* Deſ. *nec eſt vera imago, quae ſimilis non eſt auctori.* Ibid. pag. 225. item ſub Auctoris imperfecti in Matthaeum nomine.

LXXXIV. pag. 146. *b.* Fer. V. Eiuſdem Homilia in Evang. Luc. *Homo quidam erat dives.* Poſt repetita Evangelii verba inc. *Quoniam dixerat, nemo ſervus poteſt Deo ſervire, & mammonae, & reprehenſus fuerat a Phariſaeis, qui avari erant &c.* Deſ. *ſed ſtate in illis viis, & quaerite viam Chriſti, cuius ſit gloria &c.* Ibid. pag. 246.

LXXXV. pag. 149. *b.* Fer. VI. Eiuſdem Sermo in Evang. Matth. *Homo erat paterfamilias, qui plantavit vineam.* Poſt repetita Evangelii verba inc. *Homo nomine, non natura, ſimilitudine, non veritate.* Deſ. *nonne, ſi potuiſſet fieri, manus mitterent in Deum, & occiderent eum, ut iam licenter peccarent.* Ibid. p. 329. ſub Auctoris imperfecti in Matthaeum nomine.

LXXXVI. pag. 152. Sabbato. S. Hieronymi Presbyteri Sermo in Evang. Luc. *Homo quidam habuit duos filios.* Poſt repetita Evangelii verba inc. *Hominem Deum dici multis teſtimoniis ut ibi approbatur, duorum hominum teſtimonium verum eſt. Ego de me teſtimonium dico, & Pater, qui me miſit.* Deſ. *ideſt panibus ſit vita ſuſtentanda, non ſiliquis, qui vivit &c.*

LXXXVII. pag. 156. *b.* Dominica III. in Quadrageſima. Sermo S. Leonis Papae. Inc. *Apoſtolica, dilectiſſimi, doctrina nos admonet, ut deponentes veterem hominem &c.* ut in dicto Cod. §. CXLVI.

LXXXVIII. pag. 157. *b.* Eiuſdem Sermo. Inc. *Semper quidem, dilectiſſimi, miſericordia Domini &c.* Ibid. §. CXLVIII.

LXXXIX. pag. 158. *b.* Venerab. Bedae Presbyteri Homilia in Evang. Luc. *Erat Dominus eiiciens Daemonium.* Inc. *Daemoniacus iſte apud Matthaeum non ſolum mutus, ſed & caecus fuiſſe narratur.* Deſ. *ſed abnegare & blaſphemare quaerebant.* Apud Combeſ. Tom. cit. pag. 400.

XC. pag. 160. *b.* Fer. II. S. Ambroſii Epiſc. Homil. in Evang. Luc. *Dixerunt Phariſaei ad Ieſum: Quanta audivimus facta in Capharnaum.* Poſt Evangelii verba: *Amen dico vobis, quod nemo propheta acceptus eſt in patria ſua*, inc. *Non mediocriter invidia proditur, quae charitatis oblita, in acerba odia cauſſas amoris inflectit.* Deſ. *ſed pro toto orbe moreretur.* Ibid. pag. 408.

XCI. pag. 162. *b.* Fer. III. S. Hieronymi Presbyteri Sermo in Evang. Luc. *Reſpiciens Ieſus diſcipulos ſuos dixit Simoni Petro, ſi peccaverit &c.* Poſt repetita Evangelii verba inc. *Si peccaverit in nos frater noſter, & in qualibet cauſſa nos laeſerit, dimittendi habemus poteſtatem.* Deſ. *quoties peccare non poſſet.* Ibid. pag. 431.

XCII. pag. 163. S. Cypriani Epiſcopi Sermo. Inc. *Admonet nos Dominus Deus noſter non negligere invicem peccata noſtra, non quaerendo quod reprehendas, ſed videndo quod corrigas.* Deſ. *ſimul ergo, fratres, in Dominico agro bonum operemur, ut ſimul de mercede gaudeamus.* Ibid. pag. 442. ſub Auguſtini nomine. In Codice vero multa deſunt circa medium; poſt verba enim *bene diceres*: *nolo deſcendere, ſi noluiſſes exaltare* (edit. pag. 443. col. 1. verſ. 25. ubi pro *exaltare* legitur *ruere*) ſequuntur continuo illa: *neminem Deum timentem ſub verbis eius &c.* (edit. p. 444. col. 2. verſ. 62.)

XCIII. pag. 164. *b.* Fer. IV. S. Hieronymi Presbyteri Sermo in Evang. Matth. *Acceſſerunt ad Ieſum Scribae, & Phariſaei dicentes: quare diſcipuli tui tranſgrediuntur &c.* Poſt Evang. verba: *Quare &c.* inc. *Mira Phariſaeorum Scribarumque ſtultitia: Dei filium arguunt, quare hominum traditiones & praecepta non ſervet.* Deſ. *intelligit cor amoris iaculo vulneratum.* Ibid. pag. 455.

XCIV. pag. 165. *b.* Fer. V. S. Ambroſii Epiſcopi Homilia in Evang. Luc. *Surgens Ieſus de ſynagoga introivit in domum Simonis.*

Poſt Evangelii verba: *Socrus autem Simonis &c.* inc. *Vide clementiam Domini Salvatoris: nec indignatione commotus &c.* Deſ. *ſervare non poſſint*. Ibid. pag. 465. ſed multo brevior; ibi enim incipit a verbis: *Fortaſſis etiam in typo mulieris illius &c.* quae in Codice occurrunt circa medium. Habes etiam in Tom. I. eius Operum cit. edit. a pag. 1349. ad pag. 1352.

XCV. pag. 167. Item unde ſupra Sermo S. Auguſtini. Inc. *Quum veniſſet Ieſus in domum Petri, vidit ſocrum eius iacentem, & febricitantem. In ſocrum Petri vitioſa infidelitas aeſtimatur affectio, cui adiacet libertas voluntatis*. Deſ. *quia per Dei fidem vivos vivo oporteat adhaerere*.

XCVI. pag. 168. Fer. VI. Eiuſdem Homil. in Evang. Ioan. *Ieſus fatigatus ex itinere &c.* Inc. *Non rude eſt auribus charitatis veſtrae, Evangeliſtam Ioannem, velut aquilam, volare altius, caliginemque terrae tranſcendere*. Deſ. *quoniam vere eſt Salvator mundi, qui vivit &c.* Apud Combef. Tom. cit. pag. 519. ſed initio diverſa, ac unam circiter paginam longior in Codice; prima enim editionis verba: *Iam erga bis peractis, per quae pervenit ad collocutionem &c.* incidunt in Codicis paginam 168. *b.* verſ. 34.

XCVII. pag. 173. Sabbato. Eiuſdem Homil. in Evang. Ioan. *Perrexit Ieſus in montem Oliveti*. Inc. *In montem Oliveti, in montem fructuoſum, in montem unguenti*. Deſ. *ut invenias, quod promiſi*. Ibid. pag. 543.

XCVIII. pag. 174. *b.* Dominica media Quadrageſimae. S. Leonis Papae Sermo. Inc. *Dilectiſſimi nobis, fides veſtra vos admonet reliqua promere documenta &c.* Idem Sermo ac ſuperior §. LXV.

IC. pag. 175. Eiuſdem alius Sermo. Inc. *Devotionis quidem veſtrae, dilectiſſimi, novimus hunc eſſe fervorem & in ieiuniis, quae Domini Paſcha praeveniunt*. Deſ. *ut in tentationem non inducamur, & malis omnibus liberemur, per Dominum &c.* In eius Operum edit. Venetae A. MDCCXLVIII. apud Andr. Polettam fol. Tom. I. pag. 46.

C. pag. 176. S. Auguſtini Epiſcopi Homil. in Evang. Ioan. *Abiit Ieſus trans mare Galilaeae*. Inc. *Miracula, quae fecit Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ſunt quidem divina opera, & ad intelligendum Deum de viſibilibus admonent humanam mentem*. Deſ. *& Angelorum, & Prophetarum Dominus erat*. Apud Combef. T. IV. p. 27.

CI. pag. 177. *b.* Fer. II. Eiuſdem Homil. in Evang. Ioan. *Prope erat Paſcha Iudaeorum*. Inc. *In pſalmo audiſtis gemitum pauperis, cuius membra per totam terram tribulationes patiuntur uſque in finem ſaeculi*. Deſ. *& idem verax Evangeliſta teſtatur*. Ibid. a pag. 64. ad. p. 68. ubi in duas dividitur Homilias, quae in Codice unica eſt, & quidem in principio multo longior; verba enim illa: *Aliam rem nobis Evangeliſta narrat, ſicut ſe habebat recordatio annuntiantis &c.* unde exorditur in editione Homilia prima, occurrunt in Codice poſt duas circiter paginas.

CII. pag. 180. *b.* Fer. III. Eiuſdem Homil. in Evang. Ioan. *Iam die feſto mediante*. Inc. *Heſterno die hucuſque lectum erat, quia licet non vidiſſent Dominum Ieſum in templo per diem feſtum, loquebantur tamen de illo*. Deſ. *ita verbis Domini proficimus, & ut proficiamus gratia illius adiuvemur, qui cum Patre &c.* Ibid. a pag. 88. ad pag. 92. & quidem in duas Homilias diſtributa, & in principio tres verſus longior.

CIII. pag. 183. *b.* Fer. IV. Eiuſdem Homilia in Evang. Ioan. *Praeteriens Ieſus vidit hominem caecum*. Inc. *Prolixa lectio recitata eſt, quam ſi univerſam tractare conemur pro ſui dignitate &c.* Deſ. *quoniam prius venit, non ut iudicet mundum, ſed ut ſalvetur mundus per ipſum, qui vivit &c.* Ibid. pag. 143. in principio duos verſus longior, & in fine multo brevior, quam in Codice, in quo poſt illa: *& procidens adoravit eum*, quibus in edit. clauditur, ſequuntur alia multa, quorum initium: *Dixit ei Ieſus: modo dies ille eſt inter lucem & tenebras diſcernens &c.* & unius ferme dimidium paginae occupant.

CIV. pag. 186. Fer. V. Eiuſdem Homil. in Evang. Ioan. *Pater meus uſque modo operatur*. Inc. *Ioannes Evangeliſta inter conſortes & comparticipes ſuos alios Evangeliſtas hoc praecipuum & proprium donum accepit a Domino, ſuper cuius pectus in convivio diſcumbebat*. Deſ. *timeo, ne ſine cauſſa laboraverim in vobis*.

CV. pag. 189. Fer. VI. Eiuſdem Homil. in Evang. Ioan. *Erat quidam languens Lazarus*. Inc. *Inter omnia miracula, quae fecit Dominus noſter Ieſus Chriſtus. Lazari reſuſcitatio praecipue praedicatur*. Deſ. *ſed quomodolibet, & a quibuslibet ad Phariſaeos iſta perlata ſunt*. Apud Combef. Tom. IV. pag. 191. ſed in Codice octo circiter verſus longior in fine.

CVI. pag. 193. *b.* Sabbato. Eiuſdem Homil. in Evang. Ioan. *Ego ſum lux mundi*. Inc. *Quod modo audivimus, & intenti accepimus, quum ſanctum Evangelium legeretur, non dubito, quod omnes etiam intelligere conati ſumus*. Deſ. *audi de illis Evangelio ipſam prolatam ſententiam, & lux lucet in tenebris, & tenebrae eam non comprehenderunt*. Ibid. a p. 224. ad p. 227. col. 2. verſ. 58. In Codice enim coniungitur una cum prima, etiam pars Homiliae ſecundae, omiſſis tamen primis quatuor huius ſecundae Homiliae verſibus; ita enim fit iſta coniunctio: *Sed habebit lumen vitae. Et ſi adhuc velimus de illo lumine diſputare &c.*

CVII. pag. 196. *b.* Dominica de Paſſione. Sermo S. Leonis Papae. Inc. *Sacramentum, dilectiſſimi, Dominicae paſſionis, quam Dominus Ieſus &c.* ut in dicto Cod. §. CXC.

CVIII. pag. 197. *b.* Eiuſdem alius Sermo. Inc. *Exigit fides, dilectiſſimi, ut partem Sermonis &c.* Ibid. §. CXCI.

CIX. pag. 198. S. Gregorii Papae Homil. in Evang. Matth. *Quis ex vobis arguet me de peccato*. Inc. *Penſate, fratres chariſſimi, manſuetudinem Dei: relaxare peccata venerat*. Deſ. *iratum poſtmodum evadere nequaquam poſſit*. Apud Combef. Tom. cit. p. 270.

CX.

Digitized by Google

CX. pag. 199. *b.* Fer. II. S. Auguſtini Epiſcopi Homil. in Evang. Ioan. *Miſerunt Principes, & Phariſaei miniſtros, ut apprehenderent Ieſum.* Inc. *Principes vero illi ſunt, qui audita multitudinis fide, & eo murmure, quo Chriſtus glorificabatur.* Deſ. *quem accepturi erant credentes in eum.* Ibid. a pag. 285. ad pag. 287. col. 2. verſ. 26. Codex enim cum Homilia prima potiorem etiam ſecundae partem coniungit.

CXI. pag. 211. Fer. III. Eiuſdem Homil. in Evang. Ioan. *Ambulabat Ieſus in Galilaeam.* Inc. *In iſto Evangelii capitulo, fratres, Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſecundum hominem ſe plurimum commendavit fidei noſtrae.* Deſ. *ſed clarius perſonet, bonus eſt.* Ibid. pag. 299.

CXII. p. 213. *b.* Fer. IV. Eiuſdem Homil. in Evang. Ioan. *Facta ſunt Encaenia.* Inc. *Quod iam commendavi dilectioni veſtrae, ſtabiliter meminiſſe debetis, ſanctum Ioannem Evangeliſtam nolle nos ſemper lacte nutriri.* Deſ. *denique quod ſequitur: & multi crediderunt in eum.* Ibid. pag. 313. ſed in Codice triginta circiter verſus longior in fine.

CXIII. pag. 215. *b.* Fer. V. S. Gregorii Papae Homil. in Evang. Luc. *Rogabat Ieſum quidam Phariſaeus, ut manducaret &c.* Inc. *Cogitanti mihi de Mariae poenitentia flere libet, quam aliquid dicere: cuius enim vel ſaxeum pectus illae huius peccatricis lacrymae ad exemplum poenitendo non emolliant?* Deſ. *quae fletibus lavatur in Chriſto Ieſu Domino noſtro &c.* Eſt in edition. Operum Pariſienſi A. MDCCV. fol. Hom. XXXIII.

CXIV. pag. 217. *b.* Fer. VI. S. Auguſtini Epiſcopi Homil. in Evang. Ioan. *Collegerunt Pontifices & Phariſaei concilium &c.* Inc. *Collegerunt Pontifices & Phariſaei conſilium, & dicebant, quid facimus? nec tamen dicebant, credamus.* Deſ. *quam ſe oſtendendo magis offenderent.* Apud Combef. Tom. cit. pag. 342.

CXV. pag. 218. S. Leonis Papae Sermo. Inc. *Magnitudo quidem, dilectiſſimi, ineffabilis Sacramenti, ita humanae intelligentiae &c.* ut in dicto Cod. §. CLXXIX.

CXVI. pag. 219. Sabbato. S. Auguſtini Epiſcopi Homil. in Evang. Ioan. *Amen amen dico vobis: niſi manducaveritis carnem filii hominis &c.* Inc. *Quomodo quidem detur, & quiſnam modus ſit manducandi iſtum panem ignoratis. Verumtamen niſi manducaveritis carnem filii hominis &c.* Deſ. *accepit oraculum, vicit diabolum, pervenit ad triumphum.*

CXVII. pag. 222. *b.* Dominica in ramis palmarum. S. Ambroſii Epiſcopi Sermo. Inc. *Veniente Domino noſtro Ieſu Chriſto ad urbem Ieruſalem &c.* ut in dicto Cod. §. CLXXIII. & apud Combef. Tom. cit. pag. 385.

CXVIII. pag. 223. Eiuſdem alius Sermo. Inc. *Video vos, fratres, hodie attentius quam ſoletis &c.* In dicto Cod. §. CLXXII. & apud Combef. loc. cit. pag. eadem.

CXIX. pag. ead. *b.* Eiuſdem alius Sermo. Inc. *Retinet adhuc ſenſus veſter, fratres, nos hoc ſuperiore Dominica &c.* In dicto Cod. §. CXXI.

CXX. pag. 224. Eiuſdem Homilia in Evang. Luc. *Et factum eſt, quum appropinquaſſet Betphage.* Inc. *Pulcre relictis Iudaeis habitaturus in affectibus gentium templum Domini adſcendit. Hoc enim templum eſt verum, in quo non in littera, ſed in ſpiritu Dominus adoratur.* Deſ. *conſidera igitur quid tibi ad exemplum vivendi Dominica geſta praeſcribant.* Inter eius Opera Lib. IX. in Luc. a §. 1. uſque ad §. 18.

CXXI. pag. 225. Fer. II. Beati Auguſtini Homil. in Evang. Ioan. *Ante ſex dies Paſchae.* Poſt repetita Evangelii verba, inc. *Ne putarent homines phantaſma eſſe factum, quia mortuus reſurrexit.* Deſ. *non ſuae poteſtati denegavit.* Apud Combef. Tom. V. pag. 6. ſeqq. ſed in Codice multo longior; nam poſt verba *vel negare, quod invenerunt videre*, in quibus editio deſinit, in Codice ſubſequuntur alia, quae tres circiter paginas occupant, & incipiunt: *Turba quae ſtabat & audierat, dicebat tonitruum factum eſſe &c.*

CXXII. p. 228. Fer. III. Eiuſdem Homil. in Evangelium Ioan. *Amen amen dico vobis: non eſt ſervus maior domino ſuo.* Inc. *Audivimus ſanctum Evangelium, loquente Domino atque dicente: Amen amen dico vobis, non eſt ſervus maior domino ſuo, neque Apoſtolus maior eo, qui miſit illum. Si haec ſcitis, beati eritis ſi feceritis ea.* Deſ. *quod erat tam proxime futurum.*

CXXIII. pag. 232. Fer. IV. S. Leonis Papae Sermo. Inc. *Sermonem, dilectiſſimi, glorioſa D. N. I. C. paſſione promiſſum &c.*, ut in dicto Cod. §. CLXXXIII.

CXXIV. pag. ead. *b.* Unde ſupra Sermo. Inc. *Scio quidem, dilectiſſimi, Paſchale feſtum tam ſublimis eſſe myſterii &c.* Ibid. § CLXXXIV.

CXXV. pag. 234. Lamentationes Ieremiae Prophetae, & Lectiones ad Matutinum feriae quintae in Coena Domini.

CXXVI. pag. 236. S. Auguſtini Epiſcopi Homilia in Evang. Ioan. *Sciens Ieſus quia venit hora.* Inc. *Paſcha, non ſicut quidam exiſtimant, Graecum nomen eſt, ſed Hebraeum: opportuniſſime tamen occurrit in hoc nomine quaedam congruentia utrarumque linguarum.* Deſ. *impetrate mundationem pedibus noſtris, Deo placentibus orationibus veſtris.* Apud Combef. Tom. cit. a pag. 181. ad pag. 185. & ſunt Homiliae tres, quae in Codice in unam conflatae ſunt. Occurrit & in dicto Cod. §. CXCVIII. ſed in fine diverſa.

CXXVII. pag. 239. *b.* Fer. VI. in Paraſceven. Lamentationes ad Matutinum, ſed mutilae propter defectum Codicis inter pag. 239. & 240.

CXXVIII. pag. 240. Homiliae S. Ioannis Chryſoſtomi fragmentum, ob praedictam Codicis mutilationem principio carens. Incipit a verbis .... *crucem annua feſta conſtitui &c.* Deſ. *ne ſtatuas illis hoc peccatum.* Habes integram in dicto Cod. § CCII.

CXXIX. pag. 242. Sabbato ſancto. Lamentationes & Lectiones ad Matutinum.

CXXX. pag. 243. *b.* Sermo S. Leonis Pa-

pae. Inc. *Sermo proximus, dilectiſſimi, cuius vobis promiſſam reſtituere cupimus portionem &c.* In dicto Cod. §. CLXXXIX.

CXXXI. p. 244. Venerab. Bedae Presbyteri Homil. in Evang. Matth. *Veſpere ſabbati, quae luceſcit &c.* Inc. *Vigilias nobis huius ſacratiſſimae noctis, ſicut ex lectione Evangelica, fratres chariſſimi, audivimus, reſurrectio Domini ac Salvatoris Domini noſtri dedicavit.* Deſ. *agnus qui nos ſuae carnis & anguinis libamine, ne pereamus,.....* eſt enim mutila. Eius Operum cit. edit. Tom. VII. a pag. 1. ad pag. 5. verſ. 37.

Codex membran. Ms. in fol. max. Saec. XI. binis columnis maiori ac perſpicuo charactere exaratus, in quo initiales Homiliarum litterae ab illuminatore depictae antiqua exhibent emblemata, tituli vero rubrica conſcripti. Conſtat foliis ſcriptis 245.

HOMILIAE DIVERSORVM AVCTORVM,

ſcilicet

A Dominica Reſurrectionis uſque ad ultimam poſt Pentecoſten.

Cod. XLII. HOmiliarium hoc eiuſdem ferme antiquitatis cum praecedente, illius veluti continuatio haberi poteſt, quum inde exordiatur, ubi illud deſinebat, ſcilicet a Dominica Reſurrectionis, & ad ultimam uſque Dominicam poſt Pentecoſten progrediatur, adiectis in fine nonnullis in Commune Sanctorum Homiliis, Auctores vero illarum ſunt Ambroſius, Auguſtinus, Beda, Gregorius, Hieronymus, Leo, Maximus, Origenes, & Anonymus. Sed ipſarum recenſionem aggrediamur.

I. pag. 1. Dominica ſanctae Reſurrectionis. Sermo S. Auguſtini Epiſcopi. Inc. *Paſſionem, vel Reſurrectionem Domini & Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti, fratres chariſſimi.* Deſ. *& hominem, quem fecerat liberavit, cui eſt gloria &c.* Apud Combef. in Biblioth. Concion. Tom. V. p. 451. Eſt etiam in Append. Sermonum D. Auguſtini ſub num. CXXXVII. ex Gregorio in Hom. XXII., Euſebio, & aliis congeſtus: quinque autem verſibus ibi longior eſt, quam in Codice.

II. pag. ead. *b.* Eiuſdem alius Sermo. Inc. *Exſultet caelum, & in laetitia eſto terra, quoniam iſte dies nobis amplius ex ſepulcro radiavit, quam de ſole refulſit.* Deſ. *quia rex noſter in ſaecula triumphavit, & inferos vicit, qui vivit &c.* Ibid. pag. 465.

III. pag. 2. Beati Gregorii Papae Homilia in Baſilica B. Mariae Virginis habita in Evang. Marc. *Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Salome &c.* Inc. *Multis vobis lectionibus, fratres chariſſimi, per dictatum loqui conſuevi.* Deſ. *in morte dedit unicum filium ſuum, eumdem Dominum noſtrum &c.* Ibid. pag. 496.

IV. pag. 3. *b.* Fer. II. in Albis. Eiuſdem Homilia in Evang. Luc. *Duo ex diſcipulis Ieſu ibant ipſa die in Caſtellum.* Inc. *In quotidiana vobis ſolemnitate laborantibus pauca loquenda ſunt.* Deſ. *ſed ut proprios recipiat ad regnum.* Ibid. pag. 538.

V. pag. ead. Fer. III. ad ſanctum Paullum. Venerabilis Bedae Presbyteri Homil. in Evang. Luc. *Stetit Ieſus in medio diſcipulorum ſuorum.* Inc. *Gloriam ſuae reſurrectionis Dominus & Redemptor noſter paullatim diſcipulis, & per incrementum temporis oſtendit.* Deſ. *poſſent attingere miniſtrarent, cooperante ipſo mediatore Dei, & hominum homine &c.* Ibid. pag. 553.

VI. pag. 5. *b.* Fer. IV. S. Gregorii Papae Homil. in Evang. Ioan. *Manifeſtavit ſe iterum Ieſus &c.* Inc. *Lectio ſancti Evangelii, quae modo in veſtris auribus lecta eſt, fratres mei, quaeſtione animum pulſat, ſed pulſatione ſua vim diſcretionis indicat.* Deſ. *ad perfectionem roborat per Ieſum Chriſtum &c.* Ibid. pag. 575.

VII. pag. 7. Fer. V. Eiuſdem Homil. in Evang. Luc. *Maria ſtabat ad monumentum foris.* Inc. *Maria Magdalene, quae fuerat in civitate peccatrix, amando veritatem lavit lacrymis maculas criminis.* Deſ. *aeterno conſolabitur gaudio, qui vivit &c.* Ibid. pag. 595.

VIII. pag. 9. *b.* Fer. VI. Vener. Bedae Presbyteri Homil. in Evang. Ioan. *Vndecim diſcipuli abierunt in Galilaeam.* Inc. *Evangelica lectio, fratres chariſſimi, quam modo audivimus, & iuxta litteram gaudio plena refulget.* Deſ. *ad videnda ſecum caeleſtia praemia ſublevet, in qua vivit &c.* Ibid. pag. 604.

IX. pag. 10. Sabbato. B. Gregorii Papae Homil. in Evang. Luc. *Vna ſabbati Maria Magdalene &c.* Inc. *Fractus longa moleſtia ſtomachus diu me charitati veſtrae de lectionis Evangelicae expoſitione loqui prohibuit.* Deſ. *adiuvat ipſe deſiderium noſtrum, quem amamus Ieſus Chriſtus &c.* Ibid. pag. 611.

X. pag. 12. Dominica octav. Paſch. Eiuſdem Homilia in Evang. Ioan. *Quum ſero factum eſſet.* Inc. *Prima lectionis huius Evangelicae quaeſtio animum pulſat, quomodo poſt reſurrectionem Corpus Dominicum verum fuit.* Deſ. *quanto mediatorem Dei & hominum ſingulariter amatis, qui vivit &c.* Ibid. Tom. VI. pag. 34.

XI. pag. 14. Dominica I. poſt octavam Paſchae. Eiuſdem Homil. in Evang. Ioan. *Ego ſum paſtor bonus.* Inc. *Audiſtis, fratres chariſſimi, ex lectione Evangelica eruditionem noſtram: audiſtis ex lectione Evangelica periculum noſtrum.* Deſ. *in perventione ſatiemur.* Ibid. pag. 57.

XII. pag. 15. *b.* Dominica II. poſt oct. Paſchae. S. Auguſtini Epiſcopi Homil. in Evang. Ioan. *Modicum, & iam non videbitis me.* Inc. *Haec Domini verba, ubi ait, modicum & iam non videbitis me &c.* Deſ. *ut poſſint commodius, ſi Dominus voluerit, explicari.* Ibid. pag. 62.

XIII. pag. 16. *b.* Dominica III. poſt oct. Pentecoſtes (corr. *Paſchae*) Eiuſdem Homil. in Ev. Ioan. *Vado ad eum, qui me miſit.* Inc. *Nunc autem vado ad eum, qui miſit me, ſigni-*

gnificat ſic ſe iturum, ut nullus utique interrogaret. Deſ. *de ſuperborum ſupplicia terrenda eſt Angelorum*. Ibid. a pag. 75. ad pag. 77. ubi in duas dividitur Homilias.

XIV. pag. 18. Dominica IV. poſt octavam Paſchae. Eiuſdem Homil. in Evang. Ioan. *Si quid petieritis Patrem in nomine meo*. Inc. *Domini verba nunc iſta tractanda ſunt: Amen amen dico vobis, ſi quid petieritis &c.* Deſ. *& vado ad Patrem*. Ibid. a pag. 103. ad pag. 105. col. 1. verſ. 20. unde vides, adnexam eſſe in Codice cum prima etiam partem Homiliae ſecundae.

XV. pag. 19. *b*. In Letaniis maioribus. Anonymi Homil. in Evang. Ioan. *Quis veſtrum habebit amicum*. Inc. *Rogatus a diſcipulis Salvator, non modo formam orationis, ſed inſtantiam frequentiamque tradidit orandi*. Deſ. *remunerabit nos hereditate ſempiternae beatitudinis, quam nobis ante ſaecula paravit, per Ieſum Chriſtum &c.* Ibid. pag. 142. ſub Bedae nomine.

XVI. p. 21. *b*. In vigilia Adſcenſionis Domini. S. Auguſtini Ep. Hom. in Ev. Ioan. *Sublevatis Ieſus oculis in caelum*. Inc. *Poterat enim Dominus unigenitus, & coaeternus Patri, in forma ſervi, ſi hoc opus eſſet, orare ſilentio, ſed ita ſe Patri exhibere voluit precatorem &c.* Deſ. *claritate, quam habui priuſquam mundus fieret*. Ibid. a pag. 152. col. 1. verſ. 45. ad pag. 154. col. 1. verſ. 55. ex quo patet, Homiliam hanc in Codice ex duobus fragmentis Homiliae primae & ſecundae conſtare.

XVII. pag. 23. In die Adſcenſionis Domini. Sermo S. Leonis Papae. Inc. *Poſt beatam & glorioſam reſurrectionem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qua verum Dei templum &c.* Deſ. *ad Patris dexteram collocavit, qui vivit &c.* Ibid. pag. 204.

XVIII. pag. ead. *b*. Eiuſdem alius Sermo. Inc. *Adſcenſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctus & ſolemnis dies hodie illuxit: exſultemus & iucundemur in eo*. Deſ. *ſed dum diſcernimus fortaſſis ne erremus intellectum ab ipſo Domino poſtulemus, cui eſt honor &c.* Ibid. pag. 196. ſub Auguſtini nomine, ſed multo brevior, quam in Codice; quum inter verba *Pater maior me eſt*, & *Adſcenſurum enim ſe dixit ad Patrem* (pag. 196. col. 1. verſ. 22.) inſerta legantur alia multa, quae unam circiter paginam occupant. Exſtat & inter Auguſtini Sermones in App. ſub num. CLXXVIII.

XIX. pag. 24. *b*. S. Gregorii Papae Homil. in Evang. Marc. *Noviſſime recumbentibus undecim diſcipulis &c.* Inc. *Quod reſurrectionem Dominicam diſcipuli tarde crediderunt, non tam illorum infirmitas, quam noſtra, ut ita dicam, firmitas fuit*. Deſ. *non autem deſerit deſiderium noſtrum ipſe qui dedit Ieſus Chriſtus Dominus noſter, qui vivit &c.* Ibid. pag. 209.

XX. pag. 25. *b*. Dominica I. Adſcenſio Domini. S. Auguſtini Epiſc. Homil. in Ev. Ioan. *Quum venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis*. Inc. *Dominus Ieſus in ſermone, quem loquutus eſt diſcipulis ſuis poſt coenam proximus paſſioni*. Deſ. *& quando carnem occidere potuit, fidem tenebrare non potuit*. Ibid. a pag. 236. ad pag. 238. in duas Homilias diviſa.

XXI. pag. 28. Sabbato in vigilia Pentecoſtes. Eiuſdem Homil. in Evang. Ioan. *Si diligitis me, mandata mea ſervate*. Inc. *Multa ſunt, quae in iſtis paucis verbis Domini requiruntur*. Definit imperfecte ob mutilationem Codicis inter pag. 28. & 29. in verbis: *expoſuit quid dixerit apud vos, cum adiunxit . . .* Ibid. pag. 249. Vltima autem deſcripta verba incidunt in pag. 251. col. 1. verſ. 10.

XXII. pag. 29. Fragmentum Homiliae S. Leonis Papae in die Pentecoſtes. Incipit ob dictum Codicis defectum a verbis . . . . . *rent, & converſis ad Redemptorem cordibus &c.* Deſ. *& cum Patre, & Filio univerſa moderantem*. Ibid. pag. 320. Prima autem verba, quae adtulimus, incidunt in dictam pag. 320. col. 2. verſ. 27.

XXIII. pag. ead. *b*. Vnde ſupra de eadem lectione. Inc. *Adventum Spiritus Sancti anniverſaria feſtivitate celebramus; huic ſolemnis ſermo debetur*. Deſ. *nec de iacentibus deſperemus*. Ibid. pag. 303. & eſt S. Auguſtini Epiſcopi.

XXIV. pag. 30. *b*. S. Gregorii Papae Homil. in Evang. Ioan. *Siquis diligit me, ſermonem ſervabit*. Inc. *Libet, fratres chariſſimi, Evangelicae verba lectionis ſub brevitate tranſcurrere, ut poſt diutius liceat in contemplatione tantae ſolemnitatis immorari*. Deſ. *quae nobis iam non relinquitur, ſed datur per Dominum &c.* Ibid. pag. 324.

XXV. pag. 33. S. Auguſtini Epiſcopi Homil. in Evang. Ioan. *Dixit Ieſus Nicodemo: ſic enim dilexit Deus mundum*. Inc. *Vnde notandum, quod eadem de Filio Dei unigenito replicat, quae de filio hominis in cruce exaltato praemiſerat*. Deſ. *& ſaepe dicenda ſunt, quia bona & ſobria ſunt*. Ibid. pag. 362. ſed initio diverſa, quoniam latius deſumitur ex Tractatu 12. in Ioannem 3. v. 17. prima enim verba editionis occurrunt poſt verſiculum 17. Codicis.

XXVI. pag. 33. *b*. Fer. III. Eiuſdem Homil. in Evang. Luc. *Amen amen dico vobis: qui non intrat per oſtium &c.* Inc. *De illuminato illo, qui caecus eſt natus, ſermo ad Iudaeos Domini exortus eſt*. Deſ. *vocem furis & latronis audivit*. Ibid. a pag. 370. ad pag. 372. col. 2. verſ. 19. in editione enim multo longius producitur.

XXVII. pag. 35. *b*. Fer. IV. Eiuſdem Homil. in Evang. Ioan. *Nemo poteſt venire ad me*. Inc. *Magna gratiae commendatio: nemo venit, niſi tractus*. Deſ. *niſi is qui eſt a Deo, hic vidit Patrem*. Ibid. a pag. 386. ad pag. 387. col. 2. verſ. 37. eſt enim pars tantummodo longioris Homiliae.

XXVIII. pag. 36. *b*. Fer. V. Anonymi Homil. in Evang. Luc. *Convocatis Ieſus duodecim diſcipulis, dedit illis virtutem &c.* Poſt Evangelii

gelii verba: *Et quicumque non receperit vos &c.* inc. *Qualis debeat eſſe qui evangelizat regnum Dei, praeceptis Evangelicis deſignatur.* Deſ. *haereticum hominem poſt unam correctionem devita.* Ibid. pag. 398. ſub Ambroſii nomine.

XXIX. pag. 37. Item unde ſupra Sermo S. Leonis Papae. Inc. *Dubitandum non eſt, dilectiſſimi, omnem obſervantiam Chriſtianam eruditionis eſſe divinae.* Deſ. *& magnificent Patrem veſtrum, qui in caelis eſt, qui vivit &c.* Ibid. pag. 393.

XXX. pag. ead. *b.* Fer. VI. Eiuſdem Sermo. Inc. *Hodiernam, dilectiſſimi, feſtivitatem deſcenſione Sancti Spiritus conſecratam ſequitur, ut noſtis, ſolemne ieiunium.* Deſ. *& a corporalibus, & a ſpiritualibus hoſtibus confidimus liberari per Chriſtum &c.* Ibid. pag. ead.

XXXI. pag. 38. Ex tractatione S. Ambroſii Epiſcopi in Evang. Luc. *Factum eſt in una dierum &c.* Poſt Evangelii verba: *Et ecce viri portantes in lecto hominem &c.* inc. *Non otioſa huius paralytici, nec anguſta medicina eſt, quando Dominus & oraſſe praemittitur.* Deſ. *ne alios quoque eorum lepra contaminet.* Ibid. pag. 405.

XXXII. pag. ead. *b.* Sabbato. Ex tractatione eiuſdem in Evang. Ioan. (lege *Lucae*) *Surgens Ieſus de ſynagoga &c.* Exſtat ſupra pag. 306. §. XCIV.

XXXIII. pag. 39. *b.* Dominica Oct. Pentecoſtes. B. Auguſtini Epiſcopi Homil. in Evang. Ioan. *Erat homo ex Phariſaeis Nicodemus.* Inc. *Iam hoc noſtis, quia Rabbi Magiſter dicimus: ſcimus, quia a Domino veniſti Magiſter; nemo enim poteſt haec ſigna facere, quae tu facis, niſi fuerit Deus cum eo. Ergo iſte Nicodemus ex his erat, qui crediderant in nomine eius &c.* Deſ. *non enim heres erit filius ancillae cum filio meo Iſaac.*

XXXIV. pag. 42. *b.* Dominica I. poſt oct. Pentecoſtes. B. Gregorii Papae Homil. in Evang. Luc. *Homo quidam erat dives, & induebatur purpura.* Inc. *In verbis ſacri eloquii, fratres chariſſimi, prius ſervanda eſt veritas hiſtoriae, & poſtmodum requirenda ſpiritualis intelligentia allegoriae.* Deſ. *ſed haec omnipotens Deus, qui per me in veſtris auribus loquitur, per ſe in veſtris mentibus loquatur.* In edit. Operum Pariſ. Monachor. S. Mauri MDCCV. fol. Tom. I. pag. 1652.

XXXV. pag. 46. *b.* Dominica II. poſt oct. Pent. Eiuſdem Homil. in Evang. Luc. *Homo quidam fecit coenam magnam.* Inc. *Hoc diſtare, fratres chariſſimi, inter delicias corporis, & cordis ſolet.* Deſ. *ſi ad illum vero amore flagramus, qui vivit &c.* Apud Combef. Tom. VII. pag. 12.

XXXVI. pag. 49. *b.* Dominica III. poſt oct. Pentec. Eiuſdem Homil. in Evang. Luc. *Acceſſerunt ad Ieſum Publicani.* Inc. *Aeſtivum tempus, quod corpori meo valde contrarium eſt, loqui me de expoſitione Evangelii longa mora interveniente prohibuit.* Deſ. *praebet apud Deum homini fiduciam Deus homo eſt nobis ſpes magna poenitentibus, quia advocatus noſter factus eſt iudex noſter, qui vivit &c.* Ibid. pag. 34. Concordat autem cum editione uſque ad illa *ex lumine teſtae reparavit* (pag. 36. col. 1. verſ. 26.) deinceps prorſus diſcrepat, & de aliis omnino rebus, & quidem copioſiſſime ediſſerit, quum ſeptem circiter paginas occupent ea, quae ſubſequuntur. Habes & in eius Operum edit. cit. Tom. I. pag. 1600.

XXXVII. pag. 54. *b.* Dominica IV. poſt oct. Pentec. Beati Maximi Epiſcopi Homil. in Evang. Luc. *Eſtote miſericordes &c.* Poſt Evangelii verba: *Nolite iudicare, ne iudicetur de vobis &c.* inc. *Hoc loco nihil aliud nobis praecipi exiſtimo, niſi ut ea facta, quae dubia ſunt quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur &c.* Deſ. *& videamur eiicere feſtucam de oculo fratris noſtri.* Apud Combef. Tom. VI. pag. 459. ſub Bedae nomine.

XXXVIII. pag. 55. *b.* Dominica V. poſt oct. Pent. Venerab. Bedae Presbyteri Homil. in Evang. Luc. *Quum turbae irruerent ad Ieſum, ut audirent verbum Dei.* Inc. *Stagnum Geneſareth idem dicunt eſſe, quod mare Galilaeae, vel mare Tiberiadis.* Deſ. *tamquam vocantem, atque iubentem ut ſequerentur.* Ibid. Tom. VII. pag. 47.

XXXIX. pag. 56. *b.* Dominica VI. poſt oct. Pentec. Hieronymi Presbyteri Homil. in Evang. Matth. *Niſi abundaverit iuſtitia veſtra.* Poſt Evangelii verba: *Omnis qui iraſcitur fratri ſuo,* inc. *In quibuſdam Codicibus additur ſine cauſſa: ceterum in veris definita ſententia, & ira penitus tollitur, dicente ſcriptura &c.* Deſ. *non ergo in fletibus, non in actibus noſtris, ſed in advocati noſtri alligatione confidamus.* Ibid. pag. 59. ſed praeter prima verba, in reliquis omnino diſcrepat, & quae in editione pauciſſimis verſibus perſtringuntur, in Codice tres & amplius paginas implent.

XL. pag. 58. *b.* Dominica VII. poſt oct. Pentec. Venerabilis Bedae Presbyteri Homil. in Evang. Marc. *Quum turba multa eſſet cum Ieſu.* Poſt repetita Evangelii verba inc. *In hac lectione conſideranda eſt in uno eodemque Redemptore noſtro diſtincta operatio.* Deſ. *nam plerique Codices non habent, etiam ſecundum Marcum, niſi magedan.* Ibid. pag. 95. ſed in Codice decem circiter verſus in fine longior.

XLI. pag. 59. *b.* Dominica VIII. poſt oct. Pent. Beati Origenis Homil. in Evang. Marc. (corr. *Matth.*) *Attendite a falſis prophetis.* Inc. *Quod paullo ſuperius ſpatioſam & latam viam nominavit, hoc nunc apertius falſos prophetas oſtendit.* Deſ. *ut vos operibus demonſtretis, qui ſitis, & cuius ſitis, praeſtante &c.* Ibid. pag. 99.

XLII. pag. 61. *b.* Dominica IX. poſt oct. Pent. Hieronymi Presbyteri Homil. in Evang. Luc. *Homo quidam erat dives, & habebat villicum.* Inc. *Quis ſit villicus iniquitatis, qui Domini voce laudatur; cuius quum vellem ſcire rationem &c.* Deſ. *qui enim parce ſeminaverit, parce & metet vitam aeternam, qui tecum &c.* Ibid. pag. 142. & eſt Quaeſtio VI. ad Algaſiam.

XLIII.

Digitized by Google

XLIII. pag. 63. Dominica X. poſt oct. Pent. Gregorii Papae Homil. in Evang. Luc. *Quum appropinquaret Ieſus Ieruſalem*. Inc. *Sancti Evangelii, fratres chariſſimi, lectionem brevi, ſi poſſum, volo ſermone percurrere, ut illis in ea prolixior detur intentio, qui ſciunt ex paucis multa cogitare*. Deſ. *quem diſponit ipſe, de quo loquimur, qui vivit &c.* Ibid. pag. 168.

XLIV. pag. 65. *b.* Dominica XI. poſt oct. Pent. Ven. Bedae Presbyteri in Evang. Luc. *Duo homines adſcenderunt in templum, ut orarent*. Poſt repetita Evangelii verba inc. *Quia parabolam Dominus, qua ſemper orare, & non deficere docebat, ita concluſit*. Deſ. *quo fine hoc faciam, quave a te diſtrictione cenſetur ignoro*. Ibid. pag. 191.

XLV. pag. 66. Item unde ſupra. Inc. *Lectio ſancti Evangelii aedificat nos ad orandum, & credum* (ſic), *ut non de nobis, ſed de Domino praeſumendum. Quae ad orandum maior oratio, quam ut nobis de iudice iniquo proponeretur ſimilitudo*. Deſ. *ubi enim abundavit peccatum, ſuperabundavit gratia*.

XLVI. pag. 67. Dominica XII. poſt oct. Pent. Ven. Bedae Presbyteri Homil. in Evang. Luc. *Exiens Ieſus de finibus Tyri &c.* Inc. *Surdus ille, & mutus, quem mirabiliter curatum a Domino, modo quum Evangelium legeretur, audivimus*. Deſ. *ad perfectum nobis lumen veritatis intimare dignabitur Ieſus Chriſtus &c.* Apud Combeſ. Tom. cit. pag. 200.

XLVII. pag. 68. *b.* Dominica XIII. poſt oct. Pent. Anonymi Homil. in Evang. Luc. *Beati oculi, qui vident quae vos videtis*. Inc. *In exordio huius lectionis quaeritur, quare oculos ſe videntium beatificet. Numquid omnes oculi beati fuerunt, qui eum corporaliter videre potuerunt*. Deſ. *ut impleas tu utique charitatem, quae ad vitam perducat aeternam*. In Cod. XXXIX. Plut. ſeq. tribuitur S. Gregorio Papae.

XLVIII. pag. 70. *b.* Dominica XIV. poſt oct. Pent. Anonymi Homil. in Evang. Luc. *Dum iret Ieſus in Ieruſalem &c.* Inc. *Qui Iudaeae terrae confinia novit, facile intelligit, quod pergens Dominus Ieruſalem ex his locis, in quibus eum ſupra Evangeliſta docuiſſe commemoravit &c.* Deſ. *eſt fides ſperandarum ſubſtantia rerum argumentum non apparentium*. In dicto Codice tribuitur Bedae.

XLIX. pag. 72. Dominica XV. poſt oct. Pent. Anonymi Homil. in Ev. Matth. *Nemo poteſt duobus dominis ſervire*. Inc. *Nemo poteſt duobus Dominis ſervire, quia non valet ſimul tranſitoria, & aeterna diligere*. Deſ. *& ipſe te nutriet*. Bedae Operum Tom. cit. pag. 99. ſed finis diverſus; verbis enim *& dicas, miſeratio Dei magna eſt*, quae incidunt in edit. pag. 101. verſ. 19. alia multa adnectuntur in Codice, qui ita proſequitur: *dixitque ad diſcipulos ſuos: ideo dico vobis, nolite ſolliciti eſſe animae veſtrae quid manducetis &c. Nihil enim mortalibus ad faciendam fidem omnia credentibus a Deo poſſe conferri &c.* uſque ad finem, quem protulimus: quae quidem ad Ambroſium pertinent, & habentur apud Combeſ. Tom. cit. pag. 278.

L. pag. 73. Item unde ſupra Sermo Ven. Bedae Presbyteri. Poſt Evangelii verba: *Ideo dico vobis, nolite ſolliciti eſſe &c.* inc. *Quod ait, ideo dico vobis, ad ſuperiora reſpicit, hoc eſt divitibus, ideo temporalium ſollicitudinem veto, ne cum divitibus ſaeculi vobis theſaurizare communicemini*. Deſ. *atque inter homines vivendi formam dare voluit unigenitum ſuum Ieſum Chriſtum &c.*

LI. pag. 74. *b.* Dominica XVI. poſt oct. Pent. Anonymi Homil. in Evang. Luc. *Ibat Ieſus in civitatem, quae vocatur Naim*. Inc. *Mediator Dei & hominum, Homo Chriſtus Ieſus pro nobis factus, ita in homine, quem ex nobis aſſumpſit, ſuam operationem operavit, ut frequenter in uno eodemque miraculo ſe verum Deum, verumque hominem declararet*. Deſ. *quid nobis & tibi Fili Dei veniſti ante tempus torquere nos*. In dicto Cod. XXXIX. tribuitur Gregorio Papae.

LII. pag. 76. Dominica XVII. Anonymi Homil. in Evang. Luc. *Quum intraret Ieſus in domum cuiuſdam Principis Phariſaeorum ſabbato &c.* Inc. *Quoties legimus Dominum ad nuptias, vel convivium veniſſe, non gulae illecebris deputare debemus, ſicut Scribae & Phariſaei faciebant*. Deſ. *humiliamini ſub potenti manu Dei, ut vos exaltet in tempore viſitationis*. Ibid. tribuitur Gregorio.

LIII. pag. 78. Fer. IV. de ieiunio menſis Sept. Ven. Bedae Presb. Hom. in Ev. Matth. *Reſpondens unus de turba dixit ad Ieſum &c.* Poſt Evangelii verba: *Factum eſt in ſequenti die deſcendentibus illis de monte &c.* inc. *Loca rebus congruunt; in monte Dominus orat, transformatur, diſcipulis arcana ſuae maieſtatis aperit*. Deſ. *donec ſanatum ſpiritualibus Eccleſiae reddere poſſit Patribus*. Apud Combeſ. Tom. cit. pag. 364. ubi multo eſt longior, quam in Codice. Vtriuſque autem lectio, exceptis quibuſdam variantibus quoad verba, concordat quoad ſenſum uſque ad illa: *quot ſuo regno doluit ſubito illata diſpendia* (edit. pag. 365. col. 1. verſ. 6.) deinceps quae in edito unius ferme paginae ſpatium implent, in Codice paucis abſolvuntur verſibus.

LIV. pag. ead. *b.* Sermo S. Leonis Papae. Inc. *Devotionem fidelium, dilectiſſimi, nihil eſt, in quo divina providentia non audiat*. Deſ. *quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria Dei Patris eſt vivens &c.* Ibid. pag. 359.

LV. pag. 79. Fer. VI. Gregorii Papae Homil. in Evang. Luc. *Rogabat Ieſum quidam Phariſaeus, ut manducaret cum illo*. Inc. *Cogitanti mihi de Mariae poenitentia &c.* Principium tantum innuitur in Codice, quum eadem ſit atque illa quae legitur in Fer. V. de Paſſione Domini.

LVI. pag. ead. Sabbato de ieiunio menſis Sept. Eiuſdem Homil. in Evang. Luc. *Arborem fici habebat quidam &c.* Inc. *Dominus & Redemptor noſter per Evangelium ſuum aliquando aliud verbis, atque aliud rebus, aliquando hoc verbis, quod rebus &c.* Deſ. *quia tergent citius tranſeuntes lacrymas gaudia manſura*

Digitized by Google

ſura per Dominum &c. Ibid. pag. 376.

LVII. pag. 80. *b.* Dominica XIX. (*ſic*) poſt Pent. Anonymi Homil. in Evang. Matth. *Acceſſerunt ad Ieſum Sadducaei, qui dicunt non eſſe reſurrectionem*. Inc. *Praedicante Domino noſtro Ieſu Chriſto duae praecipuae haereſes erant inter Iudaeos, una Iudaeorum, & altera Phariſaeorum. Sadducaei autem dicuntur, qui Sadducam quemdam magiſtrum legis ſequentes, neque reſurrectionem credebant &c.* Deſ. *intra in gaudium Domini tui.* In dicto Cod. XXXIX. tribuitur Bedae.

LVIII. pag. 84. Dominica XX. poſt oct. Pent. Anonymi Homil. in Evang. Matth. *Adſcendens Ieſus in naviculam transfretavit.* Inc. *Frequenter in ſcripturis ſacris una eademque res duplicem obtinet ſignificationem, utpote navis, quae aliquando vexillum ſanctae Crucis ſignificat, ſicut in Evangelio legitur.* Deſ. *& multum rogabant eum Daemonia, ne ea mitteret in abyſſum.* Ibid. tribuitur Gregorio.

LIX. pag. 85. *b.* Dominica XXI. poſt oct. Pent. B. Gregorii Papae Homil. in Evang. Matth. *Simile factum eſt regnum caelorum homini regi &c.* Inc. *Textum lectionis huius Evangelicae, fratres chariſſimi, volo, ſi poſſum, ſub brevitate tranſcurrere, ut in fine huius valeam ad loquendum largius vacare.* Deſ. *qui in ſe dignatus eſt aſſumere naturam noſtram, qui vivit &c.* Apud Combeſ. Tom. cit. pag. 415. Haec tamen Homilia mutila eſt propter duorum foliorum iacturam duobus in locis. In priori defectu exciderunt ea, quae leguntur a verbis *hunc in utero Virginis humanae naturae &c.* (edit. cit. pag. 415. col. 2. verſ. 53.) ad verba *reſtat neceſſe eſt, ut per* (ibid. pag. 417. col. 1. verſ. 15.) incluſive: in altero vero, quae leguntur a verbis *rex ad nuptias, ut videret &c.* (ibid. pag. 418. col. 1. verſ. 45.) ad verba *& quod prius latuit in deſiderio cogitationis* (ibid. pag. 419. col. 1. verſ. penult.) item incluſive. Loco autem primi defectus inſertum eſt folium continens duarum Homiliarum fragmenta, quorum primum pertinet ad Homiliam S. Hilarii Epiſc. in Nat. S. Paulli; alterum ad Homiliam S. Ephraem (1) in Transfigurationem Domini, quae integrae habentur in aliis Codicibus.

LX. pag. 88. *b.* Dominica XXII. poſt oct. Pent. Eiuſdem Homil. in Evang. Ioan. *Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum.* Inc. *Lectio ſancti Evangelii, quam modo audiſtis, fratres, expoſitione non indiget: ſed ne hanc tacite praeteriiſſe videamur, exhortando potius, quam exponendo in ea aliquid loquamur.* Deſ. *perveniatis ad gloriam, quam per fidem tenetis per Dominum &c.* Ibid. pag. 428.

LXI. pag. 89. Dominica XXIII. Anonymi Homilia in Evang. Matth. *Simile eſt regnum caelorum homini regi, qui voluit rationem ponere &c.* Inc. *Vſitata res fuit Syris, & maxime Palaeſtinis ad omnes ſermones ſuos parabolam iungere, ut quod per ſimplicem ſermonem auditor capere non poterat, ſaltem per figuras intelligeret. Hanc conſuetudinem Dominus frequenter in ſuis locutionibus tenere voluit.* Deſ. *da illis ſecundum eorum opera, qui vivit &c.* Quid ſimile occurrit loc. cit. pag. 447. ſub Hieronymi nomine; ſed poſt pauca verba in principio, deinceps omnino diſcrepat Codex ab editione. Praeterea ex hac quoque Homilia deſunt multa: nam quum pagina 89. *b.* deſinat in verbis *dicens cum Pſalmiſta: quoniam ini* . . . . . . pagina vero 90. incipiat a verbis . . . . . *debitum non ſic intelligendum eſt &c.* unuſquiſque videt, poſtrema haec cum ſuperioribus minime cohaerere.

LXII. pag. 90. Dominica XXIV. poſt oct. Pent. Anonymi Homilia in Evang. Matth. *Abeuntes Phariſaei conſilium inierunt, ut caperent Ieſum in ſermone.* Inc. *Ab eo tempore, quo totius mundi Monarchia ſub unius hominis principatum relicta eſt, propter pacem, & concordiam in populis ſtatutum eſt.* Deſ. *cum omnibus his loquimur ſine fine conſtat honeſtas.* Et ex hac Homilia excidiſſe multa arbitramur: eo quod inter ultima verba pag. 90. *b.* & prima ſubſequentis nulla videtur eſſe connexio: illa enim ſunt: *ſic Deus omnipotens inviolatam in nobis ſuam* . . . . . . haec vero . . . . . . *ſollertes excellenti ingenio praediti &c.* quae ad aliam fortaſſe Homiliam pertinebunt.

LXIII. pag. 91. Occurrunt Lectiones duae; prima de ſancto Ioanne Baptiſta inc. *Nunc vero revertamur ad eos.* Deſ. *glorioſa praecucurrit paſſione.* Altera de ſanctis Apoſtolis inc. *Huic athletae Dei electo concordat duodenarius Apoſtolorum numerus.* Deſ. *haec dies ſubiecta declaratur.*

LXIV. pag. ead. Anonymi Homilia in Evang. Matth. *Videns Ieſus turbas deſcendit in montem.* Inc. *Sanctum Evangelium audivit nobiſcum charitas veſtra. De ipſo Capitulo, quod recitatum eſt loquentes nos ad vos adiuvet Dominus, ut ea quae dicimus apta ſint nobis.* Deſ. *ei bonis actibus cum feſtinatione praeparemur.* Heic quoque aliquam Codicis mutilationem factam deprehendimus inter pag. 91. & 92. illius poſtrema verba cum huiuſce primis conferentes, inter quae nulla prorſus apparet cohaeſio. Ex adlato autem fine patet poſtrema illa pertinere ad Homiliam S. Gregorii Papae, de qua infra §. LXVI.

LXV. pag. 92. Beati Gregorii Papae Homil. in Evang. Ioan. *Hoc eſt praeceptum meum.* Inc. *Quum cuncta ſacra eloquia Dominicis plena ſint praeceptis, quid eſt, quod de dilectione, quaſi de ſingulari mandato Dominus dicit.* Deſ. *& qui poſt vincentes remunerat, nunc decertantes iuvat per Ieſum Chriſtum &c.* In cit. edit. Tom. I. pag. 1560.

LXVI. pag. 94. Eiuſdem Homil. in Evang. Ioan. *Miſit Ieſus duodecim diſcipulos ſuos praecipiens eis, & dicens, in viam gentium ne abieritis.* Inc. *Quum conſtet omnibus, fratres chariſſi-*

(1) Huic tribuitur in Cod. XXXIX. Plut. ſequentis.

tiſſimi, quia Redemptor in mundo pro redemptione gentium venit. Deſ. *eis bonis actibus cum feſtinatione praeparemur*. Ibid. pag. 1446.

LXVII. pag. 95. Eiuſdem Homil. in Ev. Luc. *Siquis vult poſt me venire*. Inc. *Quia Dominus ac Redemptor noſter novus homo venit in mundum, nova praecepta dedit mundo*. Deſ. *aeternum regnum citius adepturi ſumus, per eum, qui vivit &c.* Ibid. pag. 1586.

LXVIII. pag. 97. Eiuſdem Homil. in Evang. Luc. *Quum audieritis praelia, & ſeditiones, nolite terreri*. Inc. *Quia longius ab urbe digreſſi ſumus, ne ad revertendum nos tardior hora praepediat*. Deſ. *in qua orationes eius florent nunc & ſemper quouſque mundus iſte ſteterit*. Ibid. pag. 1612. ſed heic quoque alia contigit mutilatio Codicis: ultimis enim verbis paginae 97. *b.* non reſpondent prima paginae 98. quum illa ſint *ut inde perverſi ſine excuſatione pe* . . . haec vero . . . . *trahere ad lupanar: tanto pondere eam fixit Spiritus Sanctus &c.* quae ad aliam omnino pertinent Homiliam.

LXIX. pag. 98. Eiuſdem Homilia in Evang. Matth. *Simile eſt regnum caelorum theſauro abſcondito &c.* Inc. *Caelorum regnum, fratres chariſſimi, idcirco rebus terrenis ſimile dicitur &c.* Deſ. *ut dum ſponte temporalia fugitis, aeterna gaudia ſine labore capiatis*. Ibid. pag. 1472.

LXX. pag. 99. *b.* In Natale Virginum. Eiuſdem Homilia in Evang. Matth. *Simile eſt regnum caelorum decem virginibus*. Inc. *Saepe vos, fratres chariſſimi, admoneo prava opera fugere, mundi huius inquinamenta devitare*. Deſ. *ut eas cum magno aeſtu deſiderii petimus, quas acceptas modo pro nihilo habemus*. Ibid. a p. 1476. uſque ad pag. 1480. §. 7. nam in Codice mutila eſt.

LXXI. pag. 101. *b.* In Dedicatione S. Petri Apoſtoli, & Sanctae Luciae Virginis Sermo S. Auguſtini Epiſcopi. Inc. *Quotieſcumque, fratres chariſſimi, altaris, vel templi feſtivitatem colimus, ſi fideliter attendamus &c.* Deſ. *ad quod gaudium nos Dominus ſub ſua protectione perducat, qui vivit &c.* Eſt Sermo CCXXIX. in Append.

LXXII. pag. 102. *b.* Eiuſdem alius Sermo. Inc. *Celebritas huius congregationis dedicatio eſt domus orationis: domus ergo noſtrarum orationum iſta: domus autem Dei nos ipſi*. Deſ. *ut cantet tibi gloria mea, & non compungar*. Eſt Sermo CCCXXXVI.

Codex membr. Ms. in fol. Saec. XI. binis columnis ac grandioribus litteris exaratus, cum titulis Homiliarum rubricatis, ac litteris earum initialibus antiquo more depictis; multis ſcatens erroribus, ac circa finem valde mutilus. In calce primae paginae ſcripta eſt diverſa manu, tamen antiqua, Confeſſionis forma, quae inc. *Confiteor Deo omnipotenti, Patri, Filio, & Spiritui Sancto &c.* quae a noſtra diverſa admodum eſt. Conſtat foliis ſcriptis 103. quorum poſtrema duodecim videntur ad aliud Volumen pertinuiſſe, & per errorem cum hoc fuiſſe a bibliopego compacta; manus enim ſunt paullo recentioris.

PLVTEVS XVII.

QVI CONTINET LATINOS CODD. MSS. XLIII.

CODEX I.

BREVIARIVM ROMANVM.

ORdo Breviarii recitandi ſecundum conſuetudinem Romanae Curiae, cum Praefatione quadam, quae inc. *Fecerunt tum ſacrarum litterarum inſcii deſcriptores*. Deſ. *ad divinum officium perſolvendum minime obligantur. Amen*. Hoc Civitas Tuderti, cuius in fronte viſitur ſtemma cum epigraphe *TVDER. CLARA. CIVITAS*. Leoni Decimo Pont. Max. cuius item ſtemma ab alato ac nudo puero ſuſtinetur, dono obtulit, elegantiſſimis, & infinitis propemodum ſanctorum picturis, & antiquis cimeliis, ac nummis mirifice exornatum. Inter cetera nummus exhibetur in prima pagina cum laurigeri Caeſaris capite, ac litteris I. A. quae Auguſtum eſſe indicant. Singulae vero paginae ſuis ſunt ornamentis inſtructae, ita ut nihil in hoc genere elegantius, ac magnificentius videri poſſit.

Varias Breviarii Romani editiones recenſet

ſet Fabricius Biblioth. Lat. med. & inf. aetatis Tom. I. pag. 274. ſeqq. edition. cit. Patavinae.

Codex membran. Ms. in fol. Saec. XV. binis columnis exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 488.

EPISTOLARE SECVNDVM CONSVETVDINEM ROMANAE CVRIAE.

Ac praeterea

Evangeliarium iuxta eamdem conſuetudinem.

Cod. II. I. pag. 1. Epiſtolare ſecundum conſuetudinem Romanae Curiae incipiens a Dominica I. de Adventu, & deſinens in Dominica XXIV. poſt Pentecoſten. Prima huius Codicis pagina elegantiſſime depicta eſt, ac Medicea emblemata, & D. Paulli effigiem in littera initiali expreſſam repraeſentat.

II. pag. 68. Epiſtolae de Sanctis per totum annum. Haec etiam pagina aeque ac prima Codicis, depicta conſpicitur: ſimileſque picturae exhibentur quoque in principio ſequentium ſectionum.

III. pag. 81. Epiſtolae in Communi Sanctorum.

IV. pag. 100. Liber Evangeliorum ſecundum conſuetudinem Romanae Eccleſiae a Dominica item prima Adventus uſque ad Dominicam XXIV. poſt Pentecoſten.

V. pag. 176. Evangelia de Sanctis per totum annum.

VI. pag. 187. Commune Evangeliorum de Miſſali. In hiſce notandum eſt pag. 200. Evangelium dicendum *in Miſſa pro ſterilitate mulieris*.

VII. pag. 202. Orationes Dominicales per totum annum, nec non Orationes feriales, ac etiam pro ſanctis. Incipiunt & iſtae a Dominica I. de Adventu, & deſinunt in ſabbato Dominicae XXVII. poſt Pentecoſten. Ex hiſce duas excerpſimus, quarum prima *in Natale S. Romuli* ita habet; *Deus, qui ſanctam nobis diei huius ſolemnitatem in honore S. Romuli Confeſſoris tui atque Pontificis conſecraſti, adeſto familiae tuae, & dona, ut cuius feſta celebramus, eius meritis, & auxilio ſublevemur*. Altera pag. 229. *in S. Miniatis*, ſequens eſt: *Omnipotens ſempiterne Deus, qui per glorioſa bella certaminis ad immortales triumphos Martyres extuliſti Miniati, Valens* (ſic), *Valeri, Teguli, Aurelii, Sabatii, Verecunziani, Gavini, Criſpini, & Criſpiniani, da cordibus noſtris dignam pro eorum commemoratione laetitiam, ut quorum hic merita pro amore amplectimur, eorum precibus adiuvemur*.

Codex membran. Ms. in 4. Saec. XV. binis columnis exaratus cum litteris initialibus ſingularum Epiſtolarum & Evangeliorum, auro, ac variis coloribus eleganter pictis. Conſtat foliis ſcriptis 235.

PSALTERIVM.

I. pag. 1. Continet hic vetuſtiſſimus Codex, Saeculi nimirum circiter XI. integrum Pſalterium Davidicum cum Hymnis & Canticis Prophetarum, Symbolis, Litaniis, Orationibus dicendis ante & poſt recitationem Pſalterii: item in officiis, tum de Tempore, tum propriis Sanctorum. Praecedit Calendarium duodecim menſium (1), diligentiſſime exaratum, graphice, prout ea ferebat aetas, depictis Zodiaci ſignis, per quae ſingulis menſibus ſol pertranſit. In prima pagina pictura quaedam occurrit, rudi calamo delineata, globum, ut opinor, terreſtrem repraeſentans, cum quatuor cardinalibus ventis, qui deinde in alios duodecim ſubdividuntur. Cod. III.

II. pag. 8. Maioribus rubris litteris inſequens occurrit titulus: *In Chriſti nomine incipit Calculatio Graecorum, quam intra Vrbem, quae quondam Metropolis Bithiniae fuit, trecenti & octo Patres Sancti ex omni Vrbe collecti temporibus glorioſiſſimi Conſtantini Imperatoris, ſynodali auctoritate abſque ullo errore uterque ſimul ſanxerunt, atque unanimiter firmaverunt*. Continet autem menſium ordinem, & declarationem, in qua die incidant Kalendae, Nonae, & Idus ſingulorum menſium, tum regulas ad inveniendum Kalendas, Ferias, Epactas &c.

III. pag. 9. *b.* Occurrit alia tabula cum hoc titulo: *Claves terminorum, quae numquam mutantur*.

IV. pag. 10. Alia item tabula adiicitur, dies LXX. dies XL. dies Paſchae, dies Rog. & dies Pent. repraeſentans ſuis quoſque laterculis diſtinctos.

V. pag. 11. Sequuntur praeliminaria in Pſalmos, & primo Epiſtola ita inſcripta: *Euſebius Hieronymus Sophronio ſalutem*. Inc. *Scio quoſdam putare Pſalterium in quinque libris eſſe diviſum*. Deſ. *cupio te meminiſſe mei*. Tum alia pauca *de dictis Origenis*.

VI. pag. 12. Interrogatio, ac reſponſio perſonarum de nomine, & quantitate Pſalterii, utrum ad Chriſtum omnes allegorice, an ad David iuxta litteram Pſalmi referendi ſunt. Inc. *Quare pſalmi dicuntur? Quia per Pſalterium canebatur* (ſic) *David*. Deſ. *quum etiam ſi hoc non poneretur, nemo dubitaret in fine ceſſatur* (ſic). Quibus adiicitur p. 14. *b.* Excerptum ex Auguſtino de virtutibus Pſalmorum. Inc. *Canticum Pſalmorum animas decorat, invitat Angelos in adiutorium &c.* Deſ. *peccatores ad lamentum invitat*.

VII. pag. 15. Succedunt alia praeliminaria, quorum hi ſunt tituli: I. Praefatio S. Hieronymi Presbyteri. II. Sermo eiuſdem de Pſalterio, vel de litteris, quae per verſuum capita cognoſcuntur. III. Origo prophetiae David Regis pſalmorum numero CL. lege in pace frater chariſſime. IV. Explanatio Florentii, Hieronymi, & Gregorii de titulis Pſal-

(1) Notandum menſe Decembr. VI. Idus legi *S. Zenonis Epiſcopi* tantum, & non martyris; ac manu recentiſſima adiectum: *& Conceptio S. Mariae*.

Digitized by Google

Pſalmorum. v. Epiſtola Damaſi Papae ad Hieronymum Presbyterum in Lib. III.

VIII. pag. 18. *Orationes ante Pſalterium*, quae ſunt quatuor, quarum prima, ubi Ioannes quidam nominatur, Codicis poſſeſſor, ſequens eſt: *Domine Ieſu Chriſte, Filius Dei vivi, per quem omnia facta ſunt, ſine cuius miſericordiae dono humana fragilitas ſubſiſtere nullatenus poteſt: tu, clementiſſime Domine, acceptos tibi habere dignare meos Pſalmos, quos cantare cupio pro me famulo tuo IOHANNE*, (1) *& da mihi de praeteritis peccatis meis veniam, de praeſentibus remiſſionem, & de futuris cautelam, & omnem malam conſuetudinem peccandi a me repelle, & cuncta vitia, & peccatorum ſordes, in quibus hactenus tibi diſplicui, de corde, & viſceribus meis radicitus evellere dignare, & da mihi virtutem bene operandi, & conſtantiam animi in bonis operibus perſeverandi, & poſt haec* (ſic) *miſeram, & caducam vitam animam meam ad vitam perducere dignare aeternam. Per &c.*

IX. pag. ead. *b.* Tertia Oratio ita ſe habet: *Suſcipere digneris, Domine Deus Omnipotens, hos Pſalmos conſecratos, quos ego indignus peccator decantare cupio in honore nominis tui, & Beatae Virginis Mariae, & omnium ſanctorum tuorum, pro me miſero infelice N. ſeu pro Abbate noſtro, & omni Congregatione illi commiſſa, ſive pro cunctis conſanguineis meis N. pro amicis, nec non & pro illis, qui in me habent fiduciam, & pro cunctis fidelibus viventibus, ſive defunctis: concede, Domine Ieſu Chriſte, ut iſti Pſalmi omnibus proficiant ad ſalutem, & ad veram poenitentiam faciendam. N. emendationem, & ad vitam aeternam. Amen.*

X. pag. 19. Orationes Pſalmorum per unumquemque Pſalmum, a *Beatus vir*, uſque ad *Quid gloriaris*, quae ſunt numero L.

Prima Oratio haec eſt: *Effice nos, Domine, tamquam fructuoſiſſimum lignum ante conſpectum tuum, ut tuis imbribus irrigati mereamur tibi ſuavium fructuum ubertate placere. Per &c.*

XI. pag. 24. *b.* Pſalterium iuxta LXX. Interpretum verſionem, cum elegantiſſima, prout ea ferebat aetas pictura, quae Davidem ſedentem, citharamque pulſantem, cum aliis duobus adſtantibus, quorum unus fidibus, alter binis canit tibiis.

'XII. pag. 133. In fine Pſalterii poſt Pſalmum *Laudate Dominum in ſanctis eius*, alius adiicitur, hoc monito praeeunte: *Hic pſalmus in Hebraeis Codicibus non habetur, ſed nec in quodam a ſeptuaginta Interpretibus editus eſt, & idcirco repudiandus.* Inc. *Puſillus eram inter fratres meos, & adoleſcentior in domo patris mei.*

XIII. p. ead. Cantica Prophetarum recitanda per totam hebdomadam, a Cantico Iſaiae Prophetae, uſque ad Canticum Symeonis; quibus ſubiicitur pag. 141. *Hymnus S. Niceti Epiſcopi Dominicis diebus* decantandus (2), qui vulgo *Ambroſianus* dicitur. Similiter hymnus Angelorum, Oratio Dominica, Symbolum, ad cuius ſingulos verſiculos nomina Apoſtolorum maioribus rubris litteris adſcribuntur; item Symbolum Conſtantinopolitanum, in quo hae potiſſimum variantes notandae ſunt, *Adſcendit ad caelos. Et vitam futuri ſaeculi*; Fides Catholica S. Athanaſii Alexandrini Epiſcopi; quibus omnibus pag. 144. Litaniae ſubiiciuntur, quas operaepretium duximus, uti iacent in Codice proferre, licet Io. Lamius in novis S. Geneſii Mart. Actis eas publici iuris fecerit in libello, cui titulus: *Atti del martirio di S. Geneſio Romano nell' originale latino, e col volgarizzamento allato, illuſtrati con note, ed oſſervazioni. Opera del celebre Sig. Lami in queſta ſeconda edizione accreſciuta di copioſe notizie, con una Lettera dell' Ab. Teleſforo Benigni all' Autore. Oſimo preſſo il Quercetti* 1766. *in* 8. ubi pag. 76. ita exhibentur:

Incipiunt Letaniae a SS. Patribus conſtitutae (3).

Kyrie leyſon III.	
Chriſte leyſon.	
Chriſte audi nos.	
Pater de caelis Deus	*miſ. nobis.*
Fili Redemptor mundi Deus	*miſ. nob.*
Spiritus S. Deus	*miſ. nob.*
S. Trinitas, & une Deus	*miſ. nob.*
Qui es trinus, & unus Deus	*miſ. nob.*
Sancta Maria	*or.*
Sancta Dei Genitrix	*or.*
S. Virgo Virginum	*or.*
S. Mater Domini	*or.*
S. Michael	*or.*
S. Gabriel	*or.*
S. Raphael	*or.*
SS. Throni	*or.*
SS. Dominationes	*or.*
SS. Principatus	*or.*
SS. Poteſtates	*or.*
SS. Virtutes Caelorum	*or.*
SS. Cherubim	*or.*
SS. Seraphym	*or.*
Omnes SS. Angeli, & Archangeli	*or.*
Omnes SS. Beatorum Spirituum ordines	*or.*
Nomina Iuſtorum.	
S. Abel	*or.*
S. Enoch	*or.*
S. Noe	*or.*
Omnis chorus Iuſtorum	*or.*
Nomina Prophetarum.	
S. Abraham	*or.*
S. Yſahac	*or.*
S. Iacob	*or.*
Omnes SS. Patriarchae	*or.*
S. Moyſes	*or.*
S. Aaron	*or.*
S. Samuel	*or.*

X 2 *S. Ile-*

(1) Quis ſit iſte Ioannes Monachus infra videbimus.

(2) Conſule quae eruditiſſime edifferit Oudinus in Comment. de Scriptor. Eccleſ. T. I. p. 668. In nonnullis Codicibus inſcribitur Hymnus *S. Abundii*, in aliis *Siſebuli Monachi*, in aliis *S. Siſebuti*. In Pſalterio Latino Gallico, cuius meminit Iac. Vſſerius in Tractatu de Symbolo Romanae Eccleſiae, Epiſtola ad Voſſium, *S. Niceto* attribuitur.

(3) Alias, ſed longe breviores Litanias, una cum Calendario protulit Socius quidam Columbarius in libello Italico, ita inſcripto: *Calendario Polironiano del XII. Secolo illuſtrato da un Socio Colombario. In Venezia* 1759. 8. quem vide.

Digitized by Google

S. Helia or.
S. Heliſee or.
S. Yſaja or.
S. Iheremia or.
S. Ihezechiel or.
S. Daniel or.
S. Oſee or.
S. Iohel or.
S. Amos or.
S. Abdia or.
S. Iona or.
S. Michea or.
S. Naum or.
S. Abbacuc or.
S. Sophonia or.
S. Aggee or.
S. Zacharia or.
S. Malachia or.
S. Ioannes Baptiſta or.

Nomina Apoſtolorum.

S. Petre or.
S. Paule or.
S. Andrea or.
S. Iacobe or.
S. Iohannes or.
S. Thoma or.
S. Iacobe or.
S. Philippe or.
S. Bartholomee or.
S. Mathee or.
S. Symon or.
S. Taddee or.
S. Mathia or.
S. Barnaba or.
S. Luca or.
S. Marce or.
S. Timothee or.
Omnes SS. Apoſtoli & Evangeliſtae orate
Omnes SS. Diſcipuli Domini orate
Omnes SS. Innocentes orate

Nomina Levitarum.

S. Stephane or.
S. Laurenti or.
S. Vincenti or.
S. Feliciſſime or.
S. Agapite or.
S. Abundi or.
S. Ceſari or.
Omnes SS. Levitae or.

Nomina Sacerdotum.

S. Line or.
S. Clete or.
S. Clemens or.
S. Corneli or.
S. Cipriane or.
S. Vrbane or.
S. Anaclete or.
S. Xiſte or.
S. Silveſter or.
S. Calixte or.
S. Marcelle or.
S. Gregori or.
S. Bonefatii or.
S. Damaſe or.
S. Leo or.
Omnes Sancti Sacerdotes or.

Nomina Martyrum.

S. Nazari or.
S. Celſe or.
S. Gervaſi or.
S. Protaſi or.
S. Valentine or.
S. Abundi or.
S. Agapite or.
S. Ypolite or.
S. Peregrine or.
S. Caſſiane or.
S. Fauſtine or.
S. Iovitta or.
S. Domnine or.
S. Antonine or.
S. Apolenaris or.
S. Vitalis or.
S. Sebaſtiane or.
S. Secundiane or.
S. Veriane or.
S. Marcelliane or.
S. Criſpine or.
S. Criſpiniane or.
S. Epymache or.
S. Prime or.
S. Feliciane or.
S. Proceſſe or.
S. Martiniane or.
S. Tiburti or.
S. Valeriane or.
S. Vite or.
S. Modeſte or.
S. Georgi or.
S. Fidelis or.
S. Carpofore or.
S. Callocere or.
S. Secunde or.
S. Martiane or.
S. Gereon or.
S. Geneſi or.
S. Anaſtaſi or.
S. Ciriace or.
S. Minias cum ſociis tuis or.
S. Maurici cum ſociis tuis or.
S. Quintine or.
S. Dioniſi or.
S. Ruſtice or.
S. Eleutheri or.
S. Neree or.
S. Archillee or.
S. Pancrati or.
S. Abdon or.
S. Sennen or.
S. Petre or.
S. Marcelline or.
S. Prote or.
S. Iacinte or.
S. Magne or.
S. Hermes or.
S. Paule or.

S. Io-

S. Iohannes or.
S. Alexander or.
S. Eventi or.
S. Theodole or.
S. Firmine or.
S. Deſideri or.
S. Saturnine or.
S. Savine or.
S. Maurici or.
S. Nabor or.
S. Felix or.
S. Coſma or.
S. Damiane or.
S. Antime or.
S. Leonti or.
S. Euprepi or.
SS. Innocentes or.
SS. Agoenenſes or.
SS. Quadraginta or.
SS. Septem fratres or.
SS. Quatuor coronati or.
Omnes SS. Martyres or.

Nomina Confeſſorum.

S. Syre or.
S. Yventi or.
S. Criſpine or.
S. Vrſecene or.
S. Epyphani or.
S. Maxime or.
S. Iheronime or.
S. Ambroſi or.
S. Nicholae or.
S. Auguſtine or.
S. Yſidore or.
S. Hylari or.
S. Leodegari or.
S. Martine or.
S. Britii or.
S. Euſebi or.
S. Gaudenti or.
S. Remigi or.
S. Germane or.
S. Vedaſte or.
S. Cerboni or.
S. Amande or.
S. Frigdiane or.
S. Martialis or.
S. Donate or.
S. Blaſie or.
S. Fortunate or.
S. Pauline or.
S. Iuſtine or.
S. Zenon or.
S. Gandulſe or.
S. Abunde or.
S. Albane or.
S. Severe or.
S. Severine or.
S. Victorine or.
S. Proſper or.
S. Zenobi or.
S. Creſcenti or.
S. Eugeni or.
S. Romule or.

Omnes SS. Pontifices & Confeſſores or.

Nomina Monachorum.

S. Benedicte or.
S. Columbane or.
S. Paule or.
S. Antime or.
S. Baſili or.
S. Maure or.
S. Placide or.
S. Equitie or.
S. Machari or.
S. Romane or.
S. Galle or.
S. Pachomi or.
S. Euſtaſi or.
S. Attale or.
S. Bernulſe or.
S. Caſſiane or.
S. Effrem or.
S. Arſeni or.
S. Honorate or.
S. Libertine or.
S. Serene or.
S. Paphnutie or.
S. Paſtor or.
S. Iohannes or.
S. Ylarion or.
S. Yſahac or.
S. Furſee or.
S. Saba or.
Omnes SS. Monachi & Eremitae or.

Nomina Virginum.

S. Felicitas or.
S. Perpetua or.
S. Petronilla or.
S. Agnes or.
S. Agatha or.
S. Lucia or.
S. Cecilia or.
S. Anna or.
S. Criſtina or.
S. Conſtantia or.
S. Emerentiana or.
S. Daria or.
S. Praxedis or.
S. Savina or.
S. Genuſefa or.
S. Scolaſtica or.
S. Tecla or.
S. Potentiana or.
S. Iuliana or.
S. Iuſtina or.
S. Eulalia or.
S. Eugenia or.
S. Eufemia or.
S. Margarita or.
S. Marina or.
S. Sotheris or.
S. Muſtiola or.
S. Specioſa or.
S. Columba or.
S. Iuliana or.
S. Benedicta or.

S. Ana-

S. Anaſtaſia or.
S. Concordia or.
S. Pelagia or.
S. Natalia or.
S. Priſca or.
S. Barbara or.
S. Martina or.
S. Digna or.
S. Merita or.
S. Rufina or.
S. Secunda or.
S. Potentiana or.
S. Martha or.
S. Aurea or.
S. Helena or.
S. Sophia or.
S. Anna or.
S. Suſanna or.
S. Eliſabeth or.
S. Eufraxia or.
S. Honorata or.
S. Reparata or.
S. Romula or.
S. Redempta or.
S. Brigida or.
Omnes ſanctae Virgines or.
Omnes Sancti, & Sanctae Dei or. (1)
Propitius eſto Parce nobis Domine.
Propitius eſto Libera nos Domine.
Ab omni malo libera
Ab omni iniquitate lib.
Ab omni cogitatione prava lib.
Ab omni immunditia cordis, & corporis lib.
A peccatis noſtris lib.
Ab ira tua lib.
A perſecutione inimicorum lib.
Ab ira, & odio, & omni mala voluntate lib.
Ab inſidiis Diaboli lib.
Ab inſidiis hominum lib.
A ventura ira lib.
A gladio maligno lib.
A gente Pagana lib.
A perfidis gentibus lib.
A peſte, & clade lib.
A fulgure, & tempeſtate lib.
A ſubitanea, & aeterna morte lib.
A caecitate cordis lib.
A peſte, & fame, & gladio lib.
A carnalibus deſideriis lib.
Ab omni immunditia mentis, & corporis lib.
Ab immundis cogitationibus lib.
Ab hoſtibus viſibilibus, & inviſibilibus lib.
A variis languoribus lib.
A poenis inferni lib.
A poteſtate Diaboli lib.
A delectationibus carnis lib.
A ſpiritu libidinis, & immunditiis lib.
A dominatu omnium vitiorum lib.
A repentina morte lib.
A morte perpetua lib.
A poenis inferni lib.
Ab omnibus aeternis ſuppliciis lib.
A nimia pluvia lib.
Per myſterium S. Incarnationis tuae lib.
Per Adventum tuum lib.

Per Nativitatem tuam lib.
Per Baptiſmum tuum lib.
Per ieiunium ſanctum tuum lib.
Per Paſſionem tuam lib.
Per ſanctam Crucem tuam lib.
Per ſanctam Reſurrectionem tuam lib.
Per admirabilem Adſcenſionem tuam lib.
Per gratiam Spiritus S. Paracliti lib.
In die iudicii lib.
In adventu tuo ſecundo lib.
Peccatores te rog.
Vt parcas nobis te rog.
Vt pacem nobis dones te rog.
Vt ſanitatem nobis dones te rog.
Vt Eccleſiam tuam regere & defenſare digneris te rog.
Vt eam ſemper exaltare digneris te rog.
Vt domnum Apoſtolicum, & omnes gradus Eccleſiae in ſancta religione conſervare digneris te rog.
Vt Regibus noſtris, & Principibus pacem & veram concordiam, atque victoriam donare digneris te rog.
Vt Epiſcopos, & Abbates noſtros, & omnes Congregationes illis commiſſas in ſancta religione conſervare digneris te rog.
Vt Congregationem noſtram in ſancta religione conſervare digneris te rog.
Vt cunctum (ſic) populum Chriſtianum pacem, & unanimitatem donare digneris te rog.
Vt Congregationem omnium ſanctorum tuorum in tuo aucto ſervitio conſervare digneris te rog.
Vt compunctionem cordis, & fontem lacrymarum nobis dones te rog.
Vt tempora tranquilla nobis dones te rog.
Vt emendationem nobis dones te rog.
Vt compunctionem cordis, & corporis nobis dones te rog.
Vt aëris temperiem nobis dones te rog.
Vt fructum terrae dare, & conſervare digneris te rog.
Vt fontem lacrymarum nobis tribuas te rog.
Vt ſpiritum poenitentiae nobis tribuas te rog.
Vt veram poenitentiam nobis concedere, & peragere digneris te rog.
Vt indulgentiam, & remiſſionem omnium peccatorum noſtrorum nobis dones te rog.
Vt gratiam Sancti Spiritus cordibus noſtris clementer infundere digneris te rog.
Vt Fidem, Spem, & Charitatem nobis dones te rog.
Vt fidem rectam nobis dones te rog.
Vt gratiam tuam nobis dones te rog.
Vt ad gaudia aeterna nos perducere digneris te rog.
Vt miſericordia, & pietas tua nos cuſtodiat te rog.
Vt hic, & in perpetuum nos cuſtodire digneris te rog.
Vt dies, & actus noſtros in tua pace diſponas te rog.
Vt obſequium noſtrae ſervitutis rationabile facias te rog.
Vt

(1) Huc uſque in lucem dedit Io. Lamius Libro ſupra citato pag. 96.

Vt vitam aeternam nobis dones te rog.

Vt animas noſtras, & parentum noſtrorum ab aeterna damnatione eripias te rog.

Vt errantes ad viam ſalutis reducas te rog.

Vt Regularibus diſciplinis nos inſtruere digneris te rog.

Vt oculos miſericordiae tuae ſuper nos reducere digneris te rog.

Vt nobis ſanctum Angelum tuum a tutela (ſic) *mittere digneris* te rog.

Vt veniam de peccatis noſtris conſequi mereamur te rog.

Vt inimicos ſanctae Dei Eccleſiae humiliare digneris te rog.

Vt gentem Paganam confringere digneris te rog.

Vt nos famulos tuos in tuo ſancto ſervitio cuſtodire, & confortare digneris te rog.

Vt cunctos inimicos, & adverſarios noſtros humiliare digneris te rog.

Vt cunctos fideles amicos noſtros ſalvare digneris te rog.

Vt cunctos gradus Eccleſiaſtici Ordinis in ſancta religione conſervare digneris te rog.

Vt fratribus noſtris, & omnibus fidelibus infirmis ſalutem mentis, & corporis reſtituas te rog.

Vt in viam pacis, & charitatis nos dirigas te rog.

Vt fratribus noſtris, & omnibus fidelibus defunctis requiem aeternam donare digneris te rog.

Vt gentes, quae in ſua feritate confidunt dextera tua conterantur te rog.

Vt Civitatem iſtam protegere, atque defendere digneris te rog.

Vt cunctos fideles tuos habitantes in ea conſervare digneris te rog.

Vt hodie ſine peccato nos cuſtodias te rog.

Vt nos exaudire digneris te rog.

Vt nobis miſerere digneris te rog.

Fili Dei te rog. audi nos.

Paſtor bone te rog. audi nos.

Redemptor mundi te rog. audi nos.

Salvator mundi te rog. audi nos.

Mediator Dei, & hominum te rog. audi nos.

Agnus Dei &c.

XIV. pag. 149. Sequuntur Orationes plures dicendae poſt recitationem Pſalterii, in quarum una, quae inſcrib. *Oratio propinquitatis*, pag. 149. *b.* mentio fit Ioannis Abbatis Coenobii his verbis: *pro Abbate noſtro, & pro Congregatione illi commiſſa*. Item obſervanda eſt alia Oratio pag. 151. dicenda *in domo Monaſterii*.

XV. pag. 151. *b.* Sequitur *Confeſſio* quaedam, quae ita ſe habet: *Confiteor tibi, Domine Ieſu Chriſte, quia peccavi nimis coram te, nimis erravi, nimis a te longe diſceſſi, ſed precor, ut miſerearis mei, & ne ſis inexorabilis propter nimia ſcelera mea, ſed propter immenſam bonitatem tuam aperi mihi iannam pietatis tuae, ut ingrediar viam tuam, & ambulem in viis praeceptorum tuorum. Confiteor tibi, Domine, quia peccavi nimis in conſpectu tuo, in cogitationibus peſſimis, in meditationibus pravis, in verbo, in viſu, in auditu, in tactu, in greſſu, in opere perverſo. Confiteor, quia nimis egi nequiter coram te, & ad iracundiam provocavi oculos maieſtatis tuae. Confiteor, quia corrui in delictis, & iaceo gravatus pondere peccatorum. Non queo ſurgere, niſi tu porrexeris mihi manum. Adiuva me, Domine Deus meus, ſalvum me fac propter miſericordiam tuam, & noli me derelinquere in manus iniquorum inſurgentium in me; ſed quia plaſmaſti me, & redemiſti me, deprecor ſanctam miſericordiam tuam, ne perdas me. Protege me Domine ſub umbra alarum tuarum, & defende ab omnibus inſidiis inimici; apprehende Domine arma, & ſcutum, & exurge in adiutorium mihi. Da mihi Domine arma ſpiritualia, ſcutum fidei, galeam ſalutis, loricam iuſtitiae, & gladium ſpiritus, ut valeam expugnare inimicum inſidiantem mihi. Tribue mihi Domine veniam delictorum meorum, ut quum dies ultima mihi advenerit, non cum impiis percipiam damnationem, ſed cum iuſtis merear habere portionem. Tribue mihi Domine quod amas, & miſericors, repelle quod odis. Tribue mihi, Omnipotens Deus, ut iugis mea meditatio ipſe ſis, & confirma me in tuis iuſtificationibus, & perſeverantiam mihi tribue in illis, & fac me dignum ante conſpectum tuum ſtare, & dies meos in bonis operibus perſeverare, quia tu es Deus benedictus in ſaecula ſaeculorum, Amen.*

XVI. pag. 152. Oratio S. Gregorii Papae, quam homo debet cantare ante altare pro anima ſua cum triginta Pſalmis Poenitentialibus. Inc. *Domine exaudi orationem meam, quia iam cognoſco tempus meum prope eſt*. Deſ. *ut exaudias deprecationem meam, qui vivis &c.*

XVII. pag. 153. *b.* Inquiſiio (*ſic*) S. Auguſtini de iſta Oratione, ut in quacumque die cantatur, nec diabolus, nec malus homo impedimentum facere poteſt, & quod iuſtum petierit a Domino, dabit illi, & ſi anima de corpore egreditur, in inferno non recipitur. Inc. *Domine Ieſu Chriſte, qui in hunc mundum propter nos peccatores de ſinu Patris adveniſti &c.* Deſ. *indulgeat mihi omnia peccata mea hic, & in futuro ſaeculo. Amen.*

XVIII. p. 156. Ad Sanctam Mariam Orationes IX. quibus praecedit elegantiſſima pictura, auro, minio, variiſque coloribus mirifice exornata, Beatam Virginem ſedentem exhibens, cum puero Ieſu (1) item ſupra ipſius genua adſidente, qui ſiniſtra volumen clauſum tenet, dexteram vero, benedicentis ad inſtar, extendit verſus Monachum quemdam barbatum genuflexum, cinereo ſacco, & brevi cuculla rubriſque caligis indutum: manus habet iunctas ante Deiparae imaginem, adſcripto ad utraque latera nomine, IOH. MO. ſcilicet *Iohannes Monachus*, qui fuit poſſeſſor Codicis, ideoque pluribus in locis nominatur. Pertinuit autem hic pretioſiſſimus Codex ad Monaſterium S. Michaëlis Marturi,

(1) Nimbo utriuſque caput obducitur.

Digitized by Google

ri, quod Caſtrum eſt Senas inter & Florentiam poſitum in Colle, cuius radices amnis Marturius olim adluebat, Podium etiam Bonitium dictum, cuius frequens eſt in Senenſibus, & Florentinis hiſtoriis mentio. Porro chartae ad hoc Coenobium ſpectantes, primaeque donationis ab Hugone Marchione confectae tabulae duae ex Paradiſi Chartulario laudantur a Coſma de Arena, *Serie de' Duchi di Toſcana* pag. 159. & 172. & referuntur integrae a Pulcinellio in Chronic. Abbatiae Florentinae pag. 34. 35. Prima data eſt *regnante Domino noſtro Octo, Dei gratia Imp. Aug. anno Imperii eius VIIII. & filio eius Octo, itemque Imp. anno Imperii eius III. quarto Idus Iulii, Indictione tertia decima*: quae notae chronicae ad annum pertinent DCCCCLXX. In tabulario vero Archiepiſcopali Piſano exſtat donatio Alberti Marchionis, filii quondam Obizonis Marchionis, facta anno MLXI. Iohanni Abbati Monaſterii S. Michaelis in Martuli, qui fuit inſignis huius Codicis poſſeſſor.

XIX. pag. 160. *b.* Occurrunt Orationes ad Sanctum Michaelem Archangelum duae, ad univerſos Angelos una, ad S. Ioannem Baptiſtam duae. Item pag. ead. *b.* ad Sanctos Apoſtolos Petrum, Paullum, Andream, Ioannem Apoſtolum & Evangeliſtam, Iacobum, Thomam Iacobum, Philippum, Bartholomaeum, Matthaeum, Simonem; denique ad univerſos Apoſtolos Orationes duae; ad S. Stephanum protomartyrem duae, ad S. Laurentium martyrem, ad univerſos martyres, ad S. Martinum duae, ad S. Benedictum duae, ad univerſos Confeſſores, ad Sanctas Virgines, & ad omnes Sanctos.

XX. pag. 166. *b.* Ad Crucem adorandam Orationes XXIII. quibus item praecurrit admirandae antiquitatis pictura, quae Chriſtum in ſalutari ligno, quod in litteram Tau ſuperne, fortaſſe ad excipiendam inſcriptionem, deſinit, pendentem, & quatuor adfixum clavis repraeſentat: capillos habet rubros, barbam oblongam, oculos clauſos, femoralia, & nimbum in capite; quo & quatuor aliae adſtantes figurae ſunt exornatae: ſuperne adſtant duo Angeli extenſis manibus, adſcriptis nominibus Graecis, & quidem ſic ΓωΑThAC, & ΚΑΜΑΤΡΑC, inferius vero Virgo Maria a dexteris, & a ſiniſtris Ioannes Evangeliſta, qui volumen clauſum ſiniſtra tenet.

XXI. pag. 173. *b.* Alia recurrit Confeſſio, in qua eiuſdem Ioannis Monachi mentio incidit, & eſt huiuſmodi: *Confiteor tibi Domine omnia peccata mea quaecumque feci, & egi, & geſſi omnibus diebus vitae meae. Deus, qui creaſti omnia, precor, indulge mihi omnia peccata mea, & miſerere mei, quia nimium peccavi tibi Domine Deus meus, miſerere mei per interceſſionem Beatae Dei Genitricis Mariae, & omnium Sanctorum Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, atque Virginum. Te deprecor, miſerere mei Domine, ſi in te peccavi, tamen te non dereliqui, Deos alienos non adoravi. Miſerere mei, da veniam, peto a te, pro omnibus culpis meis. Pius Deus tibi confiteor omnia peccata mea, quia multa crimina agnoſco in me. Deus propitius eſto mihi peccatori, famulo tuo IOHANNE, non me deſeras neque derelinquas, Domine Deus meus, ſed miſerere mei pie Deus, ſanctus Deus, ſanctus fortis, ſanctus immortalis. Miſericors Deus, & clementiſſime Pater, adiuva me peccatorem ſperantem in te. Da mihi cor, qui* (ſic) *te timeat, ſenſum, qui te intelligat, oculos, qui te videant. aures, qui* (ſic) *te audiant, nares, qui* (ſic) *odorem tuum ſuſcipiant. Domine mollifica cor meum durum, & lapideum, quia cinis ſum mortalis. Precor, libera animam de morte, ſalva me vigilantem, cuſtodi me dormientem, ut dormiam in pace, & vigilem in te, Chriſte fili Dei vivi. Te deprecor Domine, ut omnibus, qui mihi bene volunt, aut faciunt, da* (ſic) *illis bona in aeternum. Si quis vero mala mihi faciunt, aut volunt, da illis indulgentiam, & remiſſionem omnium peccatorum ſuorum. Domine Ieſu Chriſte, fili Dei vivi, te adoro, te deprecor, miſerere mei. Tibi gratias ago, qui habes ſuper me peccatorem, invocatum nomen tuum, & tuam magnam pietatem, & miſericordiam. Domine Ieſu Chriſte, fili Dei vivi, ſepara a me inimicum, & ab anima mea, & a corpore; tu me Domine conforta, tu adminiſtra mihi auxilium, da mihi de te cogitare, & de te loquere, & bonam fidem habere. Domine Ieſu Chriſte repelle a me inimicorum ſagittas, & mitte ſanctam Crucem tuam in auxilium mihi, ut omnia mihi ad remedium veniant, & medicamentum praeſtent. Exaudi me Domine te deprecantem, te deſiderantem, & ad te revertentem, quia poenitet me, quod ſatis peccavi, veniam peto, parce, & miſerere mihi Domine, quia nihil enim ſunt dies mei. Auxiliare mihi digneris ſalvator meus, qui vivis.*

XXII. pag. 174. *b.* Tum aliae Orationes ſequuntur, videlicet ad Patrem, ad Filium, ad Sanctam Trinitatem, ad proprium Angelum duae; pro ſemetipſo duae, pro patre, & matre, aliae duae pro ſemetipſo, quarum prima eſt: *Domine Deus caeli, terraeque creator, conſerva me famulum tuum IOHANNEM inter omnes mundi huius perturbationes, & adverſitates, ſicut conſervaſti virum iuſtum Noe in arcam, quando deletum* (ſic) *eſt mundum ab aquis diluvii. Libera me potenter ab omni adverſitate, ſicut liberaſti filios Iſrael de Aegyptiorum ſervitute; conſerva me a cunctis periculis, ſicut conſervaſti tres pueros in camino ignis ardentis. Dirige greſſus meos in beneplacito tuo, quo tua miſeratione protectus cum David Rege ab inimicorum liberer inſidiis. Exaudi, caelorum Domine, famulum tuum flebilem vocem* (ſic) *pro me peccatore clamantem ad te. Per Dominum noſtrum &c.*

XXIII. pag. 178. Orationes Dominicales per totum annum a Dom. I. de Adventu uſque ad Dom. XXVII. poſt Pentecoſten, quibus interſeruntur Orationes Sanctorum, inter

quas

Digitized by Google

quas pag. 198. notanda eſt Oratio in Natale S. Romuli, quae ſequens eſt: *Deus, qui ſanctam nobis diei huius ſollemnitatem in honore S. Romuli Confeſſoris tui atque Pontificis conſecraſti: adeſto familiae tuae, & dona, ut cuius feſta celebramus, eius meritis & auxiliis ſublevemur. Per &c.*

XXIV. pag. 208. Orationes feriales ad noctem & in laudibus a feria II. ad Sabbatum.

XXV. pag. ead. *b.* Orationes matutinales a fer. II. ad Sabbatum.

XXVI. pag. 209. Ad horas diei a fer. II. ad Sabbatum.

XXVII. pag. 210. *b.* Aliae tandem Orationes, ſcilicet duae in Dedicatione Eccleſiae, una S. Auguſtini ad Ieſum Chriſtum, alia Anonymi ad S. Mariam. In fine legitur: *Liber Petri de Med. Coſ. fil.*

Codex membranac. Ms. inſignis in 4. maiori Saec. XI. elegantiſſimae, ſed mendoſae non parum ſcripturae, cum litteris initialibus, auro, ac diverſis coloribus exornatis, variis veterum Chriſtianorum ſymbolis, ac Salvatoris figuris, hinc inde adiectis, cum ſcholiis alia, ſed antiqua manu in margine exaratis, quae videntur ex Auguſtino, & Caſſiodoro ut plurimum deſumpta. Conſtat foliis ſcriptis 214.

PSALMISTA.

Cod. IV. PSalterium David, & aliqua Prophetarum Cantica, cum gloſſis interlinearibus, & ſcholiis in margine, uberrimis illis quidem, & ab eadem antiqua manu, quae Codicem exſcripſit, charactere tamen minori exaratis. Deſinunt Cantica in illo Moyſis: *Audite caeli quae loquor &c.* qui quidem ad finem uſque perducitur, ſcholia vero ſunt imperfecta.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XII. in fine mutilus. Conſtat foliis ſcriptis 210.

PSALTERIVM.

Cod. V. PSalterium David cum Canticis Prophetarum, quae ſubſequuntur Hymni *Gloria in Excelſis Deo*, & *Te Deum laudamus*, Oratio Dominica, Symbolum Apoſtolorum, Nicaenum, & S. Athanaſii. Abundat & hic Codex ſcholiis marginalibus, & gloſſis interlinearibus, quae utraque deſinunt in Pſalmo *Deus laudem meam ne tacueris &c.* unde incipit nova ſcriptoris manus paullo recentior.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XII. Conſtat foliis ſcriptis 244.

PSALTERIVM.

Cod. VI. PSalterium David cum gloſſis interlinearibus, & ſcholiis marginalibus, ſive interpretatione SS. Patrum, praeſertim Auguſtini, & Caſſiodori, quorum nomina leguntur in principio expoſitionis in primum Pſalmum; ac deinceps, tum ipſorum, tum aliorum Interpretum nomina prorſus reticentur. Progrediuntur autem & ſcholia, & gloſſae uſque ad Canticum Moyſis, *Audite caeli quae loquor &c.* incluſive. Pſalterio enim Davidico etiam Prophetarum Cantica, Hymnus *Te Deum*, *Gloria in excelſis Deo*, Symbolum Apoſtolorum, & S. Athanaſii, ut in ſuperioribus Codicibus, adiiciuntur. Notandum praeterea eſt, octo prima Codicis folia, ſive integrum quaternionem ex alio fortaſſe exemplari in hoc translatum, continere expoſitionem in primos quatuor Pſalmos, ſingulis ferme verbis ſubiectam, cum quadam Praefatione, cuius initium: *Chriſtus integer caput cum membris eſt materia huius libri*. Enarratio vero in Pſalmum quartum, *Quum invocarem &c.* mutila eſt in fine: deſinit enim in explicatione vocis *ſacrificate*.

Accedunt in fine, ſcilicet pag. 309. Orationes in Pſalmos & in Cantica, quibus ſuccedunt Litaniae maiores (1), ac Preces, ac deinde aliae Orationes ad Deiparam Virginem, Archangelum Michaëlem, Sanctos Laurentium, Ioannem Baptiſtam, ſingulos Apoſtolos, & alios ſanctos; pagina vero 345. *b.* Orationes Dominicales per totius anni circulum a Dom. I. Adventus uſque ad Dom. XXVII. poſt Pent. inſertis etiam illis, quae in diebus feſtis Sanctorum infra annum occurrentibus dicendae ſunt. Tandem pag. 363. Orationes feriales ad Nocturnum, & in Laudibus.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIII. optime ſervatus. Conſtat foliis ſcriptis 367.

PSALTERIVM.

PSalterium David cum Canticis Prophetarum, & Symbolo S. Athanaſii, & Apoſtolorum, quod tamen ultimum recentiſſima manu adiectum fuit. Heic quoque uberrima ſunt ſcholia in margine, gloſſaeque interlineares. Notandum eſt in ultimo Cantico unum folium diverſa manu, item antiqua, fuiſſe ſuppletum, quemadmodum etiam alterum in Symbolo S. Athanaſii. Cod. VII.

Codex membr. Ms. in 4. Saec. XII. Conſtat foliis ſcriptis 160.

PSALTERIVM.

PRaecedunt Pſalterio Orationes quaedam ad Sanctam Crucem: Pſalmi vero incipiunt a pag. 8. Cantica pag. 116. quibus inſertus eſt Hymnus *Te Deum laudamus*, dictus *S. Niceti Epiſcopi*. Cantica ſubſequuntur Oratio Dominica, Symbolum Apoſtolorum, & Nicaenum, & S. Athanaſii; tum Litaniae, item breviores, quam in Codice III. huius Plutei, in quibus tamen nonnullorum SS. nomina habentur, de quibus in illo nulla erat mentio, videlicet *S. Salvius*, & *S. Geminianus*. Preces quoque breviores ſunt, quam in Cod. VIII.

(1) Hae multo breviores ſunt, quam illae, quas ex Codice III huius Plutei protulimus, & ad noſtras ferme accedunt; quoad Preces vero cum ipſo penitus concordat. Inter ſanctos Martyres ponitur *S. Thomas*, inter Monachos *Aegidius*, & inter Virgines *Apollonia* & *Vrſula*, quae in illo deerant.

dicto Codice. Clauditur Codex Oratione quadam, cuius inſcriptio ita habet: *Hymnus, quem cantavit Gildus Rex pro anima patris ſui, qui erat in inferno. Quicumque cantaverit ſingulis diebus per totum annum pro anima amici ſui, licet in inferno ſit, eruetur, & in regnum Dei ducetur: ſi autem obliviſcitur uno die in anno, a caput incipiat, & per totum annum adimpleat ita. Ad Dominum cum tribularer, uſque Laudate nomen Domini.* Inc. *Deus ſumme pacis, & caeli Sancte Pater Omnipotens aeterne Deus &c.* Deſ. *quod ipſe praeſtare dignetur, qui venturus eſt iudicare vivos, & mortuos, & ſaeculum per ignem, Amen.*

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XIII. in cuius calce legitur: *Liber Petri de Medicis Coſmae filii*. Conſtat foliis ſcriptis 137.

PSALTERIVM DAVID.

Cod. IX. PSalterium David, Cantica Prophetarum, & alia, ut in Codicibus ſuperioribus; ſcholia tamen marginalia, & gloſſae interlineares rariores ſunt, quam in illis. Hymnus vero Ambroſianus, heic quoque S. Niceto adſcribitur. Canticis hic titulus praecedit: *Incipiunt hymni per totam hebdomadam ex diverſis Prophetis.* Sequuntur pag. 183. Litaniae, & quidem manu aliquanto recentiori exaratae, cum Orationibus & Precibus. Inter Sanctos nominantur S. Minias cum ſociis ſuis, S. Zenobius, S. Dominicus, & S. Franciſcus. Tandem pag. 186. Codicem claudunt Hymni totius anni tam proprii Sanctorum, quam de Tempore.

Codex membran. Ms. in 4. Saec. XI. quoad Pſalterium & Cantica, Saec. vero XIII. quoad reliqua. Conſtat foliis ſcriptis 202.

PSALTERIVM.

Cod. X. PSalterium cum Canticis, Hymno Ambroſiano, Symbolo S. Athanaſii, & Litaniis brevioribus, quam in Codice III. huius Plutei. Inter Sanctos tamen nominantur *S. Leodegarius, Fuſcianus* cum ſociis ſuis, *Echelbertus, Edmundus, Oſuvaldus, Eduvardus, Albanus, Eligius, Maglorius, Eadmundus, Vulſtanus, Glodoaldus, Leonardus, Euthbertus, Gedda, David, Genovefa, Aurea, Oportuna, Fides, Milburga, Brigida, & Iuliana.*

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XIII. in fine mutilus. Conſtat foliis ſcriptis 38.

PSALTERIVM.

Cod. XI. PSalterium David cum commentario anonymi, ſingulis Pſalmorum verſiculis ſubiecto. Praemittuntur argumenta in Pſalmos aliquot, initio mutila ob defectum Codicis in principio. Primum integrum hoc eſt: *Deus auribus noſtris audivimus. In fine filiis Chore ad intellectum. Non vobis, inquit, qui litteram ſectamini, ſed Chriſti filiis ad intelligentiam ſpiritualem hic Pſalmus componitur. Opera enim, quae in diebus antiquis Dominus operatus eſt, in figuram illis contigiſſe, ſibi autem ad correptionem ſcripta non dubitabunt.* Alterum ita habet: *Eructavit cor meum verbum bonum. In fine pro his filiis Chore, qui commutabuntur ad intellectum. Canticum pro dilecto. Hoc autem Canticum pro eo, & de eo dilecto cantatur, de quo ſcriptum eſt: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit; fit autem & pro Eccleſia, quae ſuum populum, ſuique Patris domum oblita, ad fidem & intellectum commutata eſt.* Vltimum eſt: *Lauda anima mea Dominum. Pſalmus Aggaei, & Zachariae. Aggaeus feſtinus; Zacharias autem memoria Domini interpretatur. Illi igitur hunc Pſalmum cantant, qui Domini ſemper memores, ſumma cum feſtinatione ei ſerviunt.* Pag. 2. *b.* abſque ullo titulo Pſalterium, & Expoſitio ita incipit: *Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum. Quid eſt ambulare in conſilio impiorum, niſi iniquis aſſentire conſiliis? Et in via peccatorum non ſtetit. In via autem peccatorum ſtare, eſt in malis operibus perſeverare. Et in cathedra peſtilentiae non ſedit. In cathedra quidem peſtilentiae ſedens, qui mala, quae agunt, alios facere docent. Dicat impius conſilium ſuum. Occide, inquit, furare, fac ſacrilegium, & ſimilia: hoc autem conſilium malum eſt; huic tamen quamplures aſſentiunt; quapropter beati non erunt. Haec eadem quae diximus via ſunt, per quam peccatores ad perditionem vadunt. Hanc autem viam multi ingrediuntur, qui non in ea ſtant, ſed poenitentiam agentes convertuntur retrorſum; hi quidem beatitudine non privantur. Qui vero in ea ſteterint, vel perſeveraverint, proculdubio beati eſſe non poterunt. Sciendum eſt autem, quoniam alia cathedra eſt peſtilentiae, alia vero ſalutis. Cathedra enim Petri, & Paulli Epiſcoporum, & Doctorum, ſalutis eſt; Haereticorum vero, non niſi mortis, & peſtilentiae; haec enim mortem, illa vero ſalutem infert: ergo illi beati, iſti vero miſeri erunt. Sed haec quae dicta ſunt, cui convenientius, quam Chriſto applicari poſſunt, de quo ſcriptum eſt, qui peccatum non fecit &c.* Duo poſtrema Codicis folia alia manu paullo recentiori ſuppleta ſunt, atque ultimi Pſalmi *Laudate Dominum in ſanctis eius*, expoſitio, ſeu paraphraſis metrica eſt. Inc.

Sint Domino laudes, ſint grates, ſint & honores.

Deſ.

Haec Pater, haec Flamen, haec Filius audiat. Amen.

Deo gratias.

Codex membranac. Ms. in 4. minori Saec. XII. binis columnis, ac minutis quidem, ſed diſtinctis litteris exaratus, cuius duo, ut diximus, folia in fine, & aliud inter pag. 95. & 97. alia manu ſuppletum eſt. Conſtat foliis ſcriptis 105.

Digitized by Google

PSALTERIVM.

Cod. XII. PSalterium integrum David cum gloſſis interlinearibus, & uberrimo Commentario Anonymi, qui totum ferme marginem quoquoverſus implet. Inc. *Beatus vir, ideſt bene in virtutibus auctus, & non effeminatus, & mollis, ſicut Adam, qui neglecto praecepto Dominico, conſilio uxoris adhaeſit &c.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XII. Conſtat foliis ſcriptis 160.

PSALTERIVM GRAECOLATINVM.

Cod. XIII. PSalterium David una cum pſalmo contra Goliath, & Canticis Prophetarum Graece & Latine. Subiiciuntur in fine Oratio Dominica, Salutatio Angelica, Ant. *Salve Regina &c.* & Symbolum Apoſtolorum Nicaenum, ſed Graece tantum.

Codex Graec. Lat. membranac. Ms. in 8. Saec. XV. binis columnis exaratus, quarum prima Latinum, altera Graecum excipit textum. Conſtat foliis ſcriptis 163.

EXODVS.

Cod. XIV. LIber Exodi cum Commentario excerpto ex Operibus SS. PP. videlicet Rabani, Origenis, Gregorii Papae, Iſidori, Auguſtini, Hieronymi, Bedae, Clementis Alexandrini ex Stromat. &c. Primus eſt Rabanus, qui ita inc. *In Pentateucho excellit Exodus, in quo paene omnia ſacramenta, quibus Eccleſia inſtruitur, ſingulariter exprimuntur. Per corporalem enim exitum filiorum de Aegypto corporali, noſter exitus de Aegypto ſpirituali ſignatur; per mare rubrum, & Pharaonis ſubmerſionem atque Aegyptiorum, Baptiſmi myſterium, & ſpiritualium hoſtium interitus &c.* Vltimus vero Iſidorus, qui in ea verba, *nec poterat Moyſes ingredi tectum foederis &c.* ita interpretationem ſimul & Codicem abſolvit: *Scriptura enim ſancta ſanctis, & ignorantiam ſuam fatentibus lumen eſt; iniquis vero & ſcientiam iactantibus nubes, quia excaecat eos.* Praeter commentarium praedictum, interpretationes quoque aliae interlineares ubique occurrunt.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XII. Conſtat foliis ſcriptis 96.

EXODVS.

Cod. XV. LIber Exodi cum commentariis excerptis ex Operibus Sanctorum Patrum, ut in Codice ſuperiore, & cum ſcholiis item interlinearibus.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIII. Conſtat foliis ſcriptis 104.

LEVITICVS.

Cod. XVI. LIber Levitici cum ampliſſimis Commentariis Heſychii, Origenis, Rabani, Hieronymi, Iſidori, Gregorii, Auguſtini &c. Ita autem exorditur Heſychius: *Prae omnibus neceſſe eſt, interpretationem legis ad anagogem trahi, & ſpiritualem intelligentiam in littera perſcrutari; hoc enim non contradicit legi, ſed eam defendit. Spiritualem quidem intellectum diligenter eſſe inquirendum etiam ipſe Chriſtus oſtendit &c.* Deſinit Expoſitio, & quidem nullo auctoris nomine appoſito, in hiſce verbis: *Diſcipuli noſtri quando fuerint perfecti, nihil noſtri egent magiſterii; ideo ait, immundorum primogenita eſſe redimenda, mundorum vero nequaquam; ſed nec Domino conſecrata, nec quae noviſſime ſunt dicta; perfecta enim demonſtrata ſunt, & intentionem divinam caeleſtemque gerunt.* Gloſſis quoque interlinearibus abundat.

Codex membranac. Ms. in 4. minori Saec. XII. in cuius prima pagina verſus quidam leguntur lingua Provinciali, in mortem filii, ut videntur conſcripti. Inc.

Ie plains, & plors, come feme dolente &c. In ſummo autem ipſius paginae margine poſſeſſoris nomen adſcriptum erat, poſtea eraſum: ex nonnullis tamen litterarum veſtigiis elicitur *Nicolai Michelotii.* Conſtat foliis ſcriptis 86.

EPISTOLAE CANONICAE.

Cod. XVII. EPiſtolae Canonicae, ſeu Catholicae SS. Apoſtolorum Iacobi, Petri, Ioannis, & Iudae cum gloſſis interlinearibus, & cum commentariis ex diverſis Patribus excerptis, ſcilicet Beda, Clemente, Didymo, & Auguſtino. Praecurrunt prolegomena quaedam in univerſas Catholicas Epiſtolas, & inc. *Quatuor fuerunt expoſitores ſuper Epiſtolas Catholicas, ſcilicet Beda, & Clemens, & Didymus ſuper unam Iacobi, & II. Petri, & I. Iudae. Auguſtinus autem III. Ioannis exponit. Epiſtola Iacobi primo ponitur propter dignitatem Iudaeorum, quibus ſcribitur. Petri ſecundo, quia ſcribuntur advenis, ideſt Proſelytis, qui ſunt indigniores. Ioannis tertio, quia ſcribuntur gentibus, quae neque natura, neque aliter fuerant in lege Iudae, unde dicit Athanaſius, quod intitulatae fuerunt ad Parthos &c.* Commentarius vero in Epiſt. Iacobi ita inc. *Septem ſunt Epiſtolae propter ſeptem dona Spiritus Sancti, vel propter fidem Trinitatis quam continent, quae per quatuor mundi partes diffuſa eſt. Prima ponitur Epiſtola Iacobi, non quod primum ſcripta fuerit, ſed propter dignitatem, quia ſcripta eſt Iudaeis, qui digniores erant, quia Dominus in propria perſona praedicavit illis, & propter eos miſſus fuerat, & ipſi primum fidem ſuſceperant, quorum Epiſcopus Iacobus iſte fuerat ordinatus.* Tria ultima Codicis folia ſunt poſterius recentiori manu ſuppleta quoad textum ſolummodo Epiſtolae Iudae, non quoad ſcholia; quare ultimum eſt in illa verba *factae ſunt exemplum ignis aeterni &c.* quod ita habet: *Exemplum ignis, ideſt ſignificatio aeternae combuſtionis: ſicut exarſerunt igne libidinis, arſerunt igne temporali, quia temporalis*

non fuit purgatorius, ſed initium poenae, & ſignum futuri.

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XI. ut putat Ioannes Lamius in Libro de Eruditione Apoſtolorum, ubi de hoc Codice verba facit. In fine legitur *Liber Petri de Medicis Coſm. F.* Conſtat foliis ſcriptis 70.

EVANGELIA QVAE TOTO ANNO LEGVNTVR IN ECCLESIA.

Cod. XVIII. EVangelia, quae per totum annum leguntur in Eccleſia Latina cum hoc titulo: *Evangeliſtarium ſecundum conſuetudinem Romanae Curiae.* Dividuntur primo in Própria de Tempore, ac Propria de Sanctis; illa incipiunt a Dominica I. de Adventu, & deſinunt in Dom. XXIV. poſt Pentecoſten, haec vero a vigilia S. Andreae Apoſtoli progrediuntur uſque ad feſtum Dedicationis S. Michaëlis: tum ſubſequuntur Evangelia de Communi Sanctorum.

Codex membr. Ms. in 4. maiori Saec. XIV. cuius prima pagina quatuor Evangeliſtarum figuris cum propriis Symbolis exornata eſt, exhibetque inſigne Columnenſium, cui galerus rubeus Cardinalitius ſuperpoſitus eſt. Conſtat foliis ſcriptis 139.

EVANGELIA QVAE IN ECCLESIA TOTO ANNO LEGVNTVR.

Cod. XIX. EVangeliſtarium elegantiſſime exaratum, ordine tamen diverſo ab illo ſuperioris Codicis digeſtum; heic enim Evangelia Propria de Sanctis admiſta ſunt cum Propriis de Tempore, & cum Communi Sanctorum. In Evangelio Ioannis pag. 9. *b* legitur cum hac interpunctione: *& ſine ipſo factum eſt nihil. Quod factum eſt in ipſo vita erat.* Pag. 84. *b.* notanda eſt Miſſa in tempore belli; pag. 86. alia in die belli; pag. 87. *b.* Miſſa in adventu Iudicum; pag. 88. *b.* contra Iudices male agentes, & alia contra Epiſcopos item male agentes; pag. 190. *b.* in ſcrutinio. In fine legitur: *Liber Petri de Medicis Coſm. Fil.*

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIV. Conſtat foliis ſcriptis 191.

EVANGELIA QVAE TOTO ANNO LEGVNTVR IN ECCLESIA.

Cod. XX. LIber Evangeliorum in tres diviſus ſectiones, ut in Cod. XVIII. huius Plutei, ſcilicet in Propria de Tempore, Propria de Sanctis, ac de Communi Sanctorum; ita tamen ut in Propriis de Tempore initium ſumatur ab Evangelio vigiliae Natalis Domini, ac deſinatur in Dominica I. ante Natale: in Propriis vero de Sanctis, a feſto S. Stephani progrediatur uſque ad feſtum S. Thomae Apoſtoli. Notandum interim eſt Evangelium pro Annunciatione B. Mariae Virginis ita inſcribi: *VIII. Kal. Apr. in Conceptione Sanctae Mariae.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XII. in cuius prima pagina rudi penicillo repraeſentatur Chriſtus in ſolio ſedens, volumen Evangeliorum ſiniſtra tenens, dexteram vero benedicentis adinſtar, extendens: barba bifariam diviſa mentum obtegitur, capillis a vertice defluentibus in utramque partem: nimbo caput circumdatur: a dextris Petrus ſtans illi clavem porrigit, a ſiniſtris vero Paullus volumen tenet. Conſtat foliis ſcriptis 133.

EVANGELIA QVAE TOTO ANNO LEGVNTVR.

LIber Evangeliorum tripartitus, ut in Cod. XVIII. Heic tamen Evangelia Propria de Tempore a Dom. I. de Adventu progrediuntur uſque ad Dom. XXVI. poſt Pentecoſten; Evangeliorum vero de Sanctis, quorum numerus multo maior heic eſt, quam in dicto Codice, initia ut plurimum adferuntur tantummodo; initium autem fit a S. Baſilio, ac finis in S. Gregorio: de Sanctis enim Stephano Protomartyre, Ioanne Evangeliſta, ac SS. Innocentibus Evangelia habebantur poſt illa Natalis Domini. Notandum praeterea eſt pag. 150. *b.* inter Sanctos de menſe Ianuario ante feſtum Converſionis S. Paulli, recenſeri Sanctum Dominicum. Cod. XXI.

Cod. membranac. Ms. in 4. Saec. XIII. elegantiſſime exaratus, in cuius calce legitur: *Liber Iuliani de Medicis Petri fil.* Conſtat foliis ſcriptis 185.

DIONYSII DE CAELESTI HIERARCHIA.

I. pag. 1. PRaecedit in primo folio elegantiſſima pictura, quae in totidem circulis auro variiſque coloribus delineatis Operum titulos comprehendit, quae heic continentur; in altero vero, unde Operum initium ſumitur, Mediceorum ſtemma repraeſentatur. Primum opus eſt Dionyſii Areopagitae, cuius titulus, & initium ſequens eſt: *Dionyſii Areopagitae Athenienſis Epiſcopi de Caeleſti Hierarchia ad Timotheum Epiſcopum Epheſi Liber. Ambroſius Monachus tranſtulit. Omne datum optimum &c.* Deſ. *arcana caeleſtia ſilentio honoranda putavimus* (1). Cod. XXII.

II. pag. 31. Eiuſdem de Eccleſiaſtica Hierar-

(1) Dionyſii Pſeudo-Areopagitae Operum e Graeco in Latinum verſionem Ambroſius anno aetatis ſexto ac trigeſimo exeunte, & ineunte ſeptimo abſolvit, ut oſtendit Cl. Mehus in eius vita pag. CCCCXXIV. Haec autem inſcribere decreverat Nicolao Albergato S. R. E. Cardinali, ſummo viro, ut patet ex Ambr. Lib. XIII. Ep. XI. col. 621. His tamen in Codicibus, qui ſunt Florentiae plurimi, iique traductionem iamdiu editam complexi, nulla eſt Ambroſii ad Card. Albergatum Epiſtola. Exemplum vero huius operis reconditum eſt etiam in Codice membranaceo Abbatiae Florentinae Num. V. 31. in 4. in quo ad calcem Libelli de Myſtica Theologia, eadem Ambroſii nota legitur, quam adſerimus infra §. IV. quae etiam occurrit in altero exemplo, quod adſervatur in Feſulana S. Bartholomaei Bibliotheca; & in Cod. Bibliothecae D. Marci membr. in

Digitized by Google

rarchia Liber ad eumdem. Inc. *Sacerdotii quidem noſtri functionem*. Deſ. *inſitas tibi divini ignis excitandas excudendaſque ſcintillas*. Singulis autem capitulis praemittuntur argumenta rubris litteris exarata: in fine vero huius Libri repetitur titulus, quod & de ſequentibus dictum intelligas.

III. pag. 68. *b*. Eiuſdem de Divinis Nominibus ad eumdem. Inc. *Nunc iam vir Dei*. Deſ. *tranſibimus nunc, Deo duce, ad ſignificativam Theologiam conſcribendam*.

IV. pag. 118. Eiuſdem ad eumdem de Myſtica Theologia. Inc. *Trinitas ſuperſubſtantialis*. Deſ. *& ultra omnia eſt*. In fine poſt tituli repetitionem ſubiungitur litteris rubris, ac maioribus: *Abſolvi Ambroſius peccator Dionyſii Opuſcula in Monaſterio Fontisboni XV. Kal. Aprilis Anno Dominicae Incarnationis MCCCCXXXVI. Indictione XV. Emendavi, & cum Graeco contuli in Heremo III. Idus Aprilis. Laus Deo ſit ſemper*.

V. pag. 121. *b*. Eiuſdem Epiſtolae decem. Prima *ad Caium cultorem* inc. *Tenebrae luce vaneſcunt &c.* Vltima *ad Ioannem theologum* deſ. *eaſque poſteris trades*. In fine haec adiiciuntur: *Meminit ſe ſcripſiſſe quae ſecuntur nominatim, quae periere: De divinis hymnis; de intellectualibus, & ſenſibilibus; de theologica informatione; de anima; de ſignificativa theologia; de legali hierarchia; de angelicis proprietatibus, & ordinibus; de iuſto divinoque iudicio*.

VI. pag. 138. Didymi Alexandrini (1) de Spiritu Sancto Liber a Beato Hieronymo e Graeco in Latinum converſus. Praefatio Hieronymi ad Paullinianum inc. *Quum in Babylone verſarer*. Deſ. *quam ſimplicitate verborum*. Liber inc. *Omnibus quidem, quae divina ſunt*. Deſ. *& imperitiam menſuramque noſtri non ignorare ſermonis*. Exſtat inter Opera S. Hieron. edition. Veron. Vallarſii MDCCXXXV. Tom. II. a pag. 106. ad pag. 168.

VII. pag. 174. *b*. Beati Athanaſii Epiſcopi Alexandrini contra Gentiles Libri duo. Primus inc. *Verae, ac divinae religionis pietatiſque cognitio*. Deſ. *contraria tamen his geſſere, quae noverant*. Secundus pag. 209. *b*. de Incarnatione Verbi, eiuſque ad nos per corpus adventu. Inc. *Satis quidem in his quae praemiſimus*. Deſ. *diligentes Deum, & Patrem in Chriſto Ieſu &c* In fine poſt tituli repetitionem heic quoque adnotatur: *Ambroſius Monachus e Graeco in Latinum vertit*. Vid. monitum ad hos Libros praemiſſum in edit. Pariſ. A. MDCXCVIII. cura Monachor. S. Mauri Tom. I. Part. I. p. 167. De hac tamen noſtri Codicis verſione per Ambroſium Camaldulenſem, conſule Fabricium Bibl. Graec. in fol. haec de antiquis Dionyſii verſionibus notata ſunt: *Nota, quod in libris Dionyſii tres ſunt tranſlationes, ſi tertia, traslatio dici poſſit. Prima Ioannis Scoti, quae eſt obſcuriſſima, & ſuper quam Albertus fecit ſcriptum; altera Ioannis Saraceni, quae fuit facta poſt, ſicut ipſe teſtatur in Prologo; tertia eſt Epiſcopi, quae eſt planiſſima & non indiget aliquo ſcriptorum expoſitore*. His aliiſque novam hanc adiecit Traverſarius.

Tom. V. pag. 500 & Cl. Laur. Mehus in Praef. ad Ambroſii Camaldul. Epp. pag. 391.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus cum litteris initialibus ſingulorum Capitum, in quae dividuntur Opera elegantiſſime depictis, argumentiſque eorumdem rubrica exaratis. Conſtat foliis ſcriptis 248.

DIONYSIVS DE DIVINIS NOMINIBVS.

Adde etiam

Alia eiuſdem Opera.

Cod. XXIII.

DIonyſii Areopagitae Opera, praevia ſingulis Capitum tabula; videlicet p. 1. De Caeleſti Hierarchia; pag. 26. De Eccleſiaſtica Hierarchia; pag. 55. De Divinis Nominibus; pag. 95. De Myſtica Theologia, ut in Cod. ſupra memorato. Heic quoque legitur in calce Libri: *Abſolvi Ambroſius peccator Dionyſii Opuſcula in Monaſterio Fontisboni XV. Kal. Aprilis MCCCCXXXVI. Indictione XV.* (2) *Emendavi, & cum Graeco contuli in Heremo III. Idus Aprilis. Laus Deo Patri, Filioque, Sanctoque Flamini*. Inferius autem amanuenſis nomen proditur, & quidem ita: *Ego vero Laurentius Silveſtri C. S. L.* (idest *Clericus S. Laurentii*) *haec Dionyſii Opera tranſcripſi XV. Kal. Septemb. hora quaſi XVII. Anno Domini MCCCCLXXIV. Laus Deo. Iſte Liber mei Presbyteri Laurentii praedicti*.

Codex chartaceus Ms. in 8. maiori Saec. XV. Conſtat foliis ſcriptis 98.

EPISTOLAE DIVERSORVM THEOL.

Titulum corrige

Anonymi Expoſitio in Geneſim.

Cod. XXIV.

EXpoſitio ſuper Geneſim incerti auctoris. Praecedit Prooemium, quod incipit: *Hic eſt liber mandatorum Dei, & lex, quae eſt in aeternum; omnes qui tenent eam pervenient ad vitam. Baruc. IIII. ſicut dicit Auguſtinus lib. IIII. de Doctrina Chriſtiana. Eruditus ita debet loqui, ut doceat, delectet, & flectat; ut doceat ignaros, delectet taedioſos, & flectat tardos. Haec autem tria facit ſacrae ſcripturae eloquium*. Deſ. *large tamen loquendo ſcientia poteſt dici, & ſic patet reſponſio*. Sequitur pag. 4. Expoſitio in Epiſtolam S. Hieronymi ad Paullinum, quae inc. *Frater Ambroſius &c. Ad evidentiam huius Epiſtolae notandum, quod Paullinus, cui ſcribit beatus Hieronymus, fuit*

pre-

(1) Didymus, genere Alexandrinus, inſtituto Monachus, ſcholae Catecheſeon Alexandriae Praefectus, Hieronymi, & Rufini praeceptor, claruit praecipue circa annum CCCLXX. Puer admodum, quum iam prima litterarum rudimenta didiciſſet, morbo adfectus, videndi facultatem penitus amiſit, ut habet Caveus in Scriptor. Eccleſiaſt.

(2) In Catal. Montfauc. legitur V. pro XV.

Digitized by Google

presbyter elegantis ingenii, ut patet infra in ſecunda Epiſtola ad eumdem, qui volens renuntiare ſaeculo, retinebatur amore cuiuſdam ſororis ſuae. Deſ. *relinquunt alienis divitias ſuas.* Succedit pag. 20. *b.* Expoſitio in alteram Hieronymi Epiſtolam, cuius initium: *Deſiderii mei &c.* (1) *Iſtam Epiſtolam ſcripſit Hieronymus Deſiderio Epiſcopo, familiari ſuo, qui eum rogaverat, ut Pentateuchum Moyſis de Hebraeo transferret in Latinum; nondum enim translatus fuerat, niſi de Hebraeo in Graecum, & de Graeco in Latinum, & ſic per medium, unde in illa translatione erant multae corruptiones &c.* Finis: *ſiquidem prophetiam, & eius interpretationem operatur unus atque idem ſpiritus, ſicut dicitur I. Cor. XII.* Tandem pag. 23. *b.* occurrit Expoſitio in Geneſim, quae ita incipit: *In principio creavit Deus caelum, & terram. Hic notandum eſt primo, quae ſit cauſſa efficiens huius operis, quae materia, quis finis, quis modus agendi, & quis titulus. Auctor libri fuit Moyſes lator legis; materia eſt origo totius Vniverſitatis, ſed principaliter hominis; finis cognitio, & dilectio Creatoris; modus agendi conſiſtit in diviſione, & ordine libri;* titulus eſt; *Incipit Geneſis; & hoc ſit ſecundum modum Hebraeorum, qui ſuos libros intitulant a ſuis principiis &c.* Deſ. *item hoc fecit, ut poſteri ſui magis adſpirarent ad terram promiſſionis, quae fuerat ita chara eorum patribus, ut ibi vellent ſepeliri, & non alibi, pro quo Deus in ſaecula ſaeculorum benedictus. Amen.*

Codex chartaceus Ms. in 4. Saec. XV. difficillimae ſcripturae. Conſtat foliis ſcriptis 199.

EVSEBIVS DE PRAEPARATIONE EVANGELICA GEORGIO TRAPEZVNTIO INTERPRETE.

Cod. XXV. PRima Codicis pagina mirifice illuminata Euſebium nimbo caput redimitum in littera initiali repraeſentat, cum Mediceis inſignibus, aliiſque ornamentis, quibus totus undequaque margo plurimum decoratur. Occurrit primo ad Sanctiſſimum Papam Nicolaum V. Georgii Trapezuntii (2) in traductionem Euſebii Praefatio. Inc. *Euſebium Pamphili de Evangelica Praeparatione Latinum ex Graeco, Beatiſſime Pater, iuſſu tuo effeci; nam quum eum virum, tum eloquentia, tum multarum rerum peritia, & ingenii mirabili flumine ex his, quae iam traducta ſunt, praeſtantiſſimum Sanctitas Tua iudicet: atque ideo quaecumque apud Graecos ipſius opera exſtent, Latina facere inſtituerit: Evangelicam Praeparationem, quae in Vrbe forte reperta eſt, primum aggreſſi traduximus.* Deſ. *quare, ſentibus tuo iuſſu amputatis, roſas ſolummodo Latinis hominibus hac traductione obtulimus.* Sequitur p. 2. *Euſebius Pamphilus de Evangelica Praeparatione a Georgio Trapezuntio traductus.* Cap. I. Libri I. de Evangelii definitione, & intentione ſua, inc. *Quum, quid ſit Chriſtianiſmus neſcientibus aperire ſtatuerim.* Cap. VII. Libri XIV. adverſus eos, qui ſenſum tollunt, inutilem eſſe dicentes ad cognitionem, deſ. *nec ratione quidquam poſſe comprehendi docentes, magno riſu omnium exploſi ſunt.* In fine accuratiſſima tabula Capitum ſingulorum Librorum occurrit, quae hac clauditur amanuenſis nota: *Quiricus de Prato tranſcripſit anno MCCCCLXII.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus cum litteris initialibus ad ſingula Capita mirifice illuminatis. Conſtat foliis ſcriptis 180.

EVANGELIA.

I. pag. 1. PRaecedunt Evangelium Matthaei Canones Euſebiani. Pag. 7. Praefatio B. Hieronymi presbyteri ad beatum Damaſum Papam, quae inc. *Beato Papae Damaſo Hieronymus ſalutem in Chriſto. Novum opus facere me cogis.* Deſ. *& memineris mei, Beatiſſime Papa.* Pag. 8. Prologus, cuius initium eſt: *Plures fuiſſe, qui Evangelia ſcripſerunt.* Finis: *naenias mortuis magis haereticis, quam Eccleſiaſticis vivis canendas.* Pag. 9. Argumentum Evangelii ſecundum Matthaeum. Inc. *Matthaeus ex Iudaea, ſicut in ordine primus ponitur, ita Evangelium in Iudaea primus ſcripſit.* Deſ. *& operantis Dei intelligendam diligenter eſſe diſpoſitionem quaerentibus non tacere.* Inde enumerantur Capitula Evangelii, quae ſunt XXXI. Primum eſt: *Nativitas Chriſti: Magi cum muneribus veniunt, & Ioſeph ab Angelo per viſum admonitus cum puero, & matre eius in Aegyptum fugit: Infantes interficiuntur.* Vltimum: *Paſſio Ieſu, & ſepultura, & reſurrectio, itemque mandata, & doctrina eius de baptiſmo.* Tandem pag. 11. Evangelium ſecundum Matthaeum. Inc. *Liber generationis Ieſu Chriſti.* Deſ. *uſque ad conſummationem ſaeculi.* *Cod. XXVI.*

II. pag. 31. Prologus S. Hieronymi presbyteri in Evangelium ſecundum Marcum. Inc. *Marcus Evangeliſta Dei electus.* Deſ. *qui autem incrementum praeſtat Deus eſt.* Sequuntur Capita XLV. Primum: *Erat Ioannes baptizans, & venit ſuper Ieſum Spiritus Sanctus, & fuit in deſerto tentatus.* Vltimum: *Poſt reſurrectionem apparuit Ieſus Apoſtolis, & dixit, qui crediderit, & baptizatus fuerit ſalvabitur, qui non crediderit damnabitur; & receptus eſt in caelis.* Pag. 32. Evangelium ſecundum Marcum. Inc. *Initium Evangelii Ieſu Chriſti filii Dei.* Deſ. *Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.*

III. pag. 43. Praefatio S. Hieronymi presby-

(1) Tom. IX. Oper. edit. Veron. alias cit. pag. 2.

(2) Georgius Trapezuntius, Cretenſis, Latine multa ſcripſit, nec pauciora Graece, plurima vero è Graecis eleganter Latina reddidit. De lucubrationibus eius dictum abunde eſt in Diario Eruditorum Italiae, ac nominatim de hac Euſebii verſione Tom. XVI. pag. 414. 446., ab Allatio in Diatriba de Georgiis Tom. X. Bibl. Graec. Fabric. pag. 721. ſeqq., a Nicolao Comneno Papadopolo Tom. II Hiſtor. Gymnaſii Patav. pag. 180., & a Niceronio Tom. XIV. Memorabilium de Viris Illuſtrib. editorum Gallice pag 322. ſeqq.

Digitized by Google

ſbyteri in Evangelium ſecundum Lucam. Inc. *Lucas Syrus Antiochenſis*. Deſ. *primum revelationem in inſula Patmos, deinde in Aſia*. Subiiciuntur Capita XVII. quorum primum: *Zacharias Angelo non credens obmutuit: poſtquam Eliſabeth peperit, loquutus eſt Zacharias, & prophetavit. Nativitas Ieſu ab Angelis paſtoribus indicatur, quique die octava circumciditur*. Vltimum: *Iudas tradendi Dominum tempus ponit: Ieſus Sacramentum Panis, & Calicis oſtendit, ac dicit diſcipulis, ut vendito veſtimento emant gladium. Iudas tradit Dominum. Paſſio Ieſu, & ſepultura, & reſurrectio eius*. Pag. 44. Brevis Prologus ad Theophilum. Inc. *Quoniam quidem multi conati ſunt*. Deſ. *de quibus eruditus es veritate*. Ibidem Evangelium ſecundum Lucam. Inc. *Fuit in diebus Herodis regis*. Deſ. *laudantes, & benedicentes Dominum*.

IV. pag. 65. Prologus S. Hieronymi in Evangelium ſecundum Ioannem. Inc. *Hic eſt Ioannes Evangeliſta*. Deſ. *& Deo magiſterii doctrina ſervetur*. Sequuntur Capita XXXVII. Primum: *Ioannes teſtimonium perbibet de Chriſto*. Vltimum: *Et quum tertio ſe manifeſtaret Ieſus ad mare Tyberiadis diſcipulis ſuis, ait Petro: Simon diligis me? & quum reſponderet illi: Deus, tu omnia noſti, tu ſcis, quia amo te, dixit ei Ieſus: Paſce oves meas*. Pag. 66. Evangelium ſecundum Ioannem. Inc. *In principio erat Verbum*. Deſ. *eos qui ſcribendi ſunt libros*. Clauditur Volumen hiſce verbis rubrica conſcriptis: *Scripſit haec Evangelia IIII. Hermannus pro duodecim biſanctios* (ſic), *& pro redemptione animae ſuae, & omnium fidelium defunctorum, ut Deus, & Dominus noſter Ieſus Chriſtus concedat eis requiem, & vitam ſempiternam. Amen*. Notandum eſt diſtinctiones Capitum eſſe in minora, & maiora, ut de quibuſdam animadvertit Simonius Par. I. Hiſtor. Critic. N. T. Cap. 33. & ut paſſim in his ipſis Codicibus, quos recenſuimus, tam Graecis, quam Latinis videre eſt.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIV. incuntis, cuius meminit Ioannes Lamius loc. cit. Conſtat foliis ſcriptis 81.

EVANGELIA.

Cod. XXVII. I. pag. 1. QVatuor Evangelia in verſus diſtincta, & cum Euſebii Canonibus in ora Libri deſcriptis ad ea loca, in quibus concordantiae Evangeliorum occurrunt. Evangelio Matthaei praeeunt Praefatio S. Hieronymi, Prologus, & Argumentum, ut in Codice ſuperiori §. I. Inde ſequitur Capitum XXIX. elenchus, quorum primum eſt: *Nativitas Chriſti. Magorum munera. Occultatio Ieſu. Infantes interficiuntur*. Vltimum vero: *Paſſio Ieſu, & ſepultura, & reſurrectio eius, itemque mandata & doctrina eius de baptiſmo*. Inter Tabulam, & initium Evangelii depicta eſt ſatis eleganter, prout ea ferebant tempora, S. Matthaei imberbis imago, cui adſtat Angelus volumen ſiniſtra deferens, appoſito verſu:

Hoc Matthaeus agens hominem generaliter imples,

Tandem pag. 7. Evangelium ipſum occurrit, quod, nulla habita ratione ordinis ac numeri praemiſſorum Capitum, in ſectiones dividitur LXXXII. In fine adnotatur: *Explicuit Liber Matthaei V. MMDCC*.

II. pag. 48. Evangelium Marci, praevio S. Hieronymi Argumento, ut in dicto Codice §. II. & Capitum Tabula, quae ſunt XIII. Primum eſt: *De Ioanne Baptiſta, & victu, & habitu einſdem. Baptizatus Ieſus, & tentatus vicit. Petrum & ceteros ſequi iubet, & hominem ab immundo ſpiritu eripit*. Vltimum vero: *Iudicium principum, quod condemnat Ieſum. Paſſio Ieſu, & ſepultura, & reſurrectio eius*. Heic quoque Evangeliſtae effigies delineata eſt una cum leone alato, qui pedibus volumen tenet, appoſito inferius carmine:

Marcus ut alta fremit vox per deſerta leonis.

Evangelium hoc ipſam Capitum diviſionem ſervat, quae in praemiſſo Indice exhibebatur. In fine legitur: *Explicuit Evangelium ſecundum Marcum verſus MDCC*.

III. pag. 74. *b*. Evangelium Lucae cum duplici Argumento. Primum S. Hieronymi inc. *Lucas Syrus, natione Antiochenſis, arte Medicus*. Deſ. *quam faſtidientibus prodeſſe*. Alterum Anonymi inc. *Lucas Evangeliſta, Syrus genere, arte Medicus, diſcipulus Apoſtolorum*. Deſ. *fuit ſacerdos quidam nomine Zacharias*. Succedit Tabula Capitum XX. quorum primum: *Zacharias viſo Angelo non credens obmutuit, ac poſteaquam Eliſabeth peperit, loquutus eſt Zacharias, & prophetavit. Nativitas Ieſu ab Angelis paſtoribus indicatur, quique octava die circumciditur*. Vigeſimum eſt: *Iudas tradidit Ieſum. Paſſio Ieſu, & ſepultura, & reſurrectio eius, & reliqua*. Tum pictura Evangeliſtam exhibens ſedentem, & in ſublimi bovem alatum, qui Volumen pedibus ſuſtinet, verſiculis appoſitis:

Iure ſacerdotii Lucas tenet ora iuvenci.
Mugit amore pio Lucas in carmine Chriſti.

Evangelium clauditur his verbis: *Explicuit Evangelium ſecundum Lucam verſ. MMMDCCC*.

IV. pag. 116. *b*. Evangelium Ioannis cum tribus Argumentis. Primum eſt, ut in Codice ſuperiori §. IV. Alterum inc. *Tres Evangeliſtae in his rebus maxime diverſati ſunt*. Deſ. *commendandam ſuam intentionem, praedicationemque tenniſſe*. Tertium inc. *Ioannes Apoſtolus, quem Ieſus amavit plurimum*. Deſ. *iuxta eamdem urbem ſepultus eſt*. Sequitur deinde Capitum Tabula, ſed in fine mutila ob reſciſſum folium, in quo deperiit etiam Evangelii initium una cum Evangeliſtae effigie, quae fortaſſe, ut in ſuperioribus, huic praeerat Evangelio. Primum Caput eſt: *Phariſaeorum Levitae interrogans Ioannem. Ioannes Ieſum videns Agnum Dei dicit; & Andreas Petro dicit, invenimus Meſſiam*. Caput undecimum eſt: *Pedes diſcipulorum lavat; de Iudae traditione, & Petri negatione prae-*

di-

dicit, & dilectione fratrum, & quod ipſe in Patre, & Pater in ipſo eſt, & de obſervandis mandatis Paracleti Spiritus . . . . . . reliqua deſiderantur. In fine Evangelii notatur: *Explicuit Evangelium ſecundum Ioannem. Verſ. MDCCC.*

V. pag. 147. Claudunt Volumen Evangelicae quaedam Lectiones, quae in praecipuis anni Feſtis ad Miſſam leguntur. Prima eſt ex initio Evangelii ſecundum Ioannem: *In principio erat Verbum &c.* II. in Epiphania Domini, III. in Coena Domini, IV. in Sabbato Sancto, V. in Reſurrectione Domini, VI. in Adſcenſione, VII. in Pentecoſte, VIII. in Feſto S. Tiburtii, IX. S. Vrbani Papae, & X. S. Caeciliae, cui amanuenſis ipſe tres hoſce verſiculos inſcribit:

Accipito parvum munus Caecilia ſanctum,
Quod tibi Iohannes devote Presbyter offert,
Et bene qui dictus caeleſti dogmate comptus.

Notandum eſt, fol. 149. pagina anteriori Deiparam Virginem cum Divino Puero rudi calamo delineatam, poſteriori vero Salvatoris effigiem exhiberi.

Codex membranac. Ms. in folio, Ioanne Lamio iudice Saec. X. de quo praeter ipſum Lamium in libro de Eruditione Apoſtolorum nuperae editionis, mentio fit etiam a Blanchinio in Evangeliario Quadrupl. Part. II. Vol. II. pag. DXCVII. & a Gorio in Epiſt. ad Blanchinium ibid. relata pag. DLXXIII. Conſtat foliis ſcriptis 150.

BREVIARIVM ROMANVM.

Cod. XXVIII. QVibus verbis hunc pretioſiſſimum Codicem, & ornatiſſimum deſcribam prorſus ignoro; ſive reſpicias ornamenta ad ſingulas paginas appoſita, ſive multiplicem initialium litterarum aurearum, nec non figurarum, & hiſtoriarum, tam veteris, quam novi foederis numerum, ſive ſanctorum effigies, & agones minutiſſimis quandoque picturis repraeſentatos, ſive volucrum, florum, fructuum, aliorumque id genus infinitam fere congeriem, ſive titulos aureos, nihil in hoc genere magnificentius, ac praeſtantius a quopiam excogitari umquam poſſe nullus dubito. Medicea praeſefert hinc inde inſignia, annulum praecipue, & emblema SEMPER. Initio praecedit Calendarium, partim rubris, partim caeruleis, partim aureis litteris exaratum, & mirificis ſignorum zodiaci picturis decoratum. Breviario titulus hic aureis item litteris legitur praefixus: *Ad honorem Omnipotentis Dei & beatiſſimae Virginis Mariae, & omnium Sanctorum, & Sanctarum Dei. Incipit Ordo Breviarii ſecundum conſuetudinem Romanae Eccleſiae &c.*

Codex membranac. Ms. in 4. minori Saec. XV. Conſtat foliis ſcriptis 423.

FRATRIS FRANCISCI TRACTATVS CONTRA LVDOVICVM REGEM ROMANOR.

Seu potius

Scripta variorum adverſus Ioannem XXII. & eius Bullam de Paupertate.

I. pag. 1. LOdoyci Romanorum Regis Propoſitiones contra Bullam Ioannis XXII. (1) de Paupertate *Quia quorumdam*, collectae a F. F. d. Fl. (hiſce enim initialibus litteris collectoris nomen abſconditur) Inc. *In Dei Nomine amen. Licet ſanctiſſimus Pater & Dominus D. Iohannes divina providentia Papa XXII. quaedam ex his, quae ſequuntur in illa ſua Conſtitutione, quae incipit*, Quia quorumdam, *declaraverit, & determinaverit, tacitis nominibus ea dicentium, vel aſſerentium fore erronea, falſa, & haeretica, redditis rationibus plenis, & lucidis; tamen ego F. F. d. Fl.* (2) *volens ex quodam zelo, & exercitio ea, quae, ſive ex eorum utilitate, ſive ob aliam cauſſam emiſſa ſunt, impugnare, tamquam non vere dicta, & oblatrantium ora congruis rationibus claudere, decrevi prius, & ante omnia dicta, & aſſertiones talium heic per ordinem, & complete, nihil omittendo ex eis, ponere, ut tanto plenius & clarius in fine huius operis errores, & falſitates ipſorum aſſerentium pateant, quanto plenius, & recentius, & ordinatius oblatrationes huiuſmodi recitentur, quae ſunt haec. Nos Lodoycus Dei gratia Romanorum Rex & ſemper Auguſtus proponimus contra Iohannem, qui ſe dicit Papam XXII. quod inimicus ſit pacis, & intendit ad diſcordias, & ad ſcandala ſuſcitanda &c.* Deſ. *pro tutela, & ſecuritate ſacri Imperii, & noſtra, & omnium, & ſingulorum ſupradictorum.* Tum legitur: *Haec appellatio & omnia ſupraſcripta fuerunt interpoſita de anno Domini MCCC. vigeſimo quinto, indictione octava, die Martis, VIII. Ianuarii, & hoc ſecundum ſcripturam illam, quam reperi.*

II. pag. 17. *b.* Eiuſdem Conſtitutio contra eos, qui in crimen haereſis, vel laeſae maieſtatis inciderint. Inc. *Ludovicus Dei gratia Rom. Imp. ſemper Aug. ad aeternam rei memoriam. Omnem totius Reipublicae curam gerentes &c.* Deſ. *volumus communiri. Datum Romae apud S. Petrum die Iovis, quintodecimo Aprilis, anno ab Incarnatione Domini MCCCXXVIII. Indict. undecima, Regni noſtri anno quartodecimo, Imperii vero primo.* Non adparet in Suppl. Corporis Diplomatici infra citandi.

III. pag. 18. Eiuſdem Conſtitutio contra exceſſus enormes Iacobi de Caturco, qui ſe Papam mendaciter aſſerebat. Inc. *In Nomine Domini amen. Glorioſus Deus & ſublimis, Dominantium Dominus, nulli ſecundus, qui* uni-

(1) Montfaucon. in ſuo Catalogo perperam habet *XII.* (2) Haec verba ita in margine ab alia manu explicantur: *Fr. Fexs de Flor.*, Montfauconius vero loc. cit. legit *Fr. F. de Flerly.*

Cod. XXIX.

Digitized by Google

univerſa propter ſe ipſum operatus eſt . Deſ. *quorum nomina , prolixitatem vitantes , praeſentibus noluimus explicare . Datum & actum extra Baſilicam Apoſtolorum principis Beati Petri in urbe Roma , cuncto Clero , & populo Romano congregato , decimoctavo die menſis Aprilis , anno ab Incarnatione Domini MCCCXXVIII. Indict. XI. Regni noſtri anno quartodecimo , Imperii vero primo* . Adfertur mutila a Rouſſettio in Supplemento Corporis Diplomatici Du-Montii Amſterdam chez les Ianſſons a Waesberg MDCCXXXIX. Tom. I. Part. II. pag. 111. ſub hoc titulo : *Fragmentum ſententiae a Ludovico Bavaro Romanor. Imp. contra Ioannem Papam XXII. latae* .

IV. pag. 23. *b*. Eiuſdem Edictum de continua Papae reſidentia in urbe Roma habenda . Inc. *Lodoycus Dei gratia Romanorum Imp. ſemper Aug. ad perpetuam rei memoriam . Semper cum Dei auxilio omnem providentiam facientes &c.* Deſ. *de alio electionem fieri immineret . Datum Romae apud Sanctum Petrum ſub ſigillo maieſtatis noſtrae anno Domini MCCCXXVIII. Indict. XI. die XXIII. Aprilis , Regni noſtri anno XIV. Imperii vero primo* . Omiſſum eſt in cit. Suppl.

V. pag. 25. Michaëlis, & Guilhelmi Fratrum Ordinis Minorum reſponſiones ad quaeſtionem , Verum aſſerere , quod Chriſtus & Apoſtoli non habuerunt aliquid nec in proprio, nec in communi , ſit haereticum . Inc. *Vniverſis praeſentes litteras inſpecturis Fratres Michaël Ordinis Fratrum Minorum Generalis, Guilhelmus provinciae Angliae , Heuricus ſuperioris Alamanniae , Arnaldus Aquitaniae Miniſtri ; Hugo de Novocaſtro , ac Guilhelmus de Alnuich ſacrae Theologiae Magiſtri ; nec non Nicolaus provinciae Franciae Miniſter , & Guilhelmus Bloch in eadem ſacra Theologia Bachalarii , ſalutem , & pacem in Domino ſempiternam . Noveritis quod nos anno Domini MCCCXXII. Indict. quinta , III. Idus Iun. apud Peruſium congregati in noſtro Capitulo Generali , & requiſiti ſpecialiter quid ſentiremus de quaeſtione ſubſcripta &c.* Deſ. *duximus muniendam . Datum Peruſii anno , menſe , & die ſuperius memoratis* . Tum ſubiiciuntur ſubſcriptiones Fr. Michaëlis, & Guilhelmi praedictorum .

VI. p. 32. Pontificia Conſtitutio ſuper eadem quaeſtione . Inc. *Quum inter nonnullos viros ſcholaſticos ſaepe contingat in dubium revocari &c.* Deſ. *ac haereticam declaramus . Nulli ergo &c. Datum Avenione II. Idus Novembr. Pont. noſtri anno VIII.*

VII. pag. ead. *b*. Opuſculum Fr. Bonagratiae de Pergamo Ordinis Fratrum Minorum ſuper Conſtitutione praedicta . Inc. *Videtur ſalvo iudicio ſaniori , quod verba dictae Conſtitutionis non obvient , nec contradicant determinationi Eccleſiae poſitae &c.* Deſ. *iura iuribus concordare . C. de inoffi. dotib. lege una cum ſimilib.*

VIII. pag. 34. *b*. Iohannis Papae de obſervantia Regulae Fratrum Ordinis Minorum Conſtitutiones III. praevia Decretali Nicolai III. cuius initium : *Exiit qui ſeminat* , cum reſponſione Fr. Bonagratiae ad eas , & alia de eadem re .

IX. pag. 44. *b*. Fr. Michaëlis Epiſtola circularis , in qua retractat eam ipſam reſponſionem , quam una cum ceteris Fratribus dederat praecedenti quaeſtioni . Inc. *Vniverſis & ſingulis* . Deſ. *has litteras portavit Flor. dictus Fr. Antonius Lector Neapolitanus , veniens de Piſis a dicto Generali Miniſtro circa medium menſis Iunii de anno Domini MCCCXXVIII. Indict. undecima* .

X. pag. 47. Tractatus Fr. Hugonis de Digna quondam Miniſtri Provinciae , viri nobilis in ſapientia divina , & eminentis ſanctitatis in Ordine noſtro , de finibus Paupertatis . Inc. *Inferius exarata collatiuncula* . Deſ. *haec igitur libaſſe ſufficiat de finibus paupertatis iuxta votum Minorum Fratrum ratione praevia utcumque inveniendis a Fr. Hugone de Digna de Ordine eorumdem Minorum . Explicit Tractatus iſte . Deo gratias . Amen* .

Nonnulla ad hanc controverſiam pertinentia proferuntur in Annalibus Minorum Lucae Waddingi , curante Ioſepho Mar. Fonſeca ab Ebora Romanae editionis An. MDCCXXXIII. fol. Tom. VI. pag. 396. ſeqq.

Notandum interim eſt in charta vacua initio Codicis poſterius adiecta recentem quamdam manum ipſius epigraphem hiſce verbis deſignaſſe : *Scripta variorum adverſus Ioannem XXII. in eius Bullam de paupertate , quae diffuſius habentur in Bibliotheca S. Crucis Plut. XX.* in calce vero legi : *Ad uſum Fr. Thedaldi de Mucello* .

In margine inferiori pag. 6. *b*. notitia quaedam adfertur de Electoribus Imperii hiſce verbis : *Anno ab Incarnatione Domini MCCCIV.* (ſed videtur poſtea correctum *MIV.*) *inſtitutum eſt , quod Officiales Imperatoris , Imperatorem eligant , qui ſunt iſti , videlicet :*

Archiepiſcopus Colonienſis , qui eſt Cancellarius Italiae , a quo etiam in Imperatorem electus , poteſt ius & auctoritatem adminiſtrandi recipere .

Archiepiſcopus Treverenſis , qui eſt Cancellarius Galliae .

Archiepiſcopus Maguntinus , qui eſt Cancellarius Germaniae .

Marchio Brandeburgenſis , qui eſt Praepoſitus Camerae .

Dux Saxoniae , qui eſt Portitor enſis .

Comes Reni , qui eſt Comes Palatinus , & Dapifer .

Dux Boemiae , qui eſt Pincerna , qui tamen modo eſt Rex ; ſed iſte ſeptimus non eſt neceſſarius in electione , niſi quando alii non concordant , & in parte aequali ſe dividunt .

Maguntinenſis , Treverenſis , Colonienſis ,
Et Palatinus Dapifer . Dux Portitor enſis ,
Marchio Praepoſitus Camerae , Pincerna Boemus .

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XV. ineuntis. Conſtat foliis ſcriptis 53.

GILIBERTI ABBATIS DE HOLLANDIA SERMONES SVPER CANTICA.

Cod. XXX. GIlleberti (alias Giliberti) Abbatis de Hoylandia in Anglia Ordinis Ciſtercienſis ſuper Canticum Canticorum Sermones XLVI. Sermo primus inc. *Varii ſunt amantium affectus, quia caſus varii, & ſponſae verba aliquoties interrupta videntur, ſicut ipſa dilecto ſuo &c.* Vltimus deſ. *nam ipſe ſicut ſerenandi, ita & ſuccedendi vim habet, qui approximat, illi approximat igni*. Tum rubris litteris haec leguntur: *Finiunt Sermones Giliberti ſuper Cantica Canticorum Salomonis*. Hic Gilbertus de Hoylandia Anglus, S. Bernardi diſcipulus, Abbas Svinſetenſis in agro Lincolnienſi, Ordinis Ciſtercienſis circa annum MCLX. & deinceps, ſcripſit Sermones XLVIII. quibus S. Bernardi in Canticum Canticorum Homilias ſupplevit a Cap. III. 1. uſque ad Cap. V. 10. Argentorati MCCCCXCVII. Vid. Fabric. Bibl. med. & inf. Latin. Lib. VII. Tom. III pag. 57. edit. Patavin.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus cum icone auctoris in principio eleganter depicta, & initialibus ſingulorum Sermonum litteris mirifice illuminatis. Conſtat foliis ſcriptis 193.

GREGORIVS NAZIANZENVS,

Scilicet

Gregorii Nazianzeni, & Baſilii Caeſarienſis Opera quaedam ex interpretatione Rufini, & Georgii Trapezuntii,

Cod. XXXI. PRimae duae Codicis paginae mirifice ſunt illuminatae, quarum altera laterculum exhibet eximiae pulcritudinis, in quo continentur Orationum D. Gregorii Nazianzeni argumenta aureis & caeruleis verſibus alternatim exarata; altera vero Mediceae gentis ſtemmate, & aliis emblematibus adſulget, & hoc titulo eſt inſignita = Incipit Prooemium Rufini in Gregorium Nazianzenum Epiſcopum ab eo in Latinum converſum =. Inc. *Proficiſcenti mihi ex urbe*. Deſ. *peritiam magis probato*. Opera vero ab ipſo Latinitate donata iſta ſunt:

I. pag. 3. Gregorii Nazianzeni Apologeticus. Inc. *Victus ſum, & fateor me eſſe ſuperatum*. Deſ. *ut in templo eius omnes dicamus gloriam, grex ſimul & paſtores in C. I. D. N. &c.*

II. pag. 37. Eiuſdem Sermo de Epiphaniis, ſive de Natali Domini. Inc. *Chriſtus naſcitur, gloriamini*. Deſ. *quem & nunc manifeſtari nobis optamus in quantum iunctis in carne. Per D. N. I. C. &c.*

III. pag. 46. Eiuſdem de Luminaribus. Inc. *Iterum Ieſus meus, & iterum myſterium*. Deſ. *lux veſtra fulgeat coram hominibus. Per C. D. N. &c.*

IV. pag. 57. Eiuſdem Sermo de adventu Spiritus Sancti. Inc. *De ſolemnitate huius diei pauca dicenda ſunt*, Deſ. *qui eſt vera, & viva feſtivitas, & exſultatio ſanctorum, cum quo eſt Deo Patri gloria &c.*

V. pag. 66. Eiuſdem in ſemetipſo de agro reverſus. Inc. *Deſiderabam vos, o filii, quia & pari menſura deſiderabar a vobis*. Deſ. *qui te recte hic quaeſierint vita, & fide probabili. Tibi gloria, & poteſtas &c.*

VI. pag. 75. *b.* Eiuſdem Sermo ad Imperatorem. Inc. *Ventrem meum, ventrem meum doleo*. Deſ. *& in futuro miſericordiam ſperamus. Per C. D. N. &c.*

VII. pag. 81. *b.* Eiuſdem Liber de reconciliatione monachi. Inc. *Linguam noſtram ſolvit alacritas*. Deſ. *pax autem, quae ſuperat omnem mentem, cuſtodiat corda veſtra in C. I. D. N. &c.*

VIII. pag. 92. *b.* Eiuſdem Liber de grandinis vaſtatione, quum pater Epiſcopus reticeret. Inc. *Quid laudabilem ſolvitis ordinem?* Deſ. *quoniam fructificavit primo in C. I. D. N. cui eſt gloria &c.*

IX. pag. 103. Eiuſdem Sermo de Paſcha. Inc. *Supra cuſtodiam meam ſtabo*. Deſ. *o Pater, & Verbum, & Spiritus Sanctus, quia tibi omnis gloria &c.*

X. pag. 113. *b.* Eiuſdem Sermo de martyribus, & in Iulianum peraequatorem. Inc. *Quae eſt haec tyrannis, per quam ex charitate ſemper ſubiicimur ſervituti?* Deſ. *& exaltantes Deitatis gloriam, & claritatem, quia ipſi gloria &c.*

XI. pag. 120. *b.* Eiuſdem Epiſtola ad Cledonium. Inc. *Quoniam multi accedentes ad tuam venerationem, ſatisfactionem fidei quaerunt*. Deſ. *intercludentes omnino diſcordiam*.

XII. pag. 123. Eiuſdem ad Virginem. Inc. *Virgo ſponſa Chriſti*. Deſ. *& his, quae ſurſum ſunt poſſitis miſceri myſteriis*. Omnia ex interpretatione Rufini Presbyteri.

XIII. pag. 125. D. Baſilii Epiſcopi Epiſtolae V. Prima ad Amphilochium Epiſcopum: quia ignoret filius diem, & de Iconia, & de baptiſmate, & de eſſentia, & hypoſtaſi, & de mundi gubernatione, inc. *Inquiſitum iam multis*. Deſ. *verum etiam impium eſt*. II. ad Terentium Comitem: quia non id ipſum eſt eſſentia & hypoſtaſis, inc. *Quando audivimus*. Deſ. *quem omnibus nobis baculum, fulcimentumque Dominus donavit*. III. ad B. Ambroſium Mediolanenſem inc. *Magnae, & multae Domini noſtri donationes*. Deſ. *omnimodo diffidemus*. IV. ad Theodoram ancillam Dei inc. *Pigros nos efficit ad ſcribendum*. Deſ. *decertantes pauciſſimi ſunt*. V. ad Ancillas Dei inc. *Quantum exagitavit nos*. Deſ. *aliquam a vobis ſatiſfactionem*. Rufinus Aquilegienſis Presbyter ſaeculo V. ineunte clarus, Baſilii Caeſarienſis, ac Gregorii Nazianzeni quaedam Latine vertit, quae occurrunt in hoc, & in aliis Codicibus, & in antiquis illorum Patrum editionibus, de quibus conſule Fabricium Bibl. med. & inf. Latin. Lib. XVII. Tom. VI. p. 132. edit. cit.

XIV.

Digitized by Google

XIV. pag. 137. Eiuſdem B. Baſilii de Deitate Filii, & Spiritus Sancti adverſus Eunomium Libri V. interprete Georgio Trapezuntio, quibus duae Epiſtolae praecedunt. Prima inſcribitur ita = Beatiſſimo Patri Eugenio Papae IV. Sanctiſſimo maximoque Pontifici Beſſarion Cardinalis Graecus Baſilicae XII. Apoſtolorum almaeque ſanctitati ſuae dicatiſſimus =. Inc. *Quum agitarem, Pater Sanctiſſime, quodnam tibi congruum offeram munus.* Deſ. *quantum de me Sanctitas Tua bene merita ſit, clementiſſime Pater.* Altera inſcribitur = Georgii Trapezuntii ad Reverendiſſimum Patrem Beſſarionem Cardinalem exhortantem ad traductionem Magni Baſilii reſponſio =. Inc. *Accepi litteras tuas.* Deſ. *apud Graecos habeatur.* Liber primus S. Baſilii inc. *Si omnes, ſuper quos Dei, ac Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti nomen invocatum eſt &c.* Vltimus deſinit: *Qui vero Domino adhaeret, unus Spiritus eſt. Finis Librorum Beati Baſilii contra Eunomium.*

XV. pag. 226. Eiuſdem contra Eunomium ad Amphilochium Epiſcopum Iconii de Spiritu Sancto. Inc. *Laudavi diligentiam tuam in diſcendo, atque induſtriam.* Deſ. *praeſtabit enim Dominus, vel per nos, vel per alios, perfectam eorum, quae reſtant abſolutionem iuxta cognitionem, quae dignis a Spiritu praebetur. Ad Amphilochium de Spiritu Sancto Capitula triginta explicita Magni Baſilii.* Exſtat & in Bibliotheca Veneta Cod. XLV. Catalog. pag. 23. De hac autem Trapezuntii verſione Iulianus Garnier in Praeſ. ad Tom. I. editionis Pariſ. A. MDCCXXI. fol. haec habet: *Vertit Georgius Trapezuntius celeberrimos quinque in Eunomium libros, quem interpretem multis aliis anteponendum puto.* De eo conſulendus Apoſtolus Zenus in Obſerv. Voſſianis Tom. II. pag. 2.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XV. nitidiſſimus, cum litteris initialibus auro, variiſque coloribus mirifice pictis. Conſtat foliis ſcriptis 278.

D. GREGORII EXPOSITIO CANTICI CANTICORVM.

Adde etiam

Origenis in eumdem Librum Expoſitionis Libros tres.

Cod. XXXII. I. pag. 1. S. Gregorii Papae Expoſitio ſuper Cantica Canticorum, ſeu potius ipſius Fragmentum. Prooemium inc. *Poſtquam a Paradiſi gaudiis expulſum eſt genus humanum.* Deſ. *quomodo deſideret, dicat.* Expoſitio inc. *Oſculetur me oſculo oris ſui. Angelos ad eam Dominus, Patriarchas ad illam & Prophetas miſerat.* Deſ. *equitatui meo te aſſimilavi, ideſt electis meis ſimilem te attendi.* Inter Opera D. Gregorii edition. Pariſ. cura Monachor. S. Mauri apud Claud. Rigaud MDCCV. fol. Tom. III. a pag. 397. ad p. 414. verſ. 6.

II. pag. 22. *b.* Origenis Presbyteri ſuper Canticum Canticorum Libri III. cum longiſſimo Prologo, qui inc. *Epithalamium libellus hic, ideſt Nuptiale Carmen, dramatis in modum videtur mihi a Salomone conſcriptus.* Deſ. *videamus ergo etiam quae ſequuntur.* Liber I. pag. 44. *b.* inc. *Oſculetur me oſculo oris ſui. Meminiſſe oportet illud, quod in praefatione praemonuimus.* Liber III. deſ. *per arbitrii libertatem poſſibile eſt unumquemque ex parte alterius tranſire . . . . .* Tum ſubiicitur: *Explicit Liber III. Origenes* (ſic) *ſuper Cantica Canticorum.* Inter eius Opera edition. Pariſ. curante Carolo de la Rue apud Io. de Bure MDCCXL. Tom. III. a pag. 26. ad pag. 93. col. 1. verſ. 58. imperfectus enim eſt in Codice. In editione vero Commentarius hic in Libros IV. dividitur.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XII. optime ſervatus, cum ſummariis aliquot rerum notabilium in margine, recentiori manu adiectis. Conſtat foliis ſcriptis 160.

D. GREGORII DIALOGI.

Adde

Et alia.

I. pag. 1. D. Gregorii Papae Dialogorum Libri quatuor, quibus ſin- Cod. XXXIII.
gulis praecurrit Capitum Tabula. Primus inc. *Quodam die.* Vltimus deſ. *Deo hoſtia ipſi fuerimus.* Exſtant inter eius Opera cit. edition. Tom. II. a pag. 1. ad pag. 474.

II. pag. 102. *b.* Excerptum ex Concilio D. Bonifacii Papae, qui quartus fuit a B. Gregorio: *Quomodo liceat Monachis cum ſacerdotali officio ubiubi miniſtrare.* Inc. *Sunt nonnulli fulti nullo dogmate, audaciſſime quidem zelo magis amaritudinis, quam dilectionis inflammati.* Deſ. *tanto eſt & in his potentior.* Eſt Decretum Synodi promulgatum a Bonifacio PP. IV. in Concilio Romano III. Kal. Martias A. C. DCX. Apud Labbeum Concilior. Tom. VI. pag. 1355. edit. Venet. Io. Bapt. Albrizii & Seb. Coleti.

III. pag. 103. Alia quaedam Excerpta brevia Canonica, quorum unum *de diſcrimine legis publicae & privatae;* alterum, *ne quiſquam Canonicus regulariter profeſſus, Monachus efficiatur;* tertium ex Epiſtola Ambroſii ad Paternum quemdam *de gradibus cognationis ad contrahendum matrimonium prohibitis;* quartum ex Epiſt. Gregorii ad Auguſtinum Epiſcopum Anglorum *de eodem argumento.*

IV. pag. 105. Enarratio Leontii Epiſcopi Neapoleos Cypriorum Inſulae de vita, & actione S. P. N. Ioannis Archiepiſcopi Alexandrini, cognomento Eleemonis in Capita LVI. diſtributa, interprete anonymo. Praecedit Epiſtola nuncupatoria ad Dominum Nicolaum ſanctiſſimum Papam. Inc. *Cogitante me, ac diu tacite ſollicitéque mecum conſiderante, quid in domo Dei commodius, ac di-*

Digitized by Google

gnius operari potuiſſem. Deſinit in his verſiculis:

Salve Praeſul amate Dei per ſaecula, ſalve,
Totius atque orbis Papa beate vale.

Prooemium inc. *Intentio quidem una eſt*. Deſ. *de his quae dicuntur proficere*. Cap. I. inc. *Quum perveniſſem Alexandriam*. Vltimum deſ. *per gratiam & miſericordiam D. N. I. C. cum quo &c.* Tum rubris litteris adſcriptum eſt: *Expliciunt Acta S. Ioh. Heleymonis, quae quidem praetermiſſa fuerant a Iohanne, atque Sophronio viris illuſtribus, qui eius vitam ſcripſerunt. Sed poſtmodum Leontius Epiſcopus Neapoleos Cypriorum inſulae ea ſtudioſe ſupplevit. Cuius narrationes ſanctiſſimus, ac ter beatiſſimus Dominus Nicolaus Papa ad multorum aedificationem nunc parvulum librum ſcribere praecepit*. Exſtat in libris Patrum Roſweydi pag. 178. & in Ianuar. Bollandiano Tom. II. pag. 498.

Codex membranac. Ms. in 4. oblongo Saec. XII. ineuntis, bene ſervatus. Conſtat foliis ſcriptis 128.

D. GREGORII DIALOGI.

Adde

Et alia quaedam.

Cod. XXXIV. I. pag. 1. S. Gregorii Papae Dialogorum Libri IV. ut in Codice ſuperiori §. I. Initium tamen Libri I. eo quod propter abſciſſionem unius aut alterius folii in principio Codicis deperierat, recentiori manu ſuppletum fuit, omiſſo tamen Capitum elencho, qui ſequentibus Libris omnibus praemittitur.

II. pag. 149. Anonymi Vita S. Furſei Monachi. Inc. *Fuit vir vitae venerabilis, Furſeus nomine, nobilis quidem genere, ſed nobilior fide*. Deſ. *clareſcunt divinis virtutibus, adiuvante D. N. I. C. &c.* De eo fit commemoratio in Martyrologio die XVI. Ianuar. a Beda, Vſuardo, & aliis. Agit de eodem item Beda de Geſtis Angl. Lib. III. Cap. 19. Aimo de Geſtis Francor. Lib. I. Cap. 18. Trithem. de Vir. Illuſtrib. Ord. S. Benedicti Lib. III. Cap. 86. Claruit circa annum Domini DCLIII. Legitur autem haec Vita ex veteri MS. Prioratus S. Treverii apud Bollandum Tom. II. Ianuar. a pag. 33. ad pag. 41.

III. pag. 161. Anonymi Sermo in eumdem. Inc. *Rem actam atque geſtam, fratres dilectiſſimi, ad memoriam concitemus Confeſſoris*. Deſ. *venerabilis S. Furſei ſepulcrum, ubi praeſtantur beneficia orationibus eius, praeſtante D. N. I. C. qui vivit &c.* Ibid. a pag. 41. ad pag. 44. & inſcribitur: *Miracula S. Furſei*.

IV. pag. 167. *b.* Anonymi Vita S. Witini. Inc. *Quum praedictus frater Witinus, ſabbati cum aliquibus fratribus noſtris potionem ad providendam ſalutem corporis accepiſſet, ceteris ſalubriter eam digerentibus, ipſe coepit magna difficultate indigeſta reiicere, & ſtatim ad perceptionem cibi, quam ad reſocillandum corpus ſumere debuerat, faſtidire*. Deſ. *ultimam huius inſtabilis vitae clauſit horam*. Non occurrit in Martyrologio.

Codex membran. Ms. in 4. minori Saec. XII. cum notulis quibuſdam in margine. Conſtat foliis ſcriptis 176.

D. GREGORII DIALOGI.

Seu potius

Dialogorum fragmentum, & Vitae quaedam SS. Patrum.

I. pag. 1. FRagmentum ex Libro IV. Dialogorum S. Gregorii (1), incipiens a principio Libri, & deſinens in verbis: *quibuſdam vero contingere ad aedificationem audientium ſolet: nam idem, de quo in Homeliis* . . . . . quae pertinent ad Caput XXXVIII. & incidunt in cit. edit. Tom. II. pag. 437. verſ. 35. *Cod. XXXV.*

II. pag. 16. Vita S. Paulli primi Eremitae. Inc. *Inter multos ſaepe dubitatum eſt, a quo potiſſimum Monachorum eremus habitari coepta ſit*. Deſ. *quam regum purpuras cum regnis ſuis*. Apud Roſweydum de Vita & Verbis ſeniorum Patrum Antuerp. MDCXV. in fol. Part. I. a pag. 17. ad pag. 20.

III. pag. 19. Vita S. Antonii Abbatis. Praecedunt Prologi duo, quorum primus Evagrii Presbyteri ad Innocentium chariſſimum filium, inc. *Ex alia in aliam linguam ad verbum expreſſa tranſlatio*. Deſ. *tu quaere ſententiam*. Alter Athanaſii Epiſcopi ad Monachos, inc. *Optimum, fratres, iniiſtis certamen*. Deſ. *non putet dignum eſſe miraculo pro tanti hominis viro*. Vita inc. *Igitur Antonius nobilibus religioſiſque parentibus Aegypto oriundus, fuit tanta ſuorum nutritus cura*. Deſ. *& nemo interim uſque ad hunc diem praeter eos, ubi ſit conditus novit*. Ibid. a pag. 35. ad p. 59. ſed in Codice valde abbreviata eſt; ultima autem verba incidunt in pag. 59. col. 2. verſ. 54.

IV. pag. 25. *b.* Vita S. Hilarionis. Inc. *Hilarion ortus vico Thabata, qui circiter quinque millia &c.* Deſ. *nec in graviſſima valitudine ſolvit ieiunium*. Ibid. a pag. 75. ad pag. 77. col. 1. verſ. 38. ubi praecedit Prologus, qui in Codice deſideratur.

V. pag. 26. *b.* Vita Malchi Monachi captivi cum Prologo, qui inc. *Qui navali proelio dimicaturi ſunt*. Deſ. *nunc quod imminet explicemus*. Vita inc. *Maronias triginta ferme millibus*. Deſ. *non poſſe ſuperari*. Ibid. a pag. 93. ad pag. 96.

VI. pag. 28. Vita B. Furſei Monachi, ut in Cod. ſuperiore §. II.

VII. pag. 33. Vita S. Wettini Monachi, ut in dicto Codice §. IV.

VIII. pag. 36. *b.* Vita S. Abrahae, & eius ne-

(1) Errat Montfauc. in ſuo Catalogo, dum ait in hoc Codice extare D. Gregorii Dialogorum Libros IV. in fine mutilos.

Digitized by Google

neptis, cum Prologo, qui cum ipſa Vita coniunctus eſt. Inc. *Fratres, cupio vobis enarrare converſationem bonam &c.* Deſ. *quoniam te decet omnis gloria, adoratio, & magnificentia trinum & unum Dominum in omnia ſaecula ſaeculorum. Amen.* Exſtant hae Vitae ſeiunctae, prima S. Abrahae loc. cit. a pag. 144. ad pag. 150. altera a pag. 368. ad p. 373. quae tamen ſecunda incipit in Codice a verbis: *Verum quum haec ruina memoratae feminae contigiſſet &c.* quae incidunt in edit. pag. 369. col. 2. verſ. 38. & quae in Codice immediate conſequuntur poſt illa: *veſtem ciliciнam, qua indutus fuerat, non mutavit,* in quibus deſinit vita S. Abrahae.

IX. pag. 44. Vita, vel obitus S. Mariae Aegyptiacae. Inc. *Fuit quidam ſenex in Palaeſtinae monaſteriis vita & verbo decoratus, qui ab ipſis cunabulis monachicis eſt moribus informatus.* Deſ. *habitavit autem praefatus Zoſimas in eodem venerabili monaſterio ſub omni ſanctitate & religione per centum fere annorum curricula, glorificans & collaudans Deum caeli, qui ſe toto cordis deſiderio quaerentibus, miſericordiae ſuae ianuam aperire dignatur, & ſic plenus dierum atque repletus deſiderii ſui voluntate de hoc ſaeculo migravit ad Dominum, qui vivit &c.* Ibid. a pag. 382. ad p. 392. ubi praecurrit Praefatio, quae in Codice deſideratur; praeterea lectio Codicis valde diſcrepat ab edita.

X. pag. 50. *b.* Vita, vel obitus Beatae Thaiſies. Inc. *Fuit quaedam meretrix nomine Thaiſes tantae pulcritudinis &c.* Deſ. *ut cum ea ſimul Dominum Ieſum Chriſtum glorificemus, qui cum Patre &c.* Ibid. pag. 374. & 375. ſed in Codice ſex circiter verſus longior eſt in fine.

XI. pag. 51. *b.* Narrationes de Vitis SS. Patrum, nullo auctoris nomine appoſito, ſed videntur eſſe Ruffini Aquileienſis Presbyteri, & quidem abbreviatae. Inc. *Igitur poſt hoſpitalitatis officia regreſſos ad ſe, ſedere nos iubet, & tunc demum unde, vel cur advenerimus inquirit. Quum iam nos laetus, & omni cum gaudio tamquam natos proprios ſuſcepiſſet; quumque reſpondiſſemus, quod de Hieroſolymis ad eum utilitatis & profectus animae noſtrae cauſſa venerimus . . . tunc B. Ioannes vultu placidiſſimo, & quaſi ſubridente ex abundantia laetitiae, hoc modo reſpondit nobis: Miror, inquit, admodum, dulciſſimi pueri, laborem vos tanti itineris ſuſcepiſſe &c.* quae quidem verba reperies cit. Tom. pag. 451. col. 2. verſ. 31. ſeqq. Deſ. *& poſt aliquantum tempus incurrit in fornicationem, & multis ſuppliciis afflictus a patre ſuo. Infelix ipſe non egit poenitentiam, ſed remanſit in ſaeculo. Ideoque dico, frater, quia Monachus numquam debet, quamvis ſuaſus ab aliquo, egredi de cella ſua.* Hic finis non concordat cum edito. Nam poſt verba, *& ſtatim dolor eius ita ab eo diſceſſit omnis, ut ſolito ſanior redderetur* (edit. pag. 484. col. 2. verſ. 39.) ſequuntur in Codice alia duabus circiter paginis comprehenſa, ab impreſſis omnino diverſa, quorum initium eſt: *Quidam frater interrogavit ſenem dicens, quid faciam, quia cogitatio mala non me dimittit una hora ſedere in cella mea &c.* Finis vero eſt, quem mox retulimus.

XII. pag. 70. Vita S. Brendani, auctore Anonymo. Inc. *Sanctus Brendanus filius Finlocha, nepos Althi, de genere Eogeniſtagnilen regionis Mumenenſium ortus fuit &c.* Deſ. *accepta benedictione Sanctus Brendanus recto itinere ad locum ſuum reverſus eſt.*

Codex membranac. Ms. in 4. minori Saec. XIII. minuto charactere, ac compendiarie exarato, in cuius initio legitur *Liber presbyteri Laurentii.* Conſtat foliis ſcriptis 84.

HOMILIAE DIVERSORVM AVCTORVM.

Scilicet

A Dominica prima de Adventu Domini uſque ad Dominicam XXIV. poſt Penecoſtem, ac Propriae Sanctorum.

AVctores Homiliarum, quae in hoc Volumine continentur, ſunt Ambroſius, *Cod. XXXVI.* Auguſtinus, Beda, Gregorius, Hieronymus, Hilarius, Ioannes Chryſoſtomus, Laurentius, Leo, Maximus, Origenes, Paullus Diaconus, Remigius, Severianus, & Anonymus. Homiliae vero ſunt

I. pag. 1. Dom. I. de Adventu Domini. Homilia B. Gregorii Papae, ut ſupra pag. 296. §. III.

II. pag. 2. Dom. II. Eiuſdem Hom. in Evang. Matth. *Quum audiſſet Ioannes &c.* Inc. *Quaerendum nobis eſt, fratres chariſſimi, Ioannes propheta, & pluſquam propheta.* Deſ. *vocari ab eo Angeli cum Ioanne valeatis.* Apud Combeſiſium in Biblioth. Patrum Concionat. editionis Venetae A. MDCCXLIX. Tom. I. pag. 24.

III. pag. 3. *b.* Dominica III. Eiuſdem Homilia, ut ſupra pag. 297. §. VII. ſub Dominica IV.

IV. pag. 5. Dom. IV. Venerabilis Bedae presbyteri Homilia, ut ſupra pag. 296. §. V. ſine nomine auctoris.

V. pag. 6. *b.* In hebdomada ante Nat. Domini. Eiuſdem Hom. in Evang. Ioan. *Ioannes teſtimonium perhibet &c.* Inc. *Redemptoris noſtri Praecurſor teſtimonium de ipſo perhibens, celſitudinem humanitatis eius pariter &c.* Deſ. *cuius beneficiis & muneribus aeternis laus & gratiarum actio in omnia ſaecula ſaeculorum. Amen.* Ex Commentario Bedae in Ioannis Evang. Cap. I. Operum editionis Baſileenſis fol. A. MDLXIII. pag. 526.

VI. pag. 8. Fer. IV. in ieiunio menſis X. Eiuſdem Hom. in Ev. Luc. *Miſſus eſt &c.* Inc. *Exordium noſtrae redemptionis, fratres chariſſimi, hodierna nobis ſancti Evangelii lectio commendat.* Deſ. *deſcendere dignatus eſt Ieſus Chriſtus &c.* In Bibl. Homiliarum Laur. Cumdii, & Gerardi Moſani, Lugduni ex officina Iun-

Iunctar. MDLXXXVIII. fol. To. IV. p. 218. & Tom. VII. Oper. Bedae cit. Baſil. edit. pag. 467.

VII. pag. 10. Fer. VI. Eiuſdem Hom. in Ev. Luc. *Exſurgens Maria &c.* Inc. *Lectio, quam audivimus, ſancti Evangelii, & redemptionis noſtrae nobis ſemper veneranda primordia praedicat &c.* Deſ. *atque inter homines vivendi formam dari voluit unigenitum ſuum I. C. D. N. &c.* Oper. Bedae Tom. cit. pag. 141.

VIII. pag. 13. *b.* Sabb. in duodecim. lect. Gregorii Papae Hom. in Evang. Luc. *Anno quintodecimo &c.* Inc. *Redemptoris Praecurſor quo tempore verbum praedicationis acceperat.* Deſ. *ſupernae miſericordiae pignus tenemus.* Apud Combefiſ. in Biblioth. Concion. Tom. I. pag. 89. Erat & in Cod. XLI. Pl. ſuperioris, pag. 297. §. VI. ſed initio mutila.

IX. pag. 17. In Vigilia Nativ. Domini. Vener. Bedae Hom. ut ibid. §. IX.

X. pag. 18. *b.* In Nat. Domini. Gregorii Papae Homilia, ut ibid. pag. 298. §. XVII.

XI. pag. 19. Homilia Bedae Presbyteri. Ibid. §. XVIII.

XII. pag. 20. *b.* Eiuſdem Hom. in Evang. Ioan. *In principio erat Verbum &c.* Inc. *Quia temporalem mediatoris Dei & hominum Ieſu Chriſti nativitatem, quae hodierna die facta eſt &c.* Deſ. *eſſentiam ſuae divinae maieſtatis oſtenderet, in qua vivit &c.* Oper. Tom. VII. p. 425. & in Bibl. Combef. To. I. p. 348.

XIII. pag. 23. In Nat. S. Stephani. S. Ioannis Oſaurei Hom. in Ev. Matth. *Ecce ego mitto &c.* Inc. *Prophetas, & Sapientes, & Scribas Apoſtolos dicit: Prophetae enim erant &c.* Deſ. *& ſic omnis Iſraël ſalvus fieret.* Apud Combefiſ. l. c. pag. 364. ſub Auctoris dicti imperfecti in Matth. nomine.

XIV. p. 26. *b.* In Nat. S. Ioannis Evang. Homilia S. Auguſtini Epiſc. in Evang. Ioan. *Dixit Ieſus Petro &c.* Inc. *Non parva quaeſtio eſt, cur Petro Apoſtolo, quando ſe tertio manifeſtavit diſcipulis &c.* Deſ. *quoniam illa vita per eum ſignificata eſt, ubi non erunt nuptiae.* Ibid. pag. 413.

XV. pag. 29. In Natale Innocentium. Venerab. Bedae Hom. in Evang. Matth. *Angelus Domini apparuit.* Inc. *De morte pretioſa martyrum Chriſti Innocentium ſacra nobis eſt, fratres chariſſimi, Evangelii lectio.* Deſ. *in tabernaculis iuſtorum, qui vivit &c.* Eius Oper. cit. edit. Tom. VII. pag. 437.

XVI. pag. 30. *b.* In Oct. Natalis Domini. Eiuſdem Hom. in Ev. Luc. *Poſtquam conſummati ſunt.* Inc. *Sanctam venerandamque praeſentis feſti memoriam paucis quidem verbis.* Deſ. *ita nos in novitate vitae ambulemus, praeſtante &c.* Apud Combefiſ. Tom. II. p. 11.

XVII. pag. 32. Dom. I. poſt Nat. Domini. Origenis presbyteri Hom. in Evang. Luc. *Erant pater Ieſu, & mater.* Inc. *Congregemus in unum ea, quae in ortu Ieſu dicta ſcriptaque ſunt, & tunc ſcire poterimus &c.* Deſ. *eamdem ipſe divinitatis excellentiam veritatis, quam Lucas ſapientiae nomine commendat.* Ibid. Tom. I. a pag. 463. uſque ad totam paginam 464. & concordat cum editione uſque ad ea verba: *deinde Simeon ait: & tuam ipſius animam pertranſibit gladius*: reliqua vero, quae unius paginae ſpatium integrum implent in Codice, omnia ab ipſa diſcrepant.

XVIII. pag. 34. *b.* In Vigil. Epiph. Domini. S. Remigii Hom. in Evang. Matth. *Defuncto autem Herode.* Inc. *Primo omnium quaerendum eſt, quare dicat Matthaeus Herodem defunctum, quum Lucas dicat Ioannem ſub Herode coepiſſe praedicare.* Deſ. *& deſinerent eſſe quod erant.* Huius Remigii Monachi, Coenobii S. Germani Antiſſiodorenſis Ord. S. Bened. poſt A. DCCCLXXXII. Homiliae memorantur a Fabricio Biblioth. med. & inf. Latin. Tom. V. pag. 66. edit. Patav.

XIX. pag. 36. In Epiph. Domini. Hom. B. Gregorii, ut ſupra pag. 301. §. IL.

XX. pag. 37. *b.* Dom. I. poſt Epiph. Domini. Venerabilis Bedae Presbyteri Homilia, ut ibid. §. LI.

XXI. pag. 39. *b.* In Octava Epiph. Eiuſdem Homilia, ut ibid. §. L.

XXII. pag. 41. *b.* Dom. I. poſt Octavam Epiph. Eiuſdem Hom. in Ev. Ioan. *Die tertia nuptiae factae ſunt.* Inc. *Quod Dominus noſter atque Salvator ad nuptias vocatus non ſolum venire &c.* Deſ. *manifeſtet gloriam ſuam, in qua vivit &c.* In Bibl. Conc. Combef. Tom. II. pag. 235.

XXIII. pag. 44. Dom. II. poſt Octavam Epiph. S. Ioannis Oſaurei Hom. in Evang. Matth. *Quum deſcendiſſet Ieſus de monte.* Inc. *Docente Domino in monte diſcipuli erant cum ipſo, quibus datum erat caeleſtis doctrinae noſſe ſecreta.* Deſ. *huic talia mirabilia facienti.* Ibid. p. 242. in Catena aurea ad dictum Ev. & eſt Origenis ex Homil. V. in diverſ. quam vide ibi pag. 245.

XXIV. pag. 45. *b.* Origenis presb. Hom. de eadem lectione. Poſt Evang. verba, *Quum introiſſet Ieſus Capharnaum, &c.* inc. *Capharnaum namque interpretatur ager, vel villa benedictionis.* Deſ. *ſicut credidiſti fiat tibi, adiuvante ipſo Domino &c.* Ex Commentar. in Matth. Tom. XIII. §. II.

XXV. pag. 47. Dom. III. poſt Octavam Epiph. S. Severiani presb. Sermo, ut ſupra pag. 302. §. LIV. Severino tributus.

XXVI. pag. 48. Item Tractatus S. Remigii de eadem lectione. Inc. *Narrat paullo ſuperius S. Matthaeus Evangeliſta, quia iuſſerat Dominus diſcipulos ſuos ire trans fretum; deinde quid geſtum ſit inter iuſſionem, & transfretationem, manifeſtare curavit.* Deſ. *& portum ſalutis indulgebit.*

XXVII. pag. 49. *b.* Dom. IV. poſt Octavam Epiph. Eiuſdem Sermo in Evang. Matth. *Confiteor tibi Pater.* Inc. *Huius confeſſionis etiam beatus Lucas facit mentionem, dicens: In ipſa hora exſultavit in Spiritu Sancto.* Deſ. *& quod ſibi non vult fieri, aliis non inferre.*

XXVIII. pag. 51. In Converſione S. Paulli.

Digitized by Google

li. Anonymi Homilia in Evang. Matth. *Dixit Simon Petrus*. Inc. *Quia Dominus & Salvator noſter divites divitias mundi diligentes difficile in regnum caelorum docebat intrare*. Deſ. *hic ſalvus erit*.

XXIX. pag. 52. In Purificatione S. Mariae. Bedae presb. Hom. ut ſupra p. 302. §. LVII.

XXX. pag. 54. In Cathedra S. Petri. S. Auguſtini Hom. in Ev. Ioan. *Dixit Ieſus Simoni Petro*. Inc. *Hunc invenit exitum ille negator & amator, praeſumendo elatus, negando proſtratus*. Deſ. *quia & ipſe ut pro omnibus pateretur, ovis eſt factus*.

XXXI. pag. 55. In Annunciatione S. Mariae. Hom. S. Ambroſii in Ev. Luc. *Miſſus eſt Angelus*. Inc. *Latent quidem divina myſteria, nec facile iuxta propheticum dictum quiſquam hominum poteſt ſcire conſilium Dei*. Deſ. *primum Angelus eſt loquutus*. Ex Libro II. Expoſ. in Luc. a §. 1. ad 19.

XXXII. pag. 56. *b*. Dom. in Septuag. S. Gregorii Papae Hom. ut ſupra pag. 302. §. LIX.

XXXIII. pag. 58. Dom. in Sexag. Eiuſdem Homilia, ut ibid. §. LX.

XXXIV. pag. 59. *b*. Dom. in Quinquag. Eiuſdem Hom. ut ibid. §. LXI.

XXXV. pag. 61. Fer. IV. Caput ieiunii. Origenis Hom. ut ibid. pag. 303. §. LXIII.

XXXVI. pag. 62. *b*. Fer. V. S. Severiani Sermo in Ev. Matth. *Quum introiſſet Ieſus Capharnaum*. Inc. *Chriſtus in corpore noſtro manens, quod omnes non ſuſcitavit mortuos, omnes non ſanavit aegrotos, credamus non poteſtati defuiſſe, ſed tempori*. Deſ. *& nihil proficiunt in Iudaeis*. Severianus natione Syrus, Gabalorum in Syria Epiſcopus, claruit circa annum CCCCI. vir in Scripturis admodum eruditus, & eloquentiae cauſſa celeberrimus, ut habet Caveus in hiſtor. Litterar. Scriptor. Eccleſ. pag. 240. ubi eiuſdem Sermonum Volumen iam deperditum memorat.

XXXVII. pag. 64. *a*. Fer. VI. Eiuſdem Sermo in Evang. Matth. *Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis*. Inc. *Evangelica lectio, fratres chariſſimi, quae nobis modo recitata eſt, videtur mihi quod ſecundum litteram non poteſt intelligi*. Deſ. *donante Deo plenius audietis*.

XXXVIII. p. ead. *a terg*. Eiuſd. alius Sermo in idem Evang. Inc. *Omnem curam praeſentium amovet, & attonitos tantum eſſe in ſpem futuri iubet*. Deſ. *aut cum pecunia damnoſo, aut cum Deo ſempiterno*.

XXXIX. pag. 64. *b*. Sabb. S. Auguſtini Hom. in Ev. Marci. *Quum ſero eſſet factum*. Inc. *Evangelii lectio, quam modo audivimus, admonet humilitatem omnium noſtrum videre & cognoſcere ubi ſimus*. Deſ. *& eminentia miſericordiae eius & cognoſcitur, & amatur*. Inter Auguſtini Sermones cit. edit. LXXV.

XL. pag. 64. *c*. Dom. initium Quadrag. B. Gregorii Papae Hom. ut ſupra pag. 303. §. LXXI.

XLI. pag. 66. Sancti Leonis Sermo in ead. lectione. Inc. *Quum Salvator noſter, qui erat verus Deus, ut verum ſe etiam hominem demonſtraret*. Deſ. *omnes habeat innocentes per Dominum &c*. Apud Combeſ. Tom. II. pag. 532. ubi tamen eſt longior in principio; verba enim Codicis relata incidunt in ultimo verſu cit. pag. 532. col. 2.

XLII. pag. ead. *b*. Fer. II. S. Auguſtini Homil. in Evang. Matth. *Quum venerit Filius hominis*. Inc. *Audivimus, fratres chariſſimi, quum Evangelium legeretur, terribilem ſimul & deſiderabilem vocem, metuendam pariter & deſiderandam*. Deſ. *& ad caelorum regna feliciter pervenire, praeſtante &c*.

XLIII. pag. 67. Fer. III. Eiuſdem Hom. in Evang. Matth. *Quum intraſſet Ieſus Hieroſolymam*. Inc. *Quum ingreſſus fuiſſet in templo Iudaeorum Dominus & Salvator noſter, & vidiſſet illic negotiationem illicitam exercere*. Deſ. *& glorificent Patrem veſtrum, qui in caelis eſt: quod ipſe praeſtare dignetur &c*.

XLIV. pag. ead. *b*. Fer. IV. Bedae presb. Hom. in Evang. Matth. *Acceſſerunt ad Ieſum Scribae*. Inc. *Incredulam Iudaeorum gentem Dominus & Salvator noſter, fratres chariſſimi, pro eorum malivolentia & incredulitate ſaepiſſime increpavit*. Deſ. *ut mereamur ſalvari per eum, qui vivit &c*.

XLV. pag. 68. *b*. Fer. V. S. Auguſtini Homil. in Evang. Ioan. *Dicebat Ieſus ad eos, qui crediderant ei*. Inc. *Quod lectionem priſtinam ſequitur, & de ſancto Evangelio nobis hodie recitatum eſt, tunc diſtuli dicere*. Deſ. *ſed ipſi Eccleſiae ſurſum eſt hereditas poſſeſſoris*.

XLVI. pag. 71. *b*. Fer. VI. Bedae presb. Homilia, ut ſupra pag. 304. §. LXXVI.

XLVII. pag. 74. *b*. Sabb. Hom. S. Leonis, ut ibid. pag. 305. §. LXXVII.

XLVIII. pag. 76. Dom. II. in Quadrag. Bedae presb. in Evang. Matth. *Egreſſus Ieſus ſeceſſit in partes Tyri*. Inc. *In ea, quam modo audiſtis Evangelica lectione, fratres chariſſimi, audivimus magnam mulieris fidem*. Deſ. *ſi ad illum ſedula mentis voce clamemus, qui vivis &c*. Oper. Tom. VII. pag. 330.

XLIX. pag. 77. *b*. S. Laurentii Sermo de eadem lectione. Inc. *Dominus noſter Ieſus Chriſtus ipſe criminum diſtraxit faſtigia &c*. ut ſupra pag. 304. §. LXXV. Origeni tributus.

L. pag. 80. Fer. II. S. Auguſtini Sermo, ut ibid. pag. 305. §. LXXXI.

LI. pag. 83. Eiuſdem Sermo de eadem lectione. Inc. *Verba D. N. I. C. quae habuit cum Iudaeis, ita moderans loquelam ſuam, ut caeci non viderent*. Deſ. *cetera, quando Domino placuerit, ſicut donaverit, exponemus*. Apud Combeſ. Tom. III. pag. 176.

LII. pag. 84. *b*. Eiuſdem alius Sermo. Inc. *De ſancto Evangelio ſecundum Ioannem, quod geſtare nos videtis in manibus, iam multa audivit charitas veſtra*. Deſ. *Arriani credant non in me, ſed mecum*. Ibid. pag. 178.

LIII. pag. 86. *b*. Fer. III. Bedae presb. Hom. in Ev. Matth. *Super cathedram Moyſi ſe-*

Digitized by Google

ſederunt. Inc. *Manſuetus & pius Dominus ac Redemptor noſter, inimicis Iudaeis malivolo ſe ſemper animo per interrogationes varias tentantibus &c.* Deſ. *nobis divinam clementiam praeparamus, praeſtante &c.*

LIV. pag. 87. *b.* Fer. IV. Sermo S. Remigii in Ev. Matth. *Ecce adſcendimus Hieroſolymam.* Inc. *Praevidens Dominus animos diſcipulorum ex ſua paſſione perturbandos, idcirco & eiuſdem paſſionis poenam &c.* Deſ. *qui dixerunt Dominum non veram animam ſumpſiſſe.*

LV. pag. 89. *b.* Fer. V. Hom. Bedae presb. in Evang. Luc. *Homo quidam erat dives.* Inc. *S. Evangelii lectio, fratres chariſſimi, de ſuperbo divite & humili paupere rationem intulit.* Deſ. *ipſe in mentes & memoriam veſtram inſerere dignetur, qui vivis &c.*

LVI. pag. 90. *b.* Eadem die. Hom. S. Auguſtini in Evang. Ioan. *Non poſſum ego a me ipſo facere quidquam.* Inc. *Quomodo audis Chriſtus, fratres, quaeramus rogo vos. Audit Chriſtus a Patre.* Deſ. *aedificium perducit ad petram.*

LVII. pag. 91. *b.* Fer. VI. Anonymi Hom. in Ev. Matth. *Homo erat paterfamilias.* Inc. *Multis enim ac diverſis parabolis Dominus & Salvator noſter Iudaeorum populum erudivit. Sed praeſentem parabolam advertat dilectio veſtra.* Deſ. *ut pro eis bonam rationem reddere mereamur, ipſo auxiliante &c.*

LVIII. pag. 93. Vnde ſupra. Inc. *Quod ex heſterna lectione S. Evangelii remanſit, dilectiſſimi, nobis congruum eſt hodie beatitudinis veſtrae auribus recitare.* Deſ. *poſſimus ad aeternum gaudium feliciter pervenire, praeſtante &c.*

LIX. pag. ead. *b.* Sabb. Homilia Bedae presb. in Ev. Luc. *Homo quidam habuit duos filios.* Inc. *Evangelica lectione, fratres chariſſimi, audiſtis duorum filiorum parabolam. Sed homo iſte &c.* Deſ. *apud Dominum confitens mox pergit ad veniam, cui eſt honor &c.*

LX. pag. 95. Dom. III. in Quadrageſima. Tractatus eiuſdem in Ev. Luc. *Erat Ieſus eiiciens daemonium.* Inc. *Exſultans Spiritu Sancto Dominus, ut ſupra lectum eſt, Confiteor, ait, tibi Pater caeli & terrae &c.* Deſ. *ſemper amandi cuſtos manebat aeterna.*

LXI. pag. 97. Item in eadem lectione Hom. eiuſdem. Inc. *Virtutes quidem D. N. I. C. factas eſſe in plebe Iudaeorum audivimus, & credimus.* Deſ. *& ipſe ſanitatem infert ſempiternam, cui eſt honor &c.*

LXII. pag. ead. *b.* Fer. II. S. Ambroſii Hom. ut ſupra pag. 306. §. XC.

LXIII. pag. 99. *b.* Fer. III. Homil. Bedae presb. in Evang. Matth. *Si peccaverit in te frater tuus.* Inc. *Frequenter, fratres chariſſimi, Dominus & Salvator noſter ſanctae charitatis exempla diſcipulis ſuis multis argumentis demonſtrans.* Deſ. *ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: quod ipſe praeſtare dignetur &c.*

LXIV. pag. 100. *b.* Fer. IV. Sermo S. Remigii Epiſc. in Ev. Matth. *Acceſſerunt ad Ieſum Scribae.* Inc. *Mira quidem Scribarum, & Phariſaeorum ſtultitia, qui Dominum quidem reprehendebant, cur praecepta & traditiones hominum non ſervat. Quare, inquiunt, diſcipuli tui tranſgrediuntur praecepta ſeniorum?* Deſ. *fructus namque malarum cogitationum ſunt vitia, quae ſequuntur.* Diverſus eſt ab illo, quem recenſuimus ſupra pag. 306. §. XCIII. ſub Hieronymi Presbyteri nomine, quamvis in principio videatur cum ipſo convenire.

LXV. pag. 102. Fer. V. Hom. Bedae presb. in Ev. Luc. *Surgens Ieſus de Synagoga.* Inc. *Cum intravit Ieſus in domum Petri, audiſtis ex lectione Evangelica, fratres chariſſimi, ſocrus Petri tenebatur magnis febribus.* Deſ. *ſi nos ab omni malitia contineamus, auxiliante nobis &c.*

LXVI. pag. ead. *b.* Item Sermo eiuſdem. Poſt Evangelii verba: *Exibant autem daemonia &c.* inc. *Daemonia Filium Dei confitebantur, & teſtante Evangeliſta, ſciebant ipſum eſſe Chriſtum.* Deſ. *quaeſitio & inventio contingeret.* Apud Combeſ. Tom. III. a pag. 469. ad pag. 470. in Luc. Cap. IV. verſ. 41.

LXVII. pag. 103. Fer. VI. Sermo S. Auguſtini in Evang. Ioan. *Ieſus fatigatus ex itinere.* Inc. *Hoc lectum eſt, & hanc lectionem tractandam geſtamus in manibus, quod Dominus Ieſus ad puteum Iacob &c.* Deſ. *quoniam vere ipſe eſt Salvator mundi, qui vivit &c.* Habes etiam ſupra pag. 307. §. XCVI. ſed initium ideo diſcrepat, quia ibi aliquot verſus longior eſt, quam in hoc Codice.

LXVIII. pag. 106. *b.* Sabb. Eiuſdem Sermo in Ev. Ioan. *Perrexit Ieſus in montem Oliveti.* Inc. *Praeſentem ſancti Evangelii lectionem tanto intentius conſiderare, fratres chariſſimi, ac ſemper reminiſci debemus.* Deſ. *propitius emundare dignetur, qui vivit &c.*

LXIX. pag. 108. Dom. medium Quadrag. Hom. Bedae in Evang. Ioan. *Abiit Ieſus trans mare Galilaeae.* Inc. *Qui ſigna & miracula Domini ac Salvatoris recte cum legunt, vel audiunt, accipiunt.* Deſ. *iuſtos autem introducens in vitam aeternam, in qua vivit &c.* Oper. Tom. VII. pag. 359. & apud Combeſ. Tom. IV. pag. 37.

LXX. pag. 109. Fer. II. Anonymi Hom. in Ev. Ioan. *Deſcendit Ieſus Capharnaum.* Inc. *Solet movere quoſdam, quod in exordio lectionis huius Evangelicae dictum eſt, quia deſcendente Capharnaum Domino.* Deſ. *ſed induamus Dominum Ieſum Chriſtum, qui cum Patre &c.*

LXXI. pag. 111. Fer. III. Hom. S. Auguſtini in Ev. Ioan. *Iam die feſto mediante.* Inc. *Quod ſequitur de Evangelio, & hodie lectum eſt conſequenter, & nos videamus, & quod Dominus donaverit hinc dicamus.* Deſ. *& illius medicinam ſine dilatione cognovit.* Apud Combeſ. Tom. cit. a pag. 88. ad pag. 93. ubi in tres partes dividitur.

LXXII. pag. 114. Fer. IV. Eiuſdem Hom. in Ev. Ioan. *Praeteriens Ieſus vidit hominem caecum.* Inc. *De homine caeco, quem Dominus Ieſus illuminavit, qui caecus natus fuit, prolixa lectio recitata eſt.* Deſ. *ſed ut ſalvetur mundus per ipſum.* Habes & ſupra pag. 308. §. CIII.

ſed

ſed initio diverſam. Heic vero in fine longior eſt unius ferme paginae dimidium. Apud Combef. Tom. IV. pag. 43.

LXXIII. pag. 116. *b.* Fer. V. Eiuſdem Hom. in Evang. Ioan. *Pater meus uſque modo operatur*. Inc. *Quamdam inter illos, qui in quinque porticibus piſcinae illius Salomonis iacebant Dominus ſanaverat*. Deſ. *& in iudicium non veniet*.

LXXIV. pag. 120. *b.* Fer. VI. Eiuſdem Sermo in Ev. Ioan. *Erat quidam languens Lazarus &c.* ut ſupra pag. 308. §. CV. ſed finis diverſus; heic enim deſ. *non omnes ex Iudaeis, qui venerant ad Mariam crediderunt, ſed tamen multi*. Apud Combefiſ. Tom. IV. p. 191.

LXXV. pag. 124. *b.* Sabb. Eiuſdem Hom. in Ev. Ioan. *Ego ſum lux mundi*. Inc. *Quod ait Dominus, ego ſum lux mundi, clarum puto eſſe eis, qui habent oculos &c.* Deſ. *ſed unus eſt Chriſtus Deus & Homo*. Ibid a pag. 224. ad pag. 235. incipiens a § 2. & in quatuor dividitur partes. Sed in Codice valde interpolata eſt.

LXXVI. pag. 126. *b.* Dom. de Paſſione Domini. Hom. B. Gregorii Papae, ut ſupra pag. 308. §. CIX.

LXXVII. pag. 128. S. Auguſtini Hom. de eadem lectione. Inc. *In iſta lectione S. Evangelii, quae hodie recitata eſt, a potentia diſcimus patientiam*. Deſ. *ſed vae illis, a quorum laudeis cordibus Deus fugit*. Apud Combefiſ. Tom. cit. pag. 257.

LXXVIII. pag. 130. *b.* Fer. II. Eiuſdem Sermo in Ev. Ioan. *Miſerunt Principes & Phariſaei miniſtros*. Inc. *Humiles & pauperes ſalvos faciebat Dominus, Principes inſaniebant*. Deſ. *ſed in reſurrectione ſperamus*.

LXXIX. pag. 132. *b.* Fer. III. Eiuſdem Homil. ut ſupra pag. 309. §. CXI.

LXXX. pag. 135. Fer. IV. Eiuſdem Hom. ut ibid. §. CXII.

LXXXI. pag. 137. Fer. V. Eiuſdem Hom. in Ev. Ioan. *Quum audiſſent quidam de turba*. Inc. *Meminit charitas veſtra ſermone priſtino ex occaſione lectionis loquutos nos eſſe vobis de Spiritu Sancto*. Deſ. *& omnis populus venit ad eum*.

LXXXII. pag. 137. *b.* Fer. VI. Eiuſdem Hom. in Ev. Ioan. *Collegerunt Pontifices & Phariſaei concilium*. Inc. *Non omnes ex Iudaeis qui convenerant ad Mariam crediderunt, ſed tamen multi*. Deſ. *quam ſe offerendo magis occiderent*. Occurrit etiam ſupra pag. 309. §. CXIV. ſed initio diverſa, quia heic eſt decem circiter verſus longior.

LXXXIII. pag. 138. Sabb. Eiuſdem Homilia in Ev. Ioan. *Amen amen dico vobis &c.* Inc. *Quomodo quidem detur, & quiſnam modus ſit manducandi &c.* Deſ. *ſed vivent in aeternum, quia Chriſtus eſt vita*. Habes etiam cit. pag. 309. §. CXVI. ſed multo longiorem, quum plures ibi videantur eſſe in unam conflatae Homiliae.

LXXXIV. pag. 139. Dom. in ramis palmarum. Sermo S. Ioannis Epiſcopi in Evang. Matth. *Quum appropinquaſſet Ieſus Hieroſolymis*. Inc. *Frequenter quidem Ieſus venit Ieruſalem, ſicut Ioannes teſtatur: numquam tamen ſibi adhibuit miniſteria iumentorum*. Deſ. *& pretioſi ſui ſanguinis effuſione ſalvavit, qui cum Deo &c.* Apud Combefiſ. Tom. cit. p. 392. ſub Auctoris imperfecti in Matth. nomine.

LXXXV. pag. 141. *b.* Fer. II. Anonymi Hom. in Ev. Ioan. *Proximum erat Paſcha Iudaeorum*. Inc. *Moris eſſe prudentium ſolet, non ſolum ex eis quae recte apprehenderint*. Deſ. *ut credentes vitam aeternam habeamus in nomine eius, qui cum Patre &c.* Oper. Bedae Tom. VII. pag. 367.

LXXXVI. pag. 143. Fer. III. Sermo S. Auguſtini Epiſc. in Ev. Ioan. *Amen, amen dico vobis, non eſt ſervus maior domino ſuo*. Inc. *Audivimus ſanctum Evangelium loquente Domino atque dicente: amen amen &c.* Deſ. *ſi exiguus eſt, deſiderabilius ruminetur*. Hic autem Sermo una cum duobus ſequentibus in Cod. XLI. Plut. ſuperioris pag. 310. §. CXXII. tamquam unicus continuatur; heic tamen in tres diviſus eſt, praemiſſis unicuique Evangelii verbis, & prologo, & concluſione in fine, prout ſequitur.

LXXXVII. pag. 144. Sermo in Ev. *Quum haec dixiſſet Ieſus turbatus eſt ſpiritu*. Inc. *Non parva, fratres, ex Evangelio nobis Beati Ioannis proponitur quaeſtio, ubi ait, quum haec dixiſſet Ieſus &c.* Deſ. *qui hominem totum poteſtate ſuſcepit*.

LXXXVIII. p. ead. *b.* Sermo in Ev. *Adſpiciebant ergo ad invicem diſcipuli haeſitantes de quo diceret &c.* Inc. *Hoc Evangelii Capitulum, fratres, ita nobis exponendum hac lectione propoſitum eſt*. Deſ. *quibus neceſſarium eſt plus temporis, quam nunc habemus iam in iſtius fine ſermonis*. Sequuntur deinde Lamentationes Hieremiae Prophetae, & Lectiones ex Tractatu S. Auguſtini ſuper Pſalmos, quae adhuc in Eccleſia leguntur.

LXXXIX. pag. 147. *b.* Hom. Bedae in Ev. Io. *Ante diem feſtum Paſchae*. Inc. *Scripturus Evangeliſta Ioannes memorabile illud Domini myſterium, quo diſcipulis in Paſcha, prius quam ad paſſionem iret, pedes lavare dignatus eſt*. Deſ. *ad beatitudinem nos ſuae perpetuae viſionis inducat I. C.* Oper. Tom. VII. pag. 400. Tum ſequuntur Lamentationes & Lectiones pro Fer. VI. in Paraſceven & Sabbato Sancto: quibus ſubiiciuntur Lectiones duae S. Auguſtini, quae adhuc in Eccleſia leguntur.

XC. pag. 152. *b.* Sabb. Sancto. Hom. Bedae presb. in Evang. Matth. *Veſpere autem ſabbati &c.* Inc. *Vigilias nobis huius ſacratiſſimae noctis, ſicut ex lectione Evangelica, fratres chariſſimi, audivimus, Reſurrectio Domini ac Salvatoris noſtri dedicavit*. Deſ. *ipſe nos ad manſionem ſupernae pacis, quam ante ſaecula promiſit inducat, qui vivit &c.* Oper. Tom. cit. pag. 1. Erat & ſupra pag. 311. §. CXXXI. ſed in fine mutila.

XCI. pag. 154. *b.* Dom. Sancti Paſchae. Hom.

Hom. S. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica S. Mariae in Ev. Marc. *Maria Magdalene & Maria Iacobi*, ut ſupra pag. 311. §. III.

XCII. pag. 156. Fer. II. Hom. eiuſdem habita in Baſilica B. Petri Apoſtoli in Evang. Lucae. *Duo ex diſcipulis &c.* ut ibidem §. IV.

XCIII. pag. ead. *b.* Sermo S. Auguſtini Epiſc. de eadem Lectione. Inc. *Heſterno die, ideſt nocte lecta eſt ex Evangelio reſurrectio Salvatoris*. Deſ. *iuſti autem in vitam aeternam*. Apud Combeſ. Tom. V. pag. 531. & eſt Sermo CCXXXV.

XCIV. pag. 157. *b.* Fer. III. Hom. Bedae presb. in Ev. Luc. *Stetit Ieſus in medio diſcipulorum*, ut ſupra pag. 312. §. V.

XCV. pag. 159. *b.* Fer. IV. Hom. Beati Gregorii Papae in Ev. Ioan. *Manifeſtavit ſe Ieſus*, ut ibid. §. VI.

XCVI. p. 161. Fer. V. Hom. eiuſdem habita in Baſilica S. Ioan. quae appellatur Conſtantiniana in Ev. Io. *Maria ſtabat ad monumentum*, ut ibid. §. VII.

XCVII. pag. 163. *b.* Fer. VI. Hom. venerabilis Bedae presbyteri in Ev. Matth. *Vndecim diſcipuli abierunt in Galilaeam &c.* ut ibid. §. VIII.

XCVIII. pag. 165. *b.* Sabb. Hom. B. Gregorii Papae in Baſilica S. Ioannis, quae appellatur Conſtantiniana in Ev. Ioan. *Vna ſabbati &c.* ut ibid. §. IX.

XCIX. p. 169. Dominica Octava Paſchae. Hom. eiuſdem habita ad populum in Baſilica S. Ioannis Baptiſtae, quae appellatur Conſtantiniana, in Ev. Io. *Quum eſſet ſero &c.* ut ibid. §. X.

C. pag. 171. *b.* Dom. I. poſt octavam Paſchae. Hom. eiuſdem habita in Baſilica S. Petri, ut ibid. §. XI.

CI. p. 172. *b.* Dom. II. Hom. Bedae in Ev. Io. *Modicum & iam non videbitis me*. Inc. *Laeta Domini & Salvatoris noſtri promiſſa, fratres chariſſimi, laeto cordis auditu percipere debemus*. Deſ. *& remunerator vincentium I. C. D. N. qui vivit &c.* Apud Combeſ. Tom. VI. pag. 64.

CII. p. 174. Dom. III. Hom. eiuſd. in Ev. Ioan. *Vado ad eum, qui miſit me*. Inc. *Sicut ex lectione Evangelica, fratres chariſſimi, audivimus, Dominus ac Redemptor noſter imminentem ſuae paſſionis articulum*. Deſ. *cooperante ipſo, qui hunc & polliceri ſuis fidelibus, & dare conſuevit, Ieſu Chriſto Domino, qui vivit &c.* Apud Combeſ. loc. cit. pag. 92.

CIII. pag. 176. Dom. IV. Hom. eiuſdem in Ev. Io. *Amen, amen dico vobis, ſi quid petieritis*. Inc. *Poteſt movere infirmos auditores, quomodo in capite lectionis huius Evangelicae diſcipulis Salvator promittat*. Deſ. *ſed palam de Patre annuntiat, cum quo &c.* Apud Combeſ. loc. cit. pag. 107.

CIV. pag. 178. In Letaniis maioribus. Eiuſdem Hom. ut ſupra pag. 313. §. XV. ſine nomine auctoris.

CV. p. 180. *b.* In Vigilia Adſcenſionis Domini. Sermo S. Auguſtini Epiſc. ut ibid. §. XVI. Finis tamen diverſus ita habet: *tempus eſt ut habeam etiam vivens in dextera tua*. Heic enim multo longior eſt, & in multis etiam in contextu diverſus; ſciendum eſt autem prima Codicis verba *Poterat Dominus unigenitus coaeternus Patri &c.* deſumpta eſſe ex prima Auguſtini Homilia apud Combeſ. Tom. VI. pag. 152. col. 1. verſ. 45. & progredi uſque ad finem Homiliae ſecundae.

CVI. pag. 182. *b.* In Adſcenſione Domini. Hom. B. Gregorii Papae habita in Baſilica S. Petri, ut ſupra pag. 313. §. XIX.

CVII. pag. 184. *b.* Dom. poſt Adſcenſionem Domini. Hom. Bedae in Ev. Ioan. *Quum venerit Paraclitus*. Inc. *Ex multis ſancti Evangelii locis invenimus, quia diſcipuli ante adventum S. Spiritus minus capaces erant ad intelligenda arcana divinae ſublimitatis*. Deſ. *per Paſchalia ſacramenta praerogavit I. C. D. N. qui vivit &c.* Oper. Tom. VII. pag. 46. & apud Combeſ. Tom. cit. pag. 241.

CVIII. pag. 187. *b.* In Vig. Pentecoſtes. Sermo S. Auguſtini in Ev. Ioan. *Si diligitis me*. Inc. *Audivimus, fratres, quum Evangelium legeretur, dominum dicentem, ſi diligitis me, mandata mea ſervate . . . . Multa ſunt, quae in iſtis paucis verbis Domini requirantur*. Deſ. *tunc autem diligemus videndo quod credimus*. Occurrebat & in Cod. XLII. Plut. XVI. ſupra pag. 314. §. XXI. ſed praeterquamquod in principio erat aliquantum diverſus, fine etiam carebat, propter Codicis mutilationem. Apud Combeſ. Tom. cit. a pag. 249. ad pag. 251. ubi in duos Sermones dividitur.

CIX. pag. 189. *b.* Dom. Pentecoſtes. Hom. B. Gregorii Papae habita in Baſilica S. Petri, ut ſupra pag. 314. §. XXIV.

CX. pag. 192. Fer. II. Sermo S. Auguſtini in Ev. Io. *Dixit Ieſus Nicodemo*. Inc. *Noſtis, fratres, quia mors per diaboli invidiam in mundum intravit*. Deſ. *& ſaepe dicenda ſunt, quia bona & ſalutaria ſunt*. Habebas & ſupra pag. 314. §. XXV. ſed initio item diverſum, ac longiorem; ibi enim prima editionis verba occurrebant poſt verſus ſeptem ac decem, heic vero poſt quinquaginta.

CXI. pag. 193. Fer. III. Eiuſdem Hom. ut ſupra pag. 314. §. XXVI. finis tamen diverſus, eo quod heic multo longius progrediatur; poſt enim verba *& latronis audivit*, in quibus ibi definebat, heic ſequuntur alia multa, quorum initium eſt: *Certe latronum voces non audiunt oves &c.* Finis vero: *cui dictum eſt, hodie mecum eris in Paradiſo*, ut apud Combeſ. Tom. cit. a pag. 370. ad pag. 374. ubi tamen quatuor verſus eſt longior.

CXII. pag. 196. Fer. IV. Eiuſdem Sermo, ut ſupra pag. 314. §. XXVII. finis tamen non concordat: heic enim deſ. *mori venit, ſed die tertia reſurrexit. Inter Verbum ſuſcipiens, & carnem reſurgentem mors media conſumpta eſt*. Immo praeter pauca in princi-

pio

Digitized by Google

pio, in reliquis videtur eſſe penitus diverſus.

CXIII. pag. 197. Item alius Sermo eiuſdem. Inc. *Ego ſum, inquit, panis vitae; Ego ſum, inquit, & unde illi ſuperbi erant? Patres veſtri, inquit, manducaverunt manna, & mortui ſunt*. Deſ. *nunc laboret in terra, ut poſtea regnet in caelo*.

CXIV. pag. ead. *b*. Fer. V. Hom. Bedae in Ev. Luc. *Convocatis Ieſus duodecim diſcipulis*. Inc. *Conceſſa primum Apoſtolis Dominus poteſtate ſignorum, miſit praedicare regnum Dei*. Deſ. *de his quemque, quibus ab eo diſceſſeras poenitere*. Oper. Tom. VII. pag. 215. & apud Combef. Tom. VI. pag. 400.

CXV. pag. 198. *b*. Fer. VI. Hom. S. Ambroſii, ut ſupra pag. 315. §. XXXI. ſed heic incipit abſolute a verbis: *Non otioſa &c.* omiſſa Evangelici textus repetitione.

CXVI. pag. 199. Sabb. Hom. eiuſdem, ut ſupra pag. 306. §. XCIV.

CXVII. pag. 200. *b*. In Octava Pentecoſtes. Hom. Bedae in Ev. Ioan. *Erat homo ex Phariſaeis Nicodemus*. Inc. *Sicut ex lectione Evangelii ſancti, fratres chariſſimi, audiſtis. princeps Iudaeorum venit ad Dominum nocte cupiens ſecreta eius alloquutione plenius diſcere myſteria fidei*. Deſ. *ac debitis laudibus exaltemus nomen eius in invicem, cuius eſt gloria &c.* Oper. Tom. cit. pag. 127.

CXVIII. pag. 202. *b*. Fer. IV. in ieiunio menſis quarti. Sermo S. Ambroſii in Evang. Luc. *Accedentes diſcipuli ad Ieſum dixerunt illi, dimitte turbas*. Inc. *Poſtea quam illa, quae Eccleſiae typum accepit, fluxu curata eſt ſanguinis*. Deſ. *panis enim confirmat cor hominis*.

CXIX. pag. 205. Fer. VI. Eiuſdem Sermo in Evang. Luc. *Venit ad Ieſum vir, cui nomen Yairus*. Inc. *Reliquerat Chriſtus ſynagogam, & quem ſui non receperant, excepimus alieni, excepimus quem exſpectabamus*. Deſ. *credituros quidem Iudaeos, ſed ex pluribus pauciores*. In Luc. Libr. VI. a §. 54. ad §. 65.

CXX. pag. ead. *b*. Sabb. in XII. Sermo Ioannis Oſaurei in Ev. Matth. *Egrediente Ieſu ab Iericho*. Inc. *Teſtimonium autem ſtudioſi agricolae eſt meſſis fecunda; aſſidui autem doctoris documentum, Eccleſia plena*. Deſ. *ſicut aliquando Iudaei fecerunt*.

CXXI. pag. 207. Dom. I. poſt Pentecoſtem. Hom. B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica S. Laurentii martyris, ut ſupra pag. 315. §. XXXIV.

CXXII. pag. 210. Dom. II. poſt Oct. Pent. Hom. eiuſdem habita ad populum in Baſilica SS. Philippi & Iacobi, ut ibidem §. XXXV.

CXXIII. pag. 213. *b*. Dom. III. Hom. eiuſdem habita ad populum in Baſilica Ioannis & Paulli, ut ibid. §. XXXVI.

CXXIV. pag. 218. Dom. IV. poſt Oct. Pent. Homilia Bedae presb. in Evang. Luc. *Eſtote miſericordes &c.* Inc. *Beati eſurientes, qui ſua fame commoniti eſurientibus eſſe miſerendum, & ipſi per iuſtitiam miſerentur, ut valent*. Deſ. *ut videamur eiicere feſtucam de oculo fratris*. Apud Combefiſ. Tom. VI. pag. 459. ubi multo brevior eſt in principio, verba enim editionis: *Hoc loco nihil aliud nobis praecipi exiſtimo &c.* occurrunt in Codice poſt quadraginta circiter verſus ab initio.

CXXV. pag. 219. Dom. V. Sermo S. Maximi Epiſc. in Evang. Luc. *Quum turbae irruerent ad Ieſum, ut audirent verbum Dei*. Inc. *Quantorum mirabilium operator ſit D. I. C. intelligere poſſumus ex hac Evangelica lectione, quae ſcribit tanta per eum beneficia &c.* Deſ. *pro actibus enim noſtris Dominus nobis aut dormit, aut vigilat*. Apud Combef. To. VII. pag. 45.

CXXVI. pag. ead. *b*. Sermo anepigraphus. Inc. *Tempus admonet &c.* ut ſupra pag. 79. §. XCIX. item ſine auctoris nomine.

CXXVII. pag. 220. Dom. VI. Sermo S. Auguſtini in Ev. Matth. *Niſi abundaverit iuſtitia veſtra*. Inc. *Iuſtitia Phariſaeorum eſt, ut non occidant: iuſtitia eorum, qui intraturi ſunt in regno Dei, ut non iraſcantur*. Deſ. *qui ergo fratri, non peccato iraſcitur, ſine cauſſa iraſcitur*.

CXXVIII. pag. 221. *b*. Dom. VII. Hom. Bedae in Ev. Marc. *Quum turba multa eſſet cum Ieſu*. Inc. *Priuſquam de ſeptem panibus, & paucis piſciculis quatuor millia hominum Dominus ac Redemptor noſter ſatiaret, praemittitur in ſuperioribus, quod adſcenderit in montem*. Deſ. *quo etiam & nos fieri mereamur, praeſtante &c.*

CXXIX. pag. 223. Dom. VIII. Hom. Origenis, ut ſupra pag. 316. §. XLI.

CXXX. pag. 225. Dom. IX. Hom. S. Ambroſii in Ev. Luc. *Homo quidam erat dives*. Inc. *Omnium quidem ciborum ſal ſalubre eſt condimentum, ſi menſura non deſit*. Deſ. *quare placuerit ſic, vel quis ſit iſte, ſequenti per Deum ſermone pandemus*. Apud Combefiſ. To. VII. pag. 155. ſub Petri Chryſologi nomine.

CXXXI. pag. 226. Sermo anepigraphus, ſed eſt eiuſdem Chryſologi. Inc. *Quam ſit commodum, quam lucroſum debitorum nodum ſolvere, cautionum vincula laxare*. Deſ. *in veſtrae mentis fundat arcanum*. Ibidem pagina 154.

CXXXII. pag. 227. Dom. X. Hom. B. Gregorii Papae habita in Baſilica S. Ioannis, quae appellatur Conſtantiniana, ut ſupra pag. 317. §. XLIII.

CXXXIII. pag. 229. *b*. Dom. XI. Hom. Bedae in Ev. Luc. *Duo homines adſcenderunt in templum*. Inc. *Quia parabolam Dominus, qua ſemper orare, & non deficere docebat, ita concluſit, ut diceret &c.* Deſ. *ut pereuntibus ſuperbis cum ſuo capite, nos humiles cum Chriſto regnemus ſociati omnibus ſanctis. Per eumdem &c.* Operum Tom. cit. pag. 89. Occurrit etiam ſupra p. 317. §. XLIV. ſed multo brevior.

CXXXIV. pag. 230. *b*. Dom. XII. Eiuſdem Hom. ut ibid. §. XLVI.

CXXXV. pag. 232. Dom. XIII. Eiuſdem Hom. in Ev. Luc. *Beati oculi qui vident*.

 Inc.

Digitized by Google

Inc. *Non oculi Scribarum & Phariſaeorum, qui corpus tantum Domini videre, ſed illi beati oculi, qui eius poſſunt cognoſcere ſacramenta &c.* Deſ. *vel corporalis, vel ſpirituali neceſſitate ſublevanda devotus operare.* Oper. Tom. VII. pag. 94.

CXXXVI. pag. 233. Sermo S. Ambroſii Epiſc. Poſt Evang. verba: *Homo quidam ex Ieruſalem deſcendebat in Iericho*, inc. *Vt eum locum, qui propoſitus eſt nobis, planius poſſimus abſolvere, veterem civitatis Iericho repetamus hiſtoriam*, Deſ. *nihil enim tam ſecundum naturam, quam iuvare conſortem naturae.* In Ev. Luc. Lib. VII. a §. 71. ad §. 85.

CXXXVII. pag. 234. Dom. XIV. Hom. Bedae in Evang. Luc. *Dum iret Ieſus in Ieruſalem*. Inc. *Leproſi non abſurde intelligi poſſunt, qui ſcientiam verae fidei non habentes, varias doctrinas profitentur erroris.* Deſ. *quae ſalvum faciat credentem, detque gloriam Patri, qui eſt in caelis &c.* Oper. Tom. VII. pag. 98.

CXXXVIII. pag. 235. Dom. XV. Sermo S. Auguſtini in Evang. Matth. *Nemo poteſt duobus dominis ſervire*. Inc. *Si cordis intentio, qua facis quod facis, quae tibi nota eſt, ſordidatur appetitu rerum temporalium.* Deſ. *in perpetua requie ſtabiliendos atque firmandos gubernat & dirigit.*

CXXXIX. pag. 237. *b.* Dom. XVI. Anonymi Hom. in Ev. Luc. *Ibat Ieſus in civitatem, quae vocatur Naim*. Inc. *Hodie beatus Evangeliſta, quia viduae matris unicum iam funeris vinculis alligatum &c.* Deſ. *certe ſi non damus, quia non accepimus, non quaeramus. Ipſe autem Deus noſter donet nobis tam praeſentia, quam futura bona per Dominum &c.* Apud Comb. Tom. VII. pag. 312. ſub Petri Chryſologi nomine.

CXL. pag. 238. *b.* Vnde ſupra Sermo S. Gregorii Papae. Inc. *Quatuor modis peccatum perpetratur in corde; quatuor conſummatur in opere.* Deſ. *citius ad vitam reducitur, ſi ſuper hunc ſollicitae cogitationes vivunt.*

CXLI. pag. 239. Dom. XVII. Hom. Bedae in Ev. Luc. *Quum intraret Ieſus in domum cuiuſdam Principis Phariſaeorum &c.* Inc. *Hydropis morbus ab aquoſo humore vocabulum trahit, Graece enim aqua hydor vocatur.* Deſ. *hic perpetua vitae immortalis beatitudine gaudebis.* Eius Operum Tom. cit. pag. 163.

CXLII. pag. 240. Fer. IV. in ieiunio menſis VII. Sermo Bedae in Ev. Marc. *Magiſter, attuli filium meum ad te*. Inc. *Notandum, quod ſemper loca rebus congruunt. In monte Dominus orat, transformatur &c.* Deſ. *cunctas antiqui hoſtis debellabimus ac propulſabimus inſidias.* Habes etiam ſupra pag. 318. §. LIII. ſed multo breviorem, & in principio etiam aliquanto diverſam. Heic vero legitur ut apud Combeſ. Tom. VII. pag. 364.

CXLIII. pag. 241. Fer. VI. Hom. B. Gregorii Papae, ut ſupra pag. 309. §. CXIII.

CXLIV. pag. 243. *b.* Sabb. in XII. Hom. eiuſdem habita in Baſilica S. Laurentii martyris, ut ſupra pag. 318. §. LVI.

CXLV. pag. 245. Dom. XVIII. Sermo S. Ioannis Chryſoſtomi...

CXLVI. pag. 249. *b.* Anonymi Hom. in Ev. Matth. *Simile eſt regnum caelorum grano ſinapis*. Inc. *Omnis Scriptura, ait Apoſtolus, divinitus inſpirata, utilis eſt ad docendum, ad audientium, ad corripiendum*, Deſ. *ipſi erunt de noviſſimis primi. Per Dominum &c.*

CXLVII. pag. 250. *b.* Anonymi Sermo in verba: *Oportet ſemper orare & non deficere.* Inc. *Quum beneficia divina conſidero, tunc caeleſtem benignitatem admiror.* Deſ. *& ut compendium faciam, orat & ipſe D. I. C. cui ſit gloria &c.*

CXLVIII. pag. 251. Dom. XIX. poſt Pent. Hom. S. Maximi Epiſc. in Evang. Matth. *Adſcendens Ieſus in naviculam*. Inc. *Chriſtum in humanis actibus divina geſſiſſe myſteria, in rebus viſibilibus inviſibilia exercuiſſe negotia &c.* Deſ. *ne Chriſtiana fide curatus, in viis Iudaicae perfidiae iam moreris.* Apud Comb. T. VII. pag. 397. ſub Petri Chryſologi nomine.

CXLIX. pag. ead. *b.* Vnde ſupra Sermo S. Hieronymi presb. Poſt Evang. verba: *Adſcendens Ieſus in naviculam &c.* inc. *Civitatem eius non aliam intelligamus, quam Nazareth, unde & Nazareus appellatus eſt.* Deſ. *& portat illum in domo virtutum ſuarum.* Apud Combeſiſ. Tom. cit. pag. 388.

CL. pag. 252. Dom. XX. Hom. B. Gregorii Papae habita in Baſilica S. Leonis Papae in Ev. Matth. *Simile factum eſt regnum caelorum homini regi*. Inc. *Textum lectionis Evangelicae, fratres chariſſimi, volo, ſi poſſum ſub brevitate tranſcurrere, ut in fine eius valeam ad loquendum largius vacare.* Deſ. *qui in ſe dignatus eſt aſſumere naturam noſtram, qui vivit &c.* Habes & ſupra pag. 319. §. LIX. ſed valde mutilam.

CLI. pag. 256. Dom. XXI. Hom. eiuſdem habita ad populum in Baſilica SS. Nerei, & Achillei die natali eorum, ut ibid. §. LX.

CLII. pag. 257. Dom. XXII. Hom. Paulli Diaconi in Ev. Matth. *Simile eſt regnum caelorum homini regi, qui voluit rationem ponere &c.* Inc. *Praeſens ſancti Evangelii lectio, quam nunc veſtra fraternitas audivit, ad ſuperioris interrogationis verba reſpicit.* Deſ. *ac per hoc aeterni Patris gaudiis ſine fine potiemur.* (1)

CLIII.

(1) Ex Sermonibus L. Paulli Winfridi, Foroiulienſis, ſive Aquileienſis Patriarchii Diaconi, Deſiderii ultimi Langobardorum Regis Notarii, ſive Cancellarii Anno circiter DCCLXX. nonnulli, teſte Io. Baptiſta Maro, Mss. in Biblioth. Medicea, & Caſinenſi adſervantur. Vnus etiam typis excuſus inter Opuſcula Sanctorum aliquot Patrum Lugd. MDCXV. pag. 450. in illud Matth. XVIII. 23. *Simile eſt regnum caelorum homini regi.* Inc. *Praeſens S. Evangelii lectio.* Vid. Fabric. Bibl. med. & infim. latinit. Tom. V. pag. 213. edit. Patav.

CLIII. pag. 258. *b.* Dom. XXIII. Sermo S. Ioannis Oſaurei in Ev. Matth. *Abeuntes Phariſaei conſilium inierunt.* Inc. *Omnis malitia confunditur aliquoties ratione veritatis, corrigitur autem numquam.* Deſ. *per quos conſideramus & apprehendimus, quae ſunt utilia.* Apud Combeſiſ. Tom. cit. pag. 476. ſub Auctoris imperfecti in Matth. nomine, ubi tamen longior eſt in fine; nam ultima Codicis verba incidunt in pag. 477. col. 2. verſ. 51.

CLIV. pag. 259. *b.* Vnde ſupra Sermo S. Ambroſii Epiſc. Inc. *Voluntas loci praeſentis ſecundum textum talis mihi videtur: Iudaei propriam habentes converſationem ex lege &c.* Deſ. *& doceamus irreprehenſibiliter ea, quae poſſunt ſalvare volentes ſalvari.*

CLV. pag. 260. *b.* Dom. XXIV. Sermo S. Severiani Epiſc. in Evang. Matth. *Loquente Ieſu ad turbas ecce princeps unus &c.* Inc. *Omnes Evangelicae lectiones magna nobis & praeſentis, & futurae vitae commoda largiuntur.* Deſ. *ſicut temporalitatem tempus attulit, ſic excluſit aeternitas tempus.* Apud Combef. Tom. cit. pag. 496. ſub Petri Chryſologi nomine.

CLVI. pag. 261. *b.* Sermo Bedae presb. de ead. lectione. Inc. *Pulcre lectioni, quam de abiectione ſynagogae, fideque Eccleſiae, atque iterum inſtauratione ſynagogae ſumus interpretati &c.* Deſ. *& divini ſcilicet verbi, & ſacroſancti altaris particeps effectus.*

CLVII. pag. 263. Dom. de S. Trinitate. Hom. S. Auguſtini, ut ſupra pag. 307. §. C.

CLVIII. p. 264. *b.* In vig. S. Ioannis Baptiſtae. Hom. Bedae presb. in Evang. Luc. *Fuit in diebus Herodis regis.* Inc. *Venturus in carne Dominus & Redemptor noſter, multos diſpenſationis ſuae teſtes praemiſit, & nuntios.* Deſ. *in vitam coronat aeternam, qui vivit &c.* Oper. Tom. VII. pag. 133.

CLIX. pag. 267. In Nat. S. Ioannis Baptiſtae. Eiuſdem Hom. in Evang. Luc. *Eliſabeth impletum eſt.* Inc. *Praecurſoris Domini nativitas, ſicut ſacratiſſima lectionis Evangelicae prodit hiſtoria, multa miraculorum ſublimitate refulget.* Deſ. *vitam & veritatem pervenire mereamur, Ieſum Chriſtum &c.* Ibid. pag. 251.

CLX. pag. 269. In Vig. Apoſtolorum Petri, & Paulli. Hom. eiuſdem in Evang. Ioan. *Simon Ioannis diligis me.* Inc. *Virtutem nobis perfectae dilectionis praeſens S. Evangelii lectio commendat.* Deſ. *& ſe facta remunerare pollicetur, Ieſu Chriſto Domino noſtro, qui vivit &c.* Ibid. pag. 148.

CLXI. pag. 270. *b.* In Nat. Apoſt. Petri, & Paulli. Hom. eiuſdem in Evang. Matth. *Venit Ieſus in partes Caeſareae.* Inc. *Lectio S. Evangelii, quam modo, fratres, audiſtis, tanto intentius ac ſine oblivione eſt iugiter retinenda &c.* Deſ. *quam ille nobis promiſit ante ſaecula, qui vivit &c.* Ibid. pag. 153.

CLXII. pag. 272. *b.* In Nat. S. Paulli Apoſt. Homil. S. Hilarii Epiſc. in Evang. Matth. *Ecce nos reliquimus omnia.* Inc. *Dominus ac Redemptor noſter, fratres chariſſimi, brevi abſolutaque ratione Apoſtolorum ignorantiam & metum ſolvit.* Deſ. *& Chriſtum miſericordem accedentibus facit. Ipſi gloria &c.*

CLXIII. pag. 273. *b.* In oct. Apoſtolorum. Sermo S. Hieronymi in Ev. Matth. *Iuſſit Ieſus diſcipulos ſuos adſcendere in naviculam.* Inc. *Diſcipulis praecepit Dominus transfretare, & compellit, ut adſcendant naviculam: quo ſermone oſtenditur invitos eos receſſiſſe.* Deſ. *in tranquilliſſimo portu faciat requieſcere.*

CLXIV. pag. 274. In Nat. S. Felicitatis. Hom. B. Gregorii Papae habita in eius Baſilica, in Evang. Matth. *Ecce mater eius & fratres ſtabant foris.* Inc. *S. Evangelii, fratres chariſſimi, brevis eſt lectio recitata, ſed magnis myſteriorum ponderibus gravida.* Deſ. *ſpirituali tamen gaudio carnalia deſideria in mente trucidamus.* Oper. Tom. I. pag. 1444.

CLXV. pag. 275. In Vig. S. Laurentii. Hom. eiuſdem habita ad populum in Baſilica SS. Proceſſi & Martiniani die natali eorum, ut ſupra pag. 321. §. LXVIII.

CLXVI. pag. 277. In Nat. S. Laurentii Mart. Sermo S. Auguſtini in Evang. Ioan. *Niſi granum frumenti &c.* Inc. *Ex occaſione Gentilium illorum, qui eum videre cupiebant, annuntiat Dominus futuram plenitudinem gentium.* Deſ. *& honorificante patre coronas glorioſiſſimas receperunt.*

CLXVII. pag. 278. In Aſſumptione S. Mariae. Hom. eiuſdem in Evang. Luc. *Intravit Ieſus in quoddam Caſtellum.* Inc. *Sanctum Evangelium quum legeretur, audivimus a femina religioſa ſuſceptum eſſe Dominum hoſpitio.* Deſ. *ideoque bonum eſt nobis eum adorare, cum invitat, ut poſſimus non eum timere, cum iudicat.* Apud Laur. Cum-Dium in Biblioth. Homiliar. edition. Lugdun. ex officina Iunctar. MDLXXXVIII. fol. Tomo IV. pag. 606.

CLXVIII. pag. 279. Hom. Paulli Diaconi de eadem lectione. Inc. *Sacrae lectionis, quae nobis Evangelico de fonte manavit, licet compendioſo tramite in ſui ſuperficie modica, magnis tamen intrinſecus utilitatum eſt ſpatiis dilatata.* Deſ. *ab ipſo cuncta percipiens, per ipſum omnibus deſiderata concedit.*

CLXIX. pag. 281. In Decollatione S. Ioannis Baptiſtae. Sermo S. Auguſtini in Evang. Marc. *Audivit Herodes tetrarcha.* Inc. *De praeſenti capitulo, fratres dilectiſſimi, S. Evangelii, quod nos Dominus docere voluit, certe Eccleſia Chriſti non ambigit &c.* Deſ. *& tunc demum ad illum coronandi veniatis.*

CLXX. pag. 282. In Nativitate S. Mariae. Sermo S. Ambroſii in Evang. Matth. *Liber generationis Ieſu Chriſti.* Inc. *Cur Ioſeph magis, quam Mariae generatio deſcribitur, quum Maria de Spiritu Sancto generaverit Chriſtum.* Deſ. *mutata iam fide manubias obtulit Domino triumphales.* Ex Commentar. in Ev. Luc. Lib. III. §. 3. Oper. Tom. I. p. 1314.

CLXXI. pag. 289. In Vig. S. Matthaei Apoſtoli. Hom. Bedae in Evang. Matth. *Vidit Ieſus hominem ſedentem &c.* Inc. *Legimus,*

Apo-

Apoſtolo dicente, quia omnes peccaverunt, & egent gloria Dei. Iuſtificati gratis per gratiam ipſius &c. Deſ. *ſed eius gratiae tribuamus, qui ſedens in throno Patris una cum Spiritu Sancto &c.* Oper. Tom. VII. pag. 192.

CLXXII. pag. 291. In Nat. S. Matthaei Apoſtoli. Sermo S. Ambroſii in Evang. Luc. *Vidit Ieſus publicanum nomine Levi*. Inc. *Myſtica vocatio publicani, quem ſequi iubet Dominus iuſtos non corporis greſſu, ſed mentis affectu*. Deſ. *hic auferre cordis dolorem, pallorem animae, qui novit occulta*.

CLXXIII. pag. 292. *b.* In Dedicatione S. Michaëlis Archangeli. Hom. S. Maximi Ep. in Evang. Matth. *Quis, putas, maior eſt in regno caelorum?* Inc. *Si diligenter audiſtis Evangelicam lectionem, intelligere poteſtis, quae miniſtris ac ſacerdotibus reverentia exhibeatur &c.* Deſ. *ut cum ſua ſacrilega mola iudicandi ſaeculi fluctibus demergatur*. Apud Cum-Dium Tom. III. pag. 749.

CLXXIV. pag. 293. *b.* In Vig. omnium Sanctorum. Sermo S. Ambroſii in Ev. Luc. *Elevatis Ieſus oculis in diſcipulos ſuos dicebat*. Inc. *Adverte omnia diligenter, quomodo & cum Apoſtolis adſcendat, & deſcendat ad turbas*. Deſ. *prudentia pacem, manſuetudinem formido*. Ibid. Tom. IV. pag. 1065.

CLXXV. pag. 295. In Feſtivitate omnium Sanctorum. Sermo S. Auguſtini in Ev. Matth. *Videns turbas Ieſus adſcendit in montem*. Inc. *Sermonem, quem loquutus eſt Dominus Ieſus Chriſtus in monte, ſicut in Evangelio ſecundum Matthaeum legimus, ſi quis pie ſobrieque conſideraverit*. Deſ. *quum etiam mortale hoc induerit immortalitatem*. Ibid. pag. 874. ubi finis diverſus.

CLXXVI. pag. 297. *b.* In Vig. S. Andreae Apoſt. Hom. Bedae in Evang. Ioan. *Stabat Ioannes, & ex diſcipulis eius duo*. Inc. *Tanta ac talis eſt divinae ſcripturae ſublimitas, ut non ſolum verba, quae a Sanctis, vel ab ipſo Domino dicta referuntur &c.* Deſ. *beati autem mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt: quod ipſe nobis praeſtare dignetur &c.* Oper. Tom. VII. pag. 404.

CLXXVII. pag. 300. In Nat. S. Andreae. Hom. B. Gregorii Papae in Ev. Matth. *Ambulans Ieſus iuxta mare Galilaeae*. Inc. *Audiſtis, fratres chariſſimi, quia ad unius iuſſionis vocem Petrus, & Andreas relictis retibus ſequuti ſunt Redemptorem*. Deſ. *quandoque ad propria contemnenda perducatur*. Cit. edit. Tom. I. pag. 1451.

CLXXVIII. pag. ead. *b.* In Dedicatione Eccleſiae. Hom. Bedae in Evang. Luc. *Non eſt arbor bona*. Inc. *Quia propitia Divinitate, fratres chariſſimi, ſolemnia Dedicationis Eccleſiae celebramus, debemus ipſi congruere ſolemnitati quam colimus*. Deſ. *donabit nos videre bona ſua in terra viventium I. C. D. N. qui vivit &c.* Oper. Tom. cit. pag. 236.

CLXXIX. pag. 304. In Vig. Apoſtolorum. Sermo S. Auguſtini in Evang. Ioan. *Ego ſum vitis, vos palmites*. Inc. *Ne quiſquam putaret ſaltem parvum aliquem fructum poſſe a ſemetipſo palmitem ferre*. Deſ. *ſicut creati eſtis qui non fuiſtis*.

CLXXX. pag. 305. In Nat. Apoſtolorum. Hom. B. Gregorii Papae habita in Baſilica S. Pancratii die natali eius, ut ſupra pag. 320. §. LXV.

CLXXXI. pag. 307. Alia eiuſdem Homil. habita in Baſilica S. Stephani Epiſcopi, ut ibid. §. LXVI.

CLXXXII. pag. 308. *b.* Alia eiuſdem Hom. habita ad Epiſcopos in conſiſtorio Lateran. in Evang. Luc. *Deſignavit Dominus & alios ſeptuaginta duos*. Inc. *Dominus & Salvator noſter Ieſus Chriſtus, fratres chariſſimi, aliquando nos ſermonibus, aliquando vero operibus admonet: ipſa etenim facta, praecepta eius ſunt*. Deſ. *ut hoc, quod humano ore dicimus, in tuis oculis eſſe valeamus. Per Dominum &c.* Cit. edit. Tom. I. pag. 1496.

CLXXXIII. pag. 312. In Natale plurimorum Martyrum. Hom. eiuſdem habita in Baſilica S. Mennae die natali eius, in Evang. Luc. *Quum audieritis praelia, & ſeditiones*. Inc. *Quia longius ab urbe digreſſi ſumus, ne ad revertendum nos tardior hora praepediat*. Deſ. *cum continue pulſatur in prece, concite opitulatur in tentatione. Per Ieſum Chriſtum &c.* Occurrit etiam ſupra pag. 321. §. LXVIII. ſed mutila.

CLXXXIV. pag. 314. *b.* In Nat. unius Martyris. Hom. eiuſdem habita in Baſilica S. Sebaſtiani in Ev. Luc. *Si quis venit ad me &c.* Inc. *Si conſideremus, fratres chariſſimi, quae & quanta ſunt, quae nobis promittuntur in caelis*. Deſ. *qui nobis aeternae pacis remedia contulit I. C. D. N. &c.* Cit. edit. To. I. pag. 1627.

CLXXXV. pag. 317. In Nat. Confeſſorum. Hom. eiuſdem habita in Baſilica S. Silveſtri die natali eius in Ev. Matth. *Homo quidam peregre proficiſcens*. Inc. *Lectio ſancti Evangelii, fratres chariſſimi, ſollicite conſiderare nos admonet, ne nos qui plus ceteris in hoc mundo &c.* Deſ. *lucrum nos quod fecimus excuſet*. Cit. Tom. pag. 1463.

CLXXXVI. pag. 318. *b.* Alia eiuſdem Homilia habita in Baſilica S. Felicis die natali eius, in Evang. Luc. *Sint lumbi veſtri praecincti*. Inc. *Sancti Evangelii, fratres chariſſimi, aperta eſt vobis lectio recitata: ſed ne aliquibus ipſa eius planities*. Deſ. *ſi prius quam veniat ſemper timeatur*. Cit. edition. Tom. I. pag. 1480.

CLXXXVII. pag. 319. *b.* In Nat. Virginum. Hom. eiuſdem habita in Baſilica S. Agnetis die natali eius, ut ſupra pag. 321. §. LXIX.

CLXXXVIII. pag. 320. *b.* Alia eiuſdem Hom. habita in eadem Baſilica, in Evang. Matth. *Simile eſt regnum caelorum decem Virginibus*. Inc. *Saepe vos, fratres chariſſimi, admoneo prava opera fugere*. Deſ. *vigilate itaque, quia neſcitis diem, neque horam*. Occurrit etiam ſupra pag. 321. §. LXX. ſed ibi

finis

Digitized by Google

finis diverſus, quia multo brevior eſt Homilia.

CLXXXIX. pag. 322. *b.* In Nat. Apoſtolorum Philippi, & Iacobi. Sermo S. Auguſtini in Evang. Ioan. *Non turbetur cor veſtrum.* Inc. *Accepimus, fratres, verba Domini dicentis ad diſcipulos ſuos: Non turbetur cor veſtrum, neque formidet.* Deſ. *mortem ſine dubio ſoluturus, & nos a morte debita redempturus.*

Codex membranac. Ms. in fol. max. Saec. XI. binis columnis exaratus, & cum litteris initialibus rubrica expreſſis, in quo inter pag. 264. & 281. quaterniones duo ſunt tranſpoſiti. Conſtat foliis ſcriptis 324.

HOMILIAE DIVERSORVM AVCTORVM.

A Dominica Reſurrectionis uſque ad Dominicam XXIV. poſt Pentecoſtem &c.

Cod. XXXVII. CONtinet hoc Volumen Homilias variorum in Evangelia, quae leguntur in Eccleſia Dominicis diebus a feſto Reſurrectionis Domini uſque ad Dominicam XXIV. poſt Pentecoſtem, ac praeterea in Feſtis propriis Sanctorum, & in Communi eorumdem; nec non in fine aliquorum Sanctorum Vitas, ſeu Legendas. Patres vero, quorum nomina praeſeferunt Homiliae, ſunt: Ambroſius, Auguſtinus, Beda, S. Eugenius, Fulgentius, Gregorius Papa, Hieronymus, Hilarius Pictavienſis Epiſcopus, Ioannes Epiſcopus, Leo Papa, Maximus Epiſcopus, Origenes, & Remigius. Pleraeque autem ſunt ſine nomine auctoris.

I. pag. 1. Homilia prima eſt ſine auctoris nomine. Inc. *Liberatoris noſtri praedicatio, noſtra eſt liberatio: quam autem advertimus in ſancto Evangelio Domini piſcationem &c.* Deſ. *eris ad dexteram coronandus, ne remaneas ad ſiniſtram damnandus.*

II. pag. 2. Fer. II. Homilia B. Gregorii Papae, ut ſupra pag. 311. §. IV.

III. pag. ead. *b.* Fer. III. Homilia anepigrapha. Inc. *Haeret adhuc ſenſibus veſtris &c.* ut ſupra pag. 109. §. LXIII.

IV. pag. 3. Fer. III. Homilia B. Gregorii Papae in Evang. Luc. *Stetit Ieſus in medio diſcipulorum ſuorum &c.* Inc. *Prima lectionis huius Evangelicae quaeſtio animum pulſat, quomodo poſt reſurrectionem &c.* Deſ. *culpa quae non erat fiat.* Eſt pars Homiliae, quam innuimus ſupra pag. 312. §. X.

V. pag. 4. Fer. IV. Homilia anepigrapha. Inc. *Narratio reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundum Evangeliſtam Ioannem hodie legi coepit: hoc enim ſcitis.* Deſ. *beati, ait, qui habitant in domo tua, in ſaecula ſaeculorum laudabunt.* Eſt Auguſtini Sermo CCXLIII.

VI. pag. 5. Homilia B. Gregorii Papae, ut ſupra pag. 312. §. VI.

VII. pag. 6. Fer. V. Sermo S. Leonis Papae de Reſurrectione Domini. Inc. *Licet omnes ſolemnitates, dilectiſſimi, quae in Eccleſiis pro Dei honore celebrantur, ſanctae ſint atque venerabiles.* Deſ. *cuſtodias corda veſtra, & corpora veſtra. Per Dominum &c.* Non occurrit.

VIII. pag. ead. *b.* Homilia B. Gregorii Papae, ut ſupra pag. 312. §. VII.

IX. pag. 9. Fer. VI. Homilia eiuſdem, ut ibid. §. VIII. Bedae tributa.

X. pag. 10. Sabbato. Homilia eiuſdem, ut ibid. §. IX.

XI. pag. 12. Dominica octavae Paſchae. Homilia eiuſdem, ut ibid. §. X. Pars huius Homiliae paullo ante occurrit in hoc ipſo Codice §. IV.

XII. pag. 14. *b.* Dominica I. poſt octavam Paſchae. Homilia eiuſdem, ut ibid. §. XI.

XIII. pag. 15. *b.* Dominica II. poſt oct. Paſchae. Homilia B. Auguſtini Epiſcopi, ut ibid. §. XII.

XIV. pag. 16. Dominica III. poſt octavam Paſchae. Homilia eiuſdem in Evang. Ioan. *Vado ad eum, qui me miſit.* Inc. *Quum Dominus Ieſus praedixiſſet diſcipulis ſuis perſecutiones, quas paſſuri fuerant poſt eius abſceſſum, ſubiunxit, atque ait: haec autem vobis ab initio non dixi.* Deſ. *propterea dixi, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. Sed quia iſte iam prolixus eſt, in alium ſunt differenda ſermonem.* Longiſſima eſt haec Homilia, & conſtat ex prioribus Homiliis ſex S. Auguſtini, quae habentur apud Combeſ. Tom. VI. a pag. 75. col. 1. uſque ad pag. 84. col. 2. Initium tamen non concordat, quia ante verba: *Nunc autem vado ad eum, qui me miſit &c.* unde incipit Homilia prima in editione, praemittuntur in Codice alia unius circiter paginae ſpatio comprehenſa.

XV. pag. 23. Dominica IV. poſt oct. Paſchae. Homilia Vener. Bedae Preſbyteri, ut ſupra pag. 371. §. CIII.

XVI. pag. 25. Commentum S. Hieronymi in lectionis verba: *Chariſſimi, confitemini alterutrum peccata veſtra, & orate pro invicem, ut ſalvemini.* Inc. *In hac autem ſententia illa debet eſſe diſcretio, ut quotidiana peccata & levia coaequalibus noſtris confiteamur.* Deſ. *has ante oculos habeamus, in his aſſidue meditemur, Domino nos adiuvante &c.* Praecedit autem brevis Prologus, ſeu hiſtoria de B. Iacobo Apoſtolo.

XVII. pag. ead. *b.* In Letaniis. Inc. *Letanias celebrando, ideſt Rogationes, redeamus ad conſcientias noſtras, videamus ne aliquid mali in nobis remaneat.* Deſ. *ut cum ipſo vivere, & regnare poſſimus; qui eſt benedictus in ſaecula.*

XVIII. pag. ead. Vnde ſupra. Inc. *Audivimus Evangeliſtam dicentem, fratres chariſſimi, nolite iudicare, ut non iudicemini: quid eſt hoc, fratres chariſſimi, quum ipſe Dominus in alio loco Evangelii dixerit, nolite ſecundum faciem iudicare.* Deſ. *ut ipſe vobis veram diſcre-*

Digitized by Google

ſcretionem, & perfectam charitatem praeſtare pro ſua pietate dignetur, cui eſt honor &c. Inter Auguſt. Suppoſ. LXVI.

XIX. pag. 26. Sermo S. Leonis Papae in Letaniis, ut ſupra pag. 107. §. XLV.

XX. pag. 27. In Letania maiore. Anonymi Homilia in Evang. Luc. *Quis veſtrum habebit amicum &c.* Inc. *Sciens Dominus Ieſus Chriſtus poſt amiſſionem liberi arbitrii nullum bonum a nobis ipſis nos habere poſſe, non ſolum ad orandum devotiſſimos, ſed etiam inſtantiſſimos hortatur & admonet.* Deſ. *qui vult omnes homines ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.*

XXI. pag. 28. *b.* In Vigilia Adſcenſionis. Homilia Vener. Bedae Presbyteri in Evang. Luc. *Haec ſunt verba, quae loquutus ſum ad vos.* Inc. *Adſcenſurus in caelum Dominus primo diſcipulos de myſterio ſuae fidei diligenter inſtruere curavit.* Deſ. *quos ſecum ad feſta ſupernae civitatis introducat Ieſus Chriſtus &c.*

XXII. pag. 31. In die Adſcenſionis Domini. Sermo S. Leonis Papae, ut ſupra pag. 313. §. XVII.

XXIII. pag. ead. *b.* Vnde ſupra Sermo eiuſdem. Inc. *Glorificatio Domini noſtri Ieſu Chriſti, reſurgendo & adſcendendo completa eſt. Reſurrectionem ipſius Paſchae Domini celebravimus. Feſtus nobis dies uterque.* Deſ. *ſi non premat ſpiritum ſarcina peccatorum.* Inter Auguſtin. num. CCLXIII. ſed brevior in Codice; ultima enim verba relata, ſunt poſtrema paragraphi ſecundi in editione.

XXIV. pag. 32. Vnde ſupra, forte eiuſdem Sermo. Inc. *Salvator noſter, dilectiſſimi fratres, adſcendit in caelum: non ergo turbemur in terra.* Deſ. *intellectum ſibi placitum ad exercenda bona opera concedat: quod ipſe praeſtare dignetur &c.* In Appendic. Auguſtin. CLXXVII.

XXV. pag. ead. Vnde ſupra. Inc. *Omnia, chariſſimi, quae Ieſus Chriſtus in hoc mundo ſub fragilitate noſtra miracula edidit, nobis proficiunt.* Deſ. *ſed quum potius caelum ſanctificatum corpus adquirat naturam glorioſior.* In cit. Append. CLXXVI.

XXVI. pag. 33. In die Adſcenſionis Domini. Homilia B. Gregorii Papae, ut ſupra pag. 313. §. XIX.

XXVII. pag. 34. *b.* Dominica I. poſt Adſcenſionem Domini. Homilia D. Auguſtini Epiſc. ut ibid. §. XX.

XXVIII. pag. 36. *b.* Sabbato in vigilia Pentecoſt. Homilia Vener. Bedae Presbyt. in Evang. Ioan. *Si diligitis me.* Inc. *Quia Sancti Spiritus hodie, fratres chariſſimi, celebramus adventum, debemus ipſi congruere ſolemnitati, quam colimus.* Deſ. *quia nimirum & per eius inſpirationem ad requiem pervenitur, & in eius plena perceptione.* Videtur mutila in fine, integram habes infra in Cod. XXXIX. huius Plutei §. XLV.

XXIX. pag. 38. *b.* In die ſancto Pentecoſtes. Sermo S. Leonis Papae. Inc. *Hodiernam, dilectiſſimi, feſtivitatem toto terrarum orbe venerabilem ille Sancti Spiritus conſecravit adventus.* Deſ. *omnia implentem, omnia continentem, & cum Patre & Filio univerſa moderantem.* Apud Combef. Tom. VI. p. 320.

XXX. pag. 39. Vnde ſupra. Inc. *Poſt illam ſingularem inſignemque victoriam, qua publicus propugnator mundi & militavit & vicit.* Deſ. *propter hoc enim nos ad illum poſſumus adſcendere, cui eſt gloria &c.* In Appendic. Auguſtin. CLXXXII.

XXXI. pag. 40. *b.* Sermo S. Ambroſii, ut ſupra pag. 109. §. LXVI. ſub titulo: De Pentecoſte, & de Pſalmo, *Dixit Dominus Domino meo.* Sed heic finis eſt diverſus: deſinit enim: *ſeditque ſupra ſingulos eorum: repleti ſunt omnes Spiritu Sancto.*

XXXII. pag. 41. Homilia B. Gregorii Papae, ut ſupra pag. 314. §. XXIV.

XXXIII. pag. 43. Fer. II. Homilia B. Auguſtini Epiſc. ut ibid. §. XXV.

XXXIV. pag. 44. Fer. III. Homilia eiuſdem in Evang. Ioan. *Qui non intrat per oſtium.* Inc. *De illuminato illo, qui caecus eſt natus, ſermo ad Iudaeos Domini exortus eſt.* Deſ. *& quiſnam ſit oſtiarius, longum eſt hodie quaerere, & differendo, ſicut ipſe donaverit explicare.* Apud Combefiſ. Tom. VI. pag. 370. Occurrit etiam ſupra pag. 314. §. XXVI.

XXXV. pag. 46. *b.* Fer. IV. Homilia eiuſdem in Evang. Ioan. *Ego ſum oſtium.* Inc. *Non ignorat fides veſtra, chariſſimi, & ita vos didiciſſe novimus, dicente magiſtro de caelo.* Deſ. *& tegat ſuperiora, vel inferiora.* Apud Combef. loc. cit. pag. 374. ubi duplo longior; ultima enim verba relata incidunt in edit. pag. 375. col. 2. verſ. 56.

XXXVI. pag. 47. *b.* Anonymi Sermo de ieiuniis, ut ſupra pag. 315. §. XXX. Leoni Papae tributus.

XXXVII. pag. 48. Fer. V. Homilia Venerab. Bedae Presbyt. ut ſupra pag. 373. §. CXIV.

XXXVIII. pag. ead. *b.* Homilia eiuſdem in Evang. Luc. *Factum eſt in una dierum, & ipſe Ieſus ſedebat docens.* Inc. *Vbi Dominus ſedens docuerit, quando Scribis & Phariſaeis conſedentibus paralyticum curavit, Lucas breviandi gratia praeteriit.* Deſ. *ad laudem tantae maieſtatis ſtupentia corda convertunt.* Apud Combef. Tom. VI. pag. 407.

XXXIX. pag. 49. *b.* Sabbato. Homilia eiuſdem in Evang. Luc. *Surgens Ieſus de ſynagoga introivit in domum Simonis.* Inc. *Si virum a daemonio liberatum, moraliter animum ab immunda cogitatione purgatum ſignificare diximus &c.* Deſ. *quaeſtio & inventio contingeret.*

XL. pag. 50. Dominica Oct. Pentec. Anonymi Sermo. Inc. *Perpetui muneris refulſit hodie ornamentum, quando congregatio diſcipulorum ſancta accipere meruerunt Spiritum Sanctum.* Deſ. *quando indulgentiam accipere Spiritus Sancti meruimus per Chriſtum &c.*

XLI. pag. ead. *b.* Homilia Auguſtini in Evang. Ioan. *Erat homo ex Phariſaeis Nicodemus*

mus nomine. Inc. *Iam hoc noſtis, quia Rabbi magiſter dicitur &c.* Deſ. *res ipſa, cuius illa figura erat, vitam aeternam.* Occurrit etiam ſupra pag. 315. §. XXXIII. ſed multo brevior.

XLII. pag. 55. Dominica I. poſt oct. Pentecoſt. Homilia B. Gregorii Papae, ut ibid. §. XXXIV.

XLIII. pag. 58. *b.* Dominica II. poſt Pent. Homilia eiuſdem, ut ibid. §. XXXV.

XLIV. pag. 61. Dominica III. poſt oct. Pentec. Homilia eiuſdem, ut ibid. §. XXXVI.

XLV. pag. 64. *b.* Dominica IV. poſt oct. Pentec. Homilia Venerab. Bedae Preſbyt. ex Comment. in Luc. *Eſtote miſericordes &c.* ut ibid. pag. 316. §. XXXVII. ſub B. Maximi Epiſc. nomine.

XLVI. pag. 66. Dominica V. poſt octavam Pentec. Homilia S. Maximi Epiſc. ut ſupra pag. 105. §. XIII.

XLVII. pag. ead. *b.* Vnde ſupra. Sermo eiuſdem, ut ſupra pag. 79. §. IC. ſine auctoris nomine.

XLVIII. pag. 67. Dominica VI. poſt oct. Pentec. Homilia Anonymi, ut ſupra pag. 374. §. CXXVII. Auguſtino tributa.

XLIX. pag. 68. Vnde ſupra. Sermo S. Hieronymi. Poſt Evangelii verba: *Omnis qui iraſcitur fratri ſuo*, inc. *In quibuſdam Codicibus additur ſine cauſſa &c.* Deſ. *eſto benivolus, aut benignus adverſario tuo, & reliqua in conſequentibus iubet.* Habes etiam ſupra pag. 316. §. XXXIX. ſed multo longiorem.

L. pag. ead. Dominica VII. poſt Pentec. Homilia Origenis, ut ſupra pag. 374. §. CXXVIII. ubi tribuitur Bedae.

LI. pag. 69. *b.* Dominica VIII. poſt Pent. Homilia eiuſdem, ut ſupra pag. 316. §. XLI.

LII. pag. 71. *b.* Dominica IX. poſt oct. Pent. Homilia Anonymi, ut ſupra pag. 374. § CXXX. & CXXXI. quae enim heic una eſt, ibi in duas dividitur Homilias, quarum prima Ambroſio tributa eſt.

LIII. pag. 73. Vnde ſupra Sermo S. Hieronymi Preſbyteri, ut ſupra pag. 316. §. XLII.

LIV. pag. 74. Dominica X. poſt octavam Pent. Homilia B. Gregorii Papae, ut ibid. pag. 317. §. XLIII.

LV. pag. 76. *b.* Dominica XI. (ſed correctum eſt *X.*) poſt oct. Pent. Homilia Anonymi in Evang. Luc. *Dicebat Ieſus ad quoſdam, qui in ſe confidebant.* Inc. *In multis locis Scriptura Sacra, quantum virtus humilitatis hominibus proſit, quantumve morbus ſuperbiae noceat, oſtendit.* Deſ. *ad quorum conſortium nos perducere dignetur ille, qui vivit &c.* Haec infra in Cod. XXXIX. tribuitur Gregorio Papae.

LVI. pag. 78. Dominica XI. Homilia Anonymi in Evang. Marc. *Exiens Ieſus de finibus Tyri.* Inc. *Supra retulit Evangeliſta, qualiter Dominus fines Tyri & Sidonis appropinquans, filiam mulieris Chananitidis a Daemonio liberavit.* Deſ. *& eo amplius admirabantur dicentes: bene omnia fecit, & ſurdos fecit audire, & mutos loqui.* In dicto Codice tribuitur Bedae.

LVII. pag. 79. *b.* Dominica XII. poſt Pent. Homilia Anonymi, ut ſupra pag. 317. §. XLVII. item ſine nomine auctoris.

LVIII. pag. 81. Sermo S. Ambroſii Epiſcopi, ut ſupra p. 375. §. CXXXVI.

LIX. pag. 82. Dominica XIV. (ſed correctum eſt *XIII.*) poſt oct. Pentec. Homilia Anonymi, ut ſupra pag. 317. §. XLVIII. item ſine auctore.

LX. pag. 84. Dominica XV. poſt octavam Pent. Homilia Anonymi in Evang. Matth. *Nemo poteſt duobus dominis ſervire.* Inc. *Quam ad unius Dei culturam Dominus Ieſus Chriſtus mentem hominum provocaret.* Deſ. *tantum in praeſenti vita eſſe neceſſaria, ideſt victus, & veſtitus.* In dicto Cod. XXXIX. tribuitur Bedae.

LXI. pag. 85. Dominica XVI. Homilia Anonymi, ut ſupra pag. 318. §. LI. item ſine nomine auctoris; ſed in fine poſt verba *torquere nos*, in quibus ibi abſolvitur, heic ſubiunguntur iſta: *ſed iſte ſenſus non ab auctoribus divinorum librorum reperitur, ſed ab ſtudioſis lectoribus inventus.* In dicto Codice Gregorio tribuitur.

LXII. pag. 86. *b.* Dominica XVII. Hom. Anonymi, ut ibid. §. LII.

LXIII. pag. 88. Die ſabb. menſis ſeptimi. Homilia S. Gregorii Papae, ut ibid. §. LVI.

LXIV. pag. 89. Dominica XVIII. Homil. Anonymi, ut ibid. pag. 319. §. LVII. item ſine nomine auctoris.

LXV. pag. 92. Dominica XIX. Sermo B. Ioannis Epiſc. ut ſupra pag. 376. §. CXLVIII. & CXLIX. ubi in duos dividitur Sermones, quorum primus S. Maximi Epiſcopi, alter S. Hieronymi Preſbyteri nomen praefert.

LXVI. pag. 93. Dominica XX. Homilia B. Gregorii Papae, ut ſupra pag. 319. §. LIX.

LXVII. pag. 96. *b.* Dominica XXI. Hom. eiuſdem, ut ibid. §. LX.

LXVIII. pag. 97. Dominica XXII. Sermo S. Ioannis Epiſcopi de miſericordia, ut ſupra pag. 83. §. CXLIII.

LXIX. pag. 98. Sermo S. Hieronymi Preſbyteri in Evang. Matth. *Simile eſt regnum caelorum homini regi.* Poſt Evangelii verba: *Ideo adſimilatum eſt &c.* inc. *Familiare eſt Syris, & maxime Palaeſtinis ad omnem ſermonem ſuum parabolas iungere, ut quod per ſimplex praeceptum teneri ab auditoribus non poteſt, per ſimilitudinem exemplaque teneatur. Praecepit itaque Petro &c.* Deſ. *ſi ante mortem Deo hoſtia ipſi fuerimus.* Habes etiam ſupra pag. 319. §. LXI. ſed in principio, ac fine diverſum.

LXX. pag. ead. *b.* Dominica XXIII. Homilia Ven. Bedae Preſbyt. in Evang. Matth. *Abeuntes Phariſaei conſilium inierunt.* Inc. *Et obſervantes miſerunt inſidiatores, qui ſe iuſtos ſimularent, ut caperent eum in ſermone, & tra-*

tradere eum principatui, & poteſtati Praeſidis. Deſ. *quod calliditas eorum non inveniſſet locum*.

LXXI. pag. 99. Dominica XXIV. Homilia eiuſdem in Evang. Matth. *Loquente Ieſu ad turbas, ecce princeps unus acceſſit*, Poſt Evangelii verba: *Ecce vir venit, cui nomen erat Iairus &c*, inc. *Priori lectione, quam de abiectione ſynagogae, fideque Eccleſiae &c*. Deſ. *oleum peccatoris impingues caput ſuum*. Exſtat & ſupra pag. 377. §. CLVI. ſed in principio aliquantum diverſa, & multo brevior, quam in hoc Codice.

LXXII. pag. 100. *b*. Dominica de S. Trinitate. Inc. *Credimus in S. Trinitatem, ideſt Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, unum Deum omnipotentem*. Deſ. *ſicut Pater, & Filius, & utriuſque donus* (ſic) *Spiritus Sancti* (ſic).

LXXIII. pag. 102. Kalendis Maii in Natale App. Philippi, & Iacobi. Homilia Auguſtini in Evang. Ioann. *Non turbetur cor veſtrum*. Inc. *Erigenda eſt nobis, fratres, ad Dominum noſtra intentio, ut verba ſancti Evangelii, quae modo in noſtris auribus ſonuerunt, etiam mente capere, quantum Dominus donare dignatur, poſſimus*. Deſ. *vincamus & mortem, ut ipſe nobis aeternam vitam tribuat, & ſalutem Ieſus Chriſtus &c*. Apud Cum-Dium Tom. IV. pag. 260. ſed finis diverſus.

LXXIV. pag. 103. S Ioannis ante portam Latinam, Anonymi Sermo. Inc. *Secundam poſt Neronem Caeſarem perſecutionem Chriſtianorum Domitianus exercuit*. Deſ. *& vidit & ſcripſit*.

LXXV. pag. 103. *b*. In Nat. S. Michaëlis. Homilia Anonymi in Evang. Matth. *Acceſſerunt ad Ieſum diſcipuli eius dicentes; Quis, putas, maior eſt &c*. Inc. *Refert ſanctus Evangeliſta, quia illa hora acceſſerunt diſcipuli ad illum dicentes &c*. Deſ. *quo gaudio ad munera ſua ipſo invitante veniamus, praeſtante Domino &c*.

LXXVI. pag. 104. In Natale SS. Alexandri & Vent. & Th. (1) Homilia Anonymi in Evang. Ioann. *Haec mando vobis, ut diligatis invicem*. Inc. *In lectione Evangelica, quam modo quum recitaretur audiſtis, paullo ſuperius Dominus praemiſit dicens: Non vos me elegiſtis*. Deſ. *& in templo ſuo Dominus Deus libenter habitare dignetur, qui cum Deo Patre &c*.

LXXVII. pag. 105. In Nat. SS. Gordiani, & Ph. (2) Homilia Anonymi in Evang. Matth. *Nolite arbitrari, quia venerim pacem mittere in terram*. Inc. *Admonet ergo nos, dilectiſſimi, Evangelicus, & Apoſtolicus ſalubriter ſermo, ut in praeſenti lectione audiſtis*. Deſ. *& magnificent patrem veſtrum, qui in caelis eſt. Ipſi gloria &c*.

LXXVIII. pag. 106. Vita SS. Iuſti, & Clementis fratrum. Praecedit Prologus breviſſimus, cuius initium: *Dum multas ſtylo diſertiſſimo a ſcriptoribus &c*. Finis: *ac omnibus Eccleſiis Catholicis ſcribere*. Vita inc. *Igitur beatiſſimi viri, Patroni Civitatis Volaterrarum* (3), *Iuſtus atque Clemens*. Deſ. *contulit, & proprios concedere filiolos, qui vivit &c*.

LXXIX. pag. 107. *b*. Vita Nicolai Epiſc. Myrenſis cum prologo, qui inc. *Glorioſa ſiquidem acta Sanctorum*. Deſ. *nunc ad narrationis ſeriem redeamus*. Vita inc. *Placuit Redemptori omnium ſaeculorum, cuidam clariſſimo viro, Epiphanio nomine, concedere filium &c*. Deſ. *antequam me vocares de hoc ſaeculo, adiuvante Domino noſtro &c*.

LXXX. pag. 115. *b*. Opuſculum Tranſlat. B. Iacobi Apoſtoli, cuius dies celebratur III. Kal. Ian. Inc. *Poſt Salvatoris noſtri paſſionem, eiuſdemque glorioſiſſimum reſurrectionis trophaeum*. Deſ. *invicto ſuffragio patrocinaturus, auxiliante Domino & Salvatore noſtro &c*.

LXXXI. pag. 117. In vigilia S. Ioannis Baptiſtae. Homilia Vener. Bedae Presbyteri, ut ſupra pag. 377. §. CLVIII.

LXXII. pag. 119. In Nat. S. Ioannis Baptiſtae. Sermo S. Auguſtini. Inc. *Poſt illum ſacroſanctum Domini Natalis diem, nullius hominis nativitatem legimus celebrari, niſi ſolam B. Ioannis Baptiſtae*. Deſ. *& ea ieiuniis atque eleemoſynis redimendo, auxiliante Domino &c*. In Append. Auguſtin. CXCVI.

LXXXIII. pag. 120. Sermo unde ſupra. Inc. *Sollemnis dies hodierna, fratres chariſſimi, qua nativitas S. Ioannis Baptiſtae & Praecurſoris Domini illuxit*. Deſ. *verbum autem Domini manet in aeternum*.

LXXXIV. pag. 121. Homilia Vener. Bedae Presbyteri in idem argumentum, ut ſupra pag. 377. §. CLIX.

LXXXV. pag. 122. *b*. In vig. S. Petri Apoſtoli. Homilia Anonymi, ut ibid. §. CLX. ſub eiuſdem Bedae nomine.

LXXXVI. pag. 124. In Nat. S. Petri. Sermo S. Leonis Papae. Inc. *Omnium quidem Sanctorum ſolemnitatum, fratres chariſſimi, totus mundus eſt particeps*. Deſ. *& finis fecit aequales. Per Ieſum &c*. Inter eius Opera alias cit. edit. Venet. per Andr. Polettum MDCCXLVIII. fol. Tom. I. pag. 83. ubi tamen novem circiter verſus in fine longior.

LXXXVII. pag. 125. Sermo S. Ambroſii, ut ſupra pag. 109. §. LXXII.

LXXXVIII. pag. ead. *b*. Alius eiuſdem Sermo, ut ibid. p. 110. §. LXXIII.

LXXXIX. pag. ead. Alius eiuſdem Sermo. Inc. *Notum vobis omnibus eſt, fratres chariſſimi, & univerſo mundo notiſſimum*. Deſ. *qui ergo honorat & martyres honorat & Chriſtum*. In Append. Auguſtin. num. CCI. Habes etiam ſupra pag. 110. §. LXXIV. ſed in fine duodecim circiter verſus breviorem.

XC. pag. 126. *b*. Sermo unde ſupra. Inc. *Piſcatoris, & perſecutoris ſacratiſſimum diem, geminae feſtivitatis occurſum, devotione praecipua hodie celebremus*. Deſ. *ſi volumus cauſas intrare paſtoris, praeſtante Domino &c*. In dicta Append. num. CCV.

XCI.

(1) Lege *Alexandri, Eventii, & Theoduli*.
(2) Lege *Epimachi*.

(3) Haec tria verba *Patroni Civitatis Volaterrarum* recentiori manu fuerunt adiecta.

Digitized by Google

XCI. pag. 127. Homilia Anonymi in Ev. Matth. *Venit Ieſus in partes Caeſareae*. Inc. *Tempus hodiernae ſollemnitatis, qua Principis Apoſtolorum feſta celebramus, admonet nos, fratres chariſſimi, ut Evangelicum Capitulum, quod nunc lectum audivimus, quantum poſſumus diſſeramus. Nam Dominus & Salvator noſter &c.* Deſ. *habiturus plenam ſine fine laetitiam per omnia ſaecula &c.*

XCII. pag. 128. In Nat. S. Paulli. Hom. S. Hilarii Pictavienſis Epiſc. ut ſupra pag. 377. §. CLXII.

XCIII. pag. 129. In Oct. Apoſtolorum. Sermo S. Hieronymi Presbyt. ut ibid. pag. 378. §. CLXIII.

XCIV. pag. ead. *b.* Kal. Auguſt. Nativitas Maccabaeorum. Poſt narrationem martyrii ſeptem fratrum Maccabaeorum, & eorum matris, quae inc. *Contigit autem ſeptem fratres*. Deſ. *ambo ſpiritum reddiderunt*; deſumptam ex Cap. VII. Lib. II. Maccabaeorum, ſuccedit Homilia B. Gregorii Papae, ut ibid. §. CLXIV. ubi tamen hiſtoria martyrii nulla praeceſſerat.

XCV. pag. 131. In vig. S. Laurentii. Homilia Anonymi in Evang. Matth. *Si quis vult poſt me venire*. Inc. *Gaudeamus igitur, dilectiſſimi, gaudio ſpiritali in beatiſſimi martyris Laurentii feſtivitate*. Deſ. *feſtinant in via, ut perveniant ad patriam Paradiſum. Per Dominum &c.* In edit. cit. S. Leonis Tom. I. pag. 86. col. 2. verſ. 21. habes quid ſimile primis huiuſce Homiliae verbis, ſed reliqua prorſus diverſa ſunt.

XCVI. pag. ead. *b.* In Nat. S. Laurentii. Homilia Auguſtini Epiſc. in Evang. Ioan. *Amen amen dico vobis, niſi granum frumenti &c.* Inc. *Se autem dicebat ipſum eſſe granum mortificandum, & multiplicandum*. Deſ. *quia in hoc propter ſua membra dicturus eſt, cum pro iſtis feciſti, pro me feciſti*. Deſumpta eſt ex Tract. LI. in Ioannem ſub medium.

XCVII. pag. 132. Sermo S. Hieronymi Presbyteri de Aſſumptione Reginae Caeli ad Paullam & Euſtochium. Inc. *Cogitis me, o Paulla & Euſtochium, immo charitas Chriſti me compellit*. Deſ. *ut quum Chriſtus Virginis filius apparuerit in finem ſaeculi, cum ipſo & vos appareatis in gloria. Amen*. Inter Oper. Hier. edit. Veron. Tom. XI. pag. 92.

XCVIII. pag. 138. *b.* Homilia S. Auguſtini Epiſcopi, ut ſupra pag. 378. §. CLXVII.

XCIX. pag. 139. *b.* Homilia Anonymi in Nat. S. Mariae. Inc. *Nativitas beatiſſimae & intemeratae Dei genitricis Mariae, fratres chariſſimi, merito praecipuum & ſingulare praebet hominibus gaudium*. Deſ. *hoc enim fecit ſemel ſe offerendo Dominus noſter Ieſus Chriſtus*. Apud Cum-Dium Tom. IV. pag. 761. ſub Petri Damiani nomine Sermone II. in editione autem poſt verba adlata *hoc enim fecit &c.* duae aliae columnae ſubſequuntur.

C. pag. 141. Sermo S. Remigii ex Comment. in Evang. Matth. *Liber generationis Ieſu Chriſti*. Inc. *Liber eſt interior cortica corticis, quae cohaeret ligno*. Deſ. *eamdem ſemper diverſis ſuggeſtionibus augmentavit*.

CI. pag. 144. *b.* Vita S. Lucae Evangeliſtae cum Prologo brevi, qui inc. *Quum in divinis, atque ſacris voluminibus*. Deſ. *ſubſequens ſermo declarat*. Vita inc. *Igitur glorioſiſſimus Apoſtolus, & Evangeliſta Ieſu Chriſti Lucas*. Deſ. *quem praedicavit confluerent, qui cum Deo Patre &c.*

CII. pag. 146. *b.* In Nat. omnium Sanctorum. Sermo S. Leonis Papae. Inc. *Legimus in Eccleſiaſticis hiſtoriis, quod ſanctus Bonifacius, qui quartus a beato Gregorio Romanae urbis Epiſcopatum tenebat*. Deſ. *ut cum ipſis poſtmodum in aeterna ſaecula gaudere mereamur. Per eum qui vivit &c.*

CIII. pag. 148. Sermo unde ſupra. Inc. *Hodie, dilectiſſimi, omnium Sanctorum ſub una ſolemnitatis laetitia celebramus feſtivitatem*. Definit imperfecte in verbis: *ſi expediti, ſi celeres* . . . . . ob defectum duorum foliorum in Codice. In Appendic. Auguſtin. num. CCIX. ultima autem verba incidunt in edit. alias cit. Tom. V. Part. II. pag. 349. verſ. 67.

CIV. pag. 149. In Vig. S. Andreae. Homilia Bedae Presbyteri, ut ſupra pag. 379. §. CLXXVI.

CV. pag. 150. *b.* In Natale S. Andreae. Homilia S. Gregorii Papae, ut ibidem §. CLXXVII.

CVI. p. 151. In Converſione S. Paulli. Sermo S. Eugenii. Inc. *Hodie lectio de Actibus Apoſtolorum, fratres chariſſimi, haec pronuntiata eſt, ubi Apoſtolus Paullus ex perſecutore Chriſtianorum, annuntiator factus eſt veritatis*. Deſ. *factus ergo ille ex perſecutore praedicator & doctor gentium*. Occurrit etiam ſupra p. 80. §. CXVI. ſub Auguſtini nomine, ubi tamen finis diverſus.

CVII. pag. 152. In Natale Evangeliſtarum. Homilia S. Gregorii Papae in Evang. Lucae. *Deſignavit Dominus & alios &c.* Inc. *Dominus & Salvator noſter Ieſus Chriſtus, fratres chariſſimi, aliquando nos ſermonibus, aliquando vero operibus admonet*. Deſ. *ſed iſta, quae dicimus, melius apud vos orando, quam loquendo obtinebimus*. Habes etiam ſupra pag. 380. §. CLXXXII. ſed in fine paucis verſibus longiorem.

CVIII. pag. 155. In Natale Apoſtolorum. Sermo S. Leonis Papae. Inc. *Praedicante, dilectiſſimi, Domino Ieſu Chriſto Evangelium regni, & diverſos per totam Iudaeam curante languores*. Deſ. *in tranquilliſſima Dei pace requieſcant. Per Dominum &c.* Eius Oper. cit. edit. Tom. I. pag. 95.

CIX. pag. 156. Item Homilia B. Gregorii Papae, ut ſupra pag. 320. §. LXV.

CX. pag. 158. Item alia eiuſdem, ut ibid. §. LXVI.

CXI. pag. 159. Sermo S. Auguſtini Epiſcopi, de Natalitiis ſanctorum martyrum, ut ſupra pag. 110. §. LXXXIII. ſub titulo: *De paſſione, vel natale ſanctorum Octavii, Adventii &c.*

CXII. pag. ead. Vnde ſupra alius Sermo. Ibid. §. LXXXII.

CXIII. pag. ead. *b.* Item unde ſupra. Inc. *Dignum & congruum eſt, fratres, ut gaudia noſtra cum ſanctis martyribus conferamus.* Deſ. *Salvator ſuſcitat, cum reſurgit.* Inter Ambroſianos alias cit. edit. Pariſ. Tom. II. pag. 474. ſed aliquantum diverſus.

CXIV. pag. 160. Vnde ſupra. Inc. *Omnium quidem bonorum fidelium Chriſtianorum, maxime glorioſorum martyrum vox eſt.* Deſ. *quia vivis ex pignore. Per Chriſtum &c.* Inter Auguſtin. CCCXXXIV.

CXV. pag. ead. *b.* Vnde ſupra. Inc. *Coronam univerſorum martyrum fulgere, atque ad eorum, quorum natalis victricis gloriae celebratur.* Deſ. *in Chriſto poſtea triumphamus coronati. Per Chriſtum &c.*

CXVI. pag. ead. Vnde ſupra. Inc. *Quoniam dies ſanctorum martyrum eſt, unde potius aliquid delectet, niſi de gloria ipſorum &c.* Deſ. *ſi vultis pervenire ad martyrum palmam. Per Dominum &c.* Inter Auguſtin. CCCXXXV.

CXVII. pag. 161. Alius Sermo de martyribus. Inc. *Illuſtris huius diei praeclara ſolemnitas, dilectiſſimi Chriſtiani, omnem a fidelibus mentis aſperitatem ammittit.* Deſ. *& glorioſus in eis digne laudatur Dominus Ieſus &c.*

CXVIII. pag. ead. *b.* Vnde ſupra. Inc. *Quotieſcumque, fratres chariſſimi, ſanctorum martyrum ſolemnia celebramus, ita ipſis intercedentibus exſpectemus a Domino &c.* Deſ. *per claritatem priſtinam renovantur, praeſtante Domino &c.* In Append. Auguſtin. CCXXV.

CXIX. pag. 162. *b.* S. Auguſtini Sermo de martyribus. Inc. *Solemnitas beatiſſimorum martyrum laetiorem nobis reddidit diem.* Deſ. *ut probatum velit cum martyribus coronare.* Inter Auguſtin CCCXXVI.

CXX. pag. ead. In Natale plurimorum martyrum. Homilia B. Gregorii Papae, ut ſupra pag. 380. §. CLXXXIII

CXXI. pag. 164. *b.* In Natale unius martyris. Homilia eiuſdem, ut ſupra pag. 321. §. LXVII.

CXXII. pag. 166. *b.* Item alia eiuſdem Homilia, ut ſupra pag. 380. §. CLXXXIV. ubi multo eſt longior: heic autem definit in verbis: *potuit in altero ſolvere vincula corporis.*

CXXIII. pag. 168. S. Fulgentii Sermo de Confeſſoribus. Inc. *Dominicus ſermo, quem debemus omnes non ſolum ſtudioſe, verum etiam ſapienter audire.* Deſ. *communem vobiſcum ſalubriter atque humiliter habeamus, praeſtante &c.* Apud Cum-Dium Tom. IV. p. 1138.

CXXIV. pag. 169. *b* Vnde ſupra de Confeſſoribus. Inc. *Ad ſancti ac beatiſſimi iſtius Patris noſtri, cuius hodie feſta celebramus, laudes addidiſſe &c.* Deſ. *& illa die incolumes oves ſuas laetus paſtor agnoſcat, ipſo adiuvante &c.* In calce Operum S. Leonis inter Homilias S. Maximi edit. alias cit. Venet. Part. II. pag. 206. Sed in Codice multo eſt longior; nam poſt verba, *qua cum ſequeremur oſtendit*, in quibus editio deſinit, ita proſequitur Codex: *Ideo enim illum huic terrenum aduum ad illius informaremur exemplum &c.*

CXXV. pag. 170. *b.* In Natale Confeſſorum. Homilia B. Gregorii Papae, ut ſupra pag. 380. §. CLXXXV.

CXXVI pag. 171. *b.* In Natale plurimorum Confeſſorum. Homilia eiuſdem, ut ibid. §. CLXXXVI.

CXXVII. pag. 172. *b.* In Natale Virginum. Homilia Anonymi. Inc. *Audiſtis, fratres chariſſimi, dum Evangelica lectio legeretur, ubi Dominus in parabolis decem Virginibus aſſeruit &c.* Deſ. *ſed ardeant ignem potius, quam exſtinguant, praeſtante Domino &c.*

CXXVIII. pag. 174. *b.* Item Homilia B. Gregorii Papae, ut ſupra pag. 321. §. LXIX.

CXXIX. pag. 175. *b.* Alia Homilia eiuſdem, ut ſupra pag. 380. §. CLXXXVIII.

CXXX. pag 177. In Dedicatione Eccleſiae. Sermo S. Maximi Epiſcopi, ut ſupra pag. 322. §. LXXI. ſub Auguſtini nomine.

CXXXI. pag. 178. In idem argumentum Homilia Vener. Bedae Presbyteri. Inc. *Quae impoſſibilia ſunt apud homines, poſſibilia ſunt apud Deum.* Deſ. *commendans ſollicite nobis, quod factus eſt benigne pro nobis.* Oper. Tom. VII. pag. 248.

CXXXII. p. 178. *b.* Eodem die. S. Blaſii Epiſc. Vita. Inc. *Igitur quum Romani Imperii Diocletianus gubernaret habenas.* Deſ. *devotiſſime veneremur, cui eſt cum Patre &c.*

CXXXIII. pag. 182. V. Idus Novembris. Sermo S. Salvatoris, videlicet S. Athanaſii Liber de Paſſione Domini Salvatoris, ex interpretatione Petri Nicomedienſis. Inc. *Apud Caeſaream Cappadociae urbem maximam convenientes de plurimis Aſiae urbibus ſanctiſſimi Praeſules &c.* Deſ. *a liminibus ipſius ſanctae procul pellatur Eccleſiae. Chriſto itaque Domino Salvatori cum Patre Sanctoque Spiritu &c.* Iſte Petrus Metropolita Nicomedienſis videtur floruiſſe anno circiter DCLXXX. de quo vid. Caveum in Hiſt. Litterar. pag. 390.

CXXXIV. pag. 185. Legenda S. Chriſtophori. Inc. *Tempore illo, quo Dagnus in civitate Samon regnum tenebat.* Deſ. *ſub Dagno rege* VIII. *Kal. Aug. regnante Domino noſtro Ieſu &c.*

CXXXV. pag. 186. *b.* Legenda S. Iacobi Apoſtoli. Inc. *Apoſtolus Domini noſtri Ieſu Chriſti Iacobus, frater beati Ioannis Apoſtoli & Evangeliſtae, omnem Iudaeam & Samariam viſitabat.* Deſ. *martyr effectus perrexit ad Dominum, cui eſt honor &c.*

CXXXVI. pag. 188. XI. Kal. Aug. Vita S. Mariae Magdalenae. Inc. *Ioſephus narrat de Maria Magdalena, quod poſt adſcenſionem Domini virum amplius videre non voluit.* Deſ. *& repleantur virtutum unguentis, ipſo adiuvante &c.*

CXXXVII. pag. 189. Legenda S. Andreae. Inc. *Paſſionem S. Andreae, quam oculis noſtris vidimus.* Deſ. *ſub Aegea Proconſule, regnante vero D. N. I. C. cui eſt honor &c.*

CXXXVIII.

Digitized by Google

CXXXVIII. pag. 191. VIII. Kal. Maias. Victoria B. Michaëlis Archangeli. Inc. *Memoriam B. Michaëlis Archangeli toto orbe venerandam*. Deſ. *alibi manu vix poſſet attingi, credo docente . . . . .* Imperfecta eſt.

CXXXIX. pag. 192. Legenda S. Euſtachii. Inc. *In diebus Traiani Imperatoris, idolorum ſervitiam ipſo exhibente, erat quidam magiſter militum nomine Placidus*. Deſ. *& in perpetuum gaudeamus. Per Dominum &c.*

Codex membranaceus Ms. in folio maximo Saec. XI. binis columnis exaratus, cum titulis Homiliarum charactere quadrato, initialibus vero litteris antiquo more depictis, & varia Chriſtianorum ſymbola exhibentibus. Conſtat foliis ſcriptis 193.

HOMILIAE DIVERSORVM AVCTORVM.

A Dominica I. de Adventu uſque ad Dominicam IV. in Quadrageſima.

Cod. XXXVIII. HOmiliarum, quae in hoc continentur Volumine, auctores nominantur Ambroſius, Auguſtinus, Gregorius Papa, Hieronymus, Hilarius Epiſcopus, Ioannes Chryſoſtomus, Leo Papa, Origenes, Remigius, & Severinus.

I. pag. 1. Dominica I. de Adventu. Homilia B. Gregorii Papae, ut ſupra pag. 296. §. III.

II. pag. 2. *b.* B. Ambroſii Epiſcopi Homilia lectionis eiuſdem. Inc. *Et prophetiae ſeries vera, & integra cauſſa myſterii*. Deſ. *tales veſtes paradiſi exſules habent*. In Biblioth. Concion. Combef. edit. cit. Tom. I. pag. 5.

III. pag. 3. Eadem Dominica. Homilia Io. Chryſoſtomi ex Tractatu in Evang. Matth. *Quum videritis abominationem*. Inc. *Quidam dicunt abominationem deſolationis eſſe imaginem Caeſaris, quam Pilatus poſuit in templo*. Deſ. *ſecundum meritum infidelitatis & perverſitatis eius relinquet*. Apud Combefiſ. Tom. VII. pag. 556. ſub Auctoris imperfecti in Matthaeum nomine. In Codice tamen multo longius producitur; nam poſt verba: *nec poteſt aliquando perire*, in quibus editio definit, ita proſequitur Codex: *De die autem & hora nemo ſcit, neque Angeli caelorum, neque filius, niſi pater ſolus. Vſque nunc expoſuit ſigna conſummationis praecedentia ante conſummationem &c.* haec autem quatuor circiter paginas implent. Notandum praeterea eſt, ea quae in edit. pag. 547. praetermiſſa fuere, haberi integra in Codice, & unius circiter paginae ſpatio comprehendi.

IV. pag. 14. Sermo S. Ambroſii Epiſcopi. Inc. *Quando ad intelligentiam provocamur, myſticum monſtratur eſſe quod dictum eſt. Legimus autem in Daniele hoc modo: Et in dimidio hebdomadis auferetur ſacrificium, & libamina &c.* Deſ. *ſi caelum, in quo iſta ſunt, terraque non fuerint*. Apud Combefiſ. Tom. cit. pag. 530. ſub Hieronymi nomine. Vltima autem verba Codicis incidunt in edit. pag. 532. col. 1. lin. 23.

V. pag. 15. *b.* Sermo eiuſdem. Inc. *Dulciſſimi nobis Domini noſtri Ieſu Chriſti praeceptum eſt dicentis: Non poteſt diſcipulus ſapere ſuper magiſtrum*. Deſ. *qui haec fecerit, non confundetur in aeternum*.

VI. pag. 17. Homilia ex Tractatu eiuſdem. Inc. *Abominatio autem poteſt intelligi imago Caeſaris, quam Pilatus poſuit in templo Domini*. Deſ. *unus aſſumetur, & unus relinquitur*.

VII. pag. 22. Dominica II. de Adventu. Homilia B. Gregorii Papae, ut ſupra pag. 362. §. II.

VIII. pag. 23. Homilia ex Tractatu Ioannis Oſaurei. Inc. *Ioannes ſpecie homo, gratia Angelus, quia nihil carnis erat in eo*. Deſ. *qui eſt minor & maior, Chriſtus videlicet minor eſt*. Apud Combef. Tom. I. pag. 41. ſub Auctoris dicti imperfecti nomine. In Codice tamen longior eſt: poſt enim verba, *ille praeparavit, ut iſte inhabitaret*, in quibus editio definit, ita proſequitur: *Altera autem cauſſa, propter quam melior eſt prophetis &c.* & haec unius circiter paginae dimidium occupant.

IX. pag. 24. *b.* Sermo S. Ambroſii Archiepiſcopi. Inc. *Huius interrogationis B. Ioannis, & reſponſionis Domini etiam Lucas Evangeliſta mentionem facit*. Deſ. *non ſolum phialae, ſed etiam cyathi facti ſunt*.

X. pag. 27. Dominica III. Homilia B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica S. Petri Apoſtoli, ut ſupra pag. 297. §. VII. ſub Dominica IV.

XI. pag. 28. *b.* Fer. IV. Menſe X. Homilia S. Ambroſii Archiepiſc. ut ſupra pag. 365. §. XXXI.

XII. pag. 31. Fer. VI. Homilia S. Ambroſii Archiepiſc. in Evang. Luc. *Exſurgens Maria abiit in montana*. Inc. *Morale eſt omnibus, ut qui fidem exigunt, fidem adſtruant*. Deſ. *invenies hoc uuſquam poſitum, niſi in generatione iuſtorum*. Deſumpta eſt ex eius expoſit. in Luc. Lib. II. §. XIX. Oper. cit. edit. Pariſ. Tom. I. pag. 1288. & progreditur uſque ad §. XXIX. edit. pag. 1291. verſ. 16.

XIII. pag. 32. Homilia lectionis eiuſdem ex Tractatu Origenis Presb. Inc. *Meliores ad deteriores veniunt, ut eis ex adventu ſuo aliquid attribuant emolumenti*. Deſ. *ut factus ſub rege rex poſſideat regnum caelorum in Chriſto &c.* Apud Cum-Dium Tom. III. pag. 496. ubi finis diverſus: definit enim: *differemus in Chriſto Ieſu*.

XIV. pag. 33. *b.* Sabbato in XII. Homilia B. Gregorii Papae in Evang. Luc. *Factum eſt verbum Domini &c.* Inc. *Congregaturus Eccleſiam Dei Filius, ante operatur in ſervulo*. Deſ. *ſplendorem probitatis accumulet*. Apud Combef. Tom. I. pag. 83. ſub D. Ambroſii nomine; ſed in Codice multo longius producitur; nam poſt verba, *ideo fortaſſe & Zacla-*

ebarias vocem recepit, quia vocem loquutus eſt: ita proſequitur: *Generatio viperarum, quis oſtendit vobis fugere a ventura ira? facite ergo fructus dignos poenitentiae &c.* atque haec tres paginas integras complectuntur.

XV. pag. 35. Dominica IV. de Adventu. Homilia eiuſdem habita ad populum in Baſilica B. Petri Apoſtoli, ut ſupra pag. 363. §. VIII.

XVI. pag. 38. *b.* Eadem die. Homilia ex Tractatu B. Auguſtini Epiſc. in Evang. Ioan. *Ioannes teſtimonium perhibebat de Chriſto.* Inc. *Quid eſt ante me factus eſt, praeceſſit me, non factus eſt &c.* Deſ. *& credentibus quod accipiant.* Oper. Tom. III. Part. II. ex Tract. III. in Ioan. a §. VII. ad totum §. XXI.

XVII. pag. 41. In Vigilia Natalis Domini. Homilia S. Hilarii Epiſc. in Ev. Matth. *Quum eſſet deſponſata.* Inc. *Hanc igitur conceptionem Mariae futuram ſanctiſſimus Iſaias propheta pleniſſime retulit.* Deſ. *non actu libidinis completa quaeſtione generationis Ieſu Chriſti Domini noſtri, cui eſt gloria &c.*

XVIII. pag. 42. Homilia lectionis eiuſdem ex Tractatu Origenis. Inc. *Quae fuit neceſſitas, ut deſponſata eſſet Maria Ioſeph, niſi propterea quatenus hoc ſacramentum diabolo celaretur.* Deſ. *uſque ad conſummationem ſaeculi, qui cum Deo Patre &c.* Apud Combef. Tom. I. pag. 99. ubi brevior in fine una circiter pagina, quam in Codice; heic enim poſt ultima editionis verba: *Salvator omnium hominum fidelium atque credentium*, ita proſequitur Homilia; *Hoc autem totum factum eſt. Quid totum? hoc per Vnigeniti deſcenſionem &c.*

XIX. pag. 44. Homilia lectionis eiuſdem Ioannis Oſaurei. Inc. *Hoc eſt ergo caeleſte myſterium, hoc occultum, & reconditum a ſaeculis ſacramentum.* Deſ. *& vocabunt nomen eius Emmanuel, quod interpretatur nobiſcum Dominus, cui eſt honor &c.*

XX. pag. 45. *b.* Homilia Remigii. Inc. *Nativitatem Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundum carnem, qua Dei Filius, Homo fieri dignatus eſt, Matthaeus Evangeliſta &c.* Deſ. *ut tuum nomen ſit ſuper me.*

XXI. pag. 48. In nocte Natalis Domini. Homilia B. Gregorii Papae, ut ſupra pag. 298. §. XVII.

XXII. pag. ead. *b.* Homilia lectionis eiuſdem ex Tractatu S. Ambroſii Archiep. Inc. *De ortu Salvatoris dicturi, non putamus alienum, ut quo natus ſit tempore requiramus.* Deſ. *profecto Deus erat, qui divinitatis operibus exercebat carnis aetatem.* Deſumpta ex eius expoſit. in Luc. Lib. II. cit. edit. Tom. I. pag. 1293. incipit autem a §. XXXVI. & deſinit in §. XLIX. edit. p. 1298. verſ. 11.

XXIII. pag. 50. *b.* Homilia lectionis eiuſdem ex Tractatu Origenis. Inc. *Dicat aliquis, o Evangeliſta, quid me iuvat iſta narratio?* Deſ. *& ſuper terram pax hominibus bonae voluntatis.* Apud Cum-Dium Tom. I. p. 208. Finis diverſus, & quidem ita: *ſcriberentur in caelis, cui eſt gloria.*

XXIV. pag. 51. *b.* Homilia ex Tractatu B. Ambroſii Archiepiſc. in Evang. Luc. *Transeamus uſque Bethleem.* Inc. *Qui etiam paſtores in illa faciebat regione vigilare cuſtodientes vigilias noctis &c.* Deſ. *denique Maria praeceptum non accepit, exemplum edidit.* Ex dicta Expoſ. in Lucam: incipit autem ex iis immediate verbis, in quibus deſinebat Homilia ſuperior, & progreditur uſque ad totum §. LIV.

XXV. pag. 52. Homilia lectionis eiuſdem ex Tractatu Origenis. Inc. *Vox ſpiritalis aquilae auditum pulſat Eccleſiae.* Deſ. *finis propheticarum viſionum, cui gloria &c.* Apud Combeſiſ. Tom. I. pag. 273.

XXVI. pag. 57. *b.* In Natale S. Stephani Protomartyris. Homilia B. Gregorii Papae in Evang. Matth. *Vae vobis Scribae &c.* Inc. *Vult oſtendere Dominus ſacerdotes Iudaeorum omnia avaritiae cauſſa facere.* Deſ. *non propter extraneas perſonas veſtras, ſed propter odibiles malitias veſtras.*

XXVII. pag. 67. Homilia lectionis eiuſdem B. Remigii. Inc. *Sicut enim longe ſuperius Dominus diſcipulos ſuos beatitudinibus remuneravit.* Deſ. *& faciem ipſius videbunt, ideſt cognitionem eius habere poterunt.*

XXVIII. pag. 70. In Natale S. Ioannis Apoſtoli, & Evangeliſtae. Homilia B. Gregorii Papae, ut ſupra pag. 363. §. XIV. ſub Auguſtini nomine; ſed heic finis longior eſt, poſt enim verba: *ubi non erunt nuptiae*, in quibus deſinit ibi, continuatur heic per alios circiter quadraginta verſus, quorum poſtrema ſunt: *niſi Evangeliſta terminante Evangelium ſuum, etiam ipſe compelleret meum terminare ſermonem.*

XXIX. pag. 73. In Nativitate SS. Innocentium. Homilia Origenis presbyt. in Evang. Matth. *Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph.* Poſt repetita Evangelii verba inc. *Qualis Angelus? Ille ipſe, qui & ad Mariam deſtinatus fuerat Gabriel &c.* Deſ. *ſibi coheredes faceret, qui cum Deo Patre &c.* Apud Combeſ. Tom. I. pag. 434.

XXX. pag. 76. Sermo S. Ambroſii Archiepiſc. Inc. *Hunc ergo puerum accipere Ioſeph iuſſus eſt, de quo Iſaias dicit: quoniam puer natus eſt nobis.* Deſ. *qui primi mori pro Chriſto meruerunt, Domino ac Salvatore noſtro, cui eſt laus &c.* Apud Combeſ. Tom. cit. pag. 442. ſub nomine S. Ioannis Chryſoſtomi.

XXXI. pag. ead. *b.* Dominica I. poſt Natalem Domini. Homilia ex Tractatu Origenis, ut ſupra pag. 363. §. XVII.

XXXII. pag. 79. In Circumciſione D. N. I. C. Homilia B. Auguſtini Epiſc. ut ſupra pag. 300. §. XXXVII. ubi eſt ſine nomine auctoris.

XXXIII. pag. 80. *b.* Homilia lectionis eiuſdem ex Tractatu B. Ambroſii Archiep. ut ſupra pag. 76. §. LXIX.

XXXIV. pag. 81. In vigilia Epiphaniae. Homilia ex Tractatu Remigii, ut ſupra pag. 364. §. XVIII. XXXV.

Digitized by Google

XXXV. pag. 82. *b.* Homilia lectionis eiuſdem ex Tractatu Ioannis Oſaurei. Inc. *In eo, quod dixit Angelus ad Ioſeph, mortui ſunt qui quaerebant animam pueri, manifeſte declarat &c.* Deſ. *diabolum eum ſuis angelis univerſis exſtinxit, Vnigenitus ſcilicet Dei Filius, cui eſt laus &c.* Apud Combeſ. Tom. II. p. 26.

XXXVI. pag. 83. In Epiphania D. N. I. C. Homilia B. Gregorii Papae, ut ſupra pag. 301. §. IL.

XXXVII. pag. 85. Sermo S. Ambroſii Ep. Inc. *Hoc futurum & Iſaias ante praedixit dicendo: Venient ex Saba offerentes Regi aurum, thus &c.* Deſ. *adorandum ſcilicet Filium Dei Dominum & Salvatorem noſtrum &c.* Apud Combeſ. Tom. cit. pag. 56. ſub nomine S. Ioannis Chryſoſtomi, & eſt Homilia IV.

XXXVIII. pag. 86. *b.* Alia eiuſdem Homilia in Evang. Luc. *Factum eſt quum baptizatus eſſet omnis populus.* Inc. *Baptizatus eſt ergo Dominus, non mundari volens, ſed mundare aquas.* Deſ. *exiſtimant, quod ſi indicia de publico ſuſtuliſſet, nullus aliis . . . .* Mutila eſt in fine propter defectum Codicis inter pag. 94. & 95. Deſumpta autem eſt ex eius Expoſit. in Luc. Lib. II. Cap. 83. cit. edit. Tom. I. pag. 1308. & progreditur uſque ad integrum ferme Caput 41. Lib. III. edit. pag. 1329 verſ. 15.

XXXIX. pag. 95. Sermo S. Hilarii Epiſc. in octavis Epiphaniae. Inc. *Caput draconis Salvator conterruit in Iordane flumine, & ab eius poteſtate omnes eripuit.* Deſ. *& cum eo regnare valeamus, ipſo auxiliante, qui cum Patre &c.*

XL. pag. 96. Dominica I. poſt Epiphaniam. Homilia S. Ambroſii Epiſc. in Evang. Luc. *Quum factus eſſet Ieſus &c.* Inc. *A duodecimo anno, ut legimus, Dominicae ſumitur diſputationis exordium.* Deſ. *quum Chriſtus non effugiat coheredes.* Apud Combeſiſ. Tom. cit. pag. 120.

XLI. pag. ead. *b.* Vnde ſupra. Homilia Origenis. Inc. *Quaerebant Maria & Ioſeph inter affines Ieſum, & non inveniebant, quaerebant in comitatu, & invenire non poterant.* Deſ. *& ad finem uſque perveniens in Chriſto Ieſu, cui eſt honor &c.* Apud Combeſ. Tom. cit. pag. 119.

XLII. pag. 97. *b.* Vnde ſupra. Homilia eiuſdem. Inc. *Quaerunt inter affines, quaerunt in comitatu, quaerunt inter notos, & in his omnibus non reperiunt.* Deſ. *in commune Patrem Filiumque laudemus, cuius lex templum eſt.* Ibid. pag. 118. ſed initio aliquantulum diverſa.

XLIII. pag. 98. In Octava Epiphaniae. Homilia S. Auguſtini Epiſc. in Evang. Ioan. *Vidit Ioannes Ieſum venientem.* Inc. *Nemo ſibi arroget, & dicat: quia ſpe auferet peccatum mundi.* Deſ. *non debuit diſcere niſi per columbam.* Ibid. pag. 173. ſed initio diverſa.

XLIV. pag. 103. Dominica I. poſt Octavam Epiphaniae. Homilia eiuſdem in Evang. Ioan. *Die tertia nuptiae factae ſunt.* Inc. *Miraculum quidem D. N. I. C. quo de aqua vinum fecit.* Deſ. *ut nec fraudemus ſtudioſos, nec gravemus faſtidioſos.* Occurrit etiam ſupra pag. 301. §. LII. ubi finis diverſus eſt. Hic autem concordat cum edit. ibi citata.

XLV. pag. 107. Dominica III. poſt Epiphaniam. Homilia ex Tractatu Origenis in Evang. Matth. *Quum deſcendiſſet Ieſus de monte.* Inc. *Deſcendente Ieſu de monte, ſequutae ſunt eum turbae multae: docente vero Domino in monte, diſcipuli erant cum ipſo.* Deſ. *vade, ſicut credidiſti, fiat tibi, adiuvante ipſo Domino noſtro &c.* Apud Combeſiſ. Tom. II. pag. 245.

XLVI. pag. 110. *b.* Dominica IV. poſt Epiphaniam. Homilia eiuſdem in Evang. Matth. *Adſcendente Ieſu in naviculam.* Inc. *Ingrediente Domino in naviculam, ſequuti ſunt eum diſcipuli eius, non imbecilles &c.* Deſ. *inclinat, ubi vult Ieſus Chriſtus Dominus noſter, qui cum Patre &c.* Ibid. pag. 258.

XLVII. pag. 112. *b.* Dominica V. poſt Epiphaniam. Homilia S. Hieronymi presb. in Evang. Matth. *Simile eſt regnum caelorum homini, qui ſeminavit bonum ſemen.* Inc. *Haec ſecunda parabola cum interpretatione ſua non ſtatim poſita, ſed interiectis aliis parabolis eſt diſerta.* Deſ. *ipſi iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris ſui.* Ibid. pag. 272. ſed finis diverſus, quia poſt ultima editionis verba *manſionibus caeleſtibus ſuſcipi* per alios ſeptem verſiculos progreditur.

XLVIII. pag. 113. Eodem die. Homilia S. Ioannis Oſaurei in Evang. Matth. *Reſpondens Ieſus dixit, confiteor tibi Domine.* Inc. *Poſtquam improperavit civitatibus, magis autem civibus, quod toties ſeminati ſunt in doctrina.* Deſ. *ut in me pacem habeatis, in hoc autem mundo tribulationes.* Propter quaternionem Codicis male compactum, magna tam huiuſce, quam trium ſequentium Homiliarum confuſio contigit: nos vero tum numeratione in ſuperiore, tum monitis in inferiore paginarum margine appoſitis, legentibus veluti facem praeferimus.

IL. pag. 116. Dominica in Septuageſima. Homilia eiuſdem in Evang. Matth. *Simile eſt regnum caelorum homini patrifamilias.* Poſt repetita Evangelii verba inc. *Homo paterfamilias Chriſtus eſt, cui caeli & terra quaſi una eſt domus.* Deſ. *quia multi vocati ſunt, pauci vero electi.* Apud Combeſ. Tom. cit. pag. 306. ſub Auctoris imperfecti nomine; quam vero lacunam habet editio pag. 308. col. 1. ita explet Codex noſter: *Nec quaero, utrum Filius Patris ſit procurator, aut Spiritus Sanctus Filii; ſed hoc dico, quia procurator domus, & paterfamilias, nec eiuſdem ſubſtantiae poſſunt eſſe, nec unius perſonae, nec aequalis dignitatis. Si ergo alter paterfamilias, & alter procurator patriſfamilias, quomodo locum habet Trinitas tua? Si autem eiuſdem, & eſt minor, iniuriam facit ſubſtantiae? Si non eſt aequalis dignitas, ubi eſt una ſubſtantia? Incipiens a noviſſimis &c.*

L. pag. 120. Dominica in Sexageſima. Homilia eiuſdem in Evang. Luc. *Quum turba plurima conveniret*. Inc. *Sicut gaudet medicus, quando ad eum aegrotantium multitudo proſequitur*. Deſ. *quod datur ad remunerationem iuſtitiae*. Ibid. pag. 328. item ſub auctoris imperfecti nomine; ſed tam in principio, quam in fine uberior eſt in Codice; heic enim verbis, *Non de loco ad locum tranſmutant*, unde incipit in editione, quidam veluti prologus praemittitur; verbis autem, *ſi fructum feciſſet de prima*, in quibus ibi deſinit, alia ſatis multa ſuccedunt, quorum initium eſt: *qui enim habet, dabitur ei, & abundabit. Vt habenti quidem addatur, poſſibile eſt &c.* & duas circiter paginas implent.

LI. pag. 124. *b.* Dominica in Quinquageſima. Homilia B. Gregorii Papae, ut ſupra pag. 302. §. LXI.

LII. pag. 126. *b.* Fer. IV. Caput ieiunii. Homilia ex Tractatu Origenis, ut ibid. pag. 303. §. LXIII.

LIII. pag. 128. Fer. V. Homilia B. Severini Epiſc. ut ſupra pag. 365. §. XXXVI. ubi *Severiani* legitur pro *Severini*.

LIV. pag. 129. *b.* Fer. VI. Homilia Origenis presb. ut ſupra pag. 303. §. LXVI.

LV. pag. 132. *b.* Sabbato. Homilia S. Auguſtini Epiſc. in Evang. Matth. *Quum ſero eſſet factum &c.* Poſt Evangelii verba: *Dimiſſa turba, adſcendit Ieſus in montem ſolus orare*, inc. *Si fuiſſent cum eo diſcipuli Petrus, & Iacobus, & Ioannes &c.* Deſ. *& illius poſtea fruimur maieſtate*. Sunt duae Homiliae in unam conflatae: prima incipiens a mox relatis verbis, & deſinens, *& Arrius in Eccleſia praedicat creaturam*, occurrit inferius in Codice XLI. §. CXIV. & Gregorio tribuitur: altera incipiens: *Labor diſcipulorum in remigando &c.* & deſinens, ut ſupra, habetur apud Combef. Tom. cit. pag. 479. ſub Bedae nomine.

LVI. pag. 134. *b.* Dominica I. in Quadrageſima. Homilia B. Gregorii Papae, ut ſupra pag. 303. §. LXXI.

LVII. pag. 136. *b.* Fer. II. Homilia B. Auguſtini Epiſc. ut ſupra pag. 366. §. XLII.

LVIII. pag. 137. *b.* Fer. III. Homilia Ioannis Oſaurei in Evang. Matth. *Quum intraſſet Ieſus Hieroſolymam*. Inc. *Merito commovebantur videntes rem mirabilem: homo laudabatur quaſi Deus*. Deſ. *& illum non placas, & te ipſum ſubvertis*. Apud Combefiſ. Tom. III. pag. 44. ſub Auctoris imperfecti in Matthaeum nomine, ubi finis diverſus, quia in editione alii novem verſus ſubſequuntur.

LIX. pag. 140. *b.* Fer. IV. Homilia eiuſdem in Evang. Matth. *Acceſſerunt ad Ieſum Scribae*. Inc. *Vt ſcias, Chriſte, quia volumus a te cognoſcere veritatem, ecce etiam magiſtrum te appellamus*. Deſ. *& in quatuor diverſitates partita eſt*. Ibid. pag. 72. item ſub Auctoris imperfecti in Matthaeum nomine; ſed in principio longior, prima enim Codicis verba occurrunt in eadem pag. 72. col. 2. verſ. 22. in fine autem brevior; quia poſt verba, *qui Chriſti erant facientes voluntatem*, ſequuntur in Codice alia unius ferme paginae dimidio comprehenſa.

LX. pag. 144. Fer. V. Homilia B. Hieronymi presb. in Evang. Matth. *Egreſſus Ieſus ſeceſſit in partes Tyri*. Inc. *Scribis & Phariſaeis calumniatoribus derelictis, tranſgreditur in partes Tyri*. Deſ. *fides tua te ſalvam fecit*. Apud Combef. Tom. cit. pag. 87.

LXI. pag. 145. Fer. VI. Homilia B. Auguſtini Epiſcopi in Evang. Matth. *Erat dies feſtus Iudaeorum*. Inc. *Mirum non eſſe debet, a Deo factum miraculum; mirum enim eſſet, ſi homo feciſſet*. Deſ. *& ſanitatem ſaevientium requirebat*. Ibid. pag. 126. finis tamen diverſus, quia Codex per alias duas paginas Homiliam producit, & poſt verba: *illi ſalutem ſuam non quaerebant*, quibus in edit. Homilia clauditur, ita proſequitur: *Perſequebantur Iudaei Dominum Ieſum, quia haec faciebat in ſabbato &c.*

LXII. pag. 149. *b.* Sabbato. Homilia Leonis Papae, ut ſupra pag. 305. §. LXXVII.

LXIII. pag. 152. Dominica II. in Quadrageſima. Homilia S. Ioannis Epiſcopi Conſtantinopolitani, ut ibid. pag. 304. §. LXXV. Origeni tributa.

LXIV. pag. 155. Fer. II. Homilia S. Auguſtini Epiſc. ut ibid. pag. 305. §. LXXXI.

LXV. pag. 158. *b.* Fer. III. Homilia Ioannis Oſaurei, ut ibid. §. LXXXII. Heic tamen in fine quinque verſus eſt longior, ac deſ. *noli recumbere in loco priori*.

LXVI. pag. 161. *b.* Fer. IV. Homilia eiuſdem in Evang. Matth. *Adſcendens Ieſus Hieroſolymam*. Inc. *Omnis gloria Dei, & omnis ſalus hominum &c.* Deſ. *ſicut & Apoſtoli ieiunantes & flentes fuerunt in Domino crucifixo uſque ad diem reſurrectionis eius*. Apud Combef. Tom. cit. pag. 225. progreditur autem uſque ad pag. 227. col. 1. verſ. 9. Occurrit etiam ſupra pag. 305. §. LXXXIII. ſed ibi multo eſt longior.

LXVII. pag. 163. *b.* Fer. V. Homilia eiuſdem, ut ibid. §. LXXXIV. aliquantum in principio diverſa.

LXVIII. pag. 166. *b.* Fer. VI. Homilia Hieronymi presb. in Evang. Matth. *Homo erat paterfamilias*. Inc. *Hoc eſt quod Dominus ait ſumptum de proverbio ſignificavit: durum eſt adverſus ſtimulum calces mittere*. Deſ. *poſtea contra eum clamant: crucifige, crucifige talem*. Apud Combef. Tom. cit. pag. 324.

LXIX. pag. 168. Sabbato. Homilia eiuſdem, ut ſupra pag. 306. §. LXXXVI.

LXX. pag. 173. Dominica III. in Quadrageſima. Homilia Ioannis Oſaurei in Ev. Luc. *Erat Ieſus eiiciens daemonium*. Inc. *Quando Ieſus egreſſus eſt de ſynagoga, in myſterio contempſit ſynagogam*. Deſ. *non videntur congregare nobiſcum*.

LXXI. pag. 177. Fer. II. Homilia Ambroſii Epiſc. ut ſupra pag. 306. §. XC.

LXXII. pag. 179. *b.* Fer. III. Homilia Augu-

Digitized by Google

guſtini Epiſc. in Evang. Matth. *Reſpiciens Ieſus diſcipulos ſuos, dixit Simoni Petro*. Inc. *In Evangelio ſancto modo, quum legeretur, audivimus, ubi nos de remiſſione peccatorum admonet*. Deſ. *dimittamus & nos fratri peccatori*.

LXXIII. pag. 180. *b*. Fer. IV. Homilia Hieronymi presb. ut ſupra pag. 306. §. XCIII.

LXXIV. pag. 182. Fer. V. Homilia S. Ambroſii Epiſc. ut ibid. §. XCIV.

LXXV. pag. 183. Fer. VI. Homil. S. Auguſtini Epiſc. ut ibid. pag. 307. §. XCVI.

LXXVI. pag. 189. Sabbato. Homilia eiuſdem, ut ibid. §. XCVII.

LXXVII. pag. 190. *b*. Dominica med. Quadrageſimae. Homilia eiuſdem, ut ibid. §. C. Heic tamen eſt imperfecta; definit enim in verbis: *nam quia ipſe Chriſtus verbum Dei eſt* . . . . ob mutilatum in fine Codicem: quatuor autem folia, quae ſubſequuntur, quamvis eiuſdem ferme aetatis ſint, videntur tamen diverſa manu conſcripta eſſe, & ad hoc Volumen minime olim pertinuiſſe, ſed aliunde avulſa, una cum hoc a bibliopego fuiſſe compacta.

LXXVIII. pag. 191. Fragmentum Vitae, ut videtur, S. Petri Apoſtoli, initio carens; incipit enim . . . . *a peccato redemiſti. Te imitari etiam in paſſione optavi, ſed rectus crucifigi non uſurpavi &c.* Deſ. *& in ſanctificatione Spiritus Sancti, cui eſt honor &c.*

LXXIX. pag. ead. *b*. Miracula S. Thomae Cantuarienſis Archiepiſcopi. Inc. *Perlatus eſt rumor exſecrandi facinoris die tertio in militis domum de Sueſſia Roberti de S. Andrea nomine, cuius uxor Emma gravi preſſa infirmitate, lucis etiam beneficio deſtituta iacebat*. Deſ. *ita & quibus voluit diſpoſitio Divina, datus eſt ſanguis, & abundavit, & cui non conceſſit, etiam quod videbatur habere ablatum eſt ab eo*.

Codex membranac. Ms. in folio maximo Saec. XI. binis columnis exaratus, cum titulis Homiliarum rubricatis, litteris vero initialibus elegantiſſime, prout illa ferebat aetas, depictis, nonnullis etiam varia animalium genera exhibentibus, in cuius primo folio legitur manu recenti appoſitum poſſeſſoris nomen hoc pacto: *Omilie Volume primo di Bartolommeo d' Antonio di Bartolello Canacci*. Mutilus eſt in fine. Conſtat foliis ſcriptis 194.

HOMILIARIVM DIVERSORVM PATRVM.

Continens

Homilias, quae leguntur a Dominica Reſurrectionis uſque ad Dominicam XXVI. poſt Pentecoſten, & in Feſtis propriis Sanctorum, & in Communi eorumdem.

Cod. XXXIX. PAtres, quorum nomina praeſeferunt Homiliae, quae in hoc magnae molis Volumine continentur, ſunt, Ambroſius, Auguſtinus, Beda, Ephraem, Fulgentius, Gregorius Papa, Hieronymus, Hilarius Epiſcopus, Ioannes Chryſoſtomus, Leo Papa, Maximus Epiſcopus, Origenes, & Remigius Epiſcopus: plurimae autem ſunt anonymae.

I. pag. 1. Homilia prima eſt anepigrapha, & inc. *Paſſionem & reſurrectionem &c.* ut ſupra pag. 311. §. I. ſub Auguſtini nomine.

II. pag. ead. *b*. Sermo S. Auguſtini Epiſcopi. Inc. *Lux hodie clara refulſit, quia latro paradiſum dulcis cum rege comes intravit*. Deſ. *exſultemus, & laetemur in ea. Per ipſum, qui vivit &c.*

III. pag. 2. Sermo eiuſdem, ut ſupra pag. 108. §. LVII.

IV. pag. 3. Sermo eiuſdem, ut ibidem §. LVIII.

V. pag. ead. Sermo unde ſupra, ut ibidem §. LIX.

VI. pag. ead. *b*. Sermo S. Ambroſii Epiſcopi, ut ibid. §. LX. ſub titulo *de die ſancto Paſchae, & de Cruce Domini*.

VII. pag. 4. Sermo unde ſupra, ut ibid. pag. 109. §. LXI. ſub titulo *de Cruce, & reſurrectione Domini*.

VIII. pag. 5. Sermo unde ſupra. Ibid. §. LXII. & inſcrib. *de Sepulcro Domini Salvatoris*.

IX. pag. ead. *b*. Sermo unde ſupra. Ibid. §. LXIII. ſub titulo *de Maria Magdalena*.

X. pag. 6. Homilia B. Gregorii Papae, ut ſupra pag. 311. §. III.

XI. pag. 7. *b*. Fer. II. Sermo S. Auguſtini Epiſcopi, ut ſupra pag. 371. §. XCIII.

XII. pag. 8. Homilia B. Gregorii Papae, ut ſupra pag. 311. § IV.

XIII. pag. ead. *b*. Fer. III. Sermo S. Auguſtini Epiſc. Inc. *Non minus etiam nunc laetari debemus, quam heſterno laetati ſumus*. Deſ. *eſſe reddendam reſurrectionis auroram. Qui vivit &c.*

XIV. pag. 9. *b*. Venerab. Bedae presb. Homilia, ut ſupra pag. 312. §. V.

XV. pag. 11. Fer. IV. Anonymi Sermo. Inc. *Sapientiſſimus Salomon, fons ſapientiae, cenſor iuſtitiae, & magiſter diſciplinae &c.* Deſ. *ad caelos Dominus Chriſtus, qui vivit &c.*

XVI. pag. ead. *b*. Homilia S. Gregorii Papae, ut ſupra pag. 312. §. VI.

XVII. pag. 13. Fer. V. Sermo Anonymi, ut ibid. pag. 311. §. II. ſub Auguſtini nomine.

XVIII. pag. ead. *b*. Homilia S. Gregorii Papae, ut ibid. pag. 312. §. VII.

XIX. pag. 16. Fer. VI. Sermo Anonymi. Inc. *Non queo, fratres chariſſimi, quod mente concipio, ore proferre*. Deſ. *iuſti intrabunt per eum, quod ipſe praeſtare dignetur &c.* In Appendice Sermonum Auguſt. num. CLIX.

XX. pag. ead. *b*. Homilia Vener. Bedae presb. ut ſupra pag. 312. §. VIII.

XXI. pag. 18. *b*. Sabbato. Sermo Anonymi. Inc. *Gaudete, fratres chariſſimi, quia redemptionis noſtrae pretium perſolutum eſt*. Deſ. *bonorum operum margaritis ornati feliciter veniamus, ipſo adiuvante &c.* In App. Auguſt. CLXIII.

Digitized by Google

XXII. pag. ead. *b.* Homilia S. Gregorii Papae, ut ſupra pag. 312. §. IX.

XXIII. pag. 21. Dominica Octava Paſchae Sermo Anonymi. Inc. *Quantum Domino donante poſſumus de carnis reſurrectione tractemus: haec enim eſt fides noſtra, hoc donum in Domino &c.* Deſ. *quod credere nolebat, & credidit in Chriſto, qui vivit &c.* Apud Cum-Dium Tom. II. pag. 1497. ſub Auguſtini nomine.

XXIV. pag. ead. *b.* Sermo unde ſupra. Inc. *Paſchalis ſolemnitas hodierna feſtivitate concluditur, & ideo hodie neophytorum habitus commutatur.* Deſ. *baptiſmum habens illi praeponitur.* In Append. Auguſtin. num. CLXXII. ſed poſt verba: *in quibus Dominus dicit: puſillum &c.* ab editione prorſus recedit uſque ad finem, quae omnia unius circiter paginae ſpatio ſunt comprehenſa.

XXV. pag. 22. *b.* Homilia S. Gregorii Papae, ut ſupra pag. 312. §. X.

XXVI. pag. 25. Dominica I. poſt Paſcha, Homilia eiuſdem, ut ibid. §. XI.

XXVII. pag. 26. Dominica II. poſt oct. Paſchae. Homilia Vener. Bedae presb. ut ſupra pag. 371. §. CI.

XXVIII. pag. 27. *b.* Dominica III. poſt Paſcha. Homilia eiuſdem, ut ibid. §. CII.

XXIX. pag. 29. *b.* Dominica IV. poſt oct. Paſchae. Homilia eiuſdem. ut ibid. § CIII.

XXX. pag. 31. Anonymi Sermo in Letania maiore. Inc. *Scire debemus, & intelligere, fratres chariſſimi, quia dies compunctionis, & poenitentiae celebramus.* Deſ. *ad remedium poſitis indulgentiae pervenire, praeſtante Domino &c.* In Append. Aug. CLXXIV.

XXXI. pag. ead. *b.* Sermo unde ſupra. Inc. *Evangelica lectio, fratres chariſſimi, dum legeretur. audivimus: poenitentiam, inquit, agite.* Deſ. *orent, ne polluantur, praeſtante Domino &c.*

XXXII. pag. 32. *b.* Homilia Vener. Bedae presb. ut ſupra pag. 313. §. XV. ſine nomine auctoris.

XXXIII. pag. 34. *b.* In vigilia Adſcenſionis Domini, Homilia eiuſdem, ut ſupra pag. 382. §. XXI.

XXXIV. pag. 37. *b.* In die Adſcenſionis Domini. Sermo S. Leonis Papae, ut ſupra pag. 313. §. XVII.

XXXV. pag. 38. Sermo eiuſdem, ut ſupra pag. 383. §. XXIII.

XXXVI. pag. ead. *b.* Sermo eiuſdem, Inc. *Salvator noſter, dilectiſſimi fratres, adſcendit in caelum; non ergo turbetur in terra.* Deſ. *ad exercenda bona opera concedat: quod ipſe praeſtare dignetur &c.* In Append. Aug. CLXXVII.

XXXVII. pag. 39. Vnde ſupra Sermo, ut ſupra pag. 383. §. XXV.

XXXVIII. pag. 40. Sermo unde ſupra, Inc. *Quam enim Chriſtus adſcendit ad caelum, & noſtris aufertur obtutibus.* Deſ. *ut condemnet Iudae proditoris admiſſum, qui vivit &c.*

XXXIX. pag. 41. Vnde ſupra Homilia. Inc. *Magnum hodie, fratres, ſuſcipimus diem feſtum, quando D. N. I. C. quadraginta poſt dies reſurrectionis &c.* Deſ. *aure libenti ſuſcipiat charitas veſtra.*

XL. pag. ead. Vnde ſupra. Inc. *Libentius, fratres, clariuſque convenit noſtri aciem cordis ſurſum avidius intentare.* Deſ. *debiti ſermonis officioſum ſervitium. Per eumdem Dominum noſtrum &c.*

XLI. pag. 42. Vnde ſupra Hom. Inc. *Sacramentum, dilectiſſimi, ſalutis noſtrae, quam pretio ſanguinis ſui Vniverſitatis conditor aeſtimavit.* Deſ. *etiam nos ad ipſum poſſimus adſcendere, cui eſt &c.* Inter Serm. S. Leonis PP. & apud Combef. Tom. VI. pag. 205.

XLII. pag. 43. Sermo unde ſupra, item ut ſupra pag. 313. §. XVIII. ſub Leonis Papae nomine.

XLIII. pag. ead. *b.* Homilia B. Gregorii Papae, ut ibid. §. XIX.

XLIV. pag. 46. Dominica I. poſt Adſcenſionem Domini. Homilia Vener. Bedae presb. ut ſupra pag. 372. §. CVII.

XLV. pag. 49. Sabbato in vigilia Pentecoſtes. Homilia eiuſdem in Evang. Ioan. *Si diligitis me.* Inc. *Quia Sancti Spiritus hodie, fratres chariſſimi, celebramus adventum, debemus ipſi congruere ſolemnitati.* Deſ. *priuſquam mundus eſſet, apud Patrem, cum quo &c.* Operum Tom. VII. pag. 54. Occurrit etiam ſupra pag. 383. §. XXVIII. ſed in fine mutila.

XLVI. pag. 51. *b.* In die ſancto Pentecoſtes. Sermo S. Leonis Papae, ut ſupra pag. 315. §. XXX.

XLVII. pag. 51. Sermo unde ſupra, ut ſupra pag. 383. §. XXIX. ſub Leonis nomine.

XLVIII. pag. 53. Sermo unde ſupra, ut ſupra pag. 315. §. XXIX. item ſub Leonis nomine.

IL. pag. ead. *b.* Sermo unde ſupra, ut ſupra pag. 109. §. LXVII.

L. pag. 54. Sermo in Pentecoſte, ut ibid. §. LXVIII.

LI. pag. ead. *b.* Homilia S. Gregorii Papae, ut ſupra pag. 314. §. XXIV.

LII. pag. 57. Fer. II. Sermo unde ſupra. Inc. *Sanctitati veſtrae, chariſſimi, votorum iam nota debet eſſe feſtivitas.* Deſ. *& ad commemorationem Angelorum cum gratia Chriſti committimus, quod ipſe praeſtare dignetur &c.* In Append. Auguſtin. CLXXXV.

LIII. pag. ead. *b.* Homilia S. Auguſtini Epiſc. in Evang. Ioan. *Dixit Ieſus Nicodemo, ſic Deus dilexit mundum.* Poſt Evangelii verba: *Non enim miſit Dominus filium ſuum &c.* inc. *Ergo quantum in medico eſt, ſanare venit aegrotum.* Deſ. *quia bona & ſalutaria ſunt.* Exſtat & ſupra pag. 314. §. XXV. ſed in principio valde diverſa, & aliquanto longior in fine.

LIV. pag. 58. *b.* Fer. III. Sermo unde ſupra. Inc. *Diſceſſurus e mundo iſto, & adſcenſurus in caelum Dominus noſter, atque Salvator, fratres chariſſimi, promiſit &c.* Deſ. *in vobis*

Digitized by Google

bis ſemper eſſe dignetur, praeſtante &c. In Append. Auguſtin. CLXXXIV.

LV. pag. ead. Homilia S. Auguſtini Epiſc. ut ſupra pag. 314. §. XXVI. ſed heic ferme duplo longior eſt: deſinit autem: *& diſſerendo, ſicut ipſe donaverit, explicare.* Concordat cum edita apud Combeſ. Tom. VI. pag. 370.

LVI. pag. 61. *b.* Fer. IV. Sermo S. Leonis Papae. Inc. *Sanctorum ſolemnitate, dilectiſſimi, ordine celebrata, & ſpiritualis laetitiae devotione completa.* Deſ. *miſericordiae operibus adiuvemur.* Eſt breviſſimus. In edit. alias cit. pag. 83. num. LXXVIII.

LVII. pag. ead. Vnde ſupra Sermo eiuſdem. Inc. *Inter omnia, dilectiſſimi, Apoſtolicae inſtituta doctrinae, quae ex divinae eruditionis fonte manarunt.* Deſ. *ut miſericordia Dei & ieiuniis noſtris adſit, & votis. Per Dominum &c.* Ibid. num. LXXIX.

LVIII. pag. 62. Homilia S. Auguſtini Ep. ut ſupra pag. 314. §. XXVII. Heic tamen duplo longior eſt, ac deſinit: *non ſtatim audiunt, ſed adhuc eis dicitur.* Concordat autem cum edita apud Combeſ. Tom. cit. pag. 386. immo poſt verba *ut poſtea regnet in caelo*, in quibus ibi deſinit, ſequuntur in Codice alii verſus quatuordecim.

LIX. pag. 64. Fer. V. Sermo S. Leonis Papae. Inc. *Pleniſſime quidem, dilectiſſimi, cauſſam atque rationem ſolemnitatis hodiernae divinorum eloquiorum textus oſtendit.* Deſ. *quibus omnes tentationes, Deo adiuvante, vincamus. Per Dominum &c.* Loc. cit. num. LXXIV.

LX. pag. 65. *b.* Homilia B. Gregorii Papae, ut ſupra pag. 320. §. LXVI.

LXI. pag. 67. Fer. VI. Sermo unde ſupra. Inc. *Beatiſſimus leſſe filius, Spiritus Sancti gratia repletus, dum Dei Patris praecepta &c.* Deſ. *Ingenito dantes gloriam per Vnigenitum eius in Spiritu Sancto &c.*

LXII. pag. ead. *b.* Homilia ex Commentario S. Ambroſii in Lucam, ut ſupra pag. 315. §. XXXI.

LXIII. pag. 68. Sabbato. Vnde ſupra Sermo, ut ſupra pag. 384. §. XL.

LXIV. pag. ead. *b.* Homilia S. Ambroſii Epiſc. ut ſupra pag. 306. §. XCIV.

LXV. p. 69. *b.* In Paſcha Ann. (*ſic*) Homilia Ven. Bedae presbyt. ut ſupra pag. 373. §. CXVII.

LXVI. pag. 71. *b.* Dominica I. poſt Pent. Homilia S. Gregorii Papae, ut ſupra p. 315. §. XXXIV.

LXVII. p. 75. *b.* Dominica II. poſt Pent. Homilia eiuſdem, ut ibid. §. XXXV.

LXVIII. pag. 78. *b.* Dominica III. Homilia eiuſdem, ut ibid. §. XXXVI.

LXIX. pag. 83. Dominica . . . . (eraſa enim antiqua ſcriptura additum eſt recentiore manu *prima*) poſt Pent. Homilia Vener. Bedae Presb. in Evang. Luc. *Eſtote miſericordes.* Inc. *Hoc loco nobis nihil aliud praecipi exiſtimo, niſi ut ea, de quibus &c.* Deſ. *ut videamur eiicere feſtucam de oculo fratris.* Oper. Tom. VII. pag. 72.

LXX. pag. 84. Dominica IV. (hic quoque numerus recenti manu adiectus eſt) Homilia eiuſdem in Evang. Luc. *Quum turbae irruerent in Ieſum.* Inc. *De piſcibus, quos ad Domini iuſſionem laxata retia ceperunt, loquuturi.* Deſ. *ita ut ulterius ad propria non redirent.*

LXXI. pag. 85. *b.* Dominica V. (ita enim correctum eſt) poſt Pent. Homilia S. Hieronymi presbyt. in Evang. Matth. *Niſi abundaverit iuſtitia veſtra.* Inc. *Qui putant praecepta veteris teſtamenti diſtrictiora eſſe, quam novi diſcant &c.* Deſ. *& tunc veniens offeres munus tuum.*

LXXII. p. 87. Dominica VI. poſt Pentec. Homilia Vener. Bedae presbyt. in Evang. Marc. *Quum turba multa eſſet cum Ieſu.* Inc. *Dominus Ieſus Chriſtus Deus ante ſaecula, & Homo factus in fine ſaeculorum, ita ſua opera temperare dignatus eſt.* Deſ. *qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt.*

LXXIII. pag. 89. Dominica VII. Homilia eiuſdem in Evang. Matth. *Attendite a falſis prophetis.* Inc. *Praevidens Dominus doctrinam haereticorum contra electos in Eccleſia futuram.* Deſ. *beati eritis, ſi feceritis ea.*

LXXIV. pag. 90. *b.* Vnde ſupra Homilia Origenis, ut ſupra pag. 316. §. XLI.

LXXV. pag. 92. *b.* Dominica VIII. poſt Pentecoſt. Homilia S. Gregorii Papae in Ev. Luc. *Homo quidam erat dives, qui habebat villicum.* Inc. *Hoc ſollerter in ſcripturis ſacris attendendum eſt, quia quaedam in veritate ita creduntur.* Deſ. *hoc eſt Eccleſiae coadunare non ceſſavit.*

LXXVI. pag. 95. Dominica IX. Homilia eiuſdem, ut ſupra pag. 317. §. XLIII.

LXXVII. pag. 97. *b.* Dominica X. poſt Pentec. Homilia eiuſdem, ut ſupra pag. 385. §. LV. ubi nullum auctoris nomen.

LXXVIII. pag. 99. Dominica XI. Homilia Vener. Bedae presb. ut ibid. §. LVI. item auctoris nomine deſtituta.

LXXIX. pag. 101. Dominica XII. poſt Pent. Homilia S. Gregorii Papae, ut ſupra p. 317. §. XLVII. item auctore Anonymo.

LXXX. pag. 103. Dominica XIII. Homilia Vener. Bedae presb. ut ibid. §. XLVIII. item tacito nomine auctoris.

LXXXI. pag. 105. Dominica XIV. (hic numerus, aeque ac ſequentium Homiliarum, priori expuncto, additus eſt alia manu) poſt Pentec. Homilia eiuſdem, ut ſupra p. 386. §. LX. ſine auctore.

LXXXII. pag. 106. *b.* Dominica XV. Homilia S. Gregorii Papae, ut ſupra pag. 318. §. LI. Finis tamen concordat cum illo Codicis XXXVII. huius Plutei §. LXI.

LXXXIII. pag. 108. Dominica XVI. Homilia eiuſdem, ut ibid. §. LII. tacito pariter auctore.

LXXXIV. pag. 109. *b.* Dominica XVII. Homilia Vener. Bedae presb. ut ſupra pag. 319. §. LVII. ſub titulo Anonymi.

LXXXV. pag. 113. *b.* Vnde ſupra Sermo S. Ioannis Oſaurei. Poſt Evangelii verba: *In*

Digitized by Google

illa die acceſſerunt ad Ieſum Sadducaei &c. inc. *In qua die? Quando recedebant Phariſaei, & accedebant Sadducaei*. Deſ. *& quanto plus repercuſſus fuerit, magis frigeſcit, & deficit*.

LXXXVI. pag. 115. Incipiunt Sermones S. Leonis Papae de ieiunio menſis Septembris, quorum primus idem eſt, atque ille, quem innuimus ſupra pag. 318. §. LIV.

LXXXVII. pag. ead. *b*. Vnde ſupra Sermo. Inc. *Apoſtolica inſtitutio, dilectiſſimi, quae Dominum Ieſum Chriſtum ad hoc veniſſe in hunc mundum noverat*. Deſ. *tantum donetur & poſſe. Per eumdem &c.* Apud Combeſ. Tom. VII. pag. 360.

LXXXVIII. pag. 116. Sermo unde ſupra. Inc. *Scio quidem, dilectiſſimi, plurimos veſtrum ita in his, quae ad obſervantiam Chriſtianam pertinent, eſſe devotos*. Deſ. *ieiunii noſtri devotione placeamus. Per Dominum &c.* Ibid. pag. 361.

LXXXIX. pag. 117. Sermo unde ſupra. Inc. *Sacratum, dilectiſſimi, in ſeptimo menſe ieiunium ad communionem devotionem exercere deprecamur*. Deſ. *paſtoris patrocinetur oratio. Per Dominum &c.* Ibid. pag. 358.

XC. pag. ead. *b*. Vnde ſupra Homilia Vener. Bedae presbyt. ut ſupra pag. 318. §. LIII.

XCI. pag. 118. Vnde ſupra Homilia eiuſdem, ut ſupra pag. 384. §. XXXVIII.

XCII. pag. 119. Vnde ſupra Homilia B. Gregorii Papae, ut ſupra pag. 318. §. LVI.

XCIII. pag. 120. Dominica XIX. (*ſic*) Homilia eiuſdem, ut ibidem pag. 319. §. LVIII. ſine nomine auctoris.

XCIV. pag. 122. *b*. Dominica XIX. Homilia eiuſdem, ut ſupra pag. 376. §. CL.

XCV. pag. 126. *b*. Dominica XX. Homilia eiuſdem, ut ſupra pag. 319. §. LX.

XCVI. pag. 127. Dominica XXI. Homilia B. Hieronymi presb. in Evang. Matth. *Simile eſt regnum caelorum homini regi*. Inc. *Quod oblatus eſt debitor domino decem milium talentorum, & iuſſit eum venundari &c.* Deſ. *ſi non remiſeritis unuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris*. Apud Combeſ. Tom. VII. p. 447. ſed initio diverſa.

XCVII. pag. 128. *b*. Dominica XXII. Homilia S. Ioannis Oſaurei ex commentario ſuper Lucam, ut ſupra pag. 377. §. CLIII.

XCVIII. pag. 129. *b*. Vnde ſupra Homilia Vener. Bedae presb. ut ſupra pag. 386. §. LXX.

XCIX. pag. 130. Dominica XXIII. Homilia S. Gregorii Papae in Evang. Matth. *Loquente Ieſu ad turbas ecce princeps unus acceſſit*. Inc. *Inter omnia miracula, quae Dominus noſter per ſemetipſum oſtendit in terris, tres tantum mortuos ſuſcitaſſe legitur*. Deſ. *& ſacroſancti altaris particeps efficiatur*.

C. pag. 132. Dominica XXV. (*ſic*) Homilia Vener. Bedae presb. in Evang. Marc. *Exiens Ieſus vidit turbam multam*. Poſt repetita Evangelii verba inc. *Quomodo miſertus ſit ſuper eos, Matthaeus exponit plenius, dicens: & miſertus eſt eius &c.* Deſ. *in altero inſigne eſt poteſtatis*.

CI. pag. 134. Dominica XXVI. Homilia S. Ioannis Epiſcopi in Evang. Matth. *Interrogavit Ieſum unus de Scribis*. Poſt repetita Evangelii verba inc. *Convenerunt, ut multitudine vincerent, quem ratione ſuperare non poterant*. Deſ. *melius cognoſcens eum per ipſum*.

CII. pag. 135. Dominica de S. Trinitate. Sermo S. Auguſtini Epiſcopi. Inc. *Fide enim, quam ſancti Patriarchae atque Prophetae ante incarnationem Filii Dei divinitus acceperunt*. Deſ. *nunc de creatura quid abſque dubitatione credere debeas, intimabo*.

CIII. pag. 138. Dominica unde ſupra. Homilia eiuſdem in Evang. Ioan. *Quum ſublevaſſet ergo oculos Ieſus*. Inc. *Quotieſcumque Dominum legimus ex paucis panibus multas turbas hominum paviſſe, non tantum eſt mirandum, quantum venerandum*. Deſ. *venturus eſt iudicare vivos, & mortuos*.

CIV. pag. 141. In Vigilia S. Ioannis Baptiſtae. Homilia B. Ambroſii Epiſc. ex Tractatu ſuper Lucam in Evang. *Fuit in diebus Herodis Regis*. Inc. *Docet nos ſcriptura divina, non ſolum mores in his, qui praedicabiles ſunt &c.* Deſ. *ſciens nihil ſublime poſſe eſſe, quod fragile eſt*. Apud Cum-Dium Tom. IV. pag. 353.

CV. pag. 144. In Nativitate eiuſdem. Anonymi Sermo. Inc. *Sancti Praecurſoris Domini Ioannis Baptiſtae nativitatem, quam hodie celebrat ſancta univerſalis Eccleſia &c.* Deſ. *auxiliante nobis ſanctis ſuis precibus beato Ioanne ad omne bonum ſtudium, & praeſtante D. N. I. C. &c.*

CVI. pag. 145. Sermo unde ſupra. Inc. *Hodierna feſtivitas, dilectiſſimi, toto terrarum orbe conſpicua, mentes noſtras eo clarius &c.* Deſ. *ipſe nobis factus eſt magiſter humilitatis. Ipſi gloria & imperium &c.*

CVII. pag. 146. Sermo unde ſupra, ut ſupra pag. 388. §. LXXXII.

CVIII. pag. 147. *b*. Vnde ſupra Sermo. Inc. *Hodie, dilectiſſimi fratres, Ioannis, qui Domini praecurrit adventum natalem diem colimus, quod nulli ſanctorum meminimus attributum*. Deſ. *in illo habitat in nobis, qui vivit &c.* In Append. Auguſtini num. CXCVIII.

CIX. pag. 148. Vnde ſupra. Sermo S. Auguſtini. Inc. *Hodie, fratres chariſſimi, natalem S. Ioannis celebramus, quod nulli umquam ſanctorum legimus fuiſſe conceſſum*. Deſ. *concedat vobis felicem perſeverantiam cuſtodire I. C. D. N. qui vivit &c.* In Append. num. CXCVII.

CX. pag. 149. Vnde ſupra Sermo. Inc. *Aurum de terra eligere qui noverunt, ubi divitem ſenſerint venam &c.* Deſ. *reſonet nativitas Dominicae cantilenae, ipſo praeſtante &c.* In Append. Auguſtin. num. CXCIX.

CXI. pag. ead. *b*. Vnde ſupra Sermo. Inc. *S. Ioannis Baptiſtae natalitia hodie proſequuturus tacere velim, & laborem atque imperitiam meam ſilentio coërcere*. Deſ. *Ioannes praemiſſus eſt ante Dominum, qui vivit &c.*

CXII.

Digitized by Google

CXII. pag. 150. Vnde ſupra Hom. Ven. Bedae presb. ut ſupra pag. 377. §. CLIX.

CXIII. pag. 151. *b.* In vigilia App. Petri & Paulli Hom. eiuſdem, ut ibid. §. CLX.

CXIV. pag. 153. *b.* In natale Apoſtolorum Petri & Paulli Sermo S. Leonis Papae, ut ſupra pag. 388. §. LXXXVI.

CXV. pag. 154. *b.* Vnde ſupra Sermo. Inc. *Exſultemus in Domino, dilectiſſimi, & ſpirituali iucunditate laetemur, quia unigenitus Patris Filius D. N. I. C. &c.* Deſ. *quem totius Eccleſiae principem fecit ad laudem & gloriam nominis ſui.* Inter Opera S. Leonis Papae Tom. I. pag. 101. ſed multo brevior, quam in Codice; heic enim poſt verba *ligaverit, aut ſolverit*, ita ſequitur: *inſtante autem paſſione ſua, quae diſcipulorum erat turbatura conſtantiam &c.* quae unius circiter paginae dimidio continentur.

CXVI. pag. 155. Vnde ſupra Sermo. Inc. *Apoſtolici natalis gaudio F. C. Petri, & Paulli, quorum hodie beatiſſimis paſſionibus iucundamur &c.* Deſ. *effuſione devoti ſanguinis conſecrarunt.* Inter Sermones S. Maximi in calce Operum S. Leonis Papae Tom. II. pag. 142.

CXVII. pag. ead. *b.* Vnde ſupra Sermo S. Maximi Epiſc. Inc. *Beatiſſimorum Apoſtolorum Petri & Paulli inſeparabilem fidem paſſionemque germanam.* Deſ. *eorum nunc peculiari devota patrocinio gloriatur.* Loc. cit. p. 143.

CXVIII. pag. ead. Item Sermo eiuſdem. Inc. *Beatiſſimorum Apoſtolorum paſſio, fratres, quorum hodie natalem ſolemniter celebramus, cunctis eſt honorare credentibus.* Deſ. *& pii ſanguinis effuſione fundarunt.* Loc. cit. & ead. pag.

CXIX. pag. 156. Hom. Venerab. Bedae presb. ut ſupra pag. 377. §. CLXI. aliquantum in fine diverſa.

CXX. pag. 158. In S. Paulli. Sermo S. Ioannis Oſaurei. Inc. *Beatus Paullus, qui tantam vim humanae alacritatis oſtendit, ut ad caelum quoque ipſum valeat ſubvolare.* Deſ. *& incorruptibiles conſequamur coronas, gratia & miſericordia D. N. I. C. cui eſt gloria &c.*

CXXI. pag. 159. Vnde ſupra Sermo S. Hieronymi presb. Poſt Evang. verba, *Tunc reſpondens Petrus dixit: Ecce nos reliquimus omnia &c.* Inc. *Grandis fiducia, Petrus piſcator erat, dives non fuerat &c.* Deſ. *quaſi nihil habentes, & omnia poſſidentes.* Apud Cum-Dium Tom. IV. pag. 1225.

CXXII. pag. 159. *b.* Homilia S. Hilarii Epiſc. ut ſupra pag. 377. §. CLXII.

CXXIII. pag. 160. *b.* In oct. Apoſtolorum. Sermo Hieronymi presbyt. ut ibid. pag. 378. §. CLXIII.

CXXIV. pag. 161. *b.* Sermo Venerab. Bedae presb. de Catenis S. Petri ex hiſtoria Angelorum. Inc. *Sollemnem obſervantiam huius feſtivae diei, a ritibus gentilium ſuperſtitionem in religione commutans, ſuſcepit Eccleſia Dei.* Deſ. *ubi cum omnibus ſanctis feliciter gaudentes laudemus eum in ſaecula &c.*

CXXV. pag. 163. *b.* Eadem die SS. Maccabaeorum. Poſt hiſtoriam ipſorum martyrii ſequitur Beati Gregorii Papae Homilia, ut ſupra pag. 389. §. XCIV.

CXXVI. pag. 165. VIII. Id. Auguſti Transfiguratio Domini. Sermo Effrem. Inc. *De regionibus meſſis gaudium, de vinea fructus ſuavitatis, de ſcripturis autem doctrina vivificans.* Deſ. *& eos adoras ſine errore, per quem Patri & Filio &c.*

CXXVII. pag. 167. *b.* Sermo (ut in margine recentiſſima manu adnotatur) S. Leonis Papae. Inc. *Quum omnium, dilectiſſimi, ſumma virtutum & totius plenitudo iuſtitiae de illo amore naſcatur.* Deſ. *conſtantis fidei perſeverantia muniamur. Per Dominum &c.* Inter eius Sermones Tom. I. pag. 86.

CXXVIII. pag. 168. In vig. S. Laurentii. B. Gregorii Papae Homil. ut ſupra pag. 321. §. LXVII.

CXXIX. pag. 170. Vnde ſupra. Sermo S. Maximi Epiſc. Inc. *Sanctum eſt, fratres, ac Deo placitum, ut natalem Beati Laurentii praecipua devotione veneremur.* Deſ. *confuſa torpeſceret.* Inter eius Sermones in calce Operum Leonis Tom. II. pag. 148.

CXXX. pag. ead. *b.* Vnde ſupra Sermo. Inc. *Sicut patrum noſtrorum, F. C. non incerta relatione didicimus, quum venerabilis Xiſtus &c.* Deſ. *ignem ſaeculi patienter ſuſtinuit, & confidenter evaſit.* Ibid. pag. 149.

CXXXI. pag. 171. Item unde ſupra. Inc. *Beatiſſimi Laurentii F. C. annua ſemperque nova feſtivitas Eccleſiam Dei &c.* Deſ. *incorruptae lucis illuminatione fulgere.* Ibid. p. 204.

CXXXII. pag. ead. *b.* Vnde ſupra Sermo. Inc. *Quamvis F. C. Beati Laurentii paſſionem, quae in praeſenti die perfidia ſaeculi triumphavit &c.* Deſ. *perſequentis inſaniam triumphali voce damnavit.*

CXXXIII. pag. 172. Vnde ſupra. Inc. *Beatiſſimi Laurentii martyris, cuius natalem hodie celebramus, paſſionem noſſe vos credo.* Deſ. *fructus colligere cum gaudio, & exultatione poſſimus, praeſtante &c.* Occurrit etiam ſupra pag. 110. §. LXXVII. ubi tamen finis eſt diverſus, quia heic multo longius producitur. In Append. Auguſtin. num. CCVI.

CXXXIV. pag. ead. *b.* Vnde ſupra Sermo, ut ſupra pag. 104. §. III. ſub titulo: *De grano ſinapis, & de S. Laurentio ipſi grano ſinapis comparato.*

CXXXV. pag. 173. *b.* Vnde ſupra Sermo S. Fulgentii. Inc. *Ad exhibendum veſtrae charitati ſermonem & feſtivitas beati martyris, & auctoritas tanti patris &c.* Deſ. *ubi cum ſanctis martyribus ſine fine laetemur.*

CXXXVI. pag. 175. Homil. S. Auguſtini Epiſc. ut ſupra pag. 389. §. XCVI. Heic tamen in fine longior eſt, & deſinit: *& honorificante patre glorioſiſſimas receperunt coronas.*

CXXXVII. pag. 175. *b.* Sermo S. Hieronymi ad Paullam, & Euſtochium de Aſſumptione S. Mariae, ut ibidem §. XCVII. Heic

Heic clauditur ſequentibus verſiculis, ad inſtar tamen ſolutae orationis exaratis:

Hic Theotokos ſacrae verſatur Sermo Mariae,
Hieronymus prudens quam (ſic) *condidit ille ſacerdos;*
Qualiter haec claros aſſumpta petivit Olympos.
Ex cuius merito mundus virtutibus omnis
Vt Superi gaudent mirandum iure miniſtri,
Optatam pariter per quam meruere ſalutem,

CXXXVIII. pag. 184. Vnde ſupra Sermo S. Auguſtini Epiſc. Inc. *Celebritas hodiernae diei admonet, ut in laude Virginis immorari debeamus*. Deſ. *commendare dignetur in caelis: quod ipſe praeſtare dignetur &c.* Apud Cum-Dium Tom. IV. pag. 627, ſub Hildephonſi Toletani nomine,

CXXXIX. pag. ead. *b.* Vnde ſupra Sermo S. Ioannis Chryſoſtomi. Inc. *Sanctus & ſollemnis dies ſacrae Virginis totum mundum luce perfudit*. Deſ. *Adam novus recuperat Dominus Ieſus Chriſtus, qui cum Patre &c.*

CXL. pag. 185. *b.* Homil. S. Auguſtini Epiſc. ut ſupra pag. 378. §. CLXVII.

CXLI. p. 186. *b.* In Decollatione S. Ioannis Baptiſtae. Homil. Venerab. Bedae presb. in Evang. Marc. *Audivit Herodes Tetrarcha*. Inc. *Natalem F. C. Beati Ioannis Baptiſtae diem celebrantes, oportet ut non ſolum &c.* Deſ. *ut nos, qui de terra ſumus ſublevares ad caelos Ieſus Chriſtus &c.* Operum To. VII. p. 177.

CXLII. pag. 189. In natale S. Mariae. Hieronymi Sermo, ſeu Libellus praevia Epiſtola inſcripta: *Chromatio, & Hioborti Epiſc.* Inc. *Petis a me petitiunculam opera quidem levem*. Deſ. *huius praefationem habuiſſe*. Sermo vero, ſeu potius Libellus inc. *Petitis a me ut vobis reſcribam, quid mihi de quodam libello videatur, qui de Nativitate ſanctae Mariae a nonnullis habetur*. Deſ. *& peperit primogenitum ſuum, ſicut ſancti Evangeliſtae docuerunt, Dominum noſtrum &c.*

CXLIII. pag. 191. In natali S. Mariae Virginis. Homil. Remigii Epiſc. in Evang. Matth. *Liber generationis Ieſu Chriſti &c.* Inc. *Liber eſt interior cortica corticis*. Deſ. *& finitis laboribus poſt hanc vitam potenter remunerat*. Occurrit ſupra pag. 389. §. C. ſed in fine penitus diverſa eſt.

CXLIV. pag. 196. In natale S. Matthaei Apoſt. & Evang. Homil. eiuſdem in Evang. Matth. *Vidit Ieſus hominem ſedentem ad teloneum*. Inc. *Huius quoque vocationis tres ſancti Evangeliſtae faciunt mentionem, & eamdem curationi paralytici iungunt*. Deſ. *profectibus enim virtutum & bonorum operum paſcitur Ieſus & delectatur*.

CXLV. pag. 197. *b.* In natale Apoſt. Simonis & Iudae. Homil. eiuſdem in Evang. Matth. *Convocatis Ieſus duodecim diſcipulis*. Inc. *Narrat ſuperius ſanctus Evangeliſta, quia cohortatus eſt Dominus diſcipulos ſuos rogare dominum meſſis*. Deſ. *& vos & aliis abſque ullo munere tribuite*.

CXLVI. pag. 201. In Vig. S. Andreae Apoſt. Homil. Bedae presb. ut ſupra pag. 379. § CLXXVI.

CXLVII. pag. 203. In natale S. Andreae. Hom. S. Gregorii Papae, ut ibidem §. CLXXVII.

CXLVIII. pag. 204. Homil. lectionis eiuſdem in Evang. Ioan. *Haec mando vobis, ut diligatis invicem*. Inc. *In lectione Evangelica, quae hanc antecedit dixerat Dominus: Non vos me elegiſtis*. Deſ. *quum ſe ipſe diligat oderitque perverſe*. Apud Cum-Dium Tom. IV. pag. 842.

CXLIX. pag. ead. *b.* In feſtivitatibus Apoſtolorum. Homil. S. Gregorii Papae, ut ſupra pag. 320. §. LXV.

CL. pag. 207. In natale Evangeliſtarum. Homil. eiuſdem, ut ſupra pag. 380. §. CLXXXII,

CLI. pag. 211. In natale unius martyris. Sermo S. Fulgentii. Inc. *Beatus iſte martyr, cuius hodiernus illuxit dies, virtute charitatis indutus certamen bonum certavit*. Deſ. *fructus colligere cum gaudio & exultatione poſſimus, illo utique adiuvante &c.*

CLII. pag. ead. *b.* Homil. S. Gregorii Papae, ut ſupra pag. 380. §. CLXXXIV.

CLIII. pag. 214. In natale plurim. martyrum. Sermo S. Auguſt. Epiſc. ut ſupra p. 110. §. LXXXIII. ſub titulo *De paſſione, vel natale SS. Octavii, Adventii, & Solutoris, qui Taurinis paſſi ſunt*.

CLIV. pag. ead. *b.* Vnde ſupra Sermo eiuſdem, ut ſupra pag. 391. §. CXVIII.

CLV. pag. 215. *b.* Vnde ſupra Sermo, ut ibidem §. CXIX.

CLVI. pag. 216. In natale plurim. martyr. Homil. S. Gregorii Papae, ut ſupra pag. 380. §. CLXXXIII.

CLVII. pag. 218. *b.* In natale Confeſſorum. Hom. eiuſdem, ut ibid. §. CLXXXV.

CLVIII. pag. 219. *b.* In natale Confeſſorum Sermo S. Fulgentii Epiſc. ut ſupra pag. 391. §. CXXIII. ubi quatuor circiter verſus in fine longior; heic enim deſinit in verbis: *fideles facias & prudentes*.

CLIX. pag. 221. *b.* In nat. Confeſſorum. Homil. S. Gregorii Papae, ut ſupra pag. 380. §. CLXXXVI.

CLX. pag. 223. In nat. Virginis Homil. eiuſdem, ut ſupra pag. 321. §. LXIX.

CLXI. pag. 224. In nat. Virginis Homil. eiuſdem, ut ſupra pag. 380. §. CLXXXVIII.

CLXII. pag. 226. In Dedicatione Eccleſiae. S. Maximi Epiſcopi Sermo, ut ſupra p. 322. §. LXXI. ſub Auguſtini nomine, & ſub titulo diverſo.

CLXIII. p. 227. In Dedicat. Eccleſiae. Hom. Bedae presbyt. in Evang. *Facta ſunt encaenia*. Inc. *Audivimus ex lectione Evangelica F. C. quia facta ſunt encaenia in Hieroſolymis*. Deſ. *ad praemia quae promiſit perpetuae ſuae viſionis introducat Ieſus Chriſtus Dominus noſter, qui vivit &c.* Oper. Tom. VII. p. 243. ubi multo brevior, nam poſt verba *aeterna cum Deo gaudia patriae caeleſtis intrabunt* ſequuntur alia, quae

Digitized by Google

quae duas implent paginas, & incipiunt: *Nam quia Dominus noſter octavo die &c.*

CLXIV. pag. 230. In idem argumentum alia eiuſdem Homilia, ut ſupra pag. 379. §. CLXXVIII.

CLXV. pag. 233. In Dedicatione Eccleſiae Homil. eiuſdem, ut ſupra pag. 392. §. CXXXI.

CLXVI. pag. 234. Vltimo tandem loco occurrit Sermo S. Ambroſii Epiſc. cui ſequens monumentum ab eodem ſcriptore praefixum legitur: *In nomine Domini Amen. Hoc eſt exemplum cuiuſdam Sermonis B. Ambroſii Ep. exemplati de uno ex libris exiſtente in Eccleſia B. Laurentii martyris extra muros urbis per . . . Infraſcriptum Angelum Notarium ſcriptum coram ſubſcriptis litteratis & teſtibus: cuius tenor talis eſt.* Sermo igitur incipit: *Glorioſa memoria ſanctiſſimorum martyrum Stephani, & Laurentii principum victorioſi exercitus martyrii dum ſuae claritatis lumine nos accendis.* Deſ. *ut dum in terris nos humili frequentamus obſequio, veſtris orationibus ſatietatem Dominiei vultus obtineamus in Caelo. Amen.* Hic autem Sermo diverſa manu videtur eſſe conſcriptus, & abeſt ab editione citata Operum Ambroſii.

Codex membranac. Ms. in folio maximo Saec. XI. binis columnis, & charactere grandiori exaratus, optimeque ſervatus. Conſtat foliis ſcriptis 234.

HOMILIARIVM DIVERSORVM AVCTORVM.

A Dominica I. de Adventu Domini uſque ad Feriam V. poſt Dominicam Reſurrectionis.

Cod. XL. AVctores Homiliarum, quae in hoc Volumine continentur, ſunt Ambroſius, Auguſtinus, Beda, Epiphanius, Gregorius, Hieronymus, Hilarius, Ioannes Chryſoſtomus, Leo, Origenes, Remigius, Severianus, & Anonymus.

I. pag. 1. Dom. I. de Adventu Domini. Hom. S. Ioan. Chryſoſtomi in Evang. Matth. *Quum appropinquaſſet Ieſus Hieroſolymis.* Inc. *Puto, res ipſa exigit, ut quaeramus, quid eſt, quod frequenter quidem Ieſus venit in Ieruſalem.* Deſ. *& pretioſi ſui ſanguinis effuſione ſalvavit, qui cum Deo Patre &c.* Apud CumDium Tom. II. pag. 914. ſub Auctoris imperfecti in Matth. nomine.

II. pag. 3. Ead. Dom. Homil. B. Hieronymi presb. in idem Evang. Inc. *Egreditur de Iericho turbis eductis inde quamplurimis, & caecis reddita ſanitate.* Deſ. *ut omne genu ei flectatur caeleſtium, terreſtrium, & infernorum.*

III. pag. ead. *b.* Vnde ſupra. Homil. B. Ioan. Oſaurei, ut ſupra pag. 393. §. III. Haec autem in novem veluti ſectiones dividitur.

IV. pag. 12. Vnde ſupra. Homil. S. Remigii Epiſc. in Evang. Matth. *Sicut enim fulgur exit ab Oriente.* Inc. *Nomine quoque Orientis, & Occidentis totum orbem terrarum voluit ſignificare.* Deſ. *hoc eſt, quod hic ait, unus adſumetur, & unus relinquetur.* Exſtat & ſupra pag. 394. §. VI. ſed in principio multo longior eſt, & Ambroſio tributa.

V. pag. 14. *b.* Vnde ſupra. Homil. B. Hieronymi presbyt. ut ibid. pag. 393. §. IV. Ambroſio tributa.

VI. pag. 15. *b.* Vnde ſupra. Homil. B. Epiphanii Epiſc. ut ibid. pag. 394. §. V. item Ambroſio tributa.

VII. pag. 17. Homil. B. Auguſtini Epiſc. in Evang. Matth. *Quum videritis abominationem deſolationis.* Inc. *Diſcere & intelligere debemus, fratres chariſſimi, quia Chriſtianus dum in hoc corpore vivit.* Deſ. *ſed cum iuſtis & Deum timentibus pervenire ad aeternum praemium mereatur &c.*

VIII. pag. 18. Dom. II. de Adventu Domini. Homil. B. Gregorii Papae habita in Baſilica B. Petri Apoſt. ad populum, ut ſupra pag. 296. §. III.

IX. pag. 19. Vnde ſupra Homil. ex tractatu B. Ambroſii Epiſc. in idem Evang. ut ſupra pag. 393. §. II.

X. pag. ead. *b.* Dom. III. de Adventu. Homil. B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica SS. Marcellini, & Petri, ut ſupra pag. 362. §. II.

XI. pag. 21. Vnde ſupra. Homil. ex tractatu Ioannis Oſaurei in idem Evang. ut ſupra pag. 394. §. VIII. ubi pauca deerant in fine; heic vero eſt integra, & deſinit: *vide ergo, quia omnibus ſanctis eſt maior, cui ſolus Chriſtus eſt prior.*

XII. pag. 22. *b.* Vnde ſupra. Homil. B. Remigii in idem Evang. ut ibid. §. IX. ſub Ambroſii nomine; ſed in hoc multo eſt longior, quam in illo; poſt enim verba: *ſed etiam cyathi facti ſunt*, in quibus ibi deſinit, heic per aliam circiter paginam proſequitur ita: *Amen dico vobis: non ſurrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptiſta: quia dixerat Dominus &c.* ac deſinit: *hoc eſt in praeſenti Eccleſia maior eſt illo.*

XIII. pag. 25. Dom. IV. de Adventu. Homil. B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica B. Petri Apoſt. ut ſupra p. 297. §. VII.

XIV. pag. 26. *b.* Vnde ſupra. Hom. Auguſtini Epiſc. in Evang. Ioan. *Miſerunt Iudaei ab Hieroſolymis &c.* Inc. *Saepiſſime audivit ſanctitas veſtra, & optime noſtis, quoniam Ioannes Baptiſta &c.* Deſ. *& ex ſervo amicus fieri meruit: haec in Bethania facta ſunt trans Iordanem, ubi erat Ioannes baptizans.* Apud Combef. Tom. I. pag. 70. in fine vero duobus verſibus longior eſt in Codice.

XV. pag. 28. Fer. IV. Homil. B. Ambroſii in Evang. Luc. *Miſſus eſt Gabriel Angelus &c.* ut ſupra pag. 365. §. XXXI.

XVI. pag. 29. *b.* Fer. VI. Homil. lectionis eiuſdem ex tractatu B. Ambroſii Epiſc.

in

Digitized by Google

in Evang. Luc. *Exſurgens Maria abiit in montana*, ut ſupra pag. 394. §. XII. Heic tamen ſex verſus in fine longior, & deſ. *inanes autem dies ſunt impiorum*.

XVII. pag. ead. *b*. Eadem die. Homil. lectionis eiuſdem ex tractatu Origenis in idem Evang. ut ibid. §. XIII.

XVIII. pag. 32. Sabb. Homil. ex tractatu Ambroſii Epiſc. in Evang. Luc. *Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem*, ut ibidem §. XIV. Gregorio tributa; in fine vero aliquantum diſcrepat; poſtrema enim in hoc verba ſunt: *non natura ſui noxius, utpote quia mala improbitatis accumulet*.

XIX. pag. 34. Homil. B. Gregorii Papae in Evang. Luc. *Anno quintodecimo Imperii Tiberii Caeſaris*, ut ſupra pag. 363. §. VIII. ſed heic initium eſt aliquanto diverſum. Incipit enim: *Redemptoris verbum praedicationis accepit memorato Romanae Reip. principe &c.*

XX. pag. 37. Homil. S. Auguſtini Epiſc. in Evang. Ioan. *Ioannes teſtimonium perhibebat de Chriſto*, ut ſupra pag. 395. §. XVI.

XXI. pag. 39. *b*. In vigilia Natalis Domini. Hom. ex tractatu B. Hilarii Epiſc. in Evang. Matth. *Quum eſſet deſponſata Mater Ieſu*, ut ibid. §. XVII.

XXII. pag. 40. Vnde ſupra in idem Ev. Poſt Evangelii verba *Quum eſſet deſponſata &c.* inc. *Quaeritur quare non de ſimplici virgine, ſed de deſponſata concipitur*. Deſ. *ſed eum qui primus natus ſit*. Deſumpta eſt Homilia ex Hieronymi Expoſit. in Matth. Cap. I. verſ. 18. Apud Combef. Tom. I. pag. 101. ſed in Codice dimidio ferme longior eſt, quam in edit. poſt enim verba, *quia ipſe ſalvum faciet populum ſuum*, alia ſequuntur, quorum initium: *Ieſus autem Hebraeo ſermone Salvator dicitur &c.*

XXIII. pag. ead. *b*. Homil. S. Ioan. Oſaurei in idem Evang. ut ſupra pag. 395. §. XIX.

XXIV. pag. 42. Vnde ſupra Homil. ex tractatu Origenis in idem Evang. ut ibid. §. XVIII.

XXV. pag. 44. In nocte Natalis Domini. Homil. B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica B. Mariae in praeſepe, ut ſupra pag. 298. §. XVII.

XXVI. pag. ead. *b*. Vnde ſupra. Homil. S. Ambroſii Epiſc. in Evang. Luc. *Exiit edictum a Caeſare Auguſto*, ut ſupra pag. 395. §. XXII.

XXVII. pag. 46. Eadem die. Homil. eiuſdem in Evang. Luc. *Paſtores loquebantur ad invicem*, ut ibid. pag. 396. §. XXIV. ſed heic multo eſt longior: etenim poſt verba *praeceptum non accepit, exemplum edidit*, in quibus ibi definit, heic ita proſequitur: *Qua* (1) *gratia, vel quibus laudibus hunc diem Natalis Domini praedicem, prorſus ignoro &c.* Definit autem: *ſimili nobiſcum laetitiae vicinitate gaudere*. Haec autem veluti ſecunda pars habetur apud Combef. Tom. I. pag. 149. col. 2. & progreditur uſque ad verſum 48.

XXVIII. pag. ead. *b*. S. Auguſtini Epiſc. Hom. in Evang. Ioan. *In principio erat Verbum*. Inc. *Ne vile aliquid putares, quale conſueviſti cogitare, quum verba humana ſoleres audire*. Deſ. *dedit eis poteſtatem filios Dei fieri*. Compacta eſt ex duobus fragmentis Homiliae primae & ſecundae S. Auguſtini, quae habentur loc. cit. pag. 312. ſeqq. Initium autem incidit in pag. 314. col. 2. verſ. 49. finis vero in pag. 319. col. 1. verſ. 40. ubi notandum eſt Codicis lectionem eſſe pluribus in locis interpolatam.

XXIX. pag. 48. Eadem die unde ſupra. Homil. S. Auguſtini de verbis Domini in idem Evang. Inc. *Capitulum Evangelii, quod lectum eſt, fratres dilectiſſimi, purum oculum cordis inquirit*. Deſ. *ut impleamini in omnem plenitudinem Dei*. Inter Auguſtinianos CXVII.

XXX. pag. 52. Homil. ex tractatu Origenis in idem Evang. ut ſupra pag. 396. §. XXV.

XXXI. pag. 56. *b*. In natale S. Stephani martyris. Homil. S. Ioan. Oſaurei in Evang. Matth. *Ecce ego mitto ad vos prophetas*. Inc. *Prophetas, & Sapientes, & Scribas Apoſtolos dicit*. Deſ. *ſed propter odibiles malitias veſtras*. Apud Combef. Tom. I. pag. 368. (per errorem 364.) Occurrit etiam ſupra pag. 363. §. XIII. ſed aliquanto brevior; ultima enim verba ibi relata, *& ſic omnis Iſrael ſalvus fieret*, incidunt in edit. pag. 372. col. 1. verſ. 60.

XXXII. pag. 60. *b*. Vnde ſupra. Lectio in idem Evang. Poſt repetita Evangelii verba inc. *Simulque obſerva iuxta Apoſtolum ſcribentem ad Corinthios varia dona eſſe diſcipulorum Chriſti: alios prophetas, qui ventura praedicant &c.* Deſ. *confiteantur benedictum, qui venit in nomine Domini, & Chriſti ora conſpicient*.

XXXIII. pag. 61. In natale S. Ioan. Evangeliſtae. Homil. B. Auguſtini Epiſc. in Evang. Ioan. *Dixit Ieſus Petro, ſequere me &c.* ut ſupra pag. 363. §. XIV. Finis vero concordat cum Codice XXXVIII. huius Plutei, ſupra pag. 396. §. XXVIII.

XXXIV. pag. 64. In natale Innocentum. Homil. Origenis in Evang. Matth. *Apparuit Angelus Domini*, ut ſupra p. 396. §. XXIX.

XXXV. pag. 67. Homil. S. Ioann. Oſaurei in idem Evang. ut ibid. §. XXX. ſub Ambroſii nomine.

XXXVI. pag. 67. *b*. Dom. I. poſt Natalem Domini. Homil. Origenis in Evang. Luc. *Erant Ioſeph, & Maria mater Domini Ieſu mirantes*, ut ſupra pag. 363. §. XVII.

XXXVII. pag. 69. *b*. In Octava Natalis Domini. Sermo anepigraphus in Evang. Luc. *Poſtquam conſummati ſunt dies octo &c.* ut ſupra pag. 300. §. XXXVII.

XXXVIII. pag. 71. In vigilia Epiph. Domini.

(1) Hoc quidem eſt initium Homiliae in Codice X. Plut. XIV. ſupra pag. 105. §. XV. ſed heic quum nullum auctoris nomen praeſeferat, neque ab illuminata littera, uti ceterae Homiliae, incipiat, non videtur eſſe novae alicuius Homiliae exordium.

mini. Homil. Remigii Archiepiſc. in Evang. Matth. *Defuncto Herode, ecce Angelus Domini*, ut ſupra pag. 364. §. XVIII.

XXXIX. pag. 73. In vigilia Epiphaniae Domini. Sermo anepigraphus in idem Evang. ut ſupra pag. 397. §. XXXV. ſub nomine Ioannis Oſaurei.

XL. pag. 73. *b.* In Epiphania Domini. Homil. S. Gregorii Papae in Evang. Matth. *Quum natus eſſet Ieſus*, ut ſupra pag. 301. §. IL.

XLI. pag. 75. Homil. anepigrapha in idem Evang. ut ſupra pag. 397. §. XXXVII. ſub Ambroſii nomine.

XLII. pag. 76. *b.* Homil. anepigrapha in Evang. Luc. *Factum eſt quum baptizatus eſſet omnis populus &c.* ut ibid. §. XXXVIII. item Ambroſio tributa, ubi tamen mutila erat; heic vero definit: *qui ſolidiorem cibum afferre non poſſunt.*

XLIII. pag. 85. *b.* Dom. I. poſt Epiphaniam Domini. Homilia Anonymi in Evang. Luc. *Quum factus eſſet Ieſus annorum duodecim*. Inc. *Quum autem duodecim eſſet annorum Ieſus, remanſit in Ieruſalem. Parentes eius ignorantes quaerunt eum ſollicite, & non inveniunt &c.* Def. *neque enim poterat humana cognatio Dei filium continere*. Apud Combef. Tom. II. pag. 118. ſub Origenis nomine: & eſt tota Homilia prima, & magna pars ſecundae; ultima enim verba mox recitata incidunt in edit. pag. 119. col. 1. verſ. 23. Inter poſtrema vero Homiliae primae: *cuius lex, cuius & templum eſt* (omittitur enim in Codice concluſio *cui eſt gloria & imperium in ſaecula ſaeculorum amen*) & prima verba Homiliae ſecundae duodecim verſus intercedunt in Codice.

XLIV. pag. 86. *b.* Alia Homilia item Anonymi in idem Evang. ut ſupra pag. 397. §. XL. Ambroſio tributa.

XLV. pag. 87. Fer. IV. Homilia Anonymi in Evang. Matth. *Venit Ieſus a Galilaea in Iordanem ad Ioannem*. Inc. *Triplicem ob cauſſam Salvator ab Ioanne accepit baptiſmum*. Def. *ne quis putaret vocem patris ad Ioannem factam, non ad Dominum.*

XLVI. pag. ead. In Octava Epiphaniae Domini. Homil. B. Auguſtini Epiſc. in Ev. Ioan. *Vidit Ioannes Ieſum venientem ad ſe*, ut ſupra pag. 397. §. XLIII.

XLVII. pag. 91. Dom. I. poſt oct. Epiphaniae. Homil. eiuſdem in Evang. Ioan. *Nuptiae factae ſunt &c.* ut ſupra pag. 301. §. LII.

XLVIII. pag. 96. *b.* Dom. III. poſt Epiph. Homil. Origenis, ut ſupra pag. 398. §. XLV.

XLIX. pag. 99. *b.* Vnde ſupra Hom. S. Remigii Archiepiſc. in Evang. Matth. *Quum deſcendiſſet Ieſus de monte*. Inc. *Mons iſte, de quo ſanctus Evangeliſta narrat Dominum deſcendiſſe, quis fuerit &c.* Def. *& oportet, ut peccator haec omnia ad exemplum ſacrarum ſcripturarum agat.*

L. pag. 101. *b.* Dom. IV. poſt Epiphaniam. Homil. eiuſdem in Evang. Matth. *Adſcendente Ieſu in naviculam*. Inc. *In hac quoque navigatione duae ſubſtantiae unius eiuſdemque perſonae D. N. I. C. demonſtrantur.* Def. *& tranquillitatem reddet, & portum ſalutis indulgebit.*

LI. pag. 103. Vnde ſupra. Hom. B. Io. Oſaurei in idem Evang. Inc. *Navigante Domino cum diſcipulis orta magna tempeſtas eſt.* Def. *quae gubernari a Chriſto Domino non meretur*. Apud Combefiſ. Tom. II. pag. 261. ſub Auctoris imperfecti in Matth. nomine.

LII. pag. 104. *b.* Vnde ſupra. Homil. eiuſdem in Evang. Matth. *Quum veniſſet Ieſus trans fretum in regionem Geraſenorum*. Inc. *Poſt ſedatam igitur tempeſtatem maris tranquillitate reddita*. Def. *credentes Chriſto ſalvati ſunt, & quotidie ſalvantur. Cui laus &c.*

LIII. pag. 105. *b.* Dom. V. Homil. ex tractatu Ambroſii Epiſc. in Evang. Luc. *Regreſſus eſt Ieſus in virtute ſpiritus*. Inc. *Completur hoc loco prophetia Iſaiae dicentis: regio Zabulon, & terra Nephthalim*. Def. *atque a paucis quidem affligeretur, ſed pro toto mundo moreretur.*

LIV. pag. 107. In Purificatione S. Mariae. Homil. B. Bedae presb. in Evang. *Poſtquam impleti ſunt*, ut ſupra pag. 302. §. LVII.

LV. pag. 108. *b.* Dom. in Septuag. Hom. Ioan. Oſaurei in Evang. Matth. *Simile eſt regnum caelorum*, ut ſupra pag. 398. §. XLIX.

LVI. pag. 111. *b.* Eadem die Homil. ex tractatu B. Auguſtini Epiſc. in idem Evang. Inc. *Comparatio omnis per ſe abſoluta eſt, ſed perſonis diſtinguenda & temporibus eſt*. Def. *primis & noviſſimis largiatur*. Apud Cum-Dium Tom. I. pag. 674. ſub Hilarii Pictav. nomine. Initialis huius Homiliae littera Epiſcopi figuram, qui forte Auguſtinus eſt, cum baculo paſtorali exhibet & cum faſciola ſupra caput.

LVII. pag. 112. Eadem Dom. Homil. ex tractatu Hieronymi presb. in idem Evang. Inc. *Parabola iſta, vel ſimilitudo regni caelorum ex his, quae praemiſſa ſunt, intelligitur*. Def. *multi enim ſunt vocati, pauci vero electi*. Apud Cum-Dium Tom. I. pag. 614.

LVIII. pag. ead. *b.* Eadem die Dominica. Homilia B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica B. Laurentii Mart. in idem Evang. ut ſupra pag. 302. §. LIX.

LIX. pag. 114. Dom. in Sexag. Homil. eiuſdem in Evang. Luc. *Exiit qui ſeminat &c.* ut ibid. §. LX.

LX. pag. 115. *b.* Dominica in Quinquag. Homil. eiuſdem in Evang. Luc. *Ecce adſcendimus Hieroſolymam*, ut ibid. §. LXI.

LXI. pag. 117. Eadem die Homil. S. Ambroſii Epiſc. in Evang. Luc. *Quum appropinquaret Ieſus Iericho*. Inc. *In Libro ſecundum Matthaeum duo introducuntur, hic unus; ibi egredienti Ierichο, hic appropinquanti*. Def. *re-*

Digitized by Google

linquebat ſua, & Dominum ſequebatur. Apud Cum-Dium Tom. I. pag. 700.

LXII. pag. ead. *b.* Fer. IV, Caput ieiunii. Hom. ex tractatu Origenis in Evang. Matth. *Quum ieiunatis &c.* ut ſupra p. 303. §. LXIII.

LXIII. pag. 119. Eadem die Homilia Ioan. Oſaurei in idem Evang. Inc. *Sicut in ſuperioribus praeceptis, ita quoque circa ieiunii obſervationem &c.* Deſ. *qui eſt auctor vitae & immortalitatis aeternae: cui laus &c.* Apud Combeſ. Tom. II. pag. 380.

LXIV. pag. 120. Fer. V. Homil. S. Severiani Epiſc. in Evang. Matth. *Quum introiſſet Ieſus Capharnaum*, ut ſupra pag. 365. §. XXXVI.

LXV. pag. 121. Eadem die Homilia S. Auguſtini Epiſc. in idem Evang. Poſt Evangelii verba: *Et ecce quidam Regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum &c.* inc. *Qui rogabat non credebat: quid exſpectas a me audire.* Deſ. *ſuſcipiat eum patria quam generavit.*

LXVI. pag. 122. *b.* Fer. VI. Homilia ex tractatu Ioan. Oſaurei in Evang. Matth. *Audiſtis quia dictum eſt antiquis.* Inc. *Per omnia vult nos Dominus in praeceptis ſuis eſſe perfectos.* Deſ. *quia orationis precem audire conſuevit, qui eſt benedictus &c.* Apud Combeſ. To. II. pag. 448.

LXVII. pag. 123. *b.* Eadem die Homilia ex tractatu Origenis in idem Evang. ut ſupra pag. 303. §. LXVI. Initialis littera rudi calamo delineata Origenis, ut puto, effigiem repraeſentat, cui nimbus capiti inhaeret.

LXVIII. pag 125. *b.* Sab. Homil. S Hieronymi presb. in Evang. Matth. *Quum ſero eſſet factum &c.* ut ſupra pag 399. §. LV. ſub Auguſtini nomine.

LXIX. pag. 127. Dom. I. in Quadrageſ. B. Gregorii Papae Homil. in Evang. Matth. *Ductus eſt Ieſus in deſertum &c.* ut ſupra pag. 303. §. LXXI.

LXX. pag. 128. *b.* Eadem die Homil. S. Ioan. Oſaurei in idem Evang. Inc. *Incomparabilis Domini patientia, & admirandae humilitatis exemplum!* Deſ. *quia Angeli miniſtrare non poterant niſi Domino, & creatori ſuo, unigenito Dei Filio, cui laus &c.* Apud Combeſ. Tom. cit. pag. 502.

LXXI. pag. 130. Eadem die Homilia B. Hieronymi presb. in idem Evang. Inc. *Ieſus ductus eſt in deſertum a ſpiritu, haud dubium, quin a ſancto ſpiritu. ut tentaretur a diabolo.* Deſ. *Angeli miniſtrant, ut victoris dignitas comprobetur.* Ibid. pag. 496.

LXXII. pag. ead. *b.* Eadem die Homilia ex tractatu S. Ambroſii Epiſc. in idem Evang. Inc. *Convenit recordari, quemadmodum de paradiſo in deſertum Adam primus eiectus ſit.* Deſ. *ut eas tentationes ſubeamus, quas ferre poſſimus.* Expoſit. in Luc. Oper. Tom. I. a pag. 1336. uſque ad pag. 1345. §. XLIII.

LXXIII. pag. 134. Fer. II. Homilia ex tractatu Origenis in Evang. Matth. *Quum venerit filius hominis*, ut ſupra pag. 304. §. LXXII.

LXXIV. pag. 137. Eadem die Homil. S. Auguſtini Epiſc. in idem Evang. ut ſupra p. 366. §. XLII.

LXXV. pag. 138. Eadem die Homil. B. Hieronymi presb. in idem Evang. Inc. *Dominus ac redemptor noſter poſt biduum paſcha facturus.* Deſ. *metum deinceps non habeat ruinarum.* Apud Combeſ. Tom. III. pag. 16.

LXXVI. pag. ead. Fer. III. Homilia eiuſdem in Evang. Matth. *Quum intraſſet Ieſus Hieroſolymam.* Inc. *Introeunte Ieſu cum turba tota Hieroſolymorum civitas commovetur mirans frequentiam, neſciens veritatem, & dicens: quis eſt hic &c.* Deſ. *eorum quippe vicus Bethania eſt.* Exſtat & ſupra pag. 304 §. LXXIII. ſine auctoris nomine, ſed in principio diverſa; ibi enim incipit a verbis: *In iſtis enim nunc duobus clamoribus &c.* quae in hoc ſunt prima ſequentis Homiliae. Haec autem concordat cum relata a Combeſiſ. Tom. III. pag. 42.

LXXVII. pag. 134. Vnde ſupra Homilia Origenis presb. in idem Evang. Inc. *In iſtis nunc duobus clamoribus dictis ex conſenſu praecedentium, & ſequentium Ieſum ipſe quidem intravit in Hieroſolymam veram.* Deſ. *nos vero orationi, & miniſterio verbi inſtantes erimus.* Ibid. pag. 40. ubi finis non concordat, quia brevior eſt in Codice; deſinit enim in verbis Act. 6. v. 1.

LXXVIII. pag. 140. Vnde ſupra Homilia ex tractatu Io. Oſaurei in idem Evangelium, ut ſupra pag. 399 §. LVIII. ſed heic finis diverſus, utpote decem verſus longior, deſinit autem: *ſed ubi ſanctitas floret.*

LXXIX. pag. 142. Fer. IV. Homil. ex tractatu Origenis in Evang. Matth. *Acceſſerunt ad Ieſum Scribae & Phariſaei*, ut ſupra pag. 304. §. LXXIV. ubi Ioanni Oſaureo tribuitur.

LXXX. pag. 145. *b.* Eadem die Homil. ex tractatu Hieronymi presb. in idem Evang. Inc. *Sic ſignum poſtulant, quaſi quae viderant ſigna non fuerint.* Deſ. *qui tamen intrare non poterunt, niſi alios rogaverint.* Apud Combeſ. Tom. II. pag. 61.

LXXXI. pag. 146. *b.* Fer. V. Homilia Auguſtini Epiſc. in Evang. Ioan. *Dicebat Ieſus ad eos, qui crediderant in eum Iudaeos.* Inc. *Si vos manſeritis in verbo meo, ideo manſeritis, quia initiati eſtis, quia & eſſe ibi coepiſtis.* Deſ. *quia ipſe genuit mendacium ſuum.*

LXXXII. pag. 151. Fer. VI. Hom. eiuſdem in Evang. Ioan. *Erat dies feſtus Iudaeorum*, ut ſupra pag. 400. §. LXI.

LXXXIII. pag. 154. Sabb. Hom. B. Leonis Papae in Evang. Matth. *Aſſumpſit Ieſus Petrum &c.* ut ſupra pag. 30 . § LXXVII.

LXXXIV. pag. 155. *b.* Eadem die Homil. Hieronymi presb. in idem Evang. Inc. *Quare Petrus & Iacobus & Ioannes in quibuſdam Evangeliorum locis ſeparentur a ceteris &c.* Deſ. *apud rudes animos ſequens crux ſcandalum faceret.* Apud Combeſ. Tom. III. pag. 149.

LXXXV. pag. 156. Dom. II. in Quadrag.

Hom.

Digitized by Google

Homil. Ioan. Oſaurei in Evang. Matth. *Egreſſus Ieſus ſeceſſit in partes Tyri*. Inc. *Mirare Evangeliſtam. Ecce mulier, caput peccati, arma diaboli, expulſio paradiſi, delicti mater, corruptio legis antiquae &c.* Deſ. *& pro his omnibus gratias agamus Deo vivo, cui eſt honor &c.* Haec Homilia licet quoad verba differat aliquantum, eadem tamen eſt quoad ſenſum cum illa, quam profert Combeſ. loc. cit. pag. 92. & inc. *Multae quidem ſaeviunt procellae &c.* Initium autem fit in Codice ab iis verbis, quae incidunt in edit. pag. 94. col. 1. verſ. 8. Quae tamen in edit. praecurrunt, ea novam in Codice Homiliam conſtituunt, ut paullo infra monebimus.

LXXXVI. pag. 158. Homil. Hieronymi presb. in idem Evang. ut ſupra pag. 400. §. LX. Heic quoque in littera initiali effigies quaedam rudi calamo delineata eſt, nimbo caput redimita, Doctorem fortaſſe maximum repraeſentans.

LXXXVII. pag. ead. *b*. Eadem die Hom. Ioan. Epiſc. Conſtantinopolitani in idem Ev. Inc. *Fratres chariſſimi, multi quidem confligunt venti ſaeviuntque procellae, ſed dum conventus non diſſolvitur, tentationis ſtudium violatur; non ceſſat Eccleſia, quae ſemper pugnat, & ſemper triumphat; tentatur, & non ſuperatur.* Deſ. *ſed veniamus ad cauſſam. Quid ergo Evangeliſta? Et inde tranſiens Dominus Ieſus venit in partes Tyri & Sidonis. Et ecce mulier Chananaea.* Eſt illa Homiliae pars, quam paullo ante §. LXXXV. fuiſſe praetermiſſam in Codice monuimus, & quidem quoad verba diverſa, quoad ſenſum vero ipſiſſima.

LXXXVIII. pag. 159. *b*. Fer. II. Homil. Auguſtini Epiſc. in Evang. Ioan. *Ego vado, & quaeretis me.* Inc. *Verba D. N. I. C. quae habuit cum Iudaeis.* Deſ. *quia per genitum facta ſunt tempora.* Exſtat & ſupra pag. 366. §. LI. ſed finis ideo diverſus, quia Codex hic ex duabus Homiliis, quae habentur in Codice XXXVI. §. LI. & LII. unam conficit: poſtrema autem verba, quae attulimus incidunt in dicto Codice XXXVI. viginti circiter verſus ante finem.

LXXXIX. pag. 162. *b*. Fer. III. Homilia Ioan. Oſaurei in Evang. Matth. *Super cathedram Moyſi &c.* ut ſupra p. 305. §. LXXXII. Finis autem habetur ut in Cod. XXXVIII. huius Plutei §. LXV. ſupra pag. 400.

XC. pag. 164. *b*. Vnde ſupra Homil. B. Hieronymi presb. in idem Evang. Inc. *Quid benignius? Dominus tentatur a Phariſaeis, confringuntur inſidiae eorum.* Deſ. *ut appellentur patres & magiſtri.* Apud Combeſ. Tom. cit. pag. 199.

XCI. pag. 165. *b*. Fer. IV. Homil. Ioan. Oſaurei in Evang. Matth. *Acceſſit ad Ieſum mater filiorum Zebedaei*, ut ſupra pag. 305. §. LXXXIII.

XCII. pag. 169. *b*. Fer. V. Homil. B. Auguſtini Epiſc. in Evang. Ioan. *Non poſſum ego a me ipſo facere quidquam.* Inc. *Verba Domini noſtri I. C. maxime quae Ioannes Evangeliſta commemorat.* Deſ. *quoniam & craſtino die ſermo debetur vobis: adeſtote, ut audiatis.*

XCIII. pag. 172. *b*. Eadem die, B. Ambroſii Epiſc. Homil. in Evang. Luc. *Homo quidam erat dives.* Inc. *Narratio magis, quam parabola videtur, quando etiam nomen exprimitur.* Deſ. *hic vero docet pauperibus conferendum.* Apud Combeſ. Tom. cit. p. 246.

XCIV. pag. 173. *b*. Vnde ſupra Io. Oſaurei Homil. in idem Evang. ut ſupra p. 305. §. LXXXIV.

XCV. pag. 176. Fer. VI. Homilia eiuſdem in Evang. Matth. *Homo erat paterfamilias*, ut ibid. §. LXXXV. ſed heic quinque circiter verſus longior in fine: deſinit enim: *& volebant manus mittere & tenere eum.*

XCVI. pag. 179. Vnde ſupra S. Hieronymi presb. Homil. in idem Evang. ut ſupra pag. 400. §. LXVIII.

XCVII. pag. ead. *b*. Sabb. Homil. B. Ambroſii Epiſc. in Evang. Luc. *Homo quidam habuit duos filios.* Inc. *Vides quod divinum patrimonium petentibus datur.* Deſ. *vel baptizatus etiam novi poſſidens.* Apud Combeſ. loc. cit. pag. 341. initium autem fit in Codice ab iis verbis, quae incidunt in edit. in dict. pag. 341. col. 2. verſ. 21.

XCVIII. pag. 181. Dom. III. in Quadrag. Homil. eiuſdem in Evang. Luc. *Omne regnum in ſe ipſum diviſum deſolabitur.* Inc. *Cauſſa dicti huius ea eſt, quod in Beelzebub principe daemoniorum eiicere daemonia dicebatur.* Deſ. *unde etiam debent Iudaei non deſperare indulgentiam, ſi velint agere poenitentiam.* Apud Combeſ. loc. cit. pag. 384. Concordat autem cum edit. uſque ad verba: *ideo & ſterilis ſeptem peperit, & populoſa in filiis infirmata eſt* (edit. pag. 385. col. 1. verſ. 18.) deinceps prorſus diverſa eſt; nam ita proſequitur: *Denique ut ſcias ſynagogae populum deformari, ubi Eccleſiae beatitudo laudatur, ſubiecit: Generatio haec, generatio nequam eſt &c.*

XCIX. pag. ead. Vnde ſupra Homilia ex tractatu Io. Oſaurei in Evang. Matth. *Oblatus eſt Ieſu daemoniacus*, ut ſupra pag. 400. §. LXX.

C. pag. 185. Fer. II. Homil. B. Ambroſii in Evang. Luc. *Quanta audivimus &c.* ut ſupra pag. 306. §. XC.

CI. pag. 186. Vnde ſupra Homil. ex tractatu Origenis in idem Evang. Inc. *In Capharnaum, quantum ad Lucae hiſtoriam pertinet, necdum moratus eſt Ieſus.* Deſ. *qui in lavacro regenerationis ortus fuerit in Chriſto Ieſu, cuius eſt gloria &c.* Apud Combefiſ. loc. cit. pag. 408.

CII. pag. ead. *b*. Fer. III. Homil. Auguſtini Epiſc. in Evang. Matth. *Reſpiciens Ieſus diſcipulos ſuos dixit Simoni Petro*, ut ſupra p. 401. §. LXXII.

CIII. pag. 187. *b*. Eadem die Homilia S. Severiani Epiſc. in idem Evang. Inc. *Dominus Chriſtus pietatis magiſter in Evangelio ſuo ſic loquutus eſt.* Deſ. *quoniam cum dilectione plurima dimiſiſti.*

Digitized by Google

CIV. pag. 188. Eadem die Homilia S. Ambroſii Epiſc. in idem Evang. Inc. *Quam bene poſt divitem qui cruciatur in poenis ſubiecit praeceptum veniae largiendae*. Deſ. *quoniam tu mecum es*.

CV. pag. ead. *b.* Eadem die Hom. Hieronymi presb. in idem Evang. ut ſupra pag. 306. §. XCI.

CVI. pag. 189. Fer. IV. Homil. eiuſdem in Evang. Matth. *Acceſſerunt ad Ieſum Scribae &c.* ut ibid. §. XCIII.

CVII. pag. 190. Fer. V. Homil. B. Ambroſii Epiſc. in Evang. Luc. *Surgens Ieſus de ſynagoga &c.* ut ibid. §. XCIV.

CVIII. pag. 191. Fer. VI. Homilia B. Auguſtini Epiſc. in Evang. Ioan. *Ieſus fatigatus ex itinere &c.* ut ibid. pag. 307. §. XCVI.

CIX. pag. 196. Sabb. Homil. eiuſdem in Evang. Ioan. *Perrexit Ieſus in montem Oliveti*, ut ibid. §. XCVII.

CX. pag. 197. Dom. in media Quadrag. Eiuſdem Homil. in Evang. Ioan. *Abiit Ieſus trans mare Galilaeae*, ut ibid. §. C.

CXI. pag. 198. *b.* Homil. B. Hieronymi presb. in Evang. Ioan. *Seceſſit Ieſus in locum deſertum*. Inc. *Poſtquam a Iudaeis, & rege Iudaeorum prophetae truncatum eſt caput*. Deſ. *ne puncto quidem temporis ab eo volunt ſeparari*.

CXII. pag. 199. *b.* Homil. S. Ambroſii Epiſc. in Evang. Ioan. *Abiit Ieſus trans mare Galilaeae*, ut ſupra pag. 373. §. CXVIII.

CXIII. pag. 201. *b.* Fer. II. Homil. B. Auguſtini Epiſc. in Evang. Ioan. *Prope erat paſcha Iudaeorum*. Inc. *Quid audivimus, fratres? ecce templum illud figura adhuc erat*. Deſ. *& idem verax Evangeliſta teſtatur*. Apud Combeſ. Tom. IV. pag. 64. ſeqq. in duas Homilias diviſa: initium autem incidit in p. 65. col. 1. verſ. 2. finis vero in pag. 68. col. 1. verſ. 10.

CXIV. pag. 204. Fer. III. Homil. eiuſdem in Evang. Ioan. *Iam die feſto mediante*. Poſt repetita Evangelii verba: *Adſcendit Dominus ad diem feſtum mediante die feſto*, inc. *Ille qui latebat docebat, & palam loquebatur, & non tenebatur*. Deſ. *& ut proficiamus gratia illius adiuvamur*. Haec quoque eſt ex duabus compacta Homiliis, prima nimirum, & ſecunda, quae habentur apud Combefiſ. loc. cit. pag. 88. ſeqq. initium autem incidit in dictam pag. 88. col. 2. verſ. 6.

CXV. pag. 207. Fer. IV. Homil. eiuſdem in Evang. Ioan. *Praeteriens Ieſus vidit hominem caecum*, ut ſupra pag. 368. §. LXXII.

CXVI. pag. 209. *b.* Fer. V. Homil. eiuſdem in Evang. Ioan. *Pater meus uſque modo operatur*. Inc. *Magnum ſacramentum ſignificavit, quia & Dominus Ieſus utique Deus*. Deſ. *timeo ne ſine cauſſa laboraverim in vos*.

CXVII. pag. 211. Fer. VI. Homil. eiuſdem in Evang. Ioan. *Erat quidam languens Lazarus*, ut ſupra pag. 308. §. CV.

CXVIII. pag. 215. *b.* Sabb. Homilia eiuſdem in Evang. Ioan. *Ego ſum lux mundi*. Inc. *Quod modo audivimus, & intenti accepimus &c.* Deſ. *ſed habebit lumen vitae*. Habes ibidem §. CVI. ſed aliquanto longiorem in fine.

CXIX. pag. 217. *b.* Dom. de Paſſione. Homil. B. Gregorii in Evang. Ioan. *Quis ex vobis arguet me de peccato*, ut ibid. §. CIX.

CXX. pag. 219. Vnde ſupra. Homilia B. Auguſtini Epiſc. in idem Evang. Inc. *Nolite attendere naturam, ſed vitium. Sic ſunt iſti ex Deo &c.* Deſ. *a quorum lapideis cordibus Deus fugit*. Apud Combeſ. Tom. IV. pag. 256. ſeqq. & ſunt Homiliae duae priores in unam conflatae; initium vero invenies in edit. poſt ſex circiter verſus.

CXXI. pag. 222. Fer. II. Homil. eiuſdem in Evang. Ioan. *Miſerunt Principes & Phariſaei miniſtros*. Poſt repetita Evangelii verba inc. *Quem apprehenderent? adhuc nolentem?* Deſ. *non enim nos deſerit fons, ſi non deſeramus fontem*. Apud Combeſ. Tom. cit. pag. 285. ſeqq. & eſt tota Homilia prima, & magna pars ſecundae; finis enim, quem attulimus, incidit in edit. pag. 287. col. 2. verſ. 22.

CXXII. pag. 223. *b.* Fer. III. Hom. eiuſdem in Evang. Ioan. *Ambulabat Ieſus in Galilaeam*, ut ſupra pag. 309. §. CXI.

CXXIII. pag. 226. Fer. IV. Homil. eiuſdem in Evang. Ioan. *Facta ſunt encaenia*, ut ibid. §. CXII.

CXXIV. pag. 228. Fer. VI. (*ſic*) Homil. eiuſdem in Evang. Ioan. *Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit*. ut ibid. §. CXIV.

CXXV. pag. ead. *b.* Fer. V. (*ſic*) Hom. eiuſdem in Evang. Ioan. *Quam audiſſent quidam de turba*, ut ſupra pag. 369. § LXXXI. heic tamen in fine tribus verſibus brevior eſt, & deſinit: *reverſi ſunt, inquit Evangeliſta, unuſquiſque in domum ſuam*.

CXXVI. pag. 229. Sabb. Homil. eiuſdem in Evang. Ioan. *Amen amen dico vobis, niſi manducaveritis*, ut ibid. § LXXXIII.

CXXVII. p. 230. Item Homil. eodem die. Inc. *Verba Domini in Evangelio, quae ſermonem priſtinum conſequuntur, audivimus*. Deſ. *accepit oraculum, vicit diabolum, pervenit ad triumphum*.

CXXVIII. pag. 232. Dom. in ramis Palmarum. Homil. Hieronymi presb. in Evang. Matth. *Scitis quia poſt biduum paſcha fiet*. Poſt repetita Evangelii verba *Scitis &c.* inc. *Erubeſcant qui putant Salvatorem timuiſſe mortem*. Deſ. *ſtatimque poſt duos verſiculos ſequitur: regem cum gloria videbitis*. Apud Combeſ. Tom. cit. pag. 514. ſeqq.

CXXIX. pag. 239. Fer. II. Homil. B. Auguſtini Epiſc. in Evang. Ioan. *Ante ſex dies paſchae*. Inc. *Ne putarent homines phantaſma eſſe factum, quia mortuus reſurrexit*. Deſ. *ut praecederet humilitas paſſionis*. Apud Combeſ. Tom. V. pag. 6. ſed longius multo producitur in Codice; textus enim Evangelicus; *Cogitaverunt autem Principes ſacerdotum, ut & Lazarum &c.* in quo clauditur Homilia in editione, ita continuatur in Codice: *ut & Lazarum interficerent, quia multi propter illum abi-*

abi-

abibant ex Iudaeis, & credebant in Ieſum. O ſtulta cogitatio, & caeca ſaevitia &c.

CXXX. pag. 241. *b.* Homil. eiuſdem in Evang. Ioan. *Amen amen dico vobis, non eſt ſervus maior &c.* ut ſupra pag. 310. §. CXXII.

CXXXI. pag. 245. Fer. IV. Homilia B. Ambroſii Epiſc. in Evang. Luc. *Appropinquabat dies feſtus azymorum.* Inc. *Bonum eſt conſiderare ubi Dominus paſcha faciat. Secundum Matthaeum habes &c.* Deſ. *& a monumento poſteriores recedunt, & ad monumentum priores revertuntur.* Apud Combef. Tom. V. pag. 107. ubi finis diverſus, quia in Codice per octo alios verſus protenditur.

CXXXII. pag. 253. Fer. V. Homil. B. Auguſtini Epiſc. in Evang. Ioan. *Ante diem feſtum paſchae &c.* Inc. *Paſcha, fratres, non ſicut quidam exiſtimant &c.* Deſ. *hoc eſt in terra ſolvimus, ſolvatur in caelo.* Apud Combef. Tom. cit. a pag. 181. ad pag. 186. ubi in tres Homilias dividitur. Exſtat & ſupra p. 89. §. CXCVIII. & pag. 310. §. CXXVI. ſed ubique finis diverſus eſt. Heic praeterea multa deſiderantur in medio, quae redduntur infra pag. 268. ut notatum eſt in margine manu ſatis antiqua hiſce verbis: *Quod hic minus eſt require in fine libri.*

CXXXIII. pag. 255. Fer. VI. Anonymi Homilia, ſeu Tractatus de paſſione Domini ſecundum Ioannem. Inc. *Hoc quod narrat ingreſſum Dominum cum diſcipulis ſuis in hortum non continuo factum eſt, quum eius illa finita eſſet oratio, de cuius verbis ait: haec quum dixiſſet Ieſus; ſed alia quaedam ſunt interpoſita.* Deſ. *quando iam propter paraſceven, quam coenam puram Iudaei Latine uſitatius apud nos vocant, facere tale aliquid non licebat.* Apud Combefiſ. Tom. cit. a pag. 278. uſque ad pag. 289. & ſunt Homiliae IX. ſub Auguſtini nomine: incipit autem in Codice poſt novem verſus ab initio Homiliae primae.

CXXXIV. pag. 264. *b.* Sabbato ſancto. Homilia B. Hieronymi Presbyteri in Evang. Matth. *Veſpere autem ſabbati.* Inc. *Quod diverſa tempora iſtarum mulierum Evangeliis deſcribuntur non mendacii ſignum eſt.* Deſ. *ſimiles ſunt Scribarum, & Sacerdotum redimentium mendacium, & ſanguinem Salvatoris.*

CXXXV. pag. 265. Vnde ſupra. Homilia B. Auguſtini Epiſcopi in idem Evang. Inc. *Quantum a vobis ego, tantum ante ſermo Dei peregrinatus eſt.* Deſ. *adhuc recens itineris prohibuit laſſitudo.* Apud Combef. T. cit. p. 405. ubi inſcrib. S. Petri Chryſologi in idem Evang. deque Dominica reſurrectione Sermo II.

CXXXVI. pag. ead. *b.* Homilia B. Remigii Archiepiſc. in idem Evang. Inc. *Beatus Matthaeus a parte quippe primae noctis ipſam noctem voluit ſignificare.* Deſ. *ſimiles ſunt redimentium mendacium & ſanguinem Chriſti.* Quid ſimile habes apud Combefiſ. in catena aurea Tom. cit. pag. 396.

CXXXVII. pag. 268. Fragmentum illud occurrit, quod praetermiſſum ſuo loco innuimus ſupra §. CXXXII. & inc. *Quum lavaret Dominus pedes diſcipulorum ſuorum, venit ad Simonem Petrum, & dicit ei Petrus: Domine tu mihi lavas pedes?* Deſ. *quum potius nobis ſurſum cor habendum ſit ad Dominum, ut cum illo eſſe poſſimus.* Eſt autem ſecunda ex tribus illis D. Auguſtini Homiliis, quae habentur apud Combef. T. cit. p. 181. ſeqq.

CXXXVIII. pag. 269. Poſt Lamentationes Hieremiae, & Lectiones quae recitantur in matutino feriae V. ſequitur Homilia S. Auguſtini Epiſc. in Evang. Ioan. *Ante diem feſtum paſchae.* Inc. *Paſcha non, ſicut quidam aeſtimant, Graecum nomen eſt.* Deſ. *quod erit tamquam proxime futurum. Per eum qui vivit &c.* Quoad initium quidem videtur eadem eſſe cum illa, quae habetur ſupra in hoc ipſo Codice §. CXXXII. ſed in progreſſu deinde differt aliquantum, & eſt multo longior. Concordat autem quoad initium, & finem cum illa Codicis I. Plut. XIV. ſupra pag. 89. §. CXCVIII. Haec tamen, & quae ſequuntur omnia, videntur olim ad hoc Volumen minime pertinuiſſe; ſed quum eiuſdem ferme vetuſtatis eſſent, & manus non valde diſſimilis, fuiſſe cum hoc poſterius compacta: etenim praeterquam quod una aut altera ex praedictis Homiliis repetitur, notula etiam illa marginalis, quam adtulimus ſupra §. CXXXII. innuere videtur, Codicem olim abſolutum fuiſſe in mox adlato fragmento, ſcilicet in folio 268.

CXXXIX. pag. 273. Fer. VI. Poſt Lamentationes & Lectiones huius feriae ſequitur Sermo S. Ioannis Oſaurei. Inc. *Hodierna die Dominus noſter pependit in cruce, & nos epulemur &c.* ut ſupra pag. 89. §. CCII.

CXL. pag. 277. Sabbato ſancto. Praemiſſis Lamentationibus & Lectionibus huiuſce feriae legitur Homilia Remigii Archiepiſcopi in Evang. Matth. *Veſpere autem ſabbati &c.* eadem nimirum cum illa, quae habetur ſupra §. CXXXVI.

CXLI. pag. 281. Dominica S. Paſchae. Homilia B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica S. Mariae in Evang. Marc. *Maria Magdalene & Maria Iacobi &c.* ut ſupra pag. 311. §. III.

CXLII. pag. 282. Eadem die in idem Ev. Homilia ex tractatu S. Ambroſii Epiſcopi. Inc. *Mulieres denique religioſae locum Dominicae ſepulturae diligenter obſervant.* Deſ. *merito nimirum prohibetur tangere Dominum, ne nos corporali tactu Chriſtum, ſed fide tangamus.* Vid. Ambroſ. Operum Tom. I. Expoſit. in Luc. Libro X. pag. 1535. a §. 144. ad 157. non integrum.

CXLIII. pag. 283. Fer. II. Homilia Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica B. Petri Apoſtoli in Evang. Luc. *Duo ex diſcipulis Ieſu ibant &c.* ut ſupra pag. 311. §. IV.

CXLIV. pag. ead. *b.* Fer. III. Homilia B. Ambroſii Epiſc. in Evang. Luc. *Stetit Dominus Ieſus in medio diſcipulorum ſuorum.* Inc. *Ideo Dominus ut ſpem reſurrectionis nobis oſtenderet,*

Digitized by Google

deret, dixit diſcipulis ſuis. Deſ. *quos non undecim Lucas, ſed plures ſcribit fuiſſe*. Operum Tom. I. ex libro X. Expoſit. in Lucam a §. 169. uſque ad finem.

CXLV. pag. 284. *b*. Fer. IV. Homilia B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica S. Laurentii foris muros in Evang. Ioan. *Manifeſtavit ſe iterum Ieſus &c.* ut ſupra p. 312. §. VI.

CXLVI. pag. 286. Eodem die, & in idem Evang. Homilia B. Auguſtini Epiſcopi. Inc. *Quaeri ſolet de hac piſcatione diſcipulorum, utrum redierint &c.* Deſ. *quia & ipſa dicitur regnum caelorum*. Apud Comteſ. Tom. V. pag. 563. finis autem incidit in pag. 565. col. 1. verſ. 33.

CXLVII. pag. 288. Fer. V. Homilia Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica S. Ioannis, quae appellatur Conſtantiniana, in Evang. Ioan. *Maria ſtabat ad monumentum foris*. Inc. *Maria Magdalene, quae fuerat in civitate peccatrix &c.* Deſ. *at ſi ardere iam ex deſiderio coeperit ad ſequendum . . . . . . liquefacta per ignem . . . . .* Mutila eſt in fine; inter paginam enim 288. & 289. multa deficiunt in Codice. Habes integram ſupra pag. 312. §. VII.

CXLVIII. pag. 289. Fragmentum Homiliae incipiens a verbis . . . *autem Domini non quaſi pietatis incredulus &c.* Deſ. *ſecundum ordinem Melchiſedech*.

CXLIX. pag. ead. Dominica IV. poſt Epiphaniam. Homilia B. Origenis in Evang. Matth. *Adſcendente Ieſu in naviculam*, ut ſupra pag. 398. §. XLVI. Heic tamen in fine mutila: definit enim una cum Codice in verbis: *quare ergo turbati eſtis puſillae fidei . . .*

Codex membranac. Ms. in fol. maximo Saec. XI. vere inſignis, binis columnis elegantiſſime exaratus, in quo initiales Homiliarum litterae egregie, prout illa ferebat aetas, depictae ſunt, variiſque avium ac piſcium figuris exornatae: interdum etiam imagines exhibent illorum Sanctorum Patrum, quorum ſunt Homiliae: ex hiſce autem picturis quum nonnullae ab impia manu reſciſſae fuerint, etiam ſcriptura averſae paginae miſerrime deperiit. Conſtat foliis ſcriptis 289.

HOMILIAE DIVERSORVM AVCTORVM.

Quae leguntur

A Dominica I. de Adventu Domini uſque ad Sabbatum Sanctum incluſive.

Cod. XLI. AVctores Homiliarum, quae in hoc continentur Volumine, ſunt Ambroſius, Auguſtinus, Beda, Euſebius Caeſarienſis, Fulgentius, Gregorius, Hieronymus, Io. Chryſoſtomus, Leo, Maximus, Origenes, Petrus Damianus, Remigius, Severianus, vel Severinus (1); quibus adde etiam Alcuinum, & Smaragdum, qui nominantur in quodam titulo, ut infra pag. 432. §. LXIX.

I. pag. 1. Dom. I de Adventu Domini. S. Ambroſii Epiſc. Sermo, ut ſupra pag. 296. § I.

II. pag. ead. *b*. Item unde ſupra. S. Auguſtini Epiſc. Sermo, ut ſupra pag. 70. §. XIII. S. Ioanni Epiſcopo Conſtantinopolitano tributus; pagina vero 296. §. IV. Ambroſio adiudicatur.

III. pag. 3. Sermo unde ſupra, ut ſupra pag. 69. § VI. S. Ambroſio tributus.

IV. pag. 4. B. Remigii Archiepiſc. Homil. in Evang. Matth. *Sicut enim fulgur exit ab Oriente*. Inc. *Nomine quoque Orientis, & Occidentis totum orbem terrarum voluit ſignificare*. Deſ. *ille quippe vigilat, qui ſomnum temporis, & ignaviae a ſe repellit*. Extat & ſupra pag. 414. §. IV. ſed ibi tredecim circiter verſus in fine brevior eſt.

V. pag. 5. Dom. III. de Adventu. Sermo S. Ambroſii Epiſc. (ita enim correctum eſt, quum antiquitus diceret: *Dom. II. de Adventu Sermo S. Auguſtini Epiſc.*) ut ſupra pag. 69. §. VII. Auguſtino tributus.

VI. pag. ead. *b*. Item Sermo unde ſupra, ut ibidem §. IX. item ſub Auguſtini nomine.

VII. pag. 7. *b*. Item unde ſupra. B. Gregorii Papae Homil. in Evang. Luc. *Erunt ſigna in ſole & luna &c.* ut ſupra pag. 296. §. III.

VIII. pag. 8. *b*. Dom. III. de Adventu Domini. Epiſtola Leonis Papae ad Flavianum contra Eutychen de Incarnatione Domini, ut ſupra pag. 70. §. XIV.

IX. pag. 10. *b*. B. Gregorii Papae Homilia habita ad populum in Baſilica SS. Marcellini, & Petri in Evang. Matth. *Quum audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti*, ut ſupra pag. 362. §. II.

X. pag. 11. *b*. Domin. III. de Adventu. Sermo S. Leonis Papae (2), ut ſupra pag. 70. §. XV.

XI. pag. 12. *b*. Item Sermo eiuſdem de ieiunio menſis X. ut ibid. §. XVI.

XII. pag. 13. Vnde ſupra Sermo eiuſdem, ut ibid. §. XVII.

XIII. pag. 14. B. Gregorii Papae Homilia habita ad populum in Baſilica B. Petri Apoſtoli in Evang. Ioan. *Miſerunt Iudaei ab Hieroſolymis Sacerdotes & Levitas*, ut ſupra p. 297. §. VII.

XIV. pag. 15. Fer. IV. de ieiunio menſis decimi. Ven. Bedae presb. Homil. in Evang. Ioan. *Miſſus eſt Angelus Gabriel a Deo*, ut ſupra pag. 362. §. VI.

XV. p. 17. Fer. VI. de ieiunio menſis X. Eiuſdem Homilia in Evang. Luc. *Exſurgens Maria abiit in montana*, ut ibid. pag. 363. §. VII.

XVI. pag. 20. Sabbato de ieiunio menſis X. B. Gre-

(1) Codex enim aliquando primum, aliquando ſecundum nomen uſurpat.
(2) Expunctis verbis *Leonis Papae* adiectum eſt in margine manu recentiori: *Sancti Ambroſii Sermo Satis abundeque &c. Require retro*.

B. Gregorii Papae Homil. habita ad populum in Baſilica S. Petri Apoſtoli in Evang. Luc. *Anno quintodecimo Imperii Tiberii Caeſaris*, ut ibid. §. VIII.

XVII. pag. 23. Dom. IV. de Adventu. S. Auguſtini Sermo contra Iudaeos & Manichaeos, ut ſupra pag. 69. §. XII.

XVIII. pag. ead. *b*. Eiuſdem Sermo de Incarnatione Domini contra eoſdem, ut ibid. §. X.

XIX. pag. 25. Eiuſdem Sermo de Incarnatione Domini contra eoſdem, ut ibid. §. XI. ſed finis diverſus, quia heic eſt aliquanto longior, quum poſt verba: *quae in caelis ſunt, & quae in terris*, in quibus ibi definebat, heic ita proſequatur: *ſed quia non deſunt, qui dicant non poſſe fieri, ut Chriſtus de Sancta Maria naſceretur &c.* Definit autem: *Verbum Caro factum eſt, & habitavit in nobis, cui eſt honor &c.* Editio tamen concordat cum Codice I. Plut. XIV.

XX. pag. 26. *b*. Item in hebdomada ante Natale Domini. Bedae presb. Homil. in Ev. Ioan. *Ioannes teſtimonium perhibet &c.* ut ſupra pag. 362. §. V.

XXI. pag. 28. In vigilia Natalis Domini. S. Maximi Epiſc. Sermo, ut ſupra pag. 69. §. VIII. Auguſtino tributus; ſed finis aliquantum diverſus: heic enim deſ. *& iterum fiat aequalitas, quia qui multum habet, non abundavit ei. Et reliqua.*

XXII. pag. 28. *b*. Venerab. Bedae presb. Homil. in Evang. Matth. *Quum eſſet deſponſata mater Ieſu*, ut ſupra pag. 395. §. XX. ſub nomine Remigii.

XXIII. pag. 31. Item in nocte Natalis. Poſt tres lectiones de Iſaia propheta ſequitur Sermo S. Leonis Papae, ut ſupra pag. 297. §. XI.

XXIV. pag. 33. Eiuſdem Sermo de Natali Domini, ut ibid. §. XII.

XXV. pag. 34. Eiuſdem alius Sermo. Inc. *Saepe, ut noſtis, dilectiſſimi, de excellentia feſtivitatis hodiernae officium vobis ſermonis impendimus*. Deſ. *in quo oporteat ſalvos fieri. Qui cum Patre &c.* Apud Combeſ. Tom. I. pag. 222. ubi eſt Sermo x.

XXVI. pag. 35. *b*. Sermo eiuſdem, ut ſupra pag. 298. §. XIII.

XXVII. pag. 36. *b*. Sermo eiuſdem. Inc. *Quum ſemper nos, dilectiſſimi, gaudere in Domino omnia divina eloquia cohortantur*. Deſ. *quae inhaerens capiti corpus eſt Chriſti. Qui vivit &c.* Ibid. pag. 219. & eſt Sermo VIII.

XXVIII. pag. 37. *b*. Sermo eiuſdem. Inc. *Quamvis, dilectiſſimi, ineffabilis ſit nativitas D. N. I. C. qua ſe naturae noſtrae carne veſtivit*. Deſ. *ut illam humilitatem exigat ſervus, quam ſectatus eſt Dominus. Qui vivit &c.* Ibid. pag. 215. Sermo V.

GLoſſae, ſive poſtillae ſuper Epiſtolas Dominicales totius anni auctore Anonymo. Incipiunt a Dominica I. de Adventu Domini, & quidem ita: *Fratres ſcientes &c. Heic commendat charitatem eo quod per ipſam eſt opportunitas bene operandi*. Deſinunt in Dominica XXIV. poſt Pentecoſten in verbis: *& ſubſtantialis, non tranſitiva. Et omnia dicta ſint ad laudem Dei cum honore Virginis Matris Mariae, & totius caeleſtis curiae, quorum omnium dictatoris anima, necnon mei Honofrii de S. Geminiano ſcriptoris (3) in loco pacis aeternaeque gloriae ſituetur, ad quam ille nos conducat, qui in ſaecula ſaeculorum eſt benedictus. Amen*. Tum annus ſcriptionis ſubiicitur hoc pacto: *Expliciunt explanationes, ſive poſtillae ſuper Epiſtolas Dominicales totius anni a me Domino Honofrio Angeli de S. Geminiano (4) currente MCCCCLXXXVIII. exiſtente die Veneris, X. die Ianuarii, exiſtente hora nona, & ſunt N. G. N. G. (5)*

Gg 2 Co-

(1) Ex hiſce multa decerpſimus ad eius vitam pertinentia in Annalibus. Noſtris Typographicis Thuſciae.

(2) Haec Epiſtola in aliis exemplaribus Expoſitioni praemittitur. Recuſam legas apud Argelatum in Biblioth. Scriptor. Mediolanenſ. Tom. I. Part. I. pag. CCCCLXII. De hoc Gabriele nihil habent Caveus, Oudinus, ac Fabricius. Notitiam tamen huiuſce editionis dedit Ioſ. Antonius Saxius in Hiſt. Litterario-Typogr. Mediol. apud laud. Argelatum Tom. cit. pag. XCIII. CLXXXIX. & DLXVII. Patriam habuit Mediolanum, ubi apud S. Petrum in Glaſſiate Congregationis S. Iuſtinae Monachis adſcriptus eſt. Vide etiam de eodem Mazuchellium in Bibl. Italic. Script. Vol. II. P. IV. p. 2042.

(3) Hinc patet Honofrium iſtum non eſſe auctorem Operis, ſed exſcriptorem, ac proinde qui antiquitus titulum Codici appoſuit, hallucinatum eſſe: quare non miror Ioannem Vincentium Coppium in Annalibus & Memorabilibus Viror. Illuſtr. Sangiminianens. Florentiae MDCXCV. in 4. editis nullam de ipſo mentionem feciſſe.

(4) Verba *a me Domino Honofrio Angeli de Sancto Geminiano*, deletis aliis vetuſtioribus, poſterius in eorum locum ſuffecta ſunt.

(5) Hiſce initialibus litteris verum fortaſſe nomen auctoris abſconditur. Sed quis illud divinet?

Digitized by Google

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XIV. Conſtat foliis ſcriptis 95.

HIERON. EXPOSITIO IN IEREMIAM PROPH.

Ac praeterea

In Danielem: tum Paſchaſii, Pachomii, & Caſſiodori quaedam.

Col. XIX. I. pag. 1. IN prima pagina auro, variiſque coloribus egregie depicta D. Hieronymi purpureis veſtibus induti effigies inſpicitur. Volumen clauſum dextra ſuſtinet, ſiniſtra vero ipſum indigitat; purpureo galero caput obducitur. Superne adſtat Leonis X. ſtemma gentilitium, triplici corona, & clavibus diſtinctum, cum emblemate inter lauros adpoſito SVAVE. Poſt titulum aureis maioribus litteris exaratum, qui ita habet: *Incipit expoſitio Hieronymi presbyteri in Ieremiam Prophetam*, Expoſitio inc. *Verba Ieremiae. Ceteri Prophetae, ut Iſaias, Oſee, Iœl, &c.* Def. *ſive, ut Apoſtolus ait, dedit dona hominibus*. Eius Operum edition. Veron. curante Dom. Vallarſio A. MDCCXXXV. fol. Tom. IV. a pag. 835. ad pag. 1096.

II. pag. 96. Expoſitio ſuper Lamentationes Ieremiae Prophetae. Inc. *Quiſquis habitationem, quae de caelis eſt ſuperinduere cupit, de miſeriis his, & prolongatione incolatus ſui indeſinenter ingemiſcit. Quis enim abſque maerore a beatitudine illa perenni elongari poteſt, ubi gaudium ſempiternum eſt &c.* Def. *tu quoque, filia Sion, qui praedicatione eius correpta es, confide in eo, & non ultra addet, ut tranſmigres te, quia abſtulit in praeſenti impietatem tuam*. Diverſa omnino eſt ab ea, quae legitur in cit. edit. Tom. XI. pag. 727. ſeqq. eaque multo longior; quare quum in titulo auctoris nomen reticeatur, dubitari poteſt Hieronymi ne, an alterius ſit opus.

III. pag. 106. *b*. Explanatio Hieronymi presbyteri in Danielem Prophetam. Primum prologus inc. *Contra Prophetam Danielem*. Def. *in titulo eiuſdem Belis fabulae ponitur*. Tum argumentum, cuius initium: *Homo quidam erat ſacerdos, nomine Daniel*. Finis: *& aliarum gentium litteris contineri*. Tandem Viſio prima. Poſt verba Prophetae: *Anno tertio regni Ioachim Regis Iudae &c.* interpretatio inc. *Ioachim filius Ioſiae, cuius tertiodecimo anno prophetare exorſus eſt Ieremias, ſub quo etiam Olda mulier prophetavit, ipſe eſt, qui alio nomine appellatur Eliachim &c.* Expoſitio Viſionis nonae def. *tunc quaerendum eſt quid ei reſpondere debeamus*. Cit. edit. Tom. V. a pag. 617. ad pag. 736. ubi prologus cum argumento coniungitur, & Commentarius in tredecim dividitur Capita. Notandum praeterea, verba illa poſtrema Capitis XII. ſub finem pag. 730. *Hucuſque Danielem in Hebraeo volumine legimus &c.* in Codice rubrica eſſe conſcripta, & tituli locum in id, quod reliquum eſt Commentarii obtinere.

IV. pag. 163. Paſchaſii Liber de Corpore, & Sanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Inc. *Qui catholicorum recte Deum cuncta creaſſe de nihilo corde credit ad iuſtitiam &c.* Def. *ut ad illa reſurrectionis gaudia pervenire valeamus. Amen*. Tum ſequuntur verſus hexametri quindecim ad eumdem Librum ſpectantes, quorum primus eſt:

Legis adire ſacrae qui vis ſolemnia menſae.

Vltimus eſt:

Accipies palmam regni, virtute beatus.

Conſule Fabric. Biblioth. mediae & inf. Latinit. edit. Patavinae Tomo V. pag. 198.

V. pag. 198. S. Pachomii Sermo aedificationis ad Optatum. Inc. *Audi, fili mi, monitiones patris tui*. Def. *ſed preſſi ſomno, vigiliarum fructum amittimus*. Vide pariter Fabric. loc. cit. pag. 188. ubi de eodem agit.

VI. pag. 205. Caſſiodori Senatoris Liber de Anima, duodecim Capitula, vel Propoſitiones continens, cum duplici Prologo. Inc. *Quum iam ſuſcepti operis optato fine gauderem*. Def. *qui purificati divino munere probabili ſe meruerunt converſatione tractari* (1). Inter eius Opera edition. Venetae apud Ant. Groppium MDCCXXIX. fol. Tom. II. a pag. 594. ad pag. 606.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus cum initialibus opuſculorum litteris artificioſe depictis. Conſtat foliis ſcriptis 226.

D. HIERONYMI EXPOSITIO SVPER PSALMOS.

D. Hieronymi Expoſitio ſuper Pſalmos, praeeunte Prologo, qui ita inſcribitur, & incipit: *In Chriſti nomine incipit Expoſitio ſancti Hieronymi presbyteri de Pſalmis, item Prologus eiuſdem. Pſalterium ita eſt, quaſi magna domus*. Def. *primus Pſalmus eſt, qui ita incipit*. Pſalmi primi Expoſitio poſt verba *Beatus vir &c.* inc. *Quidam putant iſtum Pſalmum ſuper Chriſti Domini noſtri perſonam eſſe referendum, ut beatus iſte vir ſecundum hominem Chriſtus ſit*. Definit in Pſalmo CXLVI. verſ. *& pullis corvorum invocantibus eum*, & quidem ſic: *legimus in Prophetis: Et omnis quicumque invocaverit nomen Domini ſalvus erit. Igitur de corvis ſimpliciter accipimus. Ergo & corvi ſalvi erunt. Reſponde, Iudaee, reſponde qui Iudaicam litteram tantum requiris, & dicis iſtos corvos vere corvos eſſe, non interpretaris* . . . . . . reliqua deſiderantur imperfecto Codice. Habes hanc Expoſitionem in Appendice ad T. VII. eius Operum edit. cit. pag. 1. & ſeqq. ſed quum Pſalmorum plurimorum interpretationes, quae ſunt in Codice differant ab editis, nonnullorum vero Col. XX.

(1) In edit. *tractare*.

vero deſint omnino, operae pretium duximus diſcrimina aeque ac defectus ſingularum exhibere, quum id pretioſa exemplaris huiuſce vetuſtas iure optimo poſcere videatur. Diſcrepant igitur interpretationes Pſalmorum II. III. IV. VI. VIII. X. ac deinceps uſque ad LXVI. incluſive; tum LXXIX. LXXX. LXXXIII. LXXXIV. LXXXV. LXXXVII. ac deinceps uſque ad XCVI. incluſive; tandem IC. CI. CXII. CXIII. CXVI. CXVII. & CXVIII. Omittuntur vero illae pſalmorum CXX. ac deinceps uſque ad CXXVI. incluſive, tum CXXIX. CXXX. CXXXIV. CXXXV. CXXXVIII. & CXLIV. His exceptis, reliquorum concordant cum editis; ubi tamen animadvertendum, quod expoſitiones Pſalmorum I. V. VII. IX. LXXVIII. CXXVII. CXXVIII. CXXXI. & CXLI. eae ſunt, quae habentur in editione a pag. 403. uſque ad pag. 420. ſub titulo *Liber S. Hieronymi in Expoſitione Pſalmorum*. Interpretatio Pſalmi CXVIII. (in qua deſinit antiqua Codicis ſcriptura) eſt imperfecta, & abſolvitur in verbis: *in his ergo iam tunc Chriſtus cum Patre & Spiritu Sancto regnabat: non enim poterat fieri, ut cuperent eum & confiterentur eum, niſi mentis ſuae oculis eius pulcritudinem adſpexiſſent. In ipſis ergo iam Eccleſia* . . . . . . quae pertinent ad verſ. *Principium verborum tuorum veritas*. Imperfecta quoque eſt illa Pſalmi CXXXIII. deſinit enim in verbis: *pſalmos didicimus, Evangelia tenemus*, quae incidunt in edit. pag. 356. verſ. 48. Vltima tandem Codicis verba, quae ſupra retulimus, quaeque pertinent ad Pſalmum CXLVI. incidunt in edition. pag. 383. verſ. 50. Atque haec ſatis dicta fuerint de hoc Codice, in cuius quidem recenſione diutius immorari libuit, quia in Admonitione praemiſſa Breviario in Pſalterium cit. edit. ſub finem pag. XVII. ubi eius mentio fit, perperam dictum legimus, quod *exorditur a Pſalmo centeſimo decimonono, devenitque aduſque centeſimum quadrageſimumquintum &c.* quum id de ſupplemento recentiori manu facto, non de Codice integro adſerendum fuiſſet, qui a Pſalmo primo, uti vidimus, exorditur.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XI. binis columnis exaratus, optimeque ſervatus uſque ad pag. 153., deinceps vero uſque ad finem manu Saeculi XVI. ſuppletus. Conſtat foliis ſcriptis 181.

HIERONYMI MONACHI DE MIRACVLIS S. IOANNIS GVALBERTI.

Cod. XXI. I. pag. 1. IN hoc nitidiſſimo Codice verae doctrinae theſauri deliteſcere videntur. Exſtant enim Hieronymi Radiolenſis (1) doctiſſimi, & integerrimi Valliſumbroſae monachi Opuſcula, Libris quinque diviſa, quibus ſumma qua vir ille praeſtabat eruditione, egregie prorſus varia perſequitur argumenta. Horum omnium exactiſſimus praecedit index in primis tribus foliis; in quarto pulcherrima occurrit pictura, in qua S. Ioannes Gualbertus ſacco eremitico caſtanei coloris indutus exhibetur: adſurgunt inferius cum aliis ornamentis Medicea inſignia, unde hunc ipſum Codicem eſſe ſuſpicamur, quem Moecenati ſuo Laurentio Auctor noſter eximius nuncupavit. Primi duo Libri de miraculis S. Ioannis Gualberti agunt. Praefatio primi ad Laurentium Medicem inc. *Quum non ſolum quos vulgo dicimus ſaeculares magno & excellenti ingenio viri*. Deſ. *quam barbariem aequo animo feras oro*. *Lege feliciter*. Liber primus, qui Capita habet LV. inc. *In ipſius SS. Ioannis vita legitur*. Deſ. *qui illud tunc monaſterium, ſicut ipſe refert, incolebant*. In Actis Sanctorum Tom. III. Iulii die XII. a p. 382. ad p. 424.

II. pag. 68. *b*. Eiuſdem Liber ſecundus in Capita XXII. diviſus. Prooemium ad Laur. Medicem inc. *In ſuperiori parte operis huius, Laurenti Magnifice*. Deſ. *& prodeſſe quotidie*. *Lege ergo feliciter*. Caput I. inc. *Tempore ſanctiſſimi in Chriſto Martini Papae quinti*. Deſinit ultimum: *Adſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato circumdata varietate*. Ibid. a pag. 424. ad 440.

III. pag. 95. *b*. Eiuſdem Liber III. ſuper quibuſdam Mariae Virginis templis. Prologus ad Laurentium Medicem inc. *Quum his ſuperioribus diebus, Laurenti Magnifice, puerulus quidam in Valle Sevi natus, quem mater Sanctae Mariae de Loreto devote commendaverat, e naufragio memorati iam fluminis Sevi mire evaſerit, non abſurdum, nec indecens viſum eſt, quia ſuperius in quibuſdam ſanctiſſimi Ioannis prodigiis Virginis Mariae mentionem feci, etiam nunc nonnulla celeberrima templa, in quibus ipſa Virgo Maria innumerabilibus, ingentibus, variiſve prodigiis glorioſe & mirifice operatis, longe lateque a mortalibus omnibus praedicatur & extollitur, deſcribere hiſque inferere, etſi alia opera ad ipſius Virginis decus, & Romana, & vernacula lingua ediderim*. Deſ. *his igitur modo praetermiſſis, paucis initium quarumdam ipſius Virginis Mariae Baſilicarum, in quibus ipſa Virgo maxime praepollet, praeſertim in Italia, etſi ubique terrarum, ubi Chriſti religio, immo & penes infideles, longe praefulgeat, ſcribere diſpoſui, magis quia adhuc nullus quod pervenerit ad nos litterarum elegantia ediderit, quam fretus ingenio. De aliis vero extra Italiam ipſius Virginis clariſſimis templis, quia minus a noſtris frequentata ſunt, haud facile compertum habeo, niſi duo tantum, quae ex libris miraculorum Virginis Mariae declarata ſunt nobis*. Huiuſce Libri duae veluti partes ſunt, quarum prima Capita continet ſex, altera tria: Illa ſunt

1. *Vnde, & quomodo Aedes Sanctae Mariae de Loreto initium ſumpſerit*.

II. *Vn-*

(1) Radiolum unde cognomen ſumpſit Hieronymus, in agro Caſentinate inter potentiſſimorum Guidonum Comitum dominatus adſcribitur.

Digitized by Google

II. *Vnde templum S. Mariae Servorum initium habuerit.*

III. *De origine templi Virginis Mariae, quod S. Maria de Gratia dicitur.*

IV. *Templum aliud Virginis Mariae iuxta portam Flaminiam.*

V. *Templum Virginis Mariae in agro Forolivienſi noviter aedificatum.*

VI. *Vnde Eccleſia S. Mariae, quae de Saxo dicitur, originem habuerit.*

Et haec tantum in Actis Sanctorum loc. cit. referuntur: reliqua vero Capitula uſque ad nonum, quibus altera Libelli pars concluditur, & varia miracula B. Mariae Virginis enarrantur, omiſſa fuerunt. Primum igitur Caput primae partis inc. *Primum omnium Dei Genitricis Mariae templorum*. Vltimum deſ. *omni ſtudio incumbendum eſt, Vale, Vir praeſtantiſſime, & decus patriae, Finis*. Secundae partis Caput VII. inc. *Rem profecto mirabilem*. Vltimum deſ. *ſuper ea veluti ficta pro falſis ducunt. Vale vir magnanime diu felix noſque in tuis ſecundis rebus reſpice*. In Actis Sanctor. a pag. 440. ad pag. 453.

IV. pag. 123. *b.* Eiuſdem Liber IV. de Vallumbroſanae Religionis Beatis, quorum vitas, & illuſtria facta paucis aperit. Prooemium ad Laurentium Medicem inc. *Non eſt apud me dubium, Laurenti Magnifice, quin a quibuſdam malivolis huic noſtro operi detrahatur; quum & particulis, ne dicam libris aliquid praefatiunculae addamus. Verum clamitent & contemnant malivoli quantum volunt, obſtrepant &c.* Deſ. *verum etiam variis, innumerabilibuſque ſignis claruerint. Quos lege feliciter, & diu vive, ut & diu patria vivat.* Mox ſequitur Prologus, cuius initium eſt: *Igitur quia de S. Ioanne*. Deſ. *qui poſt eius obitum variis claruere miraculis*.

Beati vero, de quibus ſingulis Capitulis agit, hi ſunt:

I. *Beatus Erizo Clauſtralis decanus Vallisumbroſae.*

II. *Albertus eiuſdem monaſterii curam gerens.*

III. *Theuzo vir virtutibus & charitate ornatus.*

IV. *Rodulphus primus Abbas poſt S. Ioannem.*

V. *Petrus Cardinalis & Epiſc. Albanenſis.*

VI. *Ruſticus ſecundus Abbas poſt S. Ioannem.*

VII. *Benignus Abbas Vallisumbroſae.*

VIII. *Atto Abbas Vallisumbroſae, & Ep. Piſtorienſis.*

IX. *Theſaurus Abbas Vallisumbroſae.*

X. *Michael Eremita Cellarum Vallisumbroſae.*

XI. *Hieronymus Eremita Cellarum Vallisumbroſae.*

XII. *Frater Melior Eremita Cellarum.*

XIII. *Orlandus Converſus huius Monaſterii S. Mariae Vallisumbroſae.*

XIV. *Ioannes Eremita Cellarum.*

XV. *Benedictus Abbas Monaſterii S. Bartolomaei de Ripolis Ordinis Vallisumbroſae.*

XVI. *Andreas Ligur Abbas S. Fidelis de Strumis.*

XVII. *Albertus Bononienſis Abbas.*

XVIII. *Torellus Puppienſis Eremita ſanctiſs.*

XIX. *Benedictus Monachus S. Laurentii cultus boni, & Eremita.*

XX. *Sancta Verdiana*. Cum hac Vita quoddam breve Prooemium ad Laur. Medicem coniunctum eſt, quod inc. *Non equidem turpe, & ab re arbitror, Laurenti Magnifice, ſi his viris beatiſſimis addam moniales quaſdam huiuſce Religionis mulieres ſanctiſſimas &c.* Deſ. *perquam magnifice illuſtravit.*

XXI. *Beata Berta Abbatiſſa Monaſterii S. Mariae de Caprilia.*

XXII. *Humilitas Abbatiſſa Monaſterii S. Ioannis Evangeliſtae Florentiae extra portam Faventinam.*

V. pag. 136. Eiuſdem Liber V. qui eſt de vita ſolitaria ad Eremitas Cellarum Vallisumbroſae, & Capita continet XXI. Prooemium inc. *Etſi officiis divinis, ac aliis tum diſcendi, tum docendi curis impeditus*. Deſ. *ſua ſolita pietate tueantur, & defendant*. Caput I. inc. *Beatiſſimus Hieronymus Sanctorum Patrum ſcripturus vitas &c.* Deſ. *quam aeternam cum Ieſu poſt obitum ducent in caelis*.

In hoc vere aureo Opuſculo, a Divo illo Hieronymo, qui Latino, Graeco, & Hebraeo eruditus eloquio, in Bethlemica cella ſcripta, & divina oracula edidit, cuius erat in lectione diu longeque verſatus Hieronymus hic alter, mutuatur exordia, & illius ſtudioſe perſequens veſtigia, aſperam illam, & ſolitariam vivendi rationem omni laudis effert praeconio, quam Chriſtiana religione per orbem diffuſa, poſt tertium a Chriſto nato ſaeculum, tum primum in Oriente, hoc eſt in Palaeſtina, Meſopotamia, Ponto, Cappadocia, & tota Aegypto Aſcetarum examina inter anguſtias unius cellae incluſorum amplexati ſunt. Hoc idem opuſculum typis vulgavit, me digito monſtrante, optimus iuvenis Ioſephus Maria Gorettius Flaminius in calce vitae Michaëlis Flaminii Florentiae ex typographia Moückiana A. MDCCLXI. 4. una cum aliis monumentis ad Vallisumbroſae Ordinem pertinentibus, magnifice impreſſae p. 139. ſeqq. ubi alia Hieronymi Radiolenſis opera commemorat. De eo, praeter Vallisumbroſani inſtituti Scriptores, verba faciunt Io. Mabillonius, Lucas d' Achery, & Theodericus Ruinartus Act. SS. Ord. S. Bened. Venet. Tom. IX. pag. 273. item Mabillon. in Itinere Italic. Tom. I. pag. 181. Daniel Papebrochius, & Henſchenius Act. SS. Venet. MDCCXLVII. Tom. III. Iulii pag. 317. Gerardus Ioan. Voſſius de Hiſt. Lat. Tom. IV. Lib. II. pag. 145. Hippol. Maraccius Biblioth. Mariana Romae MDCXLVIII. Part. I. pag. 588. & nos in Specimine Hiſtor. Litter. Flor. Tom. I. pag. 22. aliique.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. ornatiſſimus, ac diligentiſſime ſcriptus. Conſtat foliis ſcriptis 154.

HEN-

Digitized by Google

HENRICI BONONIENSIS SERMONES.

Cod. XXII. HEnrici de Bononia Doctoris Sacrae Scripturae Sermones feſtivi, & feriales, quorum primus de Dom. I. Adventus inc. *Iuxta eſt ſalus noſtra, ut veniat*. Vltimus de S. Dominico (1) deſ. *unde ortus eſt ſol, & humiles exaltati ſunt*. Nihil de hoc Scriptore occurrit apud Caveum, Oudinum, & Fabricium loc. cit.

Codex membr. Ms. in 8. Saec. XIV. binis columnis exaratus, in quo multa deſunt circa medium, ubi Tabula Sermonum legitur. Conſtat foliis ſcriptis 180.

HOMILIAE BEATI GREGORII PAPAE.

Seu potius

Homiliae diverſorum a Dom. Reſurrectionis uſque ad Dom. XXV. poſt Pent. & de proprio, & communi Sanctor.

Cod. XXIII. PAtres, quorum nomina praeferunt Homiliae huiuſce Voluminis, ſunt Ambroſius, Auguſtinus, Beda, Fulgentius, Gregorius, Hieronymus, Ioannes Chryſoſtomus, Leo, Maximus, Rabanus Epiſcopus, Remigius, & Severinus.

I. pag. 1. Beati Gregorii Papae Homilia habita ad populum in Baſilica S. Petri in Evang. Marc. *Maria Magdalene & Maria Iacobi &c.* ut ſupra pag. 311. §. III.

II. pag. 2. *b.* Fer. II. Homil. eiuſdem habita ad populum in eadem Baſilica in Evang. Luc. *Duo ex diſcipulis &c.* ut ibid. §. IV.

III. pag. 3. *b.* Fer. III. Homilia Bedae in Evang. Luc. *Stetit Ieſus in medio diſcipulorum*. Inc. *Gloriam ſuae reſurrectionis*. Deſ. *ut repente nos Spiritu Sancto a charitate Chriſti nullis tentationibus ſepararemur, cui eſt honor &c.* Ibid. pag. 312. §. V. ſed finis diverſus, quia ibi multo eſt longior.

IV. pag. 4. *b.* Fer. IV. Hom. B. Gregorii Papae in Evang. Luc. *Manifeſtavit ſe iterum Ieſus*, ut ibid. § VI.

V. pag. 6. *b.* Fer. V. Hom. eiuſdem in Evang. Ioan. *Maria ſtabat ad monumentum*, ut ibid. §. VII.

VI. pag. 10. *b.* Fer. VI. Homil. venerab. Bedae presbyt. in Evang. Ioan. *Vndecim diſcipuli*, ut ibid. §. VIII.

VII. pag. 11. *b.* Sabb. Hom. B. Gregorii Papae in Evang. Ioan. *Vna ſabbati Maria Magdalene venit mane*, ut ibid. §. IX.

VIII. pag. 15. Dom. Oct. Paſchae. Hom. eiuſdem in Evang. Ioan. *Quum eſſet ſero*, ut ibid. §. X.

IX. pag. 19. Dom. II. poſt Paſch. Homil. eiuſdem in Evang. Ioan. *Ego ſum paſtor bonus*, ut ibid. § XI.

X. pag. 20. *b.* Dom. III. Homilia B. Auguſtini Epiſc. in Evang. Ioan. *Modicum & iam non videbitis me*, ut ibid. §. XII.

XI. p. 22. *b.* Dom. IV. Homilia eiuſdem in Evang. Ioan. *Vado ad eum, qui me miſit*, ut ibid. §. XIII.

XII. pag. 25. Dom. V. Homilia eiuſdem in Evang. Ioan. *Si quid petieritis patrem*. Inc. *Domini verba nunc tractanda ſunt*. Deſ. *ſed ad ſpiritum pertinentibus audiebant. Denique de ipſa horum aetate adhuc ſecundum interiorem hominem parva & infirma eos admonet*. Apud Combeſ. Tom. VI. pag. 103. ſeqq. ubi ſunt duae Homiliae. Finis vero in Codice tres verſus longior eſt, quam in editione.

XIII. pag. 27. In Vig. Adſcenſ. Domini. Homil. eiuſdem in Evang. Ioan. *Sublevatis Ieſus oculis*. Inc. *Glorificatum a Patre Filium ſecundum formam ſervi, quam Pater ſuſcitavit a mortuis*. Deſ. *ſed quoniam diu nos tenuit huius diſcuſſio quaeſtionis*. Ibid. pag. 153.

XIV. pag. 29. *b.* In die Adſcenſ. Domini. Sermo S. Leonis Papae, ut ſupra pag. 383. §. XXIII.

XV. pag. 30. Hom. B. Gregorii Papae in Evang. Marc. *Recumbentibus duodecim* (ſic) *diſcipulis*, ut ſupra pag. 313. §. XIX.

XVI. pag. 33. *b.* Dom. I. poſt Adſcenſ. Domini. Homilia B. Auguſtini in Ev. Ioan. *Quum venerit Paraclitus*. Inc. *Quid hoc pertinet ad illud, quod dixerat, nunc autem & viderunt, & oderunt & me, & patrem meum &c.* Deſ. *& quando carnem occidere potuit, fidem obſcurare non potuit*. Apud Combeſ. Tom. VI. pag. 236. ſeqq. & ſunt duae Homiliae in unam conflatae; prima autem verba incidunt in dictam pag. 236. col. 2. verſ. 36. Pleniorem habes ſupra pag. 313. §. XX. & infra in hoc ipſo Codice pag. 482. §. LVI.

XVII. pag. 36. Sabb. in vig. Pent. Homil. eiuſdem in Evang. Ioan. *Si diligitis me*. Poſt repetita Evangelii verba: *Spiritum veritatis, quem mundus non poteſt accipere*, inc. *Multa ſunt, quae in iſtis paucis verbis Domini requiruntur*. Deſ. *nunc autem diligimus videndo quod credimus*. Apud Combeſ. loc. cit. pag. 249. ſeqq. ubi ſunt duae Homiliae.

XVIII. pag. 38. *b.* In diem ſanctum Pentecoſten. Sermo eiuſdem. Inc. *Fratres dilectiſſimi, quadrageſimum nuper diem ſollemniter celebravimus, in quo quadriformis totus laetatus eſt mundus*. Deſ. *per ipſum ad paſcha iterum venturi temporis incolumes veniamus*.

XIX. pag. 39. Item alius Sermo unde ſupra. Inc. *F. C. hodierno die anniverſaria ſollemnitas agitur, quo die D. N. I. C. Spiritum Sanctum miſit*. Deſ. *cuius oculos ruina diviſionis non debes offendere*. Inter Auguſt. ſuppoſ. num. CLXXXIII.

XX. pag. 40. Item unde ſupra. Sermo S. Aug. Inc. *Propter adventum Spiritus Sancti hodiernus dies, fratres chariſſimi, ſollemnis eſt nobis*.

(1) Neſcio unde Montfauconius in ſuo Catalogo *ultimum de S. Franciſco* eſſe adfirmarit.

Digitized by Google

his. Deſ. *confirmatur a Spiritu Sancto in hunc diem veniente*. Apud Combefiſ. Tom. cit. pag. 302.

XXI. pag. 41. *b*. In die Pent. Homil. B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica B. Petri Apoſt. in Evang. Ioan. *Si quis diligit me*, ut ſupra pag. 314. §. XXIV.

XXII. pag. 45. Fer. II. Homil. S. Auguſtini in Evang. Ioan. *Dixit Ieſus Nicodemo*, ut ibid. §. XXV.

XXIII. pag. 46. Fer. III. Homilia eiuſdem in Evang. Ioan. *Qui non intrat per oſtium in ovile*, ut ſupra pag. 384. §. XXXIV.

XXIV. pag. 50. Fer. IV. Eiuſdem Hom. in Evang. Ioan. *Nemo poteſt venire ad me*. Inc. *Magnae gratiae commendatio, nemo venit niſi tractus*. Deſ. *non habebitis vitam in vobis*. Apud Combeſ. Tom. cit. pag. 386. ſed in Codice viginti circiter verſus in fine longior eſt. Exſtat & ſupra pag. 314. §. XXVII. ſed ibi eſt tantummodo pars huiuſce Homiliae.

XXV. p. 53. Fer. V. Hom. B. Ambroſii Ep. in Evang. Luc. *Convocatis Ieſus duodecim diſcipulis, dedit illis virtutem*, ut ibid. §. XXVIII. ſub titulo Anonymi.

XXVI. pag. 53. *b*. Fer. VI. Homil. eiuſdem in Evang. Luc. *Factum eſt in una dierum*, ut ibid. pag. 315. §. XXXI.

XXVII. pag. 54. *b*. Sabb. Homilia eiuſdem in Evang. Luc. *Surgens autem Ieſus de ſynagoga*, ut ſupra pag. 306. §. XCIV.

XXVIII. pag. 56. *b*. Dom. I. poſt Pentec. Homil. B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica S. Laur. Mar. in Evang. Luc. *Homo quidam erat dives*, ut ſupra pag. 315. §. XXXIV.

XXIX. pag. 61. *b*. Dom. II. poſt Pentec. Homilia eiuſdem habita ad populum in Baſilica App. Petri (*ſic*) & Iacobi in Evang. Luc. *Homo quidam fecit caenam magnam*, ut ibid. §. XXXV.

XXX. pag. 66. Dom. III. poſt Pentec. Hom. eiuſdem habita ad populum in Baſilica SS. Martyrum Ioannis & Paulli in Ev. Luc. *Acceſſerunt ad Ieſum publicani & peccatores*, ut ibid. §. XXXVI.

XXXI. pag. 72. Dom. IV. poſt Pentec. Homil. B. Auguſt. Epiſc. in Evang. Luc. *Eſtote miſericordes*, ut ibid. pag. 316. §. XXXVII. ſub nomine B. Maximi Epiſc.

XXXII. pag. 74. Dom. V. poſt Pentec. Homilia S. Ambr. Archiepiſc. in Evang. Luc. *Quum turbae irruerent in Ieſum*. Inc. *Ubi Dominus multis impertivit varia genera ſanitatum, nec tempore, nec loco &c.* Deſ. *ut vivificandi habeant poteſtatem*. Apud Combefiſ. Tom. VII. pag. 43.

XXXIII. pag. 75. Dom. VI. poſt Pentec. Homil. S. Auguſtini Epiſc. in Evang. Matth. *Niſi abundaverit iuſtitia veſtra*, ut ſupra p. 316. §. XXXIX. ſub Hieronymi nomine.

XXXIV. pag. 77. *b*. Dom. VII. poſt Pent. Homil. B. Ambroſii Archiepiſc. in Ev. Marc. *Quum multa turba eſſet cum Ieſu*. Poſt repetita Evang. verba: *Miſereor huius turbae*, inc. *Quanta dignatio, quanta in eo hominibus inſpiratur humanitas!* Deſ. *panis enim confirmat cor hominis*. Excerpta eſt ex eius Expoſit. in Lucam Lib. VI. & incipit ab extremis verbis §. 76. & deſinit in §. 92. cit. edit. Tom. I. a pag. 1401. ad pag. 1405.

XXXV. pag. 79. *b*. Dom. VIII. poſt Pent. Homil. S. Remigii Archiepiſc. in Evang. Matth. *Attendite a falſis prophetis*. Inc. *Paullo ſuperius dixerat Dominus: quam anguſta porta, & arcta via, quae ducit ad vitam*. Deſ. *& ipſi intrabunt in regnum caelorum*.

XXXVI. p. 83. Dom. IX. poſt Pent. Hom. S. Hieronymi presb. in Evang. Luc. *Homo quidam erat dives*, ut ſupra pag. 316. §. XLII.

XXXVII. pag. 85. Dom. X. poſt Pentec. Homilia B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica S. Ioan. quae appellatur Conſtantiniana in Evang. Luc. *Quum appropinquaret Ieſus Ieruſalem*, ut ibid. pag. 317. §. XLIII.

XXXVIII. pag. 89. Dom. XI. poſt Pent. Homilia S. Auguſtini Epiſc. in Evang. Luc. *Dicebat Ieſus ad quoſdam, qui in ſe confidebant*. Inc. *Quid eſt ceteri homines? niſi omnes praeter ipſum?* Deſ. *illuminat caecos gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum*. Apud Combefiſ. Tom. cit. pag. 190. ſed heic multo longius producitur, quam in editione; poſt verba enim, *ſi reprehenditur qui ſuperbe agit gratias?* in quibus ibi deſinit, ita Codex proſequitur: *Et ecce poſt dictam controverſiam prolatamque ſententiam procedunt & parvuli &c.*

XXXIX. pag. 90. *b*. Dom. XII. poſt Pent. Homil. B. Gregorii Papae ſuper Ezechiel in Evang. Marc. *Exiens Ieſus de finibus Tyri*. Inc. *Vigilanter intuendum eſt, quod voce Domini ad prophetam dicitur, ut prius ſermones eius audiat, & poſtmodum loquatur &c.* Deſ. *& quod nunc ex parte novimus ad perfectum nobis lumen veritatis intimare dignabitur Ieſus Chriſtus &c.* Circa medium huius Homiliae ad verba, *Curato autem ſurdo & muto, videamus quid ſequitur &c.* in margine adnotatum fuit ab eadem vetuſta manu: *Hinc ex Omelia Bedae presbyteri*, & quidem recte; hoc enim fragmentum occurrit apud Combeſ. Tom. cit. pag. 201. col. 1. verſ. 31. ſuperiora vero ad Gregorium pertinentia, & ex Commentario ſuper Ezechielem fortaſſe deſumpta, non reperimus.

XL. pag. 91. Dom. XIII. poſt Pentec. Homilia Anonymi in Evang. Luc. *Beati oculi qui vident*. Inc. *In lectione hac exponuntur hi qui ſibi legisperiti videntur*. Deſ. *nihil enim tam ſecundum naturam, quam iuvare conſortem naturae. Dictum eſt igitur de miſericordia, ſed non eſt una forma virtutis*. Apud Combefiſ. loc. cit. pag. 213. ſub Ambroſii nomine, ſed in principio ac fine aliquantum diverſa.

XLI. pag. 93. Dom. XIV. poſt Pentec. Homil. B. Auguſtini Epiſc. in Evang. Luc. *Dum iret Ieſus in Ieruſalem*. Inc. *De decem le-*

Digitized by Google

leproſis, quos Dominus ita mundavit, cum ait: ite, oſtendite vos ſacerdotibus &c. Deſ. *praeloquendum ergo nobis fuit ex more, & vos facite ex amore. Amen.*

XLII. pag. 95. *b.* Dom. XV. poſt Pentec. Homil. eiuſdem de ſermone Domini habito in monte, in Evang. Matth. *Nemo poteſt duobus dominis ſervire.* Inc. *Ad hanc ipſam intentionem referendum eſt quod conſequenter expoſuit dicens &c.* Deſ. *vel cum regno Dei mercedem temporalium cogitare.* Apud Combeſiſ. loc. cit. pag. 293. poſtrema autem verba incidunt in pag. 295. col. 1. verſ. 30.

XLIII. pag. 98. Dom. XVI. poſt Pentec. Homilia eiuſdem in Evang. Luc. *Ibat Ieſus in civitatem, quae vocatur Naim.* Inc. *Miracula Domini noſtri, & Salvatoris Ieſu Chriſti omnes quidem audientes & credentes movent.* Deſ. *agant poenitentiam, & celeriter iam reſurgant.* Ibid. pag. 308.

XLIV. pag. 100. Fer. IV. ieiunii menſis ſeptimi. Homil. Hieronymi in Evang. Marc. *Reſpondens unus de turba dixit: Magiſter attuli filium meum.* Poſt Evang. verba: *Domine miſerere filio meo &c.* inc. *Quam ob cauſſam daemon obſervans lunae curſum corripiat homines &c.* Deſ. *dum docet quomodo nequiſſimus daemon poſſit expelli, omnes inſtituit ad vitam.* Ibid. pag. 350.

XLV. pag. 100. *b.* Fer. VI. Homil. B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica B. Clementis martyris in Evang. Luc. *Rogabat Ieſum quidam de Phariſaeis*, ut ſupra p. 309. §. CXIII.

XLVI. pag. 104. Sabb. Homilia eiuſdem habita ad populum in Baſilica S. Laurentii martyris in Evang. Luc. *Arborem fici &c.* ut ſupra pag. 318. §. LVI.

XLVII. pag. 106. Dom. XVII. poſt Pent. Homil. S. Auguſtini Epiſc. in Evang. Luc. *Quum intraret Ieſus in domum cuiuſdam principis Phariſaeorum.* Inc. *Qui Deum timetis, non dubito, quod verbum eius in timore audiatis.* Deſ. *ſi volumus frui aeterna ſapientia.*

XLVIII. pag. 107. *b.* Dom. XVIII. poſt Pentec. Homil. ex tractatu S. Ioan. Oſaurei in Evang. Matth. *Acceſſerunt ad Ieſum Phariſaei.* Inc. *Convenerunt, ut multitudine vincerent quem ratione vincere non poterant.* Deſ. *quando voluerit, tunc finem ponit.* Apud Combeſiſ. Tom. cit. pag. 341. ſub Auctoris imperfecti in Matthaeum nomine.

XLIX. pag. 110. Dom. XIX. poſt Pentec. Homil. S. Severini Epiſc. in Evang. Matth. *Adſcendens Ieſus in naviculam*, ut ſupra pag. 376. §. CXLVIII. ſub nomine S. Maximi.

L. pag. 111. Dom. XX. Homilia B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica S. Petri Apoſt. in Evang. Matth. *Simile factum eſt regnum caelorum homini regi*, ut ſupra pag. 319. §. LIX.

LI. pag. 116. *b.* Dom. XXI. poſt Pentec. Hom. eiuſdem habita ad populum in coemeterio SS. Nerei, & Achillei in die natali eorum in Evang. Io. *Erat quidam Regulus*, ut ibid. §. LX.

LII. pag. 118. Dom. XXII. poſt Pentec. Hom. S. Auguſt. Epiſc. in Evang. Matth. *Simile eſt regnum caelorum homini regi, qui voluit rationem ponere &c.* Inc. *Narravit Dominus ſimilitudinem valde terribilem.* Deſ. *publice corripe, ut ille emendetur, ut ceteri timeant.*

LIII. pag. 119. Dom. XXIII. poſt Pentec. Homil. S. Ioan. Oſaurei in Evang. Ioan. *Abeuntes Phariſaei concilium inierunt*, ut ſupra pag. 377. §. CLIII. ſed heic eſt unius circiter paginae dimidium longior, poſt enim verba, *& apprehendimus quae ſunt utilia, ſicut Deus*, in quibus ibi deſinit, heic ita proſequitur: *Caeſarem non putemus Auguſtum, ſed Tiberium ſignificare privignum eius &c.* & deſ. *quod calliditas eorum inſidiandi non inveniſſet locum*; appoſita in principio marginali notula: *Hinc ex Tractatu Bedae Presbyteri.*

LIV. pag. 121. Dom. XXIV. poſt Pentec. Homil. Venerab. Bedae Presb. in Evang. Matth. *Loquente Ieſu ad turbas ecce princeps unus acceſſit*, ut ſupra pag. 387. §. LXXI.

LV. pag. 123. *b.* Dom. XXV. Homilia eiuſdem in Evang. Marc. *Exiens Ieſus vidit turbam multam*, ut ſupra pag. 407. §. C.

LVI. pag. 126. Dom. de Trinitate. Hom. S. Auguſtini Epiſc. in Evang. Ioan. *Quum venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis &c.* ut ſupra pag. 313. §. XX.

LVII. pag. 129. Alius Sermo. Inc. *Credimus Sanctam Trinitatem, ideſt Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum.* Deſ. *gratia, & pax a Deo Patre, & Filio eius I. C. D. N. ſic iſta confitenti in ſaecula ſaeculorum. Amen.*

LVIII. pag. ead. *b.* Sequitur ſine ullo titulo Oratio ad SS. Trinitatem valde longa, in forma confeſſionis. Inc. *Adeſto Deus, lumen verum.* Deſ. *miſerere nobis; tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio in ſaecula ſaeculorum. Amen.*

LIX. pag. 130. Sequuntur Sermones de feſtivitatibus Sanctorum, ac primo quidem in natali S. Andreae Apoſtoli Homilia B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica S. Andreae Apoſt. die natali eius in Evang. Ioan. *Ambulans Ieſus iuxta mare Galilaeae*, ut ſupra pag. 379. §. CLXXVII.

LX. pag. 131. *b.* In Converſione S. Paulli Apoſt. Anonymi Homil. in Evang. Matth. *Ecce nos reliquimus omnia.* Inc. *Narrat ſuperius Evangeliſta, iuvenem quemdam acceſſiſſe ad Ieſum, & dixiſſe ei: Magiſter bone, quid boni faciam &c.* Deſ. *quos enim multum diligimus, his nominibus vocare ſolemus.*

LXI. pag. 133. In natali Sanctorum, qui a Paſcha uſque ad oct. Pent. celebratur. Hom. S. Auguſtini Epiſc. in Evang. Ioan. *Ego ſum vitis vera.* Inc. *Iſte locus Evangelii, fratres, ubi ſe dicit Dominus vitem, & diſcipulos ſuos palmites &c.* Deſ. *ad hoc tenentur ab eis, ut iudicentur ex eis.*

LXII. pag. 135. In natali Apoſt. Philippi & Iacobi Homil. eiuſdem in Evang. Ioan. *Non turbetur cor veſtrum.* Inc. *Erigenda eſt* no-

Digitized by Google

nobis, fratres, ad Deum maior intentio. Deſ. *quod opportunius nobis patreſfamilias noſtro largiente reddamus*. Exſtat & ſupra pag. 387. §. LXXIII. ubi tamen multo eſt longior.

LXIII. pag. 136. *b.* In Inventione S. Crucis. Homil. eiuſdem in Evang. Ioan. *Erat homo ex Phariſaeis Nicodemus nomine*, ut ſupra pag. 315. §. XXXIII.

LXIV. pag. 139. In feſtivitate S. Michaëlis. Anonymi Homilia in Evang. Matth. *Acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum dicentes*. Inc. *Acceſſerunt utique diſcipuli ad Ieſum, non loquendo, ſed cogitando*. Deſ. *ſemetipſum humiliavit factus obediens uſque ad mortem*.

LXV. pag. 140. In Vig. S. Ioan. Baptiſtae Homil. Ven. Bedae Preſb. in Evang. Luc. *Fuit in diebus Herodis regis*. Inc. *Sacratiſſima Praecurſoris Domini nobilitas, non ſolum a parentibus, ſed & a progenitoribus glorioſa deſcendit*. Deſ. *ad praedicationem videlicet Ioannis poenitendo & credendo in Chriſtum*.

LXVI. pag. 142. *b.* In Natale S. Ioan. Baptiſtae Homil. S. Ambroſii Epiſc. in Evang. Luc. *Eliſabeth impletum eſt tempus pariendi*. Inc. *Verbum impletionis ſancta ſcriptura in bonorum tantum ortu, vel obitu, vel actu ponere conſuevit*. Deſ. *ipſe etiam primus eam ſqualidius in deſertis vitam tranſigat*.

LXVII. pag. 144. *b.* In Vig. Apoſt. Petri, & Paulli Homil. S. Auguſt. Epiſc. in Evang. Ioan. *Dixit Ieſus Petro: Simon Ioannis diligis me plus his?* ut ſupra p. 365. §. XXX.

LXVIII. pag. 146. In Natale S. Petri Apoſt. Homil. S. Remigii Archiepiſc. in Ev. Matth. *Venit Ieſus in partes Caeſareae Philippi*. Inc. *Philippus iſte, ſicut Lucas teſtatur, tetrarcha fuit Itureae & Trachonitidis*. Deſ. *non vis, ut granum frumenti cadat in terram, & moriatur, & multum fructum afferat*. Exſtat & ſupra pag. 456. §. LXXXIX. ſed finis diverſus.

LXIX. pag. 149. In Natale S. Paulli Ap. Homil. eiuſdem in Evang. Matth. *Ecce nos reliquimus omnia*. Inc. *Eo amore, quo prae ceteris diſcipulis reſpondere ſolebat Petrus in hoc loco reſpondit*. Deſ. *per humilitatis gratiam facti ſunt primi*.

LXX. pag. 150. *b.* In Oct. Apoſtolorum Petri, & Paulli. Homil. eiuſdem in Evang. Matth. *Iuſſit Ieſus diſcipulos ſuos aſcendere in naviculam*. Inc. *Creator elementorum ideo elementa ſua, ideſt ventos & mare permiſit inſurgere*. Deſ. *videbunt in quem pupugerunt*.

LXXI. pag. 152. *b.* In Natale SS. ſeptem fratrum Homil. S. Auguſtini Epiſc. in Ev. Matth. *Loquente Ieſu ad turbas*, ut ſupra p. 378. §. CLXIV. ſub B. Gregorii nomine.

LXXII. pag. 153. *b.* In nat. S. Iacobi Ap. Homil. S. Remigii Archiepiſc. in Ev. Matth. *Acceſſit ad Ieſum mater filiorum Zebedaei*. Inc. *Quaerendum eſt unde praeſumpſit iſta mater filiorum Zebedaei occaſionem accedendi ad Dominum*. Deſ. *qui dixerunt Dominum non veram animam ſumpſiſſe*.

LXXIII. pag. 156. In nat. S. Laurentii Mart. Homil. S. Auguſtini Epiſc. in Evang. Ioan. *Niſi granum frumenti*. Inc. *Se autem dicebat ipſum eſſe granum mortificandum, & multiplicandum*. Deſ. *coronas glorioſiſſimas receperunt*. Exſtat & ſupra pag. 389. §. XCVI. ubi unius circiter paginae dimidium brevior eſt.

LXXIV. pag. 157. In Vig. Aſſumptionis S. Mariae Homil. Venerab. Bedae in Evang. Luc. *Loquente Ieſu ad turbas*. Inc. *Magnae devotionis, & fidei haec mulier oſtenditur*. Deſ. *ad regnum caelorum pervenire mereamur, adiuvante D. N. I. C. &c.*

LXXV. p. 158. Anonymi Sermo de Aſſumptione S. Mariae. Inc. *Adeſt, dilectiſſimi fratres, dies valde venerabilis, dies omnium ſanctorum ſolemnitate praecellens*. Deſ. *& exſpectatio omnibus electis eius. Ipſi gloria &c.*

LXXVI. pag. 161. *b.* Sermo S. Hieronymi preſb. de eodem, ut ſupra pag. 389. §. XCVII.

LXXVII. pag. 172. Vnde ſupra Sermo S. Auguſtini Epiſcopi, ut ſupra pag. 411. §. CXXXVIII.

LXXVIII. pag. 173. Vnde ſupra Sermo eiuſdem, ut ibid. §. CXXXIX. ſub Ioannis Chryſoſtomi nomine.

LXXIX. pag. 174. Vnde ſupra Sermo eiuſdem. Inc. *Sancta atque glorioſa ſolemnitas hodie clara refulſit, & omni generi humano per ſuum adventum ſalutem repraeſentavit*. Deſ. *quia genuit omnium credentium ſalvatorem. Qui &c.*

LXXX. pag. ead. *b.* Homilia eiuſdem in Evang. Luc. *Intravit Ieſus in quoddam Caſtellum*, ut ſupra pag. 378. §. CLXVII.

LXXXI. pag. 176. In nat. S. Bartholomaei Homilia S. Ioan. Oſaurei in Evang. Luc. *Facta eſt contentio inter diſcipulos Ieſu &c.* Inc. *Error ſalutaris, qui totius mundi ſolvit errorem*. Deſ. *nec eſt vera imago, quae ſimilis non eſt auctori*.

LXXXII. pag. 177. *b.* In decollatione S. Ioan. Baptiſtae Sermo S. Auguſtini. Inc. *Quum S. Evangelium legeretur, crudele ſpectaculum ante noſtros oculos conſtitutum eſt*. Deſ. *ſi conſuetudinem iurandi a vobis abſtuleritis, praeſtante &c.*

LXXXIII. pag. 179. Homilia Vener. Bedae preſb. in Evang. Matth. *Audivit Herodes tetrarcha famam de Ieſu*, ut ſupra pag. 411. § CXLI.

LXXXIV. pag. 182. Libellus de nativitate & de annuntiatione beatae Mariae Virginis editus a B. Hieronymo. Inc. *Beata & glorioſa ſemper Virgo Maria, ex regia ſtirpe & familia David orlunda*. Deſ. *& peperit primogenitum ſuum, ſicut SS. Evangeliſtae docuerunt, D. N. I. C. qui vivit &c.* Inter eius Opera edit. Veron. alias cit. Tom. XI. ſub finem pag. 280. & incipit a Cap. II.

LXXXV. pag. 184. *b.* Homilia S. Remigii Archiepiſc. in Evang. Matth. *Liber generationis*. Inc. *Matthaeus publicanus, cognomine Levi, Hebraeus, ex Hebraeis ſicut in ordine primus ponitur*. Deſ. *de qua natus eſt Ieſus, qui*

Digitized by Google

qui vocatur Chriſtus &c. Qui vivit &c.

LXXXVI. pag. 187. *b.* In Exaltatione S. Crucis ex tractatu S. Hieronymi Presb. Inc. *Tempore illo, poſtquam Conſtantino Auguſto contra Maxentium tyrannum properanti ad bellum, ſignum S. Crucis caelitus fuiſſet oſtenſum*. Deſ. *miraculorum ſuſcepit plurima incrementa, donante D. N. &c.*

LXXXVII. pag. 189. In feſtivitate B. Matthaei Apoſt. Homilia Venerab. Bedae in Evang. Matth. *Vidit Ieſus hominem ſedentem*, ut ſupra pag. 378. §. CLXXI.

LXXXVIII. pag. 191. *b.* In Nat. S Lucae Evangeliſtae. Homil. B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica S. Ioannis Lateranenſis, in Evang. Luc. *Deſignavit Dominus*, ut ſupra pag. 380. §. CLXXXII.

LXXXIX. pag. 196. In Natale Apoſtolorum Simonis, & Iudae Sermo S. Auguſtini Epiſc. in Evang. Ioan. *Haec mando vobis*, ut ſupra pag. 412. §. CXLVIII. ſine auctoris nomine.

XC. pag. 197. Homilia prorſus anepigrapha, quae ſuperioris continuatio etiam videri poſſet. Inc. *Exhortans Dominus ſuos ſervos ad mundi odia perferenda patienter*. Deſ. *quia & ipſi cum eis colliguntur a Chriſto*.

XCI. pag. 198. In Vig. omnium Sanctorum. Sermo S. Ambroſii in Evang. Luc. *Deſcendens Ieſus de monte*, ut ſupra pag. 379. §. CLXXIV.

XCII. pag. 200. In feſtivitate omnium Sanctorum Sermo Venerab. Bedae Presbyt. Inc. *Legimus in Eccleſiaſticis hiſtoriis &c.* ut ſupra pag. 390. §. CII. ſub nomine S. Leonis Papae.

XCIII. pag. 203. Homilia B. Ioannis Oſaurei in Evang. Matth. *Videns Ieſus turbas, adſcendit in montem*. Inc. *Omnis artifex ſecundum profeſſionem ſuam opportunitatem operis videns, gaudet*. Deſ. *confuſionem non timet, niſi tantummodo Dei*.

XCIV. pag. 206. In Natale Apoſtolorum Sermo S. Rabani Epiſcopi. Inc. *Si omnium ſanctorum martyrum grata nobis debet eſſe ſolemnitas, fratres chariſſimi, quanto gratior eorum &c.* Deſ. *ut univerſali iudicio Chriſti cum eis in perpetuum coronemur. Quod praeſtare dignetur &c.*

XCV. pag. 207. Homilia B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica S. Stephani martyris die natalis eius in Evang. Matth. *In via gentium ne abieritis*, ut ſupra pag. 320. §. LXVI.

XCVI. pag. 208. *b.* Vnde ſupra Homilia eiuſdem habita ad populum in Baſilica S. Pancratii Mart. die nat. eius in Evang. Ioan. *Hoc eſt praeceptum meum*, ut ibid. §. LXV.

XCVII. pag. 210. *b.* In Nat. unius martyris Sermo S. Auguſtini Epiſc. Inc. *Beatus iſte martyr &c.* ut ſupra pag. 413. §. CLI. ſub nomine S. Fulgentii.

XCVIII. pag. 211. *b.* Vnde ſupra Sermo B. Hieronymi Presb. Inc. *Supra vero dixerat Dominus; quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine*. Deſ. *quod quantumcumque ſeminaveris, tantum & meſſurus ſis*.

XCIX. pag. 212. Homilia B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica SS. martyrum Proceſſi, & Martiniani in Ev. Luc. *Si quis vult poſt me venire*, ut ſupra pag. 321. §. LXVII.

C. pag 215. Homilia eiuſdem habita ad populum in Baſilica S. Stephani martyris die natali eius in Evang. Luc. *Si quis venit ad me*, ut ſupra pag. 380. §. CLXXXIV.

CI. pag. 218. Homil. S. Ioan. Oſaurei in Evang. Matth. *Nolite arbitrari, quia venerim mittere pacem in terram*. Inc. *Quum dixiſſet Dominus: Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, quaſi cogitantibus Apoſtolis, & dicentibus &c.* Deſ. *minimi autem ſunt in Eccleſia, qui modicae iuſtitiae ſunt, aut modicae fidei*. Huius Homiliae fragmentum exſtat ſupra pag. 458. §. CIV.

CII. pag. 220. *b.* In Nat. plurimor. Mart. Sermo S. Hieronymi in Evang. Matth. *Nihil opertum, quod non revelетur*. Inc. *Et quomodo in praeſenti ſaeculo multorum vitia neſciuntur, ſed de futuro tempore ſcribitur &c.* Deſ. *non eiuſdem numeri conſervatio*.

CIII. pag. 221. De eodem Sermo S. Auguſtini Epiſc. Inc. *Quotieſcumque, fratres chariſſimi, ſanctorum martyrum ſolemnia celebramus*, ut ſupra pag. 391. §. CXVIII.

CIV. pag. 222. Vnde ſupra Sermo eiuſdem, ut ibid. §. CXIX.

CV. pag. 222. *b.* Vnde ſupra Sermo eiuſdem, ut ſupra pag. 110 §. LXXXII. ſub titulo *De paſſione, vel natale ſanctorum Octavii, Adventii, & Solutoris, qui Taurinis paſſi ſunt*.

CVI. pag. 223. Sermo anepigraphus. Inc. *Si quantum &c.* ut ibid. §. LXXXII, ſub titulo *De natale Sanctorum*.

CVII. pag. 223. *b* Homilia B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica S. Mennae Martyris die natali eiuſdem in Evang. Luc. *Quum audieritis &c.* ut ſupra pag. 380. §. CLXXXIII.

CVIII. pag. 226. *b.* In Nat. Conf. Sermo S. Fulgentii Epiſc. ut ſupra pag. 391. §. CXXIII.

CIX. pag. 226. *b.* In Nat. Conf. Pont. Sermo S. Auguſtini Epiſc. ut ibid. §. CXXIV. ſine nomine auctoris.

CX. pag. 230. *b* Homilia B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica S. Silveſtri Papae die natali eius in Evang. Matth. *Homo quidam peregre*, ut ſupra pag. 380. §. CLXXXV.

CXI. pag. 232. Homilia eiuſdem habita ad populum in Baſilica S. Felicis in Ev. Luc. *Sint lumbi veſtri praecincti*, ut ibid. §. CLXXXVI.

CXII. pag. 233. *b.* In Nat. Virg. Sermo S. Auguſtini Epiſcopi, ut ſupra pag. 392. §. CXXVII. auctore anonymo.

CXIII. pag. 236. Homilia B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica S. Agnetis

tis Virginis die natalis eius, in Evang. Matth. *Simile eſt regnum caelorum theſauro &c.* ut ſupra pag. 321. §. LXIX.

CXIV. pag. 237. *b.* Vnde ſupra Homilia eiuſdem habita ad populum in Baſilica S. Agnetis Virg. die natalis eius, in Ev. Matth. *Simile eſt regnum caelorum decem virginibus*, ut ſupra pag. 380. §. CLXXXVIII.

CXV. pag. 239. *b.* In Dedicatione Eccleſiae Sermo S. Maximi Epiſcopi, ut ſupra pag. 322. §. LXXI. ſub nomine S. Auguſtini.

CXVI. pag. 241. Alius Sermo anepigraphus de eodem. Inc. *Recte feſta Eccleſiae colunt, qui ſe Eccleſiae filios eſſe cognoſcunt*. Deſ. *non habebit de ſocietate faſtidium*; *ad quae bona nos perducat, qui vivit &c.*

CXVII. pag. 242. Homilia B. Auguſtini Epiſc. in Evang. Luc. *Egreſſus Ieſus perambulabat Iericho, & ecce vir cui nomen Zachaeus*. Inc. *Beatus Evangeliſta proxime quum divitis inhumani vitam deſcribit, & finem &c.* Deſ. *veras caeli divitias invenerat, ad quas nos pervenire concedat, qui vivit &c.*

Codex membranac. Ms. in fol. maximo Saec. XII. nitidiſſimus, binis columnis exaratus, & cum litteris Homiliarum initialibus rubricatis. Conſtat foliis ſcriptis 243.

HOMILIAE BEATI GREGORII PAPAE.

Seu potius

Homiliae diverſorum a Dominica Reſurrect. uſque ad Dominicam XXIV. poſt Pentec. & de Propriis, & Communi Sanctorum.

Cod. XXIV. PRaecedit in primis duobus foliis accuratiſſimus Index Homiliarum, quae in hoc Codice habentur, exhibens Evangeliorum initia, & nomina auctorum, a diverſa, ut videtur manu, ſed aeque antiqua exaratus (1). Auctores vero ſunt Ambroſius, Auguſtinus, Gregorius, Hieronymus, Hilarius, Ioannes Chryſoſtomus, Maximus, Origenes, Remigius, Severianus, & Theophilus Antiochenae Eccleſiae Epiſcopus.

I. pag. 3. Dominica ſanctae Reſurrectionis. Homilia B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica S. Mariae Virginis in die ſancto Paſchae in Ev. Marc. *Maria Magdalene & Maria Iacobi &c.* ut ſupra pag. 311. §. III. Notandum heic in littera initiali rudi calamo repraeſentari tres mulieres in Evangelio memoratas, & Angelum ſupra monumentum ſtantem, ac nimbo caput redimitum.

II. pag. 4. *b.* Homilia lectionis eiuſdem S. Remigii Epiſcopi ſuper Marcum. Inc. *Nam praeceptum legis erat quieſcere a veſpera ſextae feriae uſque ad alterius diei veſperam*. Deſ. *crediderunt, ut alter Evangeliſta dicit, ſed non omnes, ut Thomas*.

III. pag. 5. *b.* Homilia lectionis eiuſdem B. Ambroſii ſuper Lucam, ut ſupra pag. 426. §. CXLII.

IV. pag. 6. Fer. II. Homilia B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica B. Petri Apoſt. in Evang. Luc. *Duo ex diſcipulis Ieſu &c.* ut ſupra pag. 311. §. IV.

V. pag. 7. Fer. III. Homilia B. Ambroſii Epiſc. in Evang. Luc. *Stetit Ieſus in medio diſcipulorum*, ut ſupra pag. 426. §. CXLIV.

VI. pag. 8. Fer. IV. Homilia B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica S. Laur. foras muros in Evang. Ioan. *Manifeſtavit ſe iterum &c.* ut ſupra pag. 312. §. VI.

VII. pag. 10. Homilia lectionis eiuſdem B. Auguſtini Epiſc. ut ſupra pag. 427. §. CXLVI.

VIII. pag. 12. Fer. V. Homilia B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica S. Ioannis, quae appellatur Conſtantiniana in Evang. Ioan. *Maria ſtabat ad monumentum foris &c.* ut ſupra pag. 312. §. VII.

IX. pag. 15. Homilia lectionis eiuſdem ex tract. S. Auguſtini Epiſc. Inc. *Viris enim redeuntibus, infirmioris ſexus in eodem loco fortior fiebat affectus*. Deſ. *quia vidi Dominum, & haec dixit mihi*. Apud Combef. Tom. V. pag. 587. In fine vero diverſa eſt, quia Codex poſt verba, *& ipſe mediator ſum*, in quibus editio deſinit, alia pauca ſubiungit ex Evangelii textu.

X. pag. 16. Homilia lectionis eiuſdem B. Ambroſii Epiſc. Inc. *Sicut enim in principio mulier auctor culpae viro fuit, vir execsutor erroris*. Deſ. *illi unitate myſterii, nobis poteſtate caeleſti*. Deſumpta eſt ex eius Expoſitione in Lucam Lib. X. cap. 156. & progreditur uſque ad totum cap. 167. edit. alias cit. Tom. I. pag. 1537.

XI. pag. 17. Fer. VI. Homilia B. Remigii Epiſcopi in Evang. Matth. *Vndecim diſcipuli &c.* Inc. *Narrat S. Evangeliſta ſuperius, quia Angelus praedixit, Dominum diſcipulos ſuos in Galilaeam praeceſſurum, ut ibi ab eis videretur*. Deſ. *in hoſpitio ſui cordis meruerunt eum habere manſorem*.

XII. pag. 18. *b.* Homilia lectionis eiuſdem B. Hieronymi Presb. Inc. *Poſt reſurrectionem Ieſus in Galilaea in monte conſpicitur*. Deſ. *in qua ſe ſcit futurum cum Apoſtolis*. Apud Combefiſ. Tom. cit. pag. 603.

XIII. pag. ead. Sabbato Homilia B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica S. Ioannis, quae appellatur Conſtantiniana, in Evang. Ioan. *Vna ſabbati &c.* ut ſupra pag. 312. §. IX.

XIV. pag. 21. *b.* Homilia lectionis eiuſdem B. Auguſtini Epiſc. Inc. *Vna ſabbati eſt, quam iam diem Dominicum propter Domini reſurrectionem, mos Chriſtianus appellat*. Deſ. *& aliquid aliud eum ſignificare credebant*. Apud Combef. Tom. cit. pag. 610. & 611.

XV. pag. 22. Dom. I. poſt Paſcha. Homil. B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica

(1) In ſuperiori margine pag. 3. legitur *Iſte Omelie ſunt Eccleſie Meden.* (ſeu *Siden.*)

Digitized by Google

ſilica S. Ioannis, quae appellatur Conſtantiniana, in Evang. Ioan. *Quum eſſet ſero &c.* ut ſupra pag. 312. §. X.

XVI. pag. 25. Homilia lectionis eiuſdem B. Auguſtini Epiſc. Inc. *Clavi enim manus Domini fixerant*. Deſ. *in ſua noverat praedeſtinatione iam factum*. Apud Combeſ. Tom. VI. pag. 14. col. 2. & eſt Homilia I.

XVII. pag. 25. *b.* Dom. II. poſt Paſcha. Homilia B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica B. Petri Apoſtoli in Evang. Ioan. *Ego ſum paſtor bonus*, ut ſupra pag. 312. §. XI.

XVIII. pag. 27. Homilia lectionis eiuſdem B. Auguſtini Epiſcopi. Inc. *Loquens Dominus Ieſus ovibus ſuis, & praeſentibus, & futuris, quae tunc aderant*. Deſ. *quia omnia, quae heic diſcutienda adhuc arbitror, hodie non diſcutio*. Apud Combeſ. Tom. cit. pag. 41. ubi tres verſus in fine longior.

XIX. pag. 29. Dom. III. poſt Paſch. Hom. ex tractatu eiuſdem in Evang. Ioan. *Modicum & iam non videbitis me &c.* ut ſupra pag. 312. §. XII. ſed finis diverſus ita habet: *plus gaudet de mox futura prole, quam triſtis eſt de praeſenti dolore*: quatuor enim verſus in fine brevior.

XX. pag. 30. *b.* Dom. IV. poſt Paſcha. Homilia eiuſdem in Evang. Ioan. *Vado ad eum, qui me miſit &c.* ut ibid. §. XIII.

XXI. pag. 32. *b.* Dom. V. poſt Paſcha. Homilia eiuſdem in Evang. Ioan. *Si quid petieritis patrem &c.* ut ibid. pag. 313. §. XIV. ſed finis diverſus ita habet: *ſed ad ſpiritum pertinentibus audiebant*. Concordat cum edit. Combeſ. loc. cit. a pag. 103. ad pag. 105.

XXII. pag. 34. Fer. II. in Letaniis maioribus. Homilia eiuſdem in Evang. Luc. *Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Quis veſtrum habebit amicum*. Inc. *Audivimus nos exhortantem Dominum noſtrum caeleſtem magiſtrum*. Deſ. *maledicimur, & benedicimus, blaſphemati deprecamur*. Apud Combeſ. Tom. cit. pag. 128. finis autem incidit in pag. 130. col. 2. verſ. 64.

XXIII. pag. 36. *b.* Homilia lectionis eiuſdem B. Ambroſii Epiſc. Inc. *Alius praecepti locus eſt, ut omnibus momentis, non ſolum diebus, ſed etiam noctibus oratio deferatur*. Deſ. *quae nos profutura credimus*. Ibid. pag. 115.

XXIV. pag. 37. Fer. III. Homil. ex tractatu Ioannis Conſtantinopolitani Epiſcopi in Evang. Matth. *Petite, & dabitur vobis*. Inc. *Sciens Dominus, quoniam quae ſupra mandaverat hominibus impoſſibilia erant*. Deſ. *quaſi innumerabiles arboris rami in una radice*.

XXV. pag. 39. In Vig. Adſcenſionis Domini. Homilia B. Auguſtini Epiſc. in Evang. Ioan. *Sublevatis Ieſus oculis &c.* ut ſupra p. 438. §. XIII.

XXVI. pag. 41. In die Adſcenſionis Domini. Homil. B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica B. Petri Apoſt. in Evang. Marc. *Recumbentibus undecim diſcipulis &c.* ut ſupra pag. 313. §. XIX.

XXVII. pag. 43. *b.* Homilia lectionis eiuſdem S. Severiani Epiſc. Inc. *Hodie beatus Evangeliſta ſic retulit Apoſtolos in ipſo crucis tempore menſis deditos &c.* Deſ. *in adventu eius ſecuri de noſtra conſcientia gloriemur*. Apud Combeſ. Tom. cit. pag. 208. ſub Petri Chryſologi nomine.

XXVIII. pag. 44. *b.* Homilia lectionis eiuſdem ex tractatu S. Remigii. Inc. *Decies Ieſus apparuiſſe legitur, primo Mariae in horto &c.* Deſ. *Evangelii verbum per totum mundum praedicando diſſeminaverunt*.

XXIX. pag. 45. *b.* Dom. I. poſt Adſcenſ. Domini. Homilia B. Auguſtini Epiſc. in Ev. Ioan. *Quum venerit Paraclitus &c.* ut ſupra pag. 313. §. XX.

XXX. pag. 47. *b.* In Vig. Pentec. Homil. ex tractatu eiuſdem in Evang. Ioan. *Si diligitis me, mandata mea ſervate*, ut ſupra pag. 372. §. CVIII.

XXXI. pag. 50. Dom. S. Pentec. Homilia B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica S. Petri Apoſtoli in Evang. Ioan. *Si quis diligit me &c.* ut ſupra pag. 314. §. XXIV.

XXXII. pag. 53. Homilia lectionis eiuſdem B. Auguſtini Epiſc. Inc. *Ecce expoſita eſt cauſſa, quare ſuis ſe manifeſtaturus eſt, non alienis*. Deſ. *ne corrumpatur in terra*. Apud Combeſ. Tom. cit. a pag. 294. ad pag. 296. & ſunt Homiliae duae priores in unam coniunctae.

XXXIII. pag. 54. *b.* Fer. II. Homil. eiuſdem in Evang. Ioan. *Sic dilexit Deus mundum*. Inc. *Quantum in medico Salvatore noſtro eſt, fratres, ſanare venit aegrotum*. Deſ. *quia bona, & ſalubria ſunt*. Ibid. pag. 362.

XXXIV. pag. 55. *b.* Fer. III. Homilia eiuſdem in Evang. Ioan. *Qui non intrat per oſtium in ovile*. Inc. *Dominus & Salvator noſter, fratres, de grege ſuo, & de oſtio, quo intratur ad ovile &c.* Deſ. *tamen tunc vere paſcua invenient, ubi ſaturentur, qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam*. Ibid. pag. 370. ſed in Codice incipit a verſu 34. poſt initium, & definit ſex verſus ante finem.

XXXV. pag. 59. Fer. IV. Homilia B. Auguſtini Epiſc. in Evang. Ioan. *Nemo poteſt venire ad me &c.* Inc. *Magnae gratiae commendatio &c.* Deſ. *nunc labores in terra, ut poſtea regnes in caelo*. Ibid. pag. 386.

XXXVI. pag. 61. Fer. V. Homilia ex tractatu S. Ambroſii Epiſc. in Evang. Luc. *Convocatis Dominus Ieſus diſcipulis ſuis &c.* ut ſupra pag. 314. §. XXVIII.

XXXVII. p. 62. Fer. VI. Hom. eiuſdem in Evang. Luc. *Factum eſt in una dierum*, ut ſupra pag. 315. §. XXXI.

XXXVIII. pag. 63. Homil. Ioannis Oſaurei in Evang. Matth. *Egrediente Domino Ieſu ab Iericho*, ut ſupra pag. 373. §. CXX.

XXXIX. pag. 64. *b.* Dom. I. poſt Pentec. Homil. B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica S. Laurentii martyris in Ev. Luc. *Homo quidam erat dives &c.* ut ſupra pag. 315. §. XXXIV.

XL.

Digitized by Google

XL. pag. 69. Homilia lectionis eiuſdem S. Severiani Epiſc. Inc. *Quoties nobis a Deo dives ingeritur purpuratus, toties vulneratus pauper apponitur*. Deſ. *late videre, habere, & tenere peſſimus per Chriſtum &c.*

XLI. pag. 70. Dom. II. poſt Pentec. Homilia B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica BB. Apoſtolorum Philippi, & Iacobi in Evang. Luc. *Homo quidam fecit coenam magnam &c.* ut ſupra pag. 315. §. XXXV.

XLII. pag. 73. *b*. Homilia lectionis eiuſdem ex tractatu S. Ambroſii Archiepiſc. Inc. *Non refugimus opinionem, quam ſequuntur plerique*. Deſ. *quod tam pervicaci improbitate deliqueris*. Apud Combef. Tom. VII. pag. 9. ſed ibi paullo ſuperius deſumitur Homiliae initium; prima enim Codicis verba, quae retulimus, occurrunt poſt decem & octo circiter verſus ab initio.

XLIII. pag. 74. *b*. Dom. III. poſt Pentec. Homilia B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica SS. Martyrum Ioannis, & Paulli die Dominico in Evang. Luc. *Acceſſerunt ad Ieſum publicani & peccatores &c.* ut ſupra pag. 315. §. XXXVI.

XLIV. pag. 80. Homilia lectionis eiuſdem ex tractatu B. Ambroſii Epiſcopi. Inc. *Didiceras in ſuperioribus abnegare negligentiam, vitare arrogantiam &c* Deſ. *filii ſumus, feſtinemus ad patrem*. Apud Combef. Tom. cit. pag. 25.

XLV. pag. 80. *b*. Dom. IV. poſt Pentec. Homilia B. Auguſtini Epiſc. de ſermone Domini in monte habito in Evang. Luc. *Eſtote ergo miſericordes &c.* ut ſupra pag. 316. §. XXXVII. ſed heic eſt in fine ſex verſus longior, & deſ. *non habentem maculam, neque rugam, ideſt nudam, & ſimplicem*.

XLVI. pag. 82. Ead. die. Homilia S. Ioan. Oſaurei in Evang. Matth. *Nolite iudicare, ut non iudicemini*. Inc. *Quidam locum hunc ſecundum huiuſmodi ſenſum exponunt, dicentes &c.* Deſ. *quantum ad laici dico peccatum, quia doctor eſt*. Apud Combef. Tom. VI. pag. 448. ſub Auctoris imperfecti in Matthaeum nomine.

XLVII. pag. 83. *b*. Dom. V. Homil. B. Ambroſii Epiſc. in Evang. Luc. *Quum turbae irruerent ad Ieſum &c.* ut ſupra pag. 479. §. XXXII.

XLVIII. pag. 84. *b*. Homilia lectionis eiuſdem S. Maximi Epiſc. ut ſupra pag. 374. §. CXXV.

XLIX. pag. 85. *b*. Dom. VI. Homilia B. Auguſtini Epiſcopi de ſermone Domini in monte habito, in Evang. Matth. *Niſi abundaverit iuſtitia veſtra*. Inc. *Niſi non ſolum illa minima legis praecepta impleveritis, quae inchoant hominem, ſed etiam iſta, quae a me adduntur, qui non veni ſolvere legem, ſed implere, non intrabitis in regnum caelorum*. Deſ. *beati ergo pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum caelorum*. Apud Combef. To. VII. pag. 74.

L. pag. 87. *b*. Alia Homilia eiuſdem de verbis Domini de *is, qui dixerit fratri ſuo, fatue, reus erit gehennae ignis*. Inc. *Sancti Evangelii capitulum, quod modo quum legeretur audivimus, valde nos terruit, ſi fidem habemus*. Deſ. *Domine refugium factus es nobis*. Ibid. pag. 76.

LI. pag. 88. *b*. Homilia lectionis eiuſdem ex tractatu Ioannis Oſaurei. Inc. *Scribarum iuſtitiae ſunt mandata Moyſi; impletiones autem mandatorum illorum, ſunt mandata Chriſti*. Deſ. *quam ut alios ſpolies, & alios veſtias*. Ibid. pag. 72. ſub Auctoris imperfecti in Matthaeum nomine.

LII. pag. 90. *b*. Homilia lectionis eiuſdem B. Hieronymi Presb. Poſt Evangelii verba, *Omnis, qui iraſcitur fratri ſuo &c.* inc. *In quibuſdam codicibus &c.* Deſ. *neſcio an conſequenter munera noſtra offerenda ſint Deo*. Exſtat & ſupra pag. 316. §. XXXIX. ubi multo longior; heic vero eſt parvum fragmentum, & concordat ferme cum edita apud Combefiſ. loc. cit. pag. 59.

LIII. pag. 91. Homilia lectionis eiuſdem ex tractatu B. Remigii Epiſc. Inc. *Hic eſt ſenſus, niſi non ſolum illa minima praecepta legis impleveritis, quae inchoant homines, ſed etiam ea, quae a me addita ſunt, magna atque perfecta, & quae hominem ad perfectionem deducunt, implere ſtudueritis, non intrabitis in regnum caelorum, Iuſtitia Scribarum &c.* Deſ. *beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum caelorum*. Diverſa eſt ab ea, cuius initium dedimus paullo ante §. XLIX. ſub Auguſtini nomine, licet propter quamdam affinitatem verborum, a quibus exordiuntur, & eorum, in quibus deſinunt, eaedem videri cuiquam poſſint.

LIV. pag. 92. Dom. VII. poſt Pent. Homilia B. Auguſtini Epiſc. de ſermone Domini in monte habito in Evang. Matth. *Miſereor turbae*, ut ſupra pag. 374. §. CXXVIII. ſub Bedae nomine.

LV. pag. 94. *b*. Homilia lectionis eiuſdem ex tractatu B. Hieronymi Presb. Inc. *Vult Dominus paſcere quos curavit*. Deſ. *in eo numero conſecrata ſunt*. Apud Combef. Tom. cit. pag. 90. col. 1. circa medium.

LVI. pag. 95. Homilia lectionis eiuſdem B. Ambroſii Epiſc. ut ſupra pag. 479. §. XXXIV.

LVII. pag. 96. *b*. Homilia ex tractatu Remigii Epiſc. Inc. *In hac Evangelica lectione conſideranda eſt in uno mediatore Dei, & hominum diſtincta operatio, divinitatis ſcilicet, & humanitatis: miſeretur enim turbis, & panes multiplicat, ut eas paſcat*. Deſ. *quos & Apoſtolus hortatur dicens: nolite pueri effici ſenſibus, &c.* Simile initium Homiliae occurrit ſupra pag. 316. §. XL. ſub nomine Bedae, ſed diverſae ſunt omnino.

LVIII. pag. 98. *b*. Dom. VIII. poſt Pent. Homilia B. Auguſtini Epiſcopi de ſermone Domini in monte habito, in Evang. Matth. *Attendite a falſis prophetis*. Poſt repetita Evange-

gelii verba: *Cavete a pſeudoprophetis, qui veniunt ad vos*. Inc. *Sed iſti non fallunt oculum ſimplicem, qui arborem dignoſcere ex fructibus novit*. Deſ. *ubi viſibile miraculum viderimus*. Apud Combeſ. loc. cit. pag. 123. novem circiter verſus poſt Homiliae initium.

LIX. pag. 100. Homilia lectionis eiuſdem ex tractatu S. Ioannis Oſaurei. Inc. *Supra mandans Apoſtolis, ne eleemosynas faciant coram hominibus*. Deſ. *propterea tam ille, quam iſte non intrabunt in regnum caelorum*. Ibid. pag. 120. ſub Auctoris imperfecti in Matthaeum nomine.

LX. pag. 103. *b*. Homilia lectionis eiuſdem ex tractatu Origenis, ut ſupra p. 316. §. XLI.

LXI. pag. 105. *b*. Homilia lectionis eiuſdem ex tractatu B. Hieronymi Presb. Inc. *De omnibus quidem intelligi poteſt, qui aliud habitu ac ſermone promittunt, aliud opere demonſtrant*. Deſ. *confitentur ſe Dominum ſcire, factis autem negant*. Apud Combeſ. loc. cit. pag. 102.

LXII. pag. 106. Dom. IX. poſt Pent. Homilia B. Auguſtini Epiſcopi de verbis Domini in Evang. Luc. *Homo quidam erat dives, qui habebat villicum*. Inc. *Quod admonemur, admonere debemus: recens Evangelica lectio admonuit facere amicos de mammona iniquitatis*. Deſ. *nolo dicere, quod ſequitur, ad gaudium veniamus*, (in margine correctum eſt *finiamus*) *converſi ad Dominum*. Ibid. pag. 151.

LXIII. pag. 108. Homilia lectionis eiuſdem B. Hieronymi Presb. Inc. *Quaeſtiunculam propoſuiſti, quid ſit villicus iniquitatis. qui voce Domini laudatur*. Deſ. *& quaſi incertis praeponentis*. Ibid. pag. 142. finis vero incidit in pag. 143. col. 2. verſ. 9.

LXIV. pag. 109. De eadem re ex Commentario Theophili Antiochenae Eccleſiae Epiſcopi. Inc. *Theophilus Antiochenae Eccleſiae ſeptimus poſt Petrum Apoſt. Epiſcopus haec ſuper hanc parabolam in ſuis commentariis eſt loquutus. Dives, qui habebat villicum ſive diſpenſatorem &c.* Deſ. *ut metamus in benedictione*. Ibid. pag. 143. ſtatim poſt ultima verba ſuperioris Homiliae.

LXV. pag. 109. *b*. Dom. X. poſt Pentec. Homilia B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica B. Petri Apoſt. in Evang. Luc. *Quum appropinquaret Dominus Ieruſalem*, ut ſupra pag. 317. §. XLIII.

LXVI. pag. 113. Dom. XI. poſt Pentec. Homilia B. Auguſtini Epiſcopi de ſermone Domini in monte habito, in Evang. Luc. *Dixit Dominus ad quoſdam, qui in ſe confidebant*. Inc. *Dixiſſet ſaltem, ſicut multi homines. Quid eſt ceteri homines, niſi omnes praeter ipſum?* Deſ. *ubi enim abundavit peccatum, ſuperabundavit gratia*. Eſt pars Sermonis CXV. de verbis Domini; prima autem verba incidunt in eius Operum edit. Veneta anni MDCCXXXI. in fol. Tom. V. pag. 575. cap. 2. Exſtat etiam apud Combeſ. loc. cit. pag. 190. ſed multo brevior in fine.

LXVII. pag. ead. *b*. Homilia eiuſdem. Inc. *Quam ſit utilis, & neceſſaria poenitentiae medicina facillime homines intelligunt*. Deſ. *illuminat caecos gratia Dei per Ieſum*. Eſt Caput 1. tantummodo Sermonis CCCLI. cit. edit. Tom. V. Part. II. pag. 1350.

LXVIII. pag. 114. Dom. XII. poſt Pent. Homilia B. Gregorii Papae in Evang. Marc. *Exiens Ieſus de finibus Tyri*. Inc. *Vigilanter intuendum eſt*. Deſ. *ad erroris vitia tranſmigrando ceciderunt*. Eſt prima pars Homiliae illius, quae habetur in Codice XXIII. huius Plutei item ſub hac die, ſupra pag. 480. §. XXXIX. ſecunda autem pars, quae inibi incipiebat: *Curato autem ſurdo, & muto videamus quid ſequitur &c.* uſque ad finem occurrit apud Combeſ. Tom. cit. pag. 201. col. 1. circa medium.

LXIX. pag. 115. Homilia lectionis eiuſdem B. Ambroſii Epiſc. Inc. *De moralibus quotidianum ſermonem habuimus, quum vel Patriarcharum geſta &c.* Deſ. *pietas autem, & innocentia tota permanſit*. Eſt pars eius Libri *de Myſteriis* inſcripti, complectens totum Caput I. & II. & partem tertii uſque ad §. 12. integrum, edit. cit. Tom. II. pag. 325. ſeqq.

LXX. pag. ead. *b*. Homilia lectionis eiuſdem ex tractatu B. Remigii. Inc. *Deca Graece, Latine decem, polos urbs dicitur, unde apparet, quod illa decem urbium ſit regio*. Deſ. *prorumpit in laudem Dei*.

LXXI. pag. 116. Dom. XIII. poſt Pentec. Homilia B. Ambroſii Epiſc. in Evang. Luc. *Beati oculi, qui vident &c.* ut ſupra p. 480. §. XL. auctore anonymo; occurrit autem apud Combeſ. Tom. cit. pag. 213.

LXXII. pag. 117. *b*. Homilia lectionis eiuſdem B. Auguſtini Epiſcopi de verbis Domini. Inc. *Gaudere nos Apoſtolus praecipit, ſed in Domino, non in ſaeculo*. Deſ. *Dominus in proximo eſt; nihil ſolliciti fueritis*. Apud Combeſ. loc. cit. pag. 232.

LXXIII. pag. 118. *b*. Dom. XIV. poſt Pent. Homilia eiuſdem in Evang. Luc. *Dum iret Ieſus in Ieruſalem*, ut ſupra pag. 480. §. XLI.

LXXIV. pag. 120. *b*. Dom. XV. poſt Pent. Homilia eiuſdem de ſermone Domini in monte habito, in Evang. Matth. *Nemo poteſt duobus dominis ſervire &c.* ut ſupra pag. 481. §. XLII.

LXXV. p. 122. *b*. Homilia lectionis eiuſdem ex tractatu Ioannis Oſaurei. Inc. *Videamus in primis, quomodo dicta praecedentia ſubſequantur verba praeſentia*. Deſ. *Manichaei dicunt malam eſſe ipſam creaturam Dei*. Apud Combeſ. Tom. cit. pag. 291. ſub Auctoris imperfecti in Matthaeum nomine.

LXXVI. pag. 124. Homilia lectionis eiuſdem ex tractatu B. Hieronymi Presb. Poſt Evangelii verba: *Non poteſtis Deo ſervire, & mammonae*, inc. *Mammona, ſermone Syriaco divitiae nuncupatur*. Deſ. *futurorum curam, quae incerta eſt relinquamus*. Ibid. pag. 280.

ſed

Digitized by Google

ſed in Codice longior eſt in fine novem circiter verſus. Notandum eſt paullo ante finem huius Homiliae duas Graecas voces occurrere, quae characteribus Graecis, & Latinis ſcribuntur, ſc. ευκωσεν υιθεων, ac ſupra *ecucoſen vitheon*.

LXXVII. pag. 124. *b* Eadem die. Homil. Beati Ambroſii Epiſc. in Evang. Luc. *Nolite ſolliciti eſſe*. Inc. *Nihil enim moralius ad faciendam fidem omnia credentibus a Deo poſſe conferri*. Deſ. *iacta in Domino cogitatum tuum, & ipſe te enutriet*. Ibid. pag. 278.

LXXVIII. pag. 125. *b*. Dom. XVI. poſt Pentec. Homilia B. Auguſtini Epiſc. de verbis Domini, in Evang. Luc. *Ibat Ieſus in civitatem &c.* ut ſupra pag. 481. §. XLIII.

LXXIX. pag. 127. Dom. XVII. poſt Pent. Homilia eiuſdem in Evang. Luc. *Quum intraret Ieſus in domum &c.* ut ibid. §. XLVII.

LXXX. pag. 128. *b*. Homilia lectionis eiuſdem B. Ambroſii Epiſc. Inc. *Curatur hydropicus, in quo fluxus carnis exuberans animae gravabat officia*. Deſ. *in culpa conſtringitur, quae non videtur*. Haec Homilia valde brevis ex duobus conſtat fragmentis, quorum primum S. Ambroſii deſumptum eſt ex eius Expoſitione in Lucam Lib. VII. & continet totum Caput 195. & partem Cap. 196. uſque ad verba *vende omnia tua & ſequere me* incluſive; alterum, quod incipit a verbis: *impio quippe ſitire eſt &c.* uſque ad finem relatum, eſt S. Gregorii; ita enim in margine adnotatum eſt: *Dehinc Gregorius in Moralibus Lib. XIV.* Pauca etiam ex hac Homilia occurrunt apud Combef. Tom. cit. pag. 319.

LXXXI. pag. ead. Dom. XVIII. poſt Pent. Homilia Ioannis Oſaurei in Evang. Matth. *Acceſſerunt ad Ieſum Phariſaei*, ut ſupra pag. 481. §. XLVIII. Exſtat etiam in Codice XXXIX. Plut. ſuperioris, ſed ibi multo eſt brevior, ut videre eſt ſupra pag. 408. §. CI.

LXXXII. pag. 130. *b*. Eadem die Homilia lectionis eiuſdem B. Hieronymi Presb. Poſt Evangelii verba: *Phariſaei audito, quod ſilentium impoſuiſſet Sadducaeis, convenerunt in unum &c.* inc. *Quod de Herode & Pontio Pilato legimus &c.* Deſ. *poſſe quidem ſuperari, ſed difficile conquieſcere*. Apud Combef. loc. cit. pag. 335.

LXXXIII. pag. 131. *b*. Dom. XIX. poſt Pentec. Homilia Ioannis Oſaurei in Evang. Matth. *Aſcendens Ieſus in naviculam transfretavit*, ut ſupra pag. 376. §. CXLVIII. ſub nomine S. Maximi.

LXXXIV. pag. 132. *b*. Homilia lectionis eiuſdem B. Hieronymi presb. ut ibid. §. CXLIX.

LXXXV. pag. ead. Homilia lectionis eiuſdem B. Hilarii Epiſc. Inc. *Paralyticus omnibus membris debilis, eſt perſona populi Iudaici*. Deſ. *ideſt aliorum infirmitates doceret, quatenus eſſent curandae*. Exſtat quidem apud Combef. loc. cit. pag. 387. Homilia ſub S. Hilarii Pictavienſis nomine in hoc Evangelium, ſed ab hac penitus diverſa eſt.

LXXXVI. pag. 133. Dom. XX. poſt Pent. Homilia B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica S. Clementis in Evang. Matth. *Simile factum eſt regnum caelorum homini regi*, ut ſupra pag. 376. § CL.

LXXXVII. pag. 137. *b*. Eodem die Homilia lectionis eiuſdem ex tractatu B. Hieronymi presb. Inc. *Phariſaei intelligentes de ſe dici parabolas quaerebant eum tenere & occidere*. Deſ. *non initium, ſed finis quaeritur*. Apud Combef. loc. cit. pag. 407.

LXXXVIII. pag. 138. *b*. Dom. XXI. poſt Pentec. Homilia B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica SS. Nerei & Achillei die natali eorum in Evang. Ioan. *Erat quidam Regulus &c.* ut ſupra pag. 319. §. LX.

LXXXIX. pag. 139. *b*. Homilia lectionis eiuſdem ex tractatu B. Auguſtini Epiſcopi, ut ſupra pag. 419. §. LXV.

XC. pag. 141. Dom. XXII. poſt Pentec. Homilia B. Auguſtini Epiſcopi de verbis Domini in Evang. Matth. *Simile eſt regnum caelorum homini regi, qui voluit rationem ponere &c.* ut ſupra pag. 482. §. LII.

XCI. pag. 142. Homilia lectionis eiuſdem B. Hieronymi presb. ut ſupra pag. 386. §. LXIX. ſed heic multo brevior, & deſ. *ſi non remiſeritis unuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris*; nimirum ut apud Combef. loc. cit. pag. 447.

XCII. pag. 142. *b*. Dom. XXIII. poſt Pentec. Homilia S. Ioannis Oſaurei in Evang. Matth. *Abeuntes Phariſaei conſilium inierunt*, ut ſupra pag. 377. § CLIII.

XCIII. pag. 143. *b*. Homilia lectionis eiuſdem B. Hieronymi Presb. Inc. *Nuper ſub Caeſare Auguſto Iudaea ſubiecta Romanis*. Deſ. *infidelitatem pariter cum miraculo reportantes*. Apud Combef. loc. cit. pag. 474. ſed in Codice ſeptem verſus in fine longior eſt.

XCIV. pag. 144. Homilia lectionis eiuſdem B. Auguſtini Epiſcopi in Lib. de verbis Domini, ut ſupra pag. 104. §. IX.

XCV. pag. 144. *b*. Dom. XXIV. poſt Pentec. Homilia B. Hieronymi Presb. in Ev. Matth. *Loquente Ieſu ad turbas, ecce princeps &c.* Inc. *Octavum ſignum eſt, in quo princeps ſuſcitari poſtulat filiam ſuam*. Deſ. *opinionem non poteſt ignorare*. Deſumpta eſt ex eius Commentariis in Matthaeum Lib. I. Cap. IX. initium autem incidit in eius Operum edit. Veron. MDCCXXXVII. Tom. VII. pag. 52. poſt medium: finem vero non invenimus, quia poſt verba *ſynagoga eorum mortua non reſurget* (edit. pag. 53. prope finem) deinceps prorſus diverſa eſt.

XCVI. pag. 145. *b*. Eadem die Homilia ex tractatu B Ambroſii Epiſc. in Ev. Luc. *Venit ad Ieſum vir, cui nomen Iairus*, ut ſupra pag. 373. §. CXIX. ſed in principio aliquantum diverſa; ita enim inc. *Reliquerat Geraſenis ſynagogam Chriſtus, ut diximus, & quem ſui non receperant &c.*

XCVII. pag. 147. In feſtivitate alicuius mar-

martyris a Reſurrectione Domini uſque ad Pentec. Homilia ex tractatu S. Auguſtini ſuper Ioannem in eius Evang. *Ego ſum vitis vera &c.* ut ſupra p. 182. §. LXI. finis tamen diverſus; nam deſ. *ſicut creati eſtis, qui non fuiſtis.*

XCVIII. pag. 149. *b.* In natale Apoſtolorum Philippi, & Iacobi Hom. eiuſdem in Ev. *Non turbetur cor veſtrum &c.* Inc. *Erigenda nobis eſt maior intentio, fratres, ad Dominum.* Deſ. *ſed ea cogit concludendus iam ſermo iſte differri.* Exſtat & ſupra pag. 387. §. LXXIII. ſed multo brevior, & pag. 482. §. LXII.

XCIX. pag. 153. *b.* In Apparitione S. Michaëlis Archangeli Homilia ex tractatu S. Hieronymi Presb. in Evang. Matth. *Acceſſerunt ad Ieſum diſcipuli eius dicentes: Ediſſere nobis parabolam zizaniorum &c.* Inc. *Dimittit turbas Ieſus, & domum revertitur.* Deſ. *ipſi iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris ſui.*

C. pag. 154. In Feſtivitate S. Pancratii martyris. Homilia ex tractatu eiuſdem in Evang. Matth. *Acceſſerunt ad Ieſum Pharisaei tentantes eum.* Inc. *De Galilaea venerant in Iudaeam, idcirco Phariſaeorum, Scribarumque factio interrogat eum.* Deſ. *& quaerens inveniet, & pulſanti aperietur.*

CI. pag. 155. Homilia lectionis eiuſdem Ioannis Oſaurei. Inc. *Viro caſto qualiſcumque uxor bona videtur.* Deſ. *ſed quotidie opera ſua facere videatur.*

CII. pag. 157. *b.* In Vig. S. Ioannis Baptiſtae Homilia ex tractatu B. Ambroſii Epiſc. in Evang. Luc. *Fuit in diebus Herodis Regis Iudae*, ut ſupra pag. 408. §. CIV. & eſt deſumpta ex eius Expoſitionis in Lucam Lib. I. Cap. 15. & progreditur uſque ad totum Cap. 38.

CIII. pag. 160. *b.* In Nativit. S. Ioannis Baptiſtae Homilia eiuſdem in Evang. Luc. *Dixit Zacharias ad Angelum.* Inc. *Condemnatur ſilentio incredulitas ſacerdotis, & fides prophetarum probatur oraculo.* Deſ. *affectatae fidem generationis adſciſceret.* Eſt continuatio laudatae Expoſitionis in Lucam incipiens a Cap. 39. & deſinens in Cap. 46. quod Libri I. poſtremum eſt.

CIV. pag. 162. Eodem die. Homil. eiuſdem in Evang. Luc. *Eliſabeth impletum eſt tempus pariendi.* Inc. *Impletum eſt tempus, ut pareret Eliſabeth; impletum eſt vitae tempus &c.* Deſ. *nequaquam ſui poenam ſermonis de profeſſione conſenſus evaſit.* Incipit ex cit. Expoſitionis Libro II. Cap. 29. prope finem, & deſinit in Cap. 35.

CV. pag. 162. *b.* In Vigilia Apoſt. Petri & Paulli. Homilia B. Auguſtini Epiſc. in Ev. Ioan. *Simon Ioannis, diligis me &c.* ut ſupra pag. 365. §. XXX.

CVI. pag. 164. In Nat. eorumdem Apoſtolorum. Homilia B. Hieronymi Presb. in Evang. Matth. *Venit Ieſus in partes Caeſareae Philippi.* Inc. *Philippus iſte frater eſt Herodis, de quo ſupra diximus, Tetrarcha Ituraeae, & Trachonitidis regionum.* Deſ. *ſcit qui ligandus ſit, quive ſolvendus.* Ex eius Commentariorum in Matthaeum Libro III. deſumpta eſt, & incidit in eius Operum edit. cit. Tom. VII. pag. 121. finis vero in pag. 125. verſ. 17.

CVII. pag. 165. Eodem die Homilia B. Ambroſii Epiſc. in Evang. Luc. *Factum eſt, quum ſolus eſſet Ieſus orans.* Inc. *Turbae quidem non eſt otioſa opinio.* Deſ. *ne ullus ſtrepitus naſceretur.* Ex eius Expoſit. in Luc. Libro VI. Cap. 93. deſinens in Cap. 99.

CVIII. pag. 165. *b.* In Commemoratione S. Paulli Apoſt. Homilia S. Ioannis Conſtantinopolitani Epiſc. in Evang. Ioan. *Ecce nos reliquimus omnia.* Inc. *Excitatur Petrus, unus ex populo illo divite, & difficili.* Deſ. *qui relictis facultatibus mundialibus ſe Deo tradiderunt.*

CIX. pag. 167. *b.* In Oct. Apoſtolorum Homilia B. Auguſtini de verbis Domini in Evang. Matth. *Iuſſit Ieſus adſcendere diſcipulos ſuos in naviculam.* Inc. *Evangelium, quod recentiſſime recitatum eſt de Domino Ieſu Chriſto, qui ſuper aquas maris ambulavit &c.* Deſ. *qui mortuus eſt in carne pro te. Converſi ad Dominum &c.* Eſt Sermo LXXVI.

CX. p. 169. *b.* In feſto S. Felicitatis ſeptemque filiorum eius Homilia B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica S. Felicitatis die natalis eius, ut ſupra pag. 378. §. CLXIV.

CXI. pag. 170. *b.* In natale S. Laurentii martyris Homilia B. Auguſtini Epiſcopi in Evang. Ioan. *Niſi granum frumenti &c.* ut ſupra pag. 483. §. LXXIII.

CXII. pag. 171. *b.* In Aſſumptione S. Mariae Virginis Homilia eiuſdem in Evang. Luc. *Intravit Ieſus in quoddam caſtellum*, ut ſupra pag. 378. §. CLXVII. ſed finis diverſus; deſinit enim: *ſed qui incrementum dat Deus, qui vivis &c.*

CXIII. pag. 172. *b.* In Decollatione S. Ioannis Baptiſtae. Homilia B. Hieronymi presb. in Evang. Matth. *Audivit Herodes Tetrarcha famam Ieſu.* Inc. *Quidam Eccleſiaſticorum interpretum cauſſas quaeris, quare Herodes iſta ſit ſuſpicatus.* Deſ. *quae viram ante non habuerat.* Ex eius Comment. in Matth. Lib. II. Cap. XIV. initium autem incidit in cit. Tom. VII. pag. 100. & finis in pag. 103. verſ. 36.

CXIV. pag. 173. *b.* In Nativitate S. Mariae Homilia S. Ioannis Oſaurei in Evang. Matth. *Liber generationis Ieſu Chriſti.* Inc. *Liber, quaſi apotheca gratiarum, ſicut in apotheca divitis alicuius omnis homo, quod deſiderat, invenit &c.* Deſ. *heic filii a patribus ſuſcipiunt generoſitatis dignitatem, illic autem patres a filio ſuſceperunt.*

CXV. pag. 184. In Exaltatione Sanctae Crucis. Homilia B. Auguſtini Epiſcopi in Evang. Ioan. *Erat homo ex Phariſaeis &c.* Inc. *Nicodemus ergo iſte ex iis erat, qui crediderant in nomine eius.* Deſ. *flammantes illud procidite, accendite frigidos.*

CXVI. pag. 188. Fer. IV. ieiunium menſis ſeptimi. Homilia B. Remigii Epiſcopi in Evang.

Digitized by Google

Evang. Marc. *Reſpondens unus de turba dixit ad Ieſum; Magiſter attuli filium meum ad te*. Inc. *Retorquet culpam in Apoſtolos, quum ſaepius legatur &c.* Deſ. *quod praeceptum implemus, ſi ſemper bonis operibus intenti fuerimus*.

CXVII. pag. 188. *b.* Eodem die. Homil. B. Hieronymi Presb. in Evang. Matth. *Quum veniſſet Ieſus ad turbam*, ut ſupra pag. 481. §. XLIV.

CXVIII. pag. 189. Fer. VI. Ex L. Homiliis Auguſtini Homilia XXIII. in Evang. Luc. *Rogabat Ieſum quidam Phariſaeus*. Inc. *Quod admonemur Domini eloquiis de divinis lectionibus*. Deſ. *vade mulier, fides tua te ſalvam fecit*. Eſt Sermo xcix.

CXIX. pag. 192. Sabb. in XII. Lectione Homilia B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica S. Laurentii martyris in Ev. Luc. *Arborem fici &c.* ut ſupra pag. 318. §. LVI.

CXX. pag. 193. *b.* Homilia B. Ambroſii Epiſc. lectionis eiuſdem. Inc. *Quid ſibi vult, quod in Evangelio ſuo Dominus ficus parabolam frequenter inducit?* Deſ. *qui homines a peccatorum vinculo liberavit*. Pars eſt Libri VII. Expoſitionis in Lucam, incipiens a Cap. 160. & deſinens in Cap 175.

CXXI. pag. 195. *b.* Homilia lectionis eiuſdem B. Auguſtini de verbis Domini. Inc. *De arbore ficulnea, quae triennium habebat, & fructum non afferebat*. Deſ. *vae illi eſſet, ſi ille manum non porrexiſſet*. Eſt Sermo cx.

CXXII. pag. 197. In Natale S. Matthaei Apoſt. & Evang Homilia S. Ioannis Oſaurei in Evang. Matth. *Quum tranſiſſet Ieſus vidit hominem ſedentem*. Inc. *Omnibus peccatoribus in ſe credentibus ſalutem Dominus donaturus*. Deſ. *recumbente in ea Domino cum diſcipulis ſuis*.

CXXIII. pag. 198. Homilia lectionis eiuſdem B. Hieronymi Presb. Inc. *Ceteri Evangeliſtae propter honorem, & verecundiam Matthaei noluerunt eum nomine appellare vulgato*. Deſ. *& publicanorum conſortia declinabant*. Ex Lib. I. Commentar. in Matth. Cap. IX. deſumpta eſt; initium autem incidit in cit. Tom. VII. pag. 49. verſ. 52. finis vero in pag. 51. verſ 5.

CXXIV. pag. 198. *b.* In Dedicatione Baſilicae S. Michaëlis Archangeli. Homilia eiuſdem in Evang. Matth. *Acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum, dicentes: Quis, putas, maior eſt &c.* Inc. *Quod ſaepe monui, etiam nunc obſervandum eſt. Cauſſae quaerendae ſunt &c.* Deſ. *praecipit velari capita feminarum in Eccleſiis propter Angelos*. Habes in praedictis Commentariis in Matthaeum, & quidem in principio Capitis XVIII. cit. Tom. pag. 137. & progreditur uſque ad pag. 140. verſ 5.

CXXV. pag. 199. *b.* Homilia lectionis eiuſdem S. Maximi Epiſcopi, ut ſupra pag. 104. §. XII. inter Sermones S. Ambroſio tributos.

CXXVI. pag. 200. In Natale SS. Apoſtolorum Simonis, & Iudae. Homilia B. Hieronymi presb. in Evang. Matth. *Circuibat Dominus Ieſus civitates omnes*. Inc. *Cernis, quod aequaliter, & villis, & urbibus, & caſtellis &c.* Deſ. *& vos ſine pretio date, ne Evangelii gratia corrumpatur*. Ex Libro I. Cap. IX. eius Comment. in Matth. Vid. cit. Tom. pag. 55. circa medium, ubi initium Homiliae occurrit; finis vero in pag. 58. verſ. 15.

CXXVII. pag. 201. In feſtivitate omnium Sanctorum. Homilia S. Ioannis Oſaurei in Evang. Matth. *Confiteor tibi Domine*. Inc. *Quantum ad propoſitum quidem Chriſti in hoc loco loquentis*. Deſ. *ut in me pacem habeatis, in hoc autem mundo tribulationes*.

CXXVIII. pag. 203. *b.* Homilia lectionis eiuſdem B. Auguſtini Epiſcopi de verbis Domini. Inc. *Sanctum Evangelium quum legeretur, audivimus exſultaſſe Dominum Ieſum in ſpiritu*. Deſ. *& ab inimicis ſalvi erant. Converſi ad Dominum*. Eſt Sermo LXVII. Vltima autem verba, ſunt prima §. 10. in editione.

CXXIX. pag. 205. *b.* Eodem die. Homilia S. Ioannis Oſaurei in Evang. Matth. *Videns Ieſus turbas*, ut ſupra pag. 485. §. XCIII. ſed heic quatuor in fine verſus eſt longior, & deſ. *qui regni caeleſtis praemium non exſpectatis*.

CXXX. pag. 208. *b.* Homilia lectionis eiuſdem B. Hieronymi presb. Inc. *Dominus ad montana conſcendit, ut turbas ad altiora ſecum trahat*. Deſ. *& non dolebis, quum inglorius fueris*. Eſt pars Cap. V. Lib. I. eius Comment. in Matth. in cit. Tom. pag. 22. verſ. ultimo, progrediens uſque ad finem p. 24.

CXXXI. pag. 209. In Feſtivitate S. Martini Epiſcopi Homilia eiuſdem in Ev. Matth. *De die illo, & hora nemo ſcit*. Inc. *In quibuſdam Latinis codicibus additum eſt, neque Filius*. Deſ. *qui haec fecerit, non confundetur in aeternum*. Invenies in dictis Comment. Lib. IV. Cap. XXIV. cit. loc. pag. 199. Concordat autem cum edit. uſque ad verba: *Omnis enim pater, filii nomen eſt* (pag. 200. verſ. 6.) deinceps diverſa eſt.

CXXXII. pag. 210. Eodem die Homilia B. Auguſtini Epiſcopi in idem Evang. ut ſupra pag. 455. §. LXXII. ſine auctoris nomine.

CXXXIII. pag. 211. In Natale S. Frigiani (*ſic*) Epiſc. & Conf. Homilia B. Ioannis Oſaurei in Evang. Luc. *Vigilate, quia neſcitis qua hora &c.* Inc. *Qua enim ratione quiſque ab homine abſconditus eſt dies mortis ipſius*. Deſ. *& ille talis hypocrita dicitur eſſe*.

CXXXIV. pag. 213. *b.* In Vig S. Andreae Apoſt. Homilia S. Auguſtini Epiſc. in Evang. Ioan. *Ecce agnus Dei &c.* Inc. *Vtique iſte ſingulariter agnus, nam & diſcipuli dicti ſunt agni*. Deſ. *ſi exaudiamur, & illos lucramur*.

CXXXV. pag. 218. In Natale S. Andreae Apoſt. Homilia B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica S. Andreae Apoſt. die natalis eius in Evang. Matth. *Ambulans Ieſus*

ſecus

Digitized by Google

ſecus mare Galilaeae, ut ſupra pag. 379. §. CLXXVII.

CXXXVI. pag. 219. Homilia lectionis eiuſdem S. Ioannis Oſaurei. Inc. *Priuſquam aliquid dicat, aut faciat, vocat Apoſtolos*. Deſ. *reliquerunt unum patrem, ut fierent omnium ſpiritualium genitores*.

CXXXVII. pag. 220. *b.* In Natale Apoſtolorum Homilia B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica S. Pancratii martyris in Evang. Ioan. *Hoc eſt praeceptum meum*, ut ſupra pag. 320. §. LXV.

CXXXVIII. pag. 223. Vnde ſupra Homilia eiuſdem habita ad populum in Baſilica S. Stephani martyris in Evang. Matth. *Miſit Ieſus duodecim diſcipulos ſuos*, ut ibid. §. LXVI.

CXXXIX. pag. 224. Vnde ſupra Homilia eiuſdem habita ad Epiſcopos in Conſiſtorio Lateranenſi in Evang. Luc. *Deſignavit Dominus &c.* ut ſupra pag. 380. §. CLXXXII.

CXL. pag. 228. *b.* Item unde ſupra Homilia Ioannis Oſaurei in Evang. Matth. *Ecce ego mitto vos*. Inc. *Omne malum, quod accidit ex inſperato, nimis eſt grave*. Deſ. *nam omnis labor dolorem non habet, ſi fructum habuimus*.

CXLI. pag. 232. In Natale unius martyris. Homilia B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica S. Sebaſtiani die nat. eius in Evang. Luc. *Si quis venit ad me*, ut ſupra pag. 380. §. CLXXXIV.

CXLII. pag. 235. Vnde ſupra, Homilia eiuſdem habita ad populum in Baſilica SS. martyrum Proceſſi & Martiniani in Evang. *Si quis vult poſt me venire*, ut ſupra pag. 321. §. LXVII.

CXLIII. pag. 237. *b.* Vnde ſupra Homil. Ioannis Oſaurei in Evang. Matth. *Nihil opertum &c.* ut ſupra pag. 457. §. XCVIII.

CXLIV. pag. 241. *b.* In Nat. plurimorum martyrum. Homilia B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica S. Mennae die natalis eius in Evang. Luc. *Quum audieritis praelia*, ut ſupra pag. 380. §. CLXXXIII.

CXLV. pag. 244. *b.* Item unde ſupra Homilia S. Ioannis Oſaurei in Evang. Matth. *Nolite arbitrari &c.* ut ſupra pag. 486. §. CI. ſed finis diverſus; definit enim heic: *puto quod & ſine opere nudae voluntatis reddet mercedem*.

CXLVI. pag. 247. In Nat. Conf. Homilia B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica S. Silveſtri Papae die natalis eius in Evang. Matth. *Homo quidam peregre proficiſcens &c.* ut ſupra p. 380. §. CLXXXV.

CXLVII. pag. 248. *b.* Homilia lectionis eiuſdem Ioannis Oſaurei. Inc. *Homo peregre profectus Chriſtus poſt victoriam paſſionis ad Patrem iturus*. Deſ. *tum proiicitur in tenebras exteriores*.

CXLVIII. pag. 253. Item unde ſupra Homilia B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica B. Felicis die natalis eius in Ev. Luc. *Sint lumbi veſtri*, ut ſupra pag. 380. §. CLXXXVI.

CXLIX. pag. 254. *b.* In Natale Virginum Homilia eiuſdem habita ad populum in Baſilica S. Agnetis die natalis eius, in Evang. Matth. *Simile eſt regnum caelorum theſauro &c.* ut ſupra pag. 321. §. LXIX.

CL. pag. 256. Homilia lectionis eiuſdem B. Hieronymi Presb. Inc. *Crebris parabolarum obſcuritatibus retardati commaticam interpretationem excedimus*. Deſ. *nova cum veteribus, fratruelis meus, ſervavi tibi*. Deſumpta eſt ex eius Comment. in Matth. Lib. II. Cap. XIII. occurrit autem initium in cit. Tom. pag. 97. circa medium, finis vero in pag. 99. item circa medium.

CLI. pag. 256. *b.* Item unde ſupra Homilia B. Gregorii Papae habita ad populum in Baſilica S. Agnetis die natalis eius in Ev. Matth. *Simile eſt regnum caelorum decem virginibus*, ut ſupra pag. 380. §. CLXXXVIII.

CLII. pag. 258. *b.* Homilia lectionis eiuſdem S. Ioannis Oſaurei. Inc. *Notandum quod priorem quidem parabolam de Doctoribus dicit, hanc autem de popularibus*. Deſ. *non poſſum meos dicere, in quibus meum nihil cognoſco*.

CLIII. pag. 261. *b.* In Dedicatione Eccleſiae Homilia B. Auguſtini Epiſcopi in Evang. Luc. *Ingreſſus Ieſus perambulabat Iericho*. Inc. *Audivimus modo Evangelii capitulum Zacchaei feſtum, ut ex ipſo eius meritum, & Chriſti Domini liberale proferamus exemplum*. Deſ. *merebitur quod Zacchaeus meruit*.

CLIV. pag. 262. *b.* Eodem die Homilia ex tractatu Ioannis Oſaurei in Evang. Matth. *Omnis qui audis verba mea, & facis ea*. Inc. *Frequenter miramur, quod homines, aut promiſſionibus flexi &c.* Deſ. *tunc eſt ruina eius magna, quia totus funditus ruit*.

In fine haec notata ſunt eadem manu: *Ad hunc librum dedit Ildebrandus filius quondam Taketti pro remedio animae fratris ſui Falconi ſol. XIX. cuius animae Deus, & B. Petrus aeternam requiem tribuat*.

Pro anima Petri de via Methzana dedit Petus frater eius huic libro ſol. X.

Alia manu item antiqua adiectum eſt: *Vbertus Denſ. filius Ruſtici de Maſſa, & Tignoſus filius Purpurelle dederunt huic libro pro decima VI. ſol.*

Notandum hunc antiquiſſimum Codicem habere litteras initiales pleraſque variis expreſſas coloribus, in quibus piſces, aves, aliaque Chriſtianorum ſymbola, necnon variae Deiparae, Salvatoris, ac Sanctorum Epiſcoporum imagines repraeſentantur, quae dignae profecto eſſent publica luce.

Codex membranac. Ms. in folio maximo Saec. XI. binis columnis nitidiſſime exaratus, in cuius prima, & penultima pagina legitur: *Iſte Homilie ſunt Eccleſie Meden.* (vel *Syden.*) Conſtat foliis ſcriptis 264.

Digitized by Google

PLVTEVS XIX.

QVI CONTINET LATINOS CODICES MSS. XXXIV.

CODEX I.

D. HIERONYMI COMMENT. SVPER PROPHETAS MINORES.

IN hoc admirandae venuſtatis, & elegantiae Codice mirifice illuminato cum Mediceis inſignibus in principio, continentur Commentarii S. Hieronymi ſuper XII. Prophetas minores, quorum nomina in totidem aureis circulis ita ſunt adnotata, I. Oſee, II. Ioel, III. Amos, IV. Abdias, V. Ionas, VI. Michaeas, VII. Naum, VIII. Abacuch, IX. Sophonias, X. Aggaeus, XI. Zacharias, XII. Malachias. Praefatio in primum inc. *Si in explanationibus*. Deſ. *ea quae ſcripta ſunt diſſeramus*. Commentarius vero poſt ſacri textus verba: *Verbum Domini, quod factum eſt ad Oſee filium Beri &c.* inc. *Verbum Domini, quod in principio erat*. Commentarius in ultimum deſ. *Helias quidem veniet, & ſi creditis, iam venit, in Heliam, Ioannem intelligens. Finis. Laus Deo*.

Nos igitur initio, & fine ſingulorum Commentariorum diligenter cum impreſſis in Tom. VI. cit. edit. collatis, comperimus omnia inter ſe convenire, exceptis iis, quae ſequuntur. Michaeae duplex praeit Prologus, quorum prior, qui abeſt in edit. inc. *Tempore Ioathe, Ezechiae, Achaz, regum Iuda, Michaeam ad hanc prophetiam Spiritu Sancto repletum fuiſſe lectio ipſa demonſtrat*. Deſ. *captivitatem & interitum affuturum denuntiavit*. Sophoniae nullus praemittitur Prologus, quem tamen habet editio, ac praeterea Commentarius in ipſum multo brevior eſt in Codice, quam in editione, proindeque licet in principio conveniat, in fine tamen diſcrepat, atque ita definit: *Nos autem, quia ſpes noſtra eſt, & Iudaeorum caſſa ſunt vota, ſecundum ſuperiorem intelligentiam texamus praeſens & extremum Capitulum*. Aggaei differt Prologus, & Commentarius. Ille inc. *Ieremias propheta ob cauſſam periurii Sedeciae regis &c.* Deſ. *& interitum regnorum gentium exterarum ſignificant*. Hic vero poſt ſacri textus verba: *In anno ſecundo Darii filii Hiſtaſpis regis Perſarum &c.* inc. *Quia iam altare aedificatum fuerat, & adverſum repugnantes hoſtes templum voluerant exſtruere*. Deſ. *ut quicumque crediderit in Deum, hoc quaſi annulo conſignetur*. Contractior autem eſt, quam in edit. Zachariam item praecurrit Prologus diverſus ab edito, & inc. *Secundo anno Darii regis Medorum Aggaeum & Zachariam prophetaſſe lectiones eorumdem declarant*. Deſ. *liberatio eiuſdem ac reditus captivitatis de terra Chaldaeorum per noctem prophetae eſt revelata*: quae autem in editione Praefatio occurrit, ea in Codice cum ipſo Commentarii Libro primo coniungitur. Idem fit in Malachia, nam Prologum habet, qui deſideratur in edit. & inc. *Deus per Moyſen populo Iſrael praeceperat ſacerdotes tabernaculi ſui &c.* Deſ. *quae in eumdem quod deos alienos coluerit ſignificant*. Praefationem vero, quae eſt in edit. cum Commentario ipſo coniungit. Et haec ſunt diſcrimina, quae operae pretium duximus lectoribus ſignificare, nequid a nobis, quod cuipiam uſui eſſe poſſit, intactum relinquatur. Clauditur Codex hac ſubſcriptione: *Exſcriptum eſt hoc opus per me Carolum Hylarii de Fatariis de Sancto Geminiano Notarium publicum Florentinum ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, totiuſque curiae caeleſtialis, & honorem, & faelicitatem Magnifici Viri Laurentii Medices, filiorumque eius, & heredum ſub anno Domini MCCCCLXXXXII. Indictione decima, & die quarta menſis Aprelis*.

Codex membranac. Ms. in folio Saec. XV. nitidiſſimus. Coſtat foliis ſcriptis 386.

DIVI HIERONYMI EXPOSITIO IN ISAIAM PROPHETAM.

IN hoc ornatiſſimo ſupra quam dici poſſit Codice, ac Mediceo ſtemmate, & diverſis emblematibus inſignito, habentur Commentariorum Divi Hieronymi in Iſaiam Prophetam Libri XVIII. Praefatio inc. *Expletis longo vix tempore*. Deſ. *ſed iam propoſitum perſequar* (1). Commentariorum Liber primus poſt ſacri textus verba *Viſio Iſaiae &c.* inc. *Pro Iuda, in quo ſignificantur duae tribus &c.* Vltimus deſ. *& mixtam clementiae ſententiam iudicis*. In cit. edit. Veron. T. IV. a p. 1. ad pag. 832. Clauditur Codex hac ſubſcriptione rubris litteris exarata: *Explicit Expoſitio Beati Hieronymi presbyteri in libro Iſaiae Prophetae*. *Cod. II.*

Hoc

(1) In edit. *exequamur*.

Digitized by Google

Hic opus ſcriptum fuit per Sigiſmundum de Sigiſmundis, videlicet manu ſua, anno Incarnationis Dominicae MCCCCXCI. menſis Octobris XIV. in Florentia per Magnificum, & potentem Dominum Laurentium Medices patriae ſuae patrem, ac heredum ſuorum (ſic). *Sit laus ſemper Domino noſtro Ieſu Chriſto, ac toti caeleſti curiae triumphanti. Explicit feliciter, Amen. Deo gratias.*

Codex membr. Ms. in folio Saec. XV. elegantiſſimae ſcripturae cum litteris initialibus ſingulorum Librorum auro, variiſque coloribus depictis. Conſtat foliis ſcriptis 345.

DIVI HIERONYMI EXPOSITIO SVPER EZECHIELEM PROPHETAM.

Cod. III. HIc quoque Codex in primis duabus paginis, quarum prior Operis epigraphem circulo aureo incluſam, altera Praefationis initium exhibet, eadem ornamenta atque illa duorum Codicum ſuperiorum, oſtentat; continet autem Divi Hieronymi Commentariorum in Ezechielem Prophetam Libros XIV. (1) Praefatio ad Euſtochium Virginem inc. *Finitis in Eſaiam*. Deſ. *plangit alphabeto*. Commentariorum Liber primus poſt ſacri textus verba: *Et factum eſt &c.* inc. *Trigeſimus annus, non, ut plerique aeſtimant &c.* Vltimus deſ. *uſque ad conſummationem ſaeculi*. Tom. V. cit. edit. a pag. 1. ad p. 616.

Codex membranac. Ms. in folio Saec. XV. cum initialibus Librorum litteris auro eleganter depictis. Conſtat foliis ſcriptis 287.

D. HIERONYMI EXPOSITIO EZECHIELIS.

Adde etiam

Danielis.

Cod. IV. I. pag. 1. D. Hieronymi Explanationum ſuper Ezechielem Prophetam Libri VI. priores cum Prologo. Concordant omnes quoad initium, & finem cum cit. edit. Tom. V. a p. 1. uſque ad p. 240.

II. pag. 54. Eiuſdem Expoſitio Libri Danielis in Viſiones XII. diſtributa. Praecedit Prologus, qui inc. *Contra Prophetam Danielem*. Deſ. *& aliarum gentium litteris contineri*. Commentarius poſt Prophetae verba: *Anno tertio regni Ioachim*, inc. *Ioachim filius Ioſiae, cuius tertiodecimo anno &c.* Deſ. *tunc quaerendum eſt quid ei reſpondere debeamus*. Tom. cit. a pag. 617. ad pag. 736.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XII. optime ſervatus, in cuius calce legitur: *Iſte liber eſt domus Omnium Sanctorum de Florentia Ordinis Humiliatorum*. Conſtat foliis ſcriptis 78.

D. HIERONYMI OPERA QVAEDAM.

IN hoc nitidiſſimo aeque ac picturis ornatiſſimo Codice, in cuius fronte Medicea potiſſimum inſignia eminent, continentur D. Hieronymi Opera varia, quorum titulos aurei circuli quatuor mirificis undequaque ornamentis inſtructi repraeſentant. Ea vero ſunt: Cod. V.

I. pag. 1. Explanatio D. Hieronymi ſuper Ieremiam Prophetam Libris ſex (2). Praefatio inc. *Poſt explanationes duodecim Prophetarum*. Deſ. *ſed iam propoſitum opus aggrediendum eſt*. Explanationis Liber primus poſt Prophetae verba: *Verba Ieremiae &c.* inc. *Ceteri Prophetae, ut Iſaias, Oſee, Ioel &c.* Vltimus deſ. *dedit dona hominibus*. Tom. IV. a pag. 833. ad pag. 1096. In fine rubris maioribus litteris adſcribitur: *Expliciunt D. Hieronymi ſex libri in explanationem Ieremiae Prophetae, ſcilicet in partem huius Prophetae*.

II. pag. 120. Eiuſdem in Lamentationes Ieremiae Prophetae Expoſitio in tres Libros diſtributa, qui numeris *XVIII. XIX. & XX.* denotantur. Praecurrit Praefatio, quae inc. *Habes in Lamentationibus Ieremiae quatuor alphabeta*. Deſ. *ſed iam nunc quomodo textus ipſius hiſtoriae incipiat videamus*. Liber primus poſt Prophetae verba: *Quomodo ſedet &c.* inc. *Deplorat Propheta ruinam perverſi populi*. Tertius deſ. *in qua univerſitate nimirum & ipſi Iudaei comprehenduntur*. Non exſtat in cit. edit. Vide hac ſuper re Praefationem Generalem Tomo I. praemiſſam §. 30.

III. pag. 154. Eiuſdem in Danielem Prophetam Explanatio cum Prologo, ut in Cod. ſuperiore §. II.

IV. pag. 199. *b*. Eiuſdem in Ieſum Nave Homiliae XXVI. Prologus ad Chromatium inc. *In divinis voluminibus refertur*. Deſ. *qui opus, quod eruditis debet iniungi, expetis ab indoctis*. Homilia prima inc. *Donavit Deus nomen, quod eſt ſuper omne nomen, Domino & Salvatori noſtro Ieſu Chriſto &c.* Vltima deſ. *quae eſt Eccleſia Dei viventis, & ubi eſt Deus Iſrael, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui eſt gloria &c.* In cit. edit. non comparent, neque de iis ulla apud Oudinum mentio fit; nec mirum, quia ſunt Origenis, & ex Graeco in Latinum converſae, ut ex ipſo Prologo eruitur, in quo haec leguntur; *Quia ergo & tu mihi ſemper venerabilis Pater Chromati, iniungis & praecipis nobis, ut aliquid ad aedificationem & inſtructionem divini Tabernaculi ex Graecorum opibus & copiis conferamus, Oratiunculas XX. & VI. in Ieſu Nave, quas extempore in Eccleſia peroravis Adamantius ſenex, Latine tibi pro virium mearum parvitate diſſerui &c.* Interpres vero eſt Rufinus. Habentur editae inter Origenis Opera edit. Pariſ. MDCCXXXIII. fol. To. II. a pag. 396. ad pag. 457.

Co-

(1) Heic notandus eſt amanuenſis error, qui in epigraphe Operis initio appoſita *Libros XVIII.* pro *XIV.* ſcripſit, quem ſequutus Montfauconius in ſuo Catalogo in eumdem errorem lapſus eſt.

(2) Male in Montfauc. Catalogo *Libri VII.* dicuntur.

Codex membranac. Ms. in folio Saec. XV. ornatiſſimus, & cum initialibus litteris Librorum ſingulorum aureis. Conſtat foliis ſcriptis 256.

DIVI HIERONYMI VARIA.

Cod. VI. DIvi Hieronymi Opera varia, quorum tituli aureis, & ornatiſſimis circulis (1) exarati praemittuntur. Inter ornamenta autem primae paginae Mediceum quoque ſtemma praefulget. Opera vero iſthaec ſunt.

I. pag. 1. Commentarius ſuper Pſalterium. Praefatio inc. *Proxime quum Origenis Pſalterium &c.* Def. *aut in perſona prophetae.* Commentarius in Pſalmum primum inc. *Quidam dicunt hunc pſalmum, quaſi praefationem eſſe Spiritus Sancti*. In Pſalmum CL. deſ. *his mereamur adiungi concinentibus: ipſi gloria &c.* In Append. Tom. VII cit. edit. a pag. 1. ad pag. 394. In fine haec rubris ac maioribus litteris ſunt adnotata: *Explicit tractatus S. Hieronymi presbyteri in numerum CL. Pſalm. per me Nicolaum Marcheſinum Clericum Faventinum ſcript.*

II. pag. 274. *b.* Eiuſdem Vita S. Paulli primi Eremitae, ut ſupra pag. 360. §. II.

III pag. 278. Eiuſdem Vita B. Hilarionis. Prologus inc. *In ſanctis orationibus tuis*. Def. *virgo ſacratiſſima*. Vita inc. *Hilarion ortus eſt*. Def. *locum dilexerat*. In eius Operum Tom. II. a pag. 13. ad pag. 40.

IV. pag. 288. Eiuſdem Vita S. Malchi monachi captivi. Prologus inc. *Qui navali praelio*. Def. *explicemus*. Vita inc. *Zaromas* (2) *triginta ferme millibus &c.* Def. *non poſſe ſuperari*. Ibid. a pag. 41. ad pag. 48.

V. pag. 290. *b.* Eiuſdem Dialogus contra Pelagium haereſiarcham, quem ſub nomine Attici & Critoboli voluit adnotari, in tres Libros diviſus. Prologus inc. *Scripta iam*. Def. *reliquerit voluntati*. Dialogi Liber I. inc. *Atticus. Dic mihi, Critobole*. Liber tertius def. *errorem ſequamini. Amen*. Ibid. a pag. 679. ad pag. 792.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. elegantiſſime exaratus, & litteris Librorum initialibus aureis exornatus. Conſtat foliis ſcriptis 344.

D. HIERONYMI EXPOSITIO SVPER EVANGELIA D. MATTHAEI ET D. MARCI ET SVPER EPISTOLAS D. PAVLLI.

Adde etiam

Super Eccleſiaſten.

Cod. VII. PRaecurrunt in ſeptem circulis auro variiſque coloribus depictis exarati totidem tituli Operum illorum, quae in hoc elegantiſſimo Codice habentur. Heic quoque auro diſtincta emicant in prima pagina Medicea emblemata, ac litterae ſingulorum Librorum initiales auro expreſſae ſunt. Opera vero ſunt quae ſequuntur:

I. pag. 1. Divi Hieronymi Presbyteri Commentarius ſuper Matthaeum. Praefatio inc. *Plures fuiſſe*. Def. *ſcribenda concludat*. Commentarius poſt Evangeliſtae verba: *Liber generationis &c.* inc. *In Iſaia legimus, Generationem eius quis enarrabit?* Def. *futurum cum Apoſtolis*. Cit. edit. Tom. VII. a pag. 1. ad pag. 244. in tres diviſus Libros; in Codice tamen ſub una ſerie ab initio uſque ad finem continuatur.

II. pag. 90. Eiuſdem Commentarius in Marcum cum Prologo, qui inc. *Omnis ſcriba doctus*. Def. *metamus in caelo*. Commentarius poſt Evangeliſtae verba: *Initium Evangelii Ieſu Chriſti &c.* inc. *Cata Marcon Evangelium, per quod venit redemptio fidelium*. Def. *cum Matthaeo & Luca concordans enarrat. Hunc libellum breviter comprehenſum qui imitando perſcrutaverit, regna ei patebunt aeterna. Lege ergo & imitare adſidue*. In edit. Tom. XI. a pag. 783. ad pag. 834. ubi deſiderantur verba *Hunc libellum &c.* tamquam ab Hieronymo prorſus aliena, & ab ipſo fortaſſe exſcriptore ad claudendum librum adpoſita.

III. pag. 111. Eiuſdem Commentarius in Epiſtolam Paulli ad Galatas in tres Libros diviſus. Prologus inc. *Pauci admodum dies ſunt*. Def. *ſingula quaeque pandamus*. Commentarii Liber I. poſt Apoſtoli verba: *Paullus Apoſtolus non ab hominibus &c.* inc. *Non ſuperbe, ut quidam putant &c.* Vltimus def. *niſi intellexerit, quod docetur*. Tom. VII. a pag. 367. ad pag. 536.

IV. pag. 179. *b.* Eiuſdem Commentarius in Epiſtolam ad Epheſios item in Libros tres diviſus, & cum Prologo, qui inc. *Si quidquam eſt, Paulla & Euſtochium*. Def. *vel alienum eſſe, vel noſtrum*. Commentarii Liber primus poſt Apoſtoli verba: *Paullus Apoſtolus Ieſu Chriſti &c.* inc. *Si per praepoſitio miniſterium eius &c.* Vltimus def. *qui diligunt eum in incorruptione*. Ibid. a pag. 537. ad p. 684.

V. pag. 241. Eiuſdem Commentarius in Epiſtolam ad Titum cum Prologo. Hic inc. *Licet non ſint digni fide*. Def. *quorum doctrina & ſolatio confoverentur*. Ille poſt Apoſtoli verba: *Paullus ſervus Dei &c.* inc. *In Epiſtola ad Romanos ita exorſus eſt*. Def. *qualem benedicens praebere voluiſſet*. Ibid. a pag. 685. ad pag. 740.

VI. pag. 264. *b.* Eiuſdem Commentarius in Epiſtolam ad Philemonem item cum Prologo, cuius initium: *Qui volunt* (3) *inter Epiſtolas Paulli eam recipere*. Finis: *ſed iam ipſa verba Apoſtoli ponenda ſunt*. Commentarius poſt verba Apoſtoli: *Paullus vinctus Ieſu Chri-*

(1) Notandum ex Operibus adnotatis in dictis circulis, duo, quae inſcribuntur *Contra Iohannem Epiſcopum Hieroſolymitanum*, & *Traductio Epiphanii Cyprii*, in Codice deſiderari.

(2) In edit. *Maronia*.

(3) In edit. *nolunt*.

Digitized by Google

Chriſti &c. inc. *Praepoſtero ordine atque perverſo &c.* Deſ. *quoties auditus & lectus aedificat*. Ibid. a pag. 741. ad pag. 764.

VII. pag. 273. Eiuſdem Commentarius in Eccleſiaſten cum Prologo, qui inc. *Memini me ante hoc ferme quinquennium*. Deſ. *opinionum rivulos conſectarer*. Commentarius poſt ſacri textus verba: *Verba Eccleſiaſtae filii David &c.* inc. *Tribus nominibus vocatum fuiſſe Salomonem ſcripturae manifeſtiſſime edocent*. Deſ. *qui dicunt malum bonum, & bonum malum*. Tom. III. a pag. 381. ad pag. 498.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus. Conſtat foliis ſcriptis 317.

D. HIERONYMI EXPOSITIO IN EPISTOLAS B. PAVLLI.

Titulum corrige

Novi, ac Veteris Teſtamenti Libri aliquot cum praefationibus partim D. Hieronymi, partim incerti auctoris (1).

Cod. VIII. I. pag. 1. EPiſtolae Paullinae XIV. quarum prima eſt ad Romanos, ultima ad Hebraeos. Praecedunt in prioribus undecim foliis primo S. Hieronymi presbyteri Praefatio in dictas Epiſtolas, quae inc. *Primum quaeritur, quare poſt Evangelia, quae ſupplementum legis ſunt, &c.* Deſ. *cognoſcentes vos habere meliorem & manentem ſubſtantiam*. Secundo argumentum Anonymi in Epiſtolam ad Romanos, cuius initium: *Romani ſunt, qui ex Iudaeis Gentilibuſque crediderunt*. Finis: *quamobrem viciſſim eos humilians ad pacem & concordiam cohortatur*. Tertio S. Damaſi Epiſcopi verſus, quorum primus:

Iamdudum Saulus procerum praecepta ſequutus.

Vltimus

Sancte tuos Damaſus volui monſtrare triumphos.

Quarto concordia Epiſtolarum, ſeu harmonia quaedam diverſorum locorum in variis Epiſtolis exſtantium, & ad certas ſententias confirmandas laudatorum. Tandem Epiſtolarum ſingularum particulares quidam, ac breves Prologi cum Capitum elenchis, quales in iis Sacrorum Bibliorum Voluminibus Plutei XV. quae recenſuimus, paſſim occurrebant. A pagina igitur 12. incipiunt Epiſtolae ipſae, & ad paginam uſque 69. progrediuntur, ubi haec leguntur: *Expliciunt Epiſtolae Paulli Apoſtoli numero XIV. feliciter ſcriptae die XI. Septembris MCCCCXXX. Deo gratias.*

II. pag. 69. Actus Apoſtolorum, praevio Anonymi Prologo (2) & Capitum elencho.

III. pag. 96. Epiſtolae VII. Canonicae cum Praefatione S. Hieronymi in ipſas, quae inc. *Non ita ordo eſt apud Graecos*. Deſ. *nec ſanctae ſcripturae veritatem poſcentibus denegabo*. Praecedunt autem ſingulis breves Prologi, & Capitum tabulae.

IV. pag. 109. Apocalypſis cum duplici Prologo Anonymi, & Capitum elencho.

V. pag. 123. Parabolae Salomonis cum tribus Prologis. Primus Hieronymi ita inſcr. & inc. *Chromatio, & Heliodoro Epiſcopis Hieronymus. Iungat epiſtola, quos iungit ſacerdotium*. Deſ. *ſed ſtatim de praelo puriſſimae commendata teſtae ſuum ſaporem ſervaverint*. Alter Anonymi inc. *Tribus nominibus vocatum fuiſſe Salomonem ſcripturae manifeſtiſſime docent*. Deſ. *& neſcit eſſe ſe regem: quae omnia referuntur ad Chriſtum*. Eſt initium Commentarii S. Hieronymi in Eccleſiaſten, & habes Tom. III. cit. edit. a pag. 383. ad pag. 385. verſ. 6. Tertius item Anonymi inc. *Tres Libros Salomonis, ideſt Proverbia, Eccleſiaſten & Canticum Canticorum &c.* Deſ. *& idcirco qui legis ſemper peregrini memento*.

VI. pag. 137. Eccleſiaſtes.

VII. pag. 142. Liber Sapientiae.

VIII. pag. 152. Eccleſiaſticus cum Prologo.

IX. pag. 177. Cantica Canticorum.

X. pag. 180. Epiſtola quaedam cum hoc titulo: *Narrat & Didymus Bragmanorum didaſta* (ſeu *didaſca*) *vel in Epiſtola, quam Magno illi Alexandro reſcripſit ſic dicens*. Inc. *Nos Bragmani nullas, magne rex, turpes cogitationes habemus, nullum hominem nobis ſervire compellimus*. Deſ. *ex his patet abſtinentiam eſſe cauſſam puritatis mentis, & ſanitatis, quae donum intellectus habetur*. Haec Epiſtola etiam in Bibliotheca Riccardiana adſervatur Ms.

XI. p. ead. *b.* Incerti auctoris, forte Poggii Ep. de morte Laur. Medices ad quemdam Carolum (f. Arretinum). Inc. *Si ſerius, mi doctiſſime Carole, ornatiſſimi atque amiciſſimi quondam mihi Laurentii noſtri debitum virtuti munus praeſtiti, quod eius in me officia poſtulabant, non negligentiae, aut oblivioni tribuendum eſt, ſed doloris magnitudini, quem ex chariſſimi deque me optime meriti viri morte ſuſcepi*. Definit imperfecte in hiſce verbis: *infirmitas quoque, ac debilitas corporis, mors noſtrorum repentina, incerti obitus* . . . . . Ita vero auctor, quicumque ille ſit, ſuam in Laurentii acerbo fato iacturam deplorat: *Quod ſicui umquam in amici obitu dolere licuit, mihi certe licet maxime, qui non ſolum dulciſſimo ac ſuaviſſimo amicitiae fructu, ſed me ipſo videor eſſe privatus: ille enim parentum mihi charitatem, amici officia, fratris benivolentiam praeſtabat; ille meas curas, ſuas eſſe ducebat; ille me opibus, pecunia, patrocinio ſublevabat; denique ea erat inter nos mutua charitas ac benivolentia, ut illo vivo nullam fortunam extimeſcens, ſecurus rerum, in tranquillo veluti portu viderer quieſcere &c.*

Notandum interim eſt, in primo Codicis folio ſcripta fuiſſe ab eadem, ut videtur manu

nu

(1) Montfauconius quoque corrigendus, qui in ſuo Catalogo de hoc Codice ait: *Hieronymi Presbyteri Expoſitio ſuper Epiſtolas Paulli omnes &c.* quum praeter argumenta ne unum quidem expoſitionis verbum, ſed tantummodo ſacri textus Libros aliquos contineat.

(2) Supra pag. 145. §. XXXI. S. Hieronymo tribuitur.

Digitized by Google

nu ea, quae ſequuntur: *Ab Adam uſque ad Vrbem conditam elapſi ſunt anni MMMMCCCCXLVII. & ab Vrbe condita uſque ad Nativitatem Chriſti fluxerunt anni DCCLII.* Tum paullo infra: *Prefatio che Meſſere Bernabò de Biſconti da Milano fecie chantare a tutti i ſuoi Preti ſottopoſti, mentre ch'egli ebbe ghuerra cholla Chieſa, & dice choſì: Deus qui oppreſſorum & iuſte precantium pia voce* (ſic) *exaudis, concede queſumus per tuam ſanctam paxionem, qua ſanctos patres a limbo miſerabiliter liberaſti, paſtores Eccleſie ſancte tue opprimunt* (ſic) *& regunt tirannica pravitate, tuo iuſto iudicio contereri* (ſic). Haec ex aegritudine & perturbatione agitati animi, non ex recto iudicio Principis proceſſiſſe quis non videat?

Codex chartac. Ms. in 4. Saec. XV. Conſtat foliis ſcriptis 181.

D. HIERONYMI EPISTOLAE,

Adde etiam

Alia eiuſdem Opuſcula.

Cod. IX. PRaecedit accuratiſſima Tabula tum Epiſtolarum, tum Opuſculorum, quae in hoc nitidiſſimo continentur Volumine, ſingulorum titulos, & initia repraeſentans; qua expleta duae occurrunt elegantiſſimae picturae, prima Codicis epigraphen, altera D. Hieronymum ante Crucifixi imaginem genibus flexis orantem in eremo exhibentes; accedit in calce paginae Mediceum ſtemma. Quae igitur in hoc Codice habentur, ſunt iſta.

I. pag. 4. Epiſtola Hieronymi ad Damaſum Papam ſanctae fidei expoſitoria. Inc. *Credimus in Deum*. Deſ. *non me haereticum comprobabit*. Inter eius Opera ſuppoſita Tom. XI. cit. edit. pag. 146.

II. pag. 5. *b*. Eiuſdem ad eumdem definitio fidei ſymbolique Nicaeni Concilii. Inc. *Credimus in unum Deum*. Deſ. *hereditatione non ambigua ſunt ſortiti*. Ibid. pag. 149.

III. pag. 8. *b*. Eiuſdem ad Laurentium Papam expoſitio ſymboli. Inc. *Mihi quidem, fideliſſime Papa Laurenti, ad ſcribendum animus tam non eſt cupidus, quam nec idoneus*. Deſ. *liberari vero a confuſione & opprobrio aeterno per Chriſtum Dominum noſtrum, per quem eſt Deo Patri omnipotenti &c.* Non invenimus.

IV. pag. 25. *b*. Eiuſdem Tractatus fidei, credulitatis, & vitae Chriſtianorum. Inc. *David glorioſus in pſalmo ſic dicit: In univerſam terram exivit ſonus eorum, & ad terminos orbis terrae verba eorum*. Deſ. *& credentibus profuiſſe*. Non invenimus.

V. pag. 35. Eiuſdem de eſſentia Trinitatis, ſive Deitatis; alias intitulatur, de membris Domini. Inc. *Omnipotens Deus, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, unus atque trinus; unus videlicet exſtat in natura, trinus in perſonis*. Deſ. *& ultione inimicorum ſuorum ſe manifeſte demonſtrare*. Tom. XI. pag. 138. ſeqq. ſub titulo diverſo.

VI. pag. 39. Sequuntur nunc Hieronymi, & aliorum Epiſtolae mutuae quinque ordine diverſo ab editis Tom. II. cit. edit.

Ordo Codicis *Ordo edit.*

I. Pammachii & Oceani ad Hieronymum de libris periarchon Origenis. Tom. I. num. LXXXIII.

II. pag. ead. *b*. Hieronymi ad praedictos reſponſiva & excuſativa de dictis libris contra Ruffinum ——— LXXXIV.

III. pag. 43. *b*. Eiuſdem ad Tranquillinum de Origenis haeretica doctrina, & qualiter legi debet ——— LXII.

IV. pag. 44. Eiuſdem ad Avitum de erroribus Origenis in libro periarchon ——— CXXIV.

V. pag. 49. *b*. Praefatio, ſive Tractatus Ruffini ſuper libros periarchon translatus contra Hieronymum de Graeco in Latinum ——— LXXX.

VII. pag. 50. *b*. Ruffini ad Anaſtaſium Epiſtola apologetica & defenſiva translationis librorum periarchon. Inc. *Audivi quoſdam*. Deſ. *generant & livorem*. Tom. II. pag. 573.

VIII. pag. 52. Ruffini ad Apronianum Libri duo Invectivarum contra Hieronymum, quorum primus inc. *Relegi ſcripta, Aproniane fili chariſſime, quae ab amico & fratre bono &c.* Alter deſ. *me enim ſequi neceſſe eſt Eccleſiae Catholicae ſententiam, ſi* (ſic) *vel adverſus tuos datam*. Ibid. a pag. 583. ad pag. 674. Notandum tamen in Codice valde eſſe interpolatos.

IX. pag. 62. *b*. Hieronymi adverſus Ruffinum Apologetici Libri tres. Primus inſcrib. & inc. *Hieronymi ad Ruffinum Epiſtola reſponſiva & invectiva contra eum, & calumniarum impoſitarum excluſiva. Lectis litteris prudentiae tuae*. Deſ. *& illico pax ſequitur*. Ibid. a pag. 531. ad pag. 572. ubi inſcribitur: *Vltima reſponſio S. Hieronymi adverſus ſcripta Ruffini Presbyteri*. Alter pag. 78. inſcrib. & inc. *Eiuſdem ad Pammachium & Marcellam, al. Oceanum pro ſe contra Ruffinum defenſiva. Et veſtris & multorum litteris*. Deſ. *iam corruit in aeternum*. Ibid. a pag. 457. ad pag. 490. & eſt *Apologiae Liber primus*. Tertius denique pag. 84. *b*. poſt titulum, *Eiuſdem ad eoſdem de quo ſupra*, inc. *Huc uſque de criminibus*. Deſ. *ſub amici nomine ſuſtinere*. Ibid. a pag. 491. ad pag. 530. & eſt *Liber ſecundus*. Heic quoque notandum, duos libros hoſce poſteriores multo breviores eſſe in Codice, quam in editione, quamvis quoad initium & finem inter ſe conveniant.

X. pag. 87. Redeunt nunc Epiſtolae duae, ſcilicet

Ordo Codicis *Ordo edit.*

I. Hieronymi ad Ruffinum ſuper calumniis ei impoſitis ——— LXXXI.

II. pag. ead. *b*. Eiuſdem ad eumdem

Ordo Cod. *Ordo edit.*

ſinum de converſione & vita Bonoſi — III.

XI. pag. 89. Eiuſdem adverſus Iovinianum Libri duo, quorum primus inc. *Pauci admodum dies ſunt*. Alter deſ. *Epicuri luxuriam ſuſceperunt*. Tom. II. a pag. 237. ad p. 384.

XII. pag. 141. Eiuſdem aliae Epiſtolae X. & quidem hoc ordine:

Ordo Cod. *Ordo edit.*

I. Hieronymi ad Marcellam de fide noſtra, & dogmate haeretico contra Montanum — XLI.

II. pag. 142. Eiuſdem ad eamdem invectiva contra detractores ſuos — XXVII.

III. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad Auguſtinum de haereticis, qui eo tempore emerſerant — CXLI.

IV. pag. ead. Eiuſdem ad eumdem de haereticis — CXLII.

V. pag. 143. Eiuſdem ad Auguſtinum & Alypium commendativa eorum conſtantiae contra haereſim Caeleſtinam, & inductiva ad amicitiam — CXLIII.

VI. pag. ead. *b.* Epiphanii ad Ioannem Epiſcopum Ieruſalem contra Ruffinum & Arrianos ſequentes Origenem, translata a Hieronymo — LI.

VII. pag. 148. Hieronymi ad Theophilum Alexandrinum Epiſcopum — LXIII.

VIII. pag. ead. Eiuſdem ad eumdem — LXXXVI.

IX. p. ead. *b.* Eiuſdem ad eumdem — LXXXVIII.

X. pag. ead. Eiuſdem ad eumdem — XCIX.

XIII. pag. 149. Altercatio Luciferiani. & cuiuſdam Orthodoxi edita a beato Hieronymo. Inc. *Proxime accidit*. Deſ. *novi facilius eos vinci poſſe, quam perſuaderi*. Tom. II. a pag. 171. ad pag. 202.

XIV. pag. 159. *b.* Dialogus B. Hieronymi contra Haereſim Pelagianorum in tres partes diviſus, cum Prologo, qui in Codice inſcribitur: *Epiſtola Hieronymi excuſatoria ad Fratres contra Pelagianos*. Inc. *Scripta iam ad Cteſiphontem Epiſtola*. Deſ. *meae Chriſtus reliquerit voluntati*. Dialogi pars prima inc. *Atticus. Dic mihi, Critobole*. Pars tertia deſ. *etiam in hac parte errorem ſequamini*. Ibid. a pag. 679. ad pag. 792.

XV. pag. 199. Eiuſdem translatio duarum Homiliarum Origenis ſuper Canticis cum Praefatione, ſive Epiſtola ad Damaſum, quae inc. *Origenes quum in ceteris libris omnes vicerit*. Deſ. *quae parva ſunt*. Homilia prima inc. *Quomodo didicimus per Moyſen*. Homilia altera deſ. *& ſapientia Ieſu Chriſti, cui eſt honor &c.* Tom. III. a pag. 499. ad pag. 532.

XVI. pag. 210. Eiuſdem aliae Epiſtolae XVII. nimirum:

Ordo Cod. *Ordo edit.*

I. Ad Damaſum de Seraphim & calculo — XVIII.
Sed eſt tantum fragmentum incipiens a verbis: *Septuaginta. Et miſſum eſt ad me unum &c.* & progrediens uſque ad finem. Initium incidit in edit. Tom. I. pag. 57. §. 17.

II. pag. 211. *b.* Damaſi ad Hieronymum de Oſanna — XIX.

III. pag. ead. Auguſtini ad Hieronymum expoſtulantis & excuſantis — CI.

IV. pag. 212. Hieronymi ad Auguſtinum, ut certius ſcribat hortantis, & quarumdam invectionum & litterarum reprehenſiva — CII.

V. pag. ead. *b.* Damaſi ad Hieronymum conſultiva. Inc. *Dum multa corpora librorum*. Deſ. *aperire veſtigium*. Tom. XI. pag. 276.

VI. pag. 213. Hieronymi ad Damaſum reſponſiva. Inc. *Legi litteras Apoſtolatus veſtri*. Deſ. *epitritum eſt, quando minus continetur a maiore, & eius tertia pars caeduntur*. Ibid. pag. 277. ſed finis in edit. diverſus, quia ibi multo longius producitur Epiſtola.

VII. pag. ead. Auguſtini ad Hieronymum excuſativa de dictis querimoniis Hieronymi, & de reprehenſionibus contra Ruffinum nimis invectivis — CX.

VIII. pag. 216. Eiuſdem ad eumdem de eadem materia & conſultiva de libro Virorum Illuſtrium — LXVII.

IX. pag. 217. *b.* Eiuſdem ad eumdem obiurgativa de translatione veteris Teſtamenti, & de reprehenſione Petri a Paulo — LVI.

X. pag. 219. *b.* Eiuſdem ad eumdem de duplici translatione, ſcilicet de Hebraeo & Graeco facta ab eo conſultiva & reprehenſiva — CIV.

XI. pag. 220. *b.* Hieronymi ad Auguſtinum reſponſiva ſuper praemiſſis quaeſtionibus, & libro Virorum Illuſtrium, & ſua duplici translatione — CXII.

XII. pag. 227. *b.* Eiuſdem ad eumdem de praedictis reprehenſionibus translationis ſuae, & reſponſionum contra Ruffinum excuſativa — CXV.

XIII. pag. ead. Auguſtini ad Hieronymum declarativa ſuae excuſationis & ſuper translatione

Ordo Cod. *Ordo edit.*

ne novi Teſtamenti de Graeco, & etiam veteris——CXVI.

XIV. pag. 236. Eiuſdem ad Praeſidium pro tranſmiſſione litterarum ſuarum Hieronymo——CXI.

XV. pag. ead. Hieronymi ad Auguſtinum invectiva contra eius obiurgationes, & ad veram amicitiam inductiva——CV.

XVI. pag. 237. Eiuſdem ad eumdem pro recommendatione Praeſidii diaconi——CIII.

XVII. pag. ead. *b.* Auguſtini ad Hieronymum quaeſtio de anima, & quare parvulis ſine baptiſmo poena inferni debeatur——CXXXI.

XVII. pag. 244. Diſputatio Hieronymi & Auguſtini. Inc. *Quum apud vos caeleſtis eloquentia puriſſimi fontis &c.* Deſ. *redundetis fluenta ſanctorum*. Tom. XI. a pag. 246. ad pag. 255. ſub titulo *Dialogi Hieronymi & Auguſtini de origine animarum*.

XVIII. pag. 249. Redeunt Epiſtolae, ſcilicet

Ordo Cod. *Ordo edit.*

I. Auguſtini ad Hieronymum de verbo Iacobi: *Qui totam legem obſervaverit, offendit autem &c.* CXXXII.

II. pag. 253. *b.* Hieronymi ad Auguſtinum de duobus libellis——CXXXIV.

III. pag. 254. Eiuſdem ad Marcellinum & Anapſychiam reſponſiva de animae ſtatu, & quinque opinionum declarativa——CXXVI.

IV. pag. 255. Eiuſdem ad Honeſtum (1) de duabus quaeſtionibus——LXXXV.

V. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad Elbidiam (2) Gallicanam continens XII. quaeſtiones novae legis de reſurrectione ſecundum Evangeliſtas——CXX.

VI. pag. 267. Eiuſdem ad Pammachium de optimo genere interpretandi——LVII.

VII. pag. 271. *b.* Eiuſdem ad Evandrum (3), qualiter differant presbyteri & diaconi——CXLVI.

VIII. pag. 272. *b.* Eiuſdem ad Cyprianum declaratoria finis pſalmi LXXXIV. (*l. LXXXIX.*) *Dexteram tuam ſic notam &c.* CXL. Eſt autem fragmentum tantummodo longioris Epiſtolae ita incipiens in Codice: *Frater chariſſime Cypriane, ſcito praenoſcens, quia ſi ſcribatur extrema littera, quae appellatur NUN &c.* (edit. Tom. I. pag. 1056. verſ. 17.) & progrediens uſque ad finem.

IX. pag. 273. *b.* Eiuſdem ad Vitalem presbyterum de Salomone & Achaz, quomodo dicuntur in undecimo ſuae aetatis anno filios procreaſſe——LXXII.

X. pag. 275. Eiuſdem ad Damaſum Papam de panibus & oblatione altaris. Tom. XI. p. 273.

XI. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad Marcellam de decem Dei nominibus Hebraicis, ſive de pſalmo nonageſimo: *Qui habitat in adiutorio &c.*——XXV.

XII. pag. ead. Eiuſdem ad eamdem de Hebraicis nominibus declaratis——XXVI.

XIII. pag. 276. Eiuſdem ad eamdem de diapſalmate——XXVIII. Origeniani vero fragmenti, quod in edit. Graece ſimul & Latine adfertur, in Codice Latina tantum habetur interpretatio.

XIV. pag. 277. Eiuſdem ad eamdem de Libris Regum & Iudicum——XXIX.

XV. pag. 279. Eiuſdem ad eamdem de pſalmo CXXVI. & ſequenti——XXXIV.

XVI. pag. 280. *b.* Eiuſdem ad eamdem excuſatoria——XXXII.

XVII. pag. ead. Eiuſdem ad eamdem de Tharſis——XXXVII.

XVIII. pag. 281. *b.* Eiuſdem ad Dardanum. Inc. *Cogor a te*. Deſ. *& eſt minima ſapientia legis veteris in manu Iudaeorum*. Tom. XI. pag. 202. ubi eſt octo circiter verſus in fine longior.

XIX. pag. 282. Eiuſdem ad Paullam & Euſtochium, qui pſalmi, vel quando pſalli, vel legi debeant. Ibid. pag. 287.

XX. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad eaſdem circa pſalmorum materiam. Inc. *Pſalterium Romae dudum poſitus emendaram*. Deſ. *& de turbulento magis rivo, quam de puriſſimo fonte potare*. Non invenimus.

XXI. pag. 283. Eiuſdem ad Sophronium de eadem materia. Inc. *Scio quoſdam putare pſalterium in quinque libros eſſe diviſum*. Deſ. *ut intelligam mihi & laudem & vituperationem tecum eſſe communem. Vive in Domino Ieſu; cupio te meminiſſe mei. Amen*. Non invenimus.

XXII.

(1) In edit. *ad Paulinum*.
(2) In edit. *ad Hedibiam*.
(3) In edit. *ad Evangelum*.

Ordo Cod. *Ordo edit.*

XXII. pag. ead. *b*. Eiuſdem ad Pammachium, & Oceanum. Tom. XI. pag. 227.

XXIII. pag. 285. Eiuſdem ad Sabinianum lapſum cum Moniali increpatoria & exhortatoria de caſtitate promiſſa———CXLVII.

XXIV. pag. 289. Eiuſdem ad Aſellam invectiva de fictis amicis ſibi detrahentibus———XLV.

XXV. pag. 290. Eiuſdem ad eamdem (1) de ſignificatione munerum———XLIV.

XXVI. pag. ead. Eiuſdem ad Evagrium de quodam Levita lapſo & a nemine conſolato. Tom. XI. pag. 192.

XXVII. pag. 292. Eiuſdem ad Praeſidium diaconum exhortatoria. Ibid. pag. 154. ſub titulo *ad Praeſidium de Cereo Paſchali*. In Codice tamen clauditur hiſce verbis: *ſub ea conditione quam noſti. O quotienſcumque hanc Epiſtolam legeris, totiens te ſcias, quo pollicitus es eſſe veniendum*, quae omittuntur in eo loco, ubi ſunt in edit. ſcilicet pag. 158. v. 20.

XXVIII. pag. 295. Eiuſdem ad Demetriadem de virginitate & vitae perfectione. Ibid. a pag. 1. ad pag. 26. & inſcr. *Pelagii ad Demetriadem Epiſtola*.

XXIX. pag. 310. Eiuſdem ad quamdam virginem filiam Mauritii de excellentia virginitatis. Ibid. a pag. 127. ad pag. 138. ſub titulo *Virginitatis laus*.

XXX. pag. 316. Eiuſdem ad Celantiam de modo recte vivendi—CXLVIII.

XXXI. p. 323. *b*. Eiuſdem ad quoſdam devotos ſuos de honorandis parentibus. T. XI. p. 112.

XXXII. pag. 324. *b*. Chromatii & Heliodori ad Hieronymum de Martyrologio. Ibid. p. 473.

XXXIII. pag. ead. Hieronymi ad Chromatium & Heliodorum reſponſiva. Ibid. & pag. ead.

XXXIV. pag. 325. Eiuſdem ad Tetrantiam de vera Circumciſione. Ibid. a pag. 159. ad p. 178.

XXXV. pag. 337. Eiuſdem ad quemdam amicum de homine perfecto. Ibid. a p. 52. ad p. 77.

XXXVI. pag. 352. *b*. Eiuſdem ad Euſtochium ceteraſque Virgines Regula quemadmodum in monaſterio vivere debeant. Ib. a p. 433. ad p. 464. in Capita XLI. diſtributa cum Prologo, quemadmodum in Codice; ſed heic Capitum tituli nulli ſunt.

XXXVII. pag. 369. *b*. Eiuſdem ad Ruſticum Narbonenſem de VII. gradibus Eccleſiaſtici Ordinis. Ibid. a pag. 114. ad pag. 126.

Clauditur Codex hac ſubſcriptione: *Quiricus de Prato tranſcripſit anno MCCCCLXII.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus ſingularum Epiſtolarum & Librorum litteris aureis. Conſtat foliis ſcriptis 377.

D. HIERONYMI EPISTOLAE.

Adde etiam

Alia eiuſdem Opuſcula.

PRaeſtantiſſimus hic Codex, iiſdem quibus ſuperior, ornamentis praefulgens, & eiuſdem Scriptoris manu exaratus, ſecundum continet Epiſtolarum S. Hieronymi Volumen; ita enim inſcribitur Tabula ipſarum, quae praecedit prioribus duobus foliis comprehenſa, ac titulos, & initia ſingularum repraeſentans. Cod. X.

I. pag. 3. Epiſtolarum S. Hieronymi, & aliorum ſeries cum editis Tom. I. cit. edit. collata ſequens eſt:

Ordo Cod. *Ordo edit.*

I. Epiſtola Damaſi Papae ad Hieronymum conſultiva quarumdam quaeſtionum Libri Geneſis XXXV.

II. pag. ead. *b*. Hieronymi ad Damaſum pro ſolutione dictarum quaeſtionum———XXXVI.

III. pag. 7. Eiuſdem ad Marcellam de quinque quaeſtionibus novae Legis———LIX.

IV. pag. 8. Eiuſdem ad Chryſogonum Monachum Aquileiae de amicitia———IX.

V. pag. ead. *b*. Eiuſdem ad Ruſticum Monachum exhortatoria de vita ſolitaria & contemptu mundi———CXXV.

VI. pag. 13. *b*. Eiuſdem ad Agheruchiam viduam de monogamia, ſive de viduitate & caſtitate ſervanda———CXXIII.

VII. pag. 19. Eiuſdem ad Paullinum de inſtitutione Clericorum & Monachorum, & expoſitionibus divinae hiſtoriae———LVIII.

VIII. pag. 22. Eiuſdem ad Heliodorum Epiſtola, ſive Epitaphium, conſolatoria de morte Nepotiani nepotis———LX.

IX. pag. 27. Eiuſdem ad Nepotianum de vita Clericorum exhortatoria———LII.

X. pag. 32. Eiuſdem ad Oceanum de vita Clericorum. Ex-

 ſtat

(1) Sic eſt in titulo Codicis, ſed revera inſcripta eſt *Marcellae*, ut in edit.

Digitized by Google

Ordo Cod. *Ordo edit.*

ſtat Tom. XI. pag. 270.

XI. pag. 34. Eiuſdem ad Deſiderium, al. Evagrium, de XII. Doctoribus. Tom. II. p. 945.

XII. pag. 35. Eiuſdem ad Euſtochium filiam ſanctae Paullae exhortatoria de virginitate ſervanda —— XXII.

XIII. pag. 47. Eiuſdem ad Marcellam, ſeu ad Euſtochium de muneribus myſticis —— XXXI.

XIV. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad Suſannam obiurgatoria de lapſu carnis, & ad poenitentiam exhortatoria. Inc. *Quid taces, o anima Suſannae*. Deſ. *& amplius non ero*. Tom. XI. a p. 180. ad pag. 192. ubi vides deeſſe in Codice primam Epiſtolae periodum, & integrum paragraphum ultimum.

XV. pag. 52. Eiuſdem ad Marcellam de Vrbis ſeceſſu —— XLIII. Huius tamen Epiſtolae finis in Cod. diverſus eſt ab edit. quia in illo verbis *quaeſiſſe nos doleamus in terra*, in quibus deſinit in editione, adſuuntur alia, quorum initium: *Verum ut ad villam & ad Mariae diverſorium veniamus &c.* Finis vero: *ut vulgo dicitur amatoriae cantiones*, quibus Bethel elogium, eiuſque cum Roma comparatio continetur. Haec autem totidem verbis leguntur in Epiſtola Paullae & Euſtochii ad Marcellam, ut videre eſt in cit. edit. Tom. I. pag. 205. §. 10. & 11.

XVI. pag. 53. Eiuſdem ad eamdem de blaſphemia in Spiritum Sanctum irremiſſibili —— XLII.

XVII. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad eamdem de aegrotatione Blexillae viduae, filiae S. Paullae —— XXXVIII.

XVIII. pag. 54. *b.* Eiuſdem ad Paullam conſolatoria de dormitione Blexillae filiae ſuae —— XXXIX.

XIX. pag. 58. Eiuſdem ad Pammachium Epiſtola apologetica contra Ruffinum de Libris contra Iovinianum —— XLVIII.

XX. pag. 65. *b.* Eiuſdem ad Theſiphontem Vrbicum —— CXXXIII.

XXI. pag. 70. *b.* Eiuſdem de vindicta, iuramento, obedientia, & ſcientia. Exſtat Tom. XI. a pag. 77. ad pag. 87. & inſcrib. *Inſtitutio amici in ſcientia divinae legis*.

XXII. pag. 76. Eiuſdem ad Dardanum expoſitoria de terra repromiſſionis —— CXXIX.

XXIII. pag. 79. Eiuſdem ad Lucinum Betticum exhortatoria de ieiunio & Euchariſtia aſſumendis LXXI.

XXIV. pag. 80. *b.* Eiuſdem ad Deſiderium, ad mutuum adſpectum invitans, & de Libro Virorum Illuſtrium —— XLVII.

XXV. pag. 81. Eiuſdem ad Exſuperantium —— CXLV.

XXVI. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad Fabiolam de veſtimentis ſacerdotalibus, & ornamentis Tabernaculi —— LXIV.

XXVII. pag. 87. Eiuſdem ad Demetriadem exhortatoria de virginitate ſervanda —— CXXX.

XXVIII. pag. 94. *b.* Eiuſdem ad Athletam (1) nurum ſanctae Paullae, & de inſtitutione filiae ſuae Paullinae —— CVII.

XXIX. pag. 98. Eiuſdem ad Demetriadem virginem de virginitate & vitae perfectione. Tom. XI. a pag. 1. ad p. 26.

XXX. pag. 112. Eiuſdem ad Iulianum conſolatoria de morte uxoris, & pignerum &c. —— CXVIII. Claudunt autem Epiſtolam haec verba: *Tribuat tibi Chriſtus ut audias, ut taceas, ut intelligas, & ſic loquaris*, quae in editione deſiderantur.

XXXI. pag. 114. *b.* Eiuſdem ad Heliodorum de vita ſolitaria & mundi contemptu —— XIV.

XXXII. pag. 117. *b.* Eiuſdem ad Furiam viduam de viduitate & caſtitate ſervanda —— LIV.

XXXIII. pag. 121. *b.* Eiuſdem ad Salvinam, ſive Sabinam viduam conſolatoria de morte viri ſui —— LXXIX.

XXXIV. pag. 125. Eiuſdem ad Pammachium Epitaphium, ſive Epiſtola conſolatoria de tranſitu Paullinae uxoris ſuae —— LXVI.

XXXV. pag. 128. *b.* Eiuſdem ad Oceanum de vita & morte Fabiolae, ſive Flaviolae viduae —— LXXVII.

XXXVI. pag. 131. *b.* Eiuſdem ad Antonium monachum, ſeu presbyterum Hermonae de humilitate & reconciliatione —— XII.

XXXVII. pag. 132. Eiuſdem ad Virgines Hermonenſes de reconciliatione amicitiae & dilectionis —— XI.

XXXVIII. pag. ead. Eiuſdem ad Caſtrinam (2) materteram pro reconciliatione & pace —— XIII.

XXXIX. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad Paul-

(1) In edit. *ad Laetam*.

(2) In edit. *Caſtorinam*.

Digitized by Google

Ordo Cod. *Ordo edit.*

Paullum ſenem monachum Concordiae de amicitia —— X.

XL. pag. 133 Eiuſdem ad Cromantium, Iovinianum (1), & Euſebium ad amicitiam invitans —— VII.

XLI. pag. 134. Eiuſdem ad Theodoſium & alios anachoritas, ut pro ſe orent —— II.

XLII. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad Marcum presbyterum ſuper fide poſtulata, & contra haereticos —— XVII.

XLIII. pag. 135. Eiuſdem ad Niceam, ſive Aneciam hypodiaconum Aquileiae de eadem materia —— VIII.

XLIV. pag. ead. Eiuſdem ad Abigaum Hiſpanum, ad humilitatem & patientiam de caecitate provocans —— LXXVI.

XLV. pag. 136. Eiuſdem ad Theodorum (2) de morte Lucini fratris ſui —— LXXV.

XLVI. pag. 137. Eiuſdem ad Damaſum de filio prodigo explanatoria —— XXI.

XLVII. pag. 143. *b.* Eiuſdem ad Oceanum declarativa de unius uxoris viro eligendo —— LXIX.

XLVIII. pag. 148. Eiuſdem ad Adamandum presbyterum de quatuor quaeſtionibus novae legis —— LV. Haec tamen Epiſt. in Cod. deſinit in verbis, *ſaevit ut miſereatur* (edit. pag. 297. verſ. 24.)

XLIX. pag. 150. Eiuſdem ad matrem & filiam in Galliis commorantes obiurgatoria —— CXVII.

L. pag. 153. Eiuſdem adverſus Vigilantium ſectatorem Origenis & Ruffini, confutatoria errorum eius —— LXI.

LI. pag. 154. Eiuſdem ad Riparium contra Vigilantium, confutatoria eius errorum —— CIX.

LII. pag. 155. Eiuſdem adverſus eumdem confutatoria errorum eius. Exſtat Tom. II. a pag. 387. ad pag. 402.

LIII. pag. 159. *b.* Eiuſdem de B. Mariae virginitate perpetua contra Elvidium confutatoria tamquam contra haereticum. Inc. *Nuper rogatus a fratribus*. Deſ. *& caninam facundiam ſervus domini experiatur pariter cum matre*. Ibid. a pag. 205. ad pag. 230.

LIV. pag. 167. *b.* Eiuſdem ad Ruſticum coniugatum de ſervanda caſtitate promiſſa, & exhortatoria ad poenitentiam —— CXXII.

LV. pag. 170. *b.* Eiuſdem ad Fabiolam de XLII. manſionibus Iſraëlitici populi —— LXXVIII.

LVI. pag. 180. Eiuſdem ad Minervum & Alexandrum monachos de carnis reſurrectione —— CXIX.

LVII. pag. 185. *b.* Eiuſdem ad Evandrum expoſitoria de Melchiſedech —— LXXIII.

LVIII. pag. 187. *b.* Eiuſdem ad Damaſum Papam de fide & homouſion, & cui debeat communicare —— XV.

LIX. pag. 188. *b.* Eiuſdem ad eumdem Damaſum de quo ſupra —— XVI.

LX. pag. 189. Eiuſdem ad eumdem Damaſum de morte Oziae, & Seraphim, & calculo in viſione Iſaiae —— XVIII. Brevior autem eſt in Cod. quam in editione; deſinit enim in verbis: *auribus tantum ſtudeamus & linguae*, quae incidunt in edition. pag. 57. circa finem.

LXI. pag. 193. *b.* Eiuſdem ad Marcellam de exitu Leae —— XXIII.

LXII. pag. 194. Eiuſdem ad eamdem de vita Aſellae —— XXIV.

LXIII. pag. 195. Eiuſdem ad Innocentium de muliere ſepties percuſſa, & a Deo ſanata —— I.

LXIV. pag. 196. *b.* Eiuſdem ad Principiam virginem de vita & obitu ſanctae Marcellae —— CXXVII.

LXV. pag. 199. *b.* Eiuſdem ad Magnum Oratorem Vrbis de exemplis ſaecularium litterarum —— LXX.

LXVI. pag. 201. Eiuſdem de tribus virtutibus, ſcilicet Fortitudine, Sapientia, & Prudentia ſecundum Ieremiam Tractatus explanatorius. Inc. *Tres quodammodo virtutes Dei aſſumens Propheta*. Deſ. *poſſimus accedere ad ſapientiam & virtutem Dei, Ieſum Chriſtum, cui eſt gloria &c.* Tom. XI. a p. 87. ad pag. 91.

LXVII. pag. 203. *b.* Eiuſdem ad Marcellam, alias Paullam, de alphabeto Hebraeorum, ſeu de interpretationibus —— XXX.

LXVIII. pag. 205. Eiuſdem ad Pammachium & Marcellam contra ſuos detractores & Origenis ſectatores —— XCVII.

LXIX. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad Don-

(1) In edit. *Chromatium*, *Iovianum*.

(2) In edit. *Theodorum*.

Digitized by Google

Ordo Cod. *Ordo edit.*

Donnionem contra Ruſſinum—L.

LXX. pag. 207. *b.* Eiuſdem ad Ruſſinum monachum declarativa de iudicio Salomonis—LXXIV.

LXXI. pag. 208. *b.* Damaſi ad Hieronymum de Oſanna———XIX.

LXXII. pag. 209. Hieronymi ad Damaſum reſponſiva de Oſanna——————XX.

LXXIII. pag. 210. Eiuſdem ad Marcellam de Onaſo———XL.

LXXIV. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad Pammachium contra Ruffinum de libris contra Iovinianum—XLIX.

LXXV. pag. 211. *b.* Eiuſdem ad Principiam Expoſitio Pſalmi XLIV. *Eructavit*.————LXV.

LXXVI. pag. 218. Paullae & Euſtochii ad Marcellam Epiſtola exhortatoria edita a Beato Hieronymo——————XLVI.

LXXVII. pag. 221. *b.* Hieronymi ad Algaſiam XI. quaeſtionum novae legis ex Evangeliis & Epiſtolis Paulli————CXXI.

Ad calcem huius Epiſtolae amanuenſis ita nomen ſuum prodidit: *Quiricus de Prato tranſcripſit anno MCCCCLXII.*

II. pag. 234. Eiuſdem ad Dextrum Liber de Viris Illuſtribus cum Prologo, qui inc. *Hortaris, Dexter, ut Tranquillum ſequens*. Deſ. *Vale in Domino Ieſu Chriſto*. Liber inc. *Petrus Apoſtolus provinciae Galilaeae*. Deſ. *& ad Pammachium Apologeticum & epitaphium, ſed & epiſtolam ad Dextrum ſupraſcriptum contuli. Amen*. Exſtat in edit. cit. Tom. II. a pag. 707. ad pag. 942.

III. pag. 248. *b.* Hieronymi Epiſtola, ſive Praefatio in Libro de Infantia Salvatoris ad Cromantium & Heliodorum. Poſt inſcriptionem: *Dominis ſanctis ac beatiſſimis &c.* inc. *Qui terram auri conſcientia fodit*. Deſ. *per noſtram poterunt obedientiam pervenire*. Liber inc. *Una die admonitus eſt in ſomnis Ioſeph ab Angelo Domini*. Deſ. *ipſe Ieſus Chriſtus, qui eum ſanavit, ſanet nos a peccatis, qui eſt benedictus &c.* Hunc Librum minime reperimus neque inter Opera edit. cit. neque in Codice Apocrypho Novi Teſtamenti a Ioanne Alberto Fabricio edito Hamburgi MDCCXIX. ubi Tom. I. a pag. 128. ad pag. 212. adfertur Evangelium Infantiae; ſed ab ipſo prorſus differt Libellus noſter.

IV. pag. 255. *b.* Sequuntur Capita duo, in quorum primo notitia quaedam brevis adfertur de vita & ſcriptis S. Auguſtini, & eſt Caput XXXVIII. Libri Gennadii de Viris Illuſtribus cit. edit. Operum B. Hieronymi Tom. II. pag. 967. Alterum pag. 256. de S. Gregorio Papa inc. *Gregorius natione Romanus ex patre Gordiano ſedit annos tredecim &c.* Deſ. *& ceſſavit Epiſcopatus menſibus quinque, diebus decem & octo*. Hoc deſumptum eſt ex Anaſtaſii Bibliothecarii Vitis Romanorum Pontificum edit. Rom. typis Salvioni anni MDCCXVIII. fol. Tom. I. p. 115.

V. pag. ead. Redeunt nunc aliae S. Hieronymi Epiſtolae, & quidem hoc ordine:

Ordo Cod. *Ordo edit.*

I. Hieronymi ad Florentium de ortu amicitiae————IV.

II. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad eumdem de ſtabilienda amicitia, & mundi contemptu, & libris Hilarii——————V.

III. pag. 257. Eiuſdem ad Iulianum diaconum Aquileiae de amicitia——————VI.

IV. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad Oceanum de perferendis opprobriis & tribulationibus. Tom. XI. a pag. 264. ad pag. 269.

V. pag. 260. *b.* Eiuſdem ad Caſtriccianum pro caecitate, quae ei accidit——————LXVIII.

VI. pag. 261. *b.* Eiuſdem ad Tyraſium conſolatoria de morte filiae. Tom. XI. a pag. 261. ad pag. 264.

VII. pag. 263. *b.* Eiuſdem ad Marcellam conſolatoria de adverſis. Ibid. a pag. 31. ad pag. 34.

VIII. pag. 265. Eiuſdem ad amicum aegrotum conſolatoria in forma & modum dialogi. Ibid. a pag. 40. ad pag. 51.

IX. pag. 273. Eiuſdem ad Euſtochium epitaphium, ſive epiſtola conſolatoria de dormitione Paullae matris————CVIII. In fine huius Epiſtolae poſt ultima editionis verba *dies viginti & unum*, ſubiunguntur iſta: *a Conſule ſupraſcripto uſque ad Carthaginem anni triginta ſex. Amen*.

VI. pag. 285. Eiuſdem de teſtamento Gerontii. Inc. *Cuncti mei ſenſus affectu vobis vaco, etſi interim loco ſegregor; nam & videre vos mihi videor & audire &c.* Deſ. *poſſideat ergo ille pecuniam, vos ſepulcrum; ille imaginem eſcarum, vos requiem prophetarum*.

VII. pag. 287. Eiuſdem ad Virginem in exſilium miſſam epiſtola conſolatoria. Tom. XI. a pag. 34. ad pag. 39.

VIII. pag. 290. Eiuſdem Sermo de Natali Domini, alias de Epiphania. Inc. *Hodie verus ſol ortus eſt in mundo*. Deſ. *calcemus ſuper aſpidem & baſiliſcum. Per D. N. I. C. &c.* Ibid. pag. 208.

IX. pag. 291. Eiuſdem Sermo de Epiphania. Inc. *Dies Epiphaniorum Graeco nomine &c.* Deſ. *ſuper aquam refectionis educavit me, cui eſt honor &c.* Ibid. pag. 209.

X. pag. 291. *b.* Eiuſdem Sermo de Quadrageſima. Inc. *Quomodo miles ſemper exercetur*. Deſ. *& carnibus & ſanguine agni Ieſu Chriſti. Amen*. Ibid. p. 210.

XI.

XI. pag. 292. Eiuſdem de myſterio agni in vigilia Paſchatis. Inc. *Hodie, fratres chariſſimi, populus Iſraël*. Deſ. *qui ſequuntur agnum quocumque vadit Chriſtum Ieſum, cui eſt honor &c.* Ibid. pag. 212.

XII. pag. 294. Eiuſdem Sermo de die Dominica. Inc. *Non queo, fratres chariſſimi, quod mente concipio, ore proferre*. Deſ. *iuſti intrabunt per eam: quod ipſe praeſtare dignetur, qui vivit &c.* Ibid. pag. 215. ſed in fine diverſus.

XIII. pag. ead. *b*. Eiuſdem ad Paullam & Euſtochium de Aſſumptione Virginisglorioſae Mariae, ut ſupra pag. 389. §. XCVII.

XIV. pag. 305. Eiuſdem Sermo de vigiliis, & earum utilitate. Inc. *Dignum eſt, fratres, aptumque prorſus*. Deſ. *gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus vobis. Amen*. Tom. XI. pag. 222.

XV. pag. 307. *b*. Eiuſdem Sermo de diverſis generibus leprarum. Inc. *Admirabile divinae diſpoſitionis examen*. Deſ. *habentes, inquit, theſaurum hunc in vaſis fictilibus. In ſtamine autem paratum ſe in omnibus Deo praebeat, ut mercedem ab ipſo conſequi mereatur, & in die iudicii ſecurus inveniatur, ſi nulla Dei offenſa in eo reperiatur. Amen*. Ibid. p. 232. In Codice tamen eſt aliquanto brevior in fine; ex verbis enim, quae retulimus, nonnulla incidunt in pag. 234. verſ. 63.

XVI. pag. 309. Eiuſdem Sermo in diebus Quadrageſimae. Inc. *Apoſtolica, dilectiſſimi, doctrina &c.* ut ſupra pag. 83. §. CXLVI. ſub Leonis nomine.

XVII. pag. 310. *b*. Planctus, ſive Lamentatio Origenis translata a Hieronymo de Graeco in Latinum. Inc. *In afflictione & dolore animi incipio loqui*. Deſ. *& petitione condolentium mihi Eccleſiae, quia tibi eſt gloria &c.*

XVIII. pag. 312. Tandem aliae Epiſtolae tres occurrunt, nimirum:

Ordo Cod. *Ordo edit.*

I. S. Hieronymi ad Adamandum Epiſtola reſponſiva ———— LV. In Codice tamen incipit a verbis: *Propoſitio fuit de eadem Apoſtoli epiſtola &c.* quae ſunt prima verba §. 5. cit. edit. pag. 297.

II. pag. 313. Eiuſdem ad Sunniam & Fretellam ſupra interpretationem, ſive pſalterii in Latinum verſionem reſponſiva ———— CVI.

III. pag. 323. Eiuſdem admonitoria de vera poenitentia. Inc. *Ad te ſuſpiro, o homo, quem ſcio eſſe fidelem*. Deſ. *venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi. Amen*. Tom. XI. a pag. 230. ad pag. 232. ſed in fine aliquantum diverſa.

Iterum claudit Codicem amanuenſis ſubſcriptio: *Quiricus de Prato tranſcripſit anno MCCCCLXII.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus, cum litteris initialibus ſingularum Epiſtolarum, & Opuſculorum aureis, ubi Graeca verba, quae identidem occurrunt, omiſſa fuerunt lacuna relicta ad ea exſcribenda. Conſtat foliis ſcriptis 323.

D. HIERONYMI EPISTOLAE.

Adde etiam

Alia Opuſcula.

Cod. XI.

PRaecedit in primis duobus foliis accuratiſſima Epiſtolarum, & aliorum Opuſculorum, quae in Codice continentur, Tabula; Tabulae vero monitum, in quo ſcriptor breviter exponit Epiſtolarum B. Hieronymi in quinque partes, iuxta quinque diverſas de quibus agunt materias, diviſionem; tum rationem reddit, quare Epiſtolis alios etiam Libellos intermiſcuerit, & quem cuique locum inter eaſdem tribuerit. Haec autem omnia in duas tantummodo partes dividit ſcriptor. A pag. 3. igitur incipit Epiſtola prima, cuius initialis littera pulcherrimam habet picturam, in qua Sanctus Eccleſiae Doctor graphice delineatus exhibetur, orantis inſtar in Bethlemico ſpecu genibus ante Crucem flexis, & pectus ſuum ſaxo percutientis. Inferius vero poſſeſſoris olim ſtemma gentilitium erat depictum, ſed fuit poſtea penitus eraſum. His praemiſſis ad ipſas Epiſtolas, & Opuſcula recenſenda properemus.

Ordo Cod. *Ordo edit.*

I. pag. 3. S. Hieronymi ad Damaſum Papam Expoſitio Fidei, ut ſupra pag. 511. §. I.

II. pag. 4. Eiuſdem ad eumdem definitio Fidei, ſymbolique Nicaeni Concilii. Ibid. §. II.

III. pag. 6. *b*. Eiuſdem ad Laurentium Papam expoſitio ſymboli. Ibid. §. III.

IV. pag. 20. Tractatus fidei, credulitatis, converſationis & vitae Chriſtianorum ſecundum doctrinam beati Hieronymi. Ibid. §. IV.

V. pag. 27. *b*. De eſſentia Trinitatis, ſive Deitatis, ſecundum Hieronymum; intitulatur de membris Domini. Ibid. §. V.

VI. pag. 31. Eiuſdem ad Damaſum Papam de fide & de homouſion contra Arrianos, & cui debeat communicare in fide in Antiochia. Inter Epiſt. cit. edit. Tom. I. eſt ſub num. XV.

VII. pag. 32. Eiuſdem ad eumdem ———— XVI.

VIII. pag. ead. Eiuſdem ad Marcum presbyterum ſuper fide po-

Ordo Cod. *Ordo edit.*

poſtulata contra haereticos—XVII.
IX. pag. ead. *b.* Pammachii & Oceani ad Hieronymum de libris Periarchon Origenis, & calumnia Hieronymo impoſita LXXXIII.
X. pag. 33. Hieronymi ad praedictos reſponſiva & excuſativa de dictis Libris contra Ruffinum & alios ſectatores Origenis——LXXXIV.
XI. pag. 36. *b.* Eiuſdem ad Tranquillum de Origenis haeretica doctrina, & qualiter legi debet LXII.
XII. pag. ead. Eiuſdem ad Avitum de erroribus Origenis in libro Periarchon——CXXIV.
XIII. pag. 41. Praefatio, ſive Tractatus Ruffini ſuper libris Periarchon de Graeco in Latinum translatis contra Hieronymum & fidem——LXXX.
XIV. pag. 42. Ruffini ad Anaſtaſium Papam Epiſtola apologetica & defenſiva translationis Librorum Periarchon Origenis, ut ſupra p. 512. §. VII.
XV. pag. 43. Eiuſdem ad Apronianum Invectivarum contra Hieronymum Libri duo. Ibid. §. VIII.
XVI. pag. 51. *b.* Hieronymi adverſus Ruffinum Apologetici Libri tres. Ibid. §. IX.
XVII. pag. 72. Eiuſdem ad Ruffinum Epiſtola ſuper calumniis ei impoſitis——LXXXI.
XVIII. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad Pammachium & Marcellam contra ſuos detractores & Origenis ſectatores, & de Epiſtolis Theophili Patriarchae Alex. contra eos miſſis, & a Hieronymo translatis——XCVII.
XIX. pag. 73. *b.* Eiuſdem ad Domnionem contra Ruffinum——L.
XX. pag. 75. Eiuſdem ad Ruffinum de converſione & vita Bonoſi——III.
XXI. pag. 76. Eiuſdem Epiſtola de B. Mariae virginitate perpetua contra Helvidium confutatoria tamquam contra haereticum, ut ſupra p. 521. num. LIII.
XXII. pag. 82. *b.* Eiuſdem adverſus Iovinianum Libri duo, ut ſupra pag. 513. § XI.
XXIII. pag. 126. *b.* Eiuſdem adverſus Vigilantium ſectatorem Origenis & Ruffini confutatoria errorum eiuſdem——LXI.
XXIV. pag. 127. *b.* Eiuſdem ad Riparium Presbyterum contra Vigilantium——CIX.
XXV. pag. 128. *b.* Eiuſdem adverſus eumdem confutatoria eius errorum. Inc. *Multa quidem*. Deſ. *arbitrantur indignos*. Tom. II. pag. 387. ſeqq.
XXVI. pag. 133. Eiuſdem ad Pammachium Epiſtola apologetica contra Ruffinum de libris contra Iovinianum——XLVIII.
XXVII. pag. 140. Eiuſdem ad eumdem de eadem materia——XLIX.
XXVIII. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad Marcellam de fide noſtra, & dogmate haeretico contra Montanum——XLI.
XXIX. pag. 141. *b.* Eiuſdem ad eamdem invectiva contra detractores ſuos——XXVII.
XXX. pag. 142. Eiuſdem ad S. Auguſtinum de haereticis, qui eo tempore emerſerunt——CXLI.
XXXI. pag. ead. Eiuſdem ad eumdem de haereticis——CXLII.
XXXII. pag. ead. Eiuſdem ad Auguſtinum & Alypium commendativa eorum conſtantiae contra haereſim Caeleſtinam, & inductiva ad amicitiam——CXLIII.
XXXIII. pag. ead. *b.* Epiphanii Epiſtola ad Ioannem Epiſcopum Ieruſalem contra Ruffinum & Arrianos ſequentes Origenem, translata a Hieronymo——LI.
XXXIV. pag. 146. *b.* Hieronymi ad Theophilum Alexandrinum Epiſcopum——LXIII.
XXXV. pag. ead. Eiuſdem ad eumdem——LXXXVI.
XXXVI. pag. ead. Eiuſdem ad eumdem——LXXXVIII.
XXXVII. pag. 147. Eiuſdem ad eumdem——XCIX.
XXXVIII. pag. ead. *b.* Altercatio Luciferiani & cuiuſdam Orthodoxi edita a B. Hieronymo, ut ſupra pag. 513. §. XIII.
XXXIX. pag. 156. Hieronymi ad Teſiphontem Vrbicum——CXXXIII.
XL. pag. 161. Eiuſdem Dialogus contra haereſim Pelagianorum cum Prologo &c. ut ſupra p. 51. §. XIV. Atque heic clauditur prima pars Epiſtolarum iuxta Codicis noſtri diviſionem; a ſequenti vero incipit ſecunda.
XLI. pag. 194. *b.* Damaſi Papae ad Hieronymum Epiſtola conſultiva quarumdam quaeſtionum libri Geneſis——XXXV.
XLII. pag. ead. Hieronymi ad Damaſum reſponſiva——XXXVI.
XLIII. pag. 198. Eiuſdem tranſlatio duarum Homiliarum Ori-

ge-

Digitized by Google

Ordo Cod. *Ordo edit.*

genis ſuper Canticis cum Epiſtola ad Damaſum, ut ſupra pag. 513. §. XV.

XLIV. pag. 207. *b.* Eiuſdem ad Damaſum de viſione Iſaiae, de Seraphim & calculo — XVIII. Sed eſt pars tantummodo huius Epiſtolae, ut ſupra pag. 514. num. I.

XLV. pag. 208. *b.* Eiuſdem ad eumdem de morte Oziae, & Seraphim & calculo in viſione Iſaiae — XVIII. Eſt altera pars praedictae Epiſtolae, ab initio uſque ad §. 17. progrediens.

XLVI. pag. 213. Eiuſdem ad eumdem de filio prodigo explanatoria — XXI.

XLVII. pag. 219. *b.* Damaſi ad Hieronymum de Oſanna — XIX.

XLVIII. pag. ead. Hieronymi ad Damaſum reſponſiva — XX.

XLIX. pag. 220. *b.* Damaſi ad Hieronymum conſultiva, ut ſupra pag. 514. num. V.

L. pag. 221. Hieronymi ad Damaſum reſponſiva, ut ibid. num. VI.

LI. pag. ead. Auguſtini ad Hieronymum expoſtulantis & excuſantis — CI.

LII. pag. ead. *b.* Hieronymi ad Auguſtinum ut certius ſcribat orantis, & quarumdam invectionum & litterarum reprehenſiva — CII.

LIII. pag. 222. Auguſtini ad Hieronymum excuſativa de dictis querimoniis Hieronymi, & de reprehenſionibus contra Ruffinum nimis invectis — CX.

LIV. pag. 224. *b.* Eiuſdem ad eumdem de eadem materia, & conſultiva de Libro Virorum Illuſtrium — LXVII.

LV. pag. 226. Eiuſdem ad eumdem obiurgatoria de translatione veteris Teſtamenti, & de reprehenſione Petri a Paullo — LVI.

LVI. pag. 227. *b.* Eiuſdem ad eumdem de duplici translatione, ſcilicet de Hebraico & Graeco facta ab eo, & conſultiva & reprehenſiva — CIV.

LVII. pag. 228. *b.* Hieronymi ad Auguſtinum reſponſiva ſuper praemiſſis quaeſtionibus &c. — CXII.

LVIII. pag. 234. *b.* Eiuſdem ad eumdem de praedictis reprehenſionibus &c. — CXV.

LIX. pag. 235. Auguſtini ad Hieronymum declarativa ſuae excuſationis, & ſuper translatione novi Teſtamenti de Graeco, & etiam veteris — CXVI.

LX. pag. 242. Eiuſdem ad Praeſidium pro tranſmiſſione litterarum ſuarum Hieronymo — CXI.

LXI. pag. ead. *b.* Hieronymi ad Auguſtinum invectiva contra eius obiurgationes, & ad veram amicitiam inductiva — CV.

LXII. pag. 243. *b.* Eiuſdem ad eumdem pro commendatione Praeſidii Diaconi — CIII.

LXIII. pag. ead. Auguſtini ad Hieronymum quaeſtio de anima, & quare parvulis ſine baptiſmo poena inferni debeatur — CXXXI.

LXIV. pag. 249. Diſputatio Hieronymi & Auguſtini de anima, ut ſupra pag. 515. §. XVII.

LXV. pag. 253. *b.* Auguſtini ad Hieronymum de verbo Iacobi: *Qui totam legem obſervaverit &c.* — CXXXII.

LXVI. pag. 257. Hieronymi ad Auguſtinum de duobus libellis — CXXXIV.

LXVII. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad Marcellinum & Anapſychiam reſponſiva de animae ſtatu, & quinque opinionum declarativa — CXXVI.

LXVIII. pag. 258. Eiuſdem ad Paullinum de omnibus divinae hiſtoriae libris, vel ad Amadum (*ſic*) presbyterum — LV. In hoc quoque Codice tranſpoſitio illa tertiae quaeſtionis fit, quam in editis omnibus ante Martianaeum exſtare monemur edit. pag. 295. not. (b)

LXIX. pag. 260. Eiuſdem ad Honeſtum (1) de duabus quaeſtionibus — LXXXV.

LXX. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad Algaſiam undecim quaeſtionum novae legis ex Evangeliis, & Epiſtolis Paulli (*ſic*) — CXXI.

LXXI. pag. 272. Eiuſdem ad Elbidiam (2) Gallicanam continens XII. quaeſtiones novae legis de reſurrectione ſecundum Evangeliſtas — CXX.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus. Conſtat foliis ſcriptis 281.

(1) In edic. *Paullinum*.

(2) In edit. ad *Edibiam*.

Digitized by Google

D. HIERONYMI EPISTOLAE,

Adde etiam

Alia eius Opuſcula.

Cod. XII. VOlumen hoc locupletiſſimam omnium, quotquot recenſuimus Codicum continet Epiſtolarum, & Opuſculorum D. Hieronymi Collectionem, accuratiſſima Tabula in primis tribus foliis praeeunte, ac ſingulorum titulos, & initia repraeſentante. A pagina 4. incipiunt Epiſtolae; eamque paginam praeter varia volucrum, ac quadrupedum genera mirifice in marginibus expreſſa, ac puerulis admiſta, ornat quoque S. Doctoris imago in Bethlemico ſpecu ante Crucem orantis, ac pectus ſibi ſaxo percutientis. Epiſtolarum vero ſeries ſequens eſt:

Ordo Cod. *Ordo edit.*

I. pag. 4. Epiſtola Damaſi Papae ad Hieronymum continens quaſdam quaeſtiones de libro Geneſeos. In edit. cit. eſt num. xxxv.

II. pag. ead. *b.* Reſcripta Hieronymi de ſeptem vindictis Cain. xxxvi.

III. pag. 8. Eiuſdem translatio duarum Homiliarum Origenis ſuper Canticis Canticorum cum Epiſtola ad Damaſum, ut ſupra pag. 513. §. XV.

IV. pag. 18. *b.* Eiuſdem ad Tranquillinum, quomodo Origenem legere debeat——LXII.

V. pag. ead. Eiuſdem ad Damaſum de Oſanna——XX.

VI. pag. 20. Eiuſdem ad eumdem de fide, cui in Antiochia communicare debeat——XV.

VII. pag. 21. Eiuſdem ad eumdem unde ſupra——XVI.

VIII. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad eumdem de Seraphim & calculo, ut ſupra pag. 514. num. I.

IX. pag. 22. *b.* Eiuſdem ad eumdem de morte Oziae Regis & Seraphim & calculo in Iſaia propheta, ut ſupra pag. 529. num. XLV.

X. pag. 27. *b.* Eiuſdem ad eumdem de filio prodigo——XXI.

XI. pag. 34. Auguſtini ad Hieronymum expoſtulantis & excuſantis——CI.

XII. pag. ead. Hieronymi ad Auguſtinum ut certius ſcribat hortantis——CII.
In Codice tamen deeſt Epiſtolae huius paragraphus tertius.

XIII. Eiuſdem ad eumdem reſcripta——CIII.

XIV. pag. 35. Auguſtini ad Praeſidium, ut deſtinatas litteras S. Hieronymo mittere non gravetur——CXI.

Ordo Cod. *Ordo edit.*

XV. pag. ead. Eiuſdem ad Hieronymum excuſantis & calumniam propellentis——CX.
In Codice tamen incipit a verbis: *cur itaque conor contra tractum fluminis &c.* quae in edit. incidunt in pag. 724. verſ. 44.

XVI. pag. 37. Eiuſdem ad eumdem pro LXX. Interpretum ſugillatione——LVI.

XVII. pag. 38. *b.* Hieronymi ad Auguſtinum ſuper miſſa epiſtola arguentis——CV.

XVIII. pag. 39. *b.* Auguſtini ad Hieronymum gratias pro miſſa epiſtola agentis, & eum de quodam Capitulo Epiſtolae ad Galatas redarguentis——LXVII.

XIX. pag. 41. Eiuſdem ad eumdem de interpretatione ipſius & ſeptuaginta——CIV.

XX. pag. 42. *b.* Hieronymi ad Auguſtinum tribus Epiſtolis unam rependentis——CXII.

XXI. pag. 49. Eiuſdem ad Marcellinum & Anapſychiam Opuſculorum ſuorum in Ezechielem Prophetam memoriam facientis——CXXVI.

XXII. pag. ead. *b.* Auguſtini ad Hieronymum de animae origine ſciſcitantis——CXXXI.

XXIII. pag. 56. Eiuſdem ad eumdem de eo, quod ſcriptum eſt: *Qui totam legem obſervaverit &c.*——CXXXII.

XXIV. pag. 60. *b.* Hieronymi ad Auguſtinum pro duobus deſtinatis libellis, quos praecipue laudat——CXXXIV.

XXV. pag. ead. Eiuſdem ad eumdem de haereticis, qui eo tempore emerſerant——CXLI.

XXVI. pag. 61. Eiuſdem ad eumdem de haereticis——CXLII.

XXVII. pag. ead. Eiuſdem Alypio & Auguſtino de haereſi Caeleſtina, & de libris Aniani cuiuſdam pſeudodiaconi——CXLIII.

XXVIII. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad Damaſum Expoſitio fidei, ut ſupra pag. 511. §. I.

XXIX. pag. 62. *b.* Eiuſdem ad Heliodorum exhortatoria de contemptu mundi——XIV.

XXX. pag. 65. *b.* Eiuſdem ad Nepotianum de vita clericorum & monachorum——LII.

XXXI. pag. 70. *b.* Eiuſdem ad Paullinum presbyterum de inſtitutio-

Ordo Cod. Ordo edit.

tione clericorum, vel monachorum, & divinae hiſtoriae expoſitionibus diverſis — LVIII.

XXXII. pag. 73. *b.* Eiuſdem ad eumdem de omnibus divinae hiſtoriae libris — LIII.

XXXIII. pag. 77. *b.* Eiuſdem ad Amandum presbyterum de quibuſdam quaeſtionibus — LV. Deſinit tamen in Codice in verbis, *ut miſereatur*, quae in editione ſunt poſtrema paragraphi quarti.

XXXIV. pag. 79. Eiuſdem epiſtolaris reſponſio ad quem ſupra — LV. Eſt reliqua pars Epiſtolae ſuperioris, de qua diviſione vide edit. cit. pag. 297. not. (b)

XXXV. pag. 79. *b.* Eiuſdem Pammachio de optimo genere interpretandi — LVII.

XXXVI. pag. 83. Epiphanii Epiſtola miſſa Ioanni Chryſoſtemo, a S Hieronymo in Latinum translata — LI.

XXXVII. pag. 87. Pammachii & Oceani ad Hieronymum pro interpretatione periarchon ſupplicantis (*ſic*) — LXXXIII.

XXXVIII. pag. ead. *b.* Hieronymi ad praedictos de libris Origenis & laude eius — LXXXIV.

XXXIX. pag. 91. Eiuſdem ad eoſdem. Inc. *Qui Aethiopem*. Deſ. *quam hominum*. Tom. XI. pag. 227.

XL. pag. 92. *b.* Eiuſdem ad Oceanum de vita clericorum. Inc. *Deprecatus es*. Deſ. *caſto confirmetur affectu*. Ibid. pag. 270.

XLI. pag 94. *b.* Eiuſdem ad eumdem de unius uxoris viro — LXIX.

XLII. pag. 99. Eiuſdem ad Evangelum, qualiter presbyter & diaconus differant — CXLVI.

XLIII. pag. 100. Eiuſdem ad eumdem de Melchiſedech — LXXIII.

XLIV. pag. 102. Eiuſdem ad Marcum presbyterum ſuper poſtulata fide — XVII.

XLV. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad Avitum, ubi ea, quae in Libro Periarchon adverſus Catholicam fidem ſunt pandit — CXXIV.

XLVI. pag. 107. *b.* Definitio Fidei Symbolique Nicaeni Concilii, ut ſupra pag. 511. §. II.

XLVII. pag. 110. Hieronymi ad Superantium de philargyria commonentis — CXLV.

XLVIII. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad Ruſticum exhortatoria ſuper poenitentia — CXXII.

XXIV. pag. 109. Fer. IV. Homilia S. Gregorii Papae in Evang. Ioan. *Manifeſtavit iterum ſe Ieſus*, ut ſupra pag. 312. §. VI. ſed in fine diverſa; heic enim brevior eſt, & deſ. *quae de ſiniſtro opere nihil habebit*.

XXV. pag. ead. *b*. Fer. V. Homil. eiuſdem in Evang. Ioan. *Maria ſtabat ad monumentum*. Inc. *Maria Magdalene in civitate peccatrix*. Deſ. *multiplicat inquiſitionis*.

XXVI. pag. 110. Fer. VI. De eadem lectione Homilia eiuſdem. Inc. *Haec ipſa, de qua loquimur Maria*. Deſ. *aeterno conſolabitur gaudio, qui vivit &c.* Haec Homilia una cum ſuperiori occurrit etiam ſupra pag. 312. §. VII. ſed heic videntur eſſe potius fragmenta duo invicem ſeparata totius integrae Homiliae.

XXVII. pag. ead. *b*. Sabb. de Albis Homilia eiuſdem in Evang. Ioan. *Una ſabbati*. Inc. *Fractus longa moleſtia ſtomachus*. Deſ. *Paullo atteſtante, qui ait: quia nec prius quam ſpirituale eſt, ſed animale*. Hoc quoque eſt fragmentum longioris Homiliae, quae occurrit ſupra pag. 312. §. IX.

XXVIII. pag. 111. Dom. Oct. Paſch. Homilia in Evang. Ioan. *Quum eſſet ſero die illo*. Inc. *Quoties legimus diſcipulos in Domini paſſione timuiſſe, & poſt eius reſurrectionem propter metum Iudaeorum in conclavi reſediſſe &c.* Deſ. *ſi quis Evangelium Ioannis cum ceteris Evangeliſtis conferas multa*.

XXIX. pag. 116. Dom. I. poſt Oct. Paſch. Homil. in Evang. Ioan. *Ego ſum paſtor bonus*. Inc. *Superior textus Evangelii narrat, qualiter Dominus inter malos bonoſque paſtores diſcretionem fecerit*. Deſ. *ſed converſi eſtis nunc ad paſtorem & Epiſcopum animarum veſtrarum*.

XXX. pag. 119. *b*. Dominica II. poſt Oct. Paſch. Homilia in Evang. Ioan. *Modicum, & non videbitis me*. Inc. *Quoties Evangelicam lectionem recitamus, conſiderandum eſt, quia ſolet contingere*. Deſ. *laetitia ſempiterna ſuper capita eorum*.

XXXI. pag. 123. *b*. Dominica IV. poſt Oct. Paſch. Homil. in Evang. Ioan. *Vado ad eum qui me miſit*. Inc. *Frequenter ab initio ſuae praedicationis Dominus diſcipulos ſe diligere oſtendit*. D.ſ. *ideſt nota vobis ea faciet*.

XXXII. pag. 126. *b*. Dom. V. poſt Oct. Paſch. Homil. in Evang. Ioan. *Amen, amen dico vobis, ſi quid petieritis patrem*. Inc. *Largitor virtutum &c.* Deſ. *intellexiſti cogitationes meas de longe*. Habes etiam ſupra pag. 451. §. XVI. ſub Auguſtini nomine.

XXXIII. pag. 129. *b*. In Adſcenſione Domini Homilia in Evang. Marc. *Recumbentibus undecim diſcipulis*. Inc. *Adſcenſurus in caelum Dominus, & per corporalem praeſentiam a diſcipulis receſſurus*. Deſ. *caepit Ieſus facere, & docere*.

XXXIV. pag. 134. Dom. I. poſt Adſcenſionem Domini Homil. Anon. in Evang. Ioan. *Quum venerit Paraclitus*. Inc. *Promiſſionem, quam Dominus diſcipulis ſuis de immiſſione Spiritus Sancti promiſit, laeto animo audire debemus*. Deſ. *ecce enim merces veſtra copioſa eſt in caelis*.

XXXV. pag. 138. In die Sancto Pentec. Homil. Anon. in Evang. Ioan. *Si quis diligit me*. Inc. *Adventum Sancti Spiritus Dominus diſcipulis repromittens qualem ſe unuſquiſque exhibere debeat &c.* Deſ. *ſed eius qui miſit me Patris*.

XXXVI. pag. 141. *b*. Homil. Anon. in Evang. Ioan. *Erat homo ex Phariſaeis Nicodemus nomine*. Inc. *Sacratiſſima Evangelii lectio ſupra retulit, qualiter Salvator ingreſſus templum caepit eiicere vendentes*. Deſ. *etiam ſi mortuus fuerit vivet*.

XXXVII. pag. 145. *b*. Dom. II. poſt Pent. Homil. Anon. in Evang. Luc. *Homo quidam erat dives*. Inc. *Evangelica lectio ſupra retulit, qualiter Dominus vitium avaritiae deteſtans*. Deſ. *ſi crederetis Moyſi, crederetis & in Ieſum*.

XXXVIII. pag. 149. Dom. II. poſt Oct. Pent. Homil. Anon. in Evang. Luc. *Homo quidam fecit coenam magnam*. Inc. *Omnipotens Dominus in exordio mundanae creationis inter ceteras creaturas &c.* Deſ. *dum manifeſtabitur gloria tua*.

XXXIX. pag. 154. *b*. Dominica III. poſt Pentec. Homil. in Evang. Luc. *Erant appropinquantes ad Ieſum publicani*. Inc. *Sicut per unius hominis pravum exemplum ad malum promoventur multi*. Deſ. *afflictio fletuum mundat*.

XL. pag. 158. In feſtivitate S. Ioannis Baptiſtae Homil. in Evang. Luc. *Eliſabeth impletum eſt tempus pariendi*. Inc. *Non ſolum in Scripturis ſacris opera virtuteſque ſanctorum plenas myſteriis*. Deſ. *ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis*.

XLI. pag. 161. In natale S. Petri Homil. in Evang. Matth. *Venit Ieſus in partes Caeſareae Philippi*. Inc. *Conditor atque plaſmator omnium rerum Dominus non amittens inviſibilia &c.* Deſ. *permanſerit in fide, iuſtitia, & ſanctitate*.

XLII. pag. 164. *b*. Dom. IV. poſt Oct. Pentec. Homil. in Evang. Luc. *Eſtote miſericordes*. Inc. *Inter ceteras virtutes, quas Dominus Apoſtolos docuit, &c.* Deſ. *non veniat in conſpectu Domini omnis hypocrita*.

XLIII. pag. 169. Dom. V. poſt Oct. Pent. Homil. in Evang. Luc. *Quum turbae irruerent ad Ieſum*. Inc. *Deſcripturus Lucas Evangeliſta miraculum Domini, qualiter diſcipuli ad ipſius iuſſionem retia laxantes &c.* Definit imperfecte in verbis: *cui nec praeterita tranſeunt, nec futura*

Digitized by Google

ro ſuccedunt, ſed ſemper illi aeternaliter, atque . . . . quae ſunt poſtrema pag. 169. *b.* inter quam, & ſequentem pag. 170. magnus eſt Codicis hiatus, in quo deperditae ſunt Homiliae ſequentes uſque ad Homiliam Dominicae X. poſt Pentecoſten. Prima autem verba, quae pertinent ad Homiliam Dominicae IX. ſunt . . . . . *quum Paullus dicat: nemo poteſt dicere Dominum Ieſum, niſi in Spiritu Sancto &c.* Deſ. *ſi ea quae dixi obſervaveritis.*

XLIV. pag. 170. Dom. X. poſt Pent. Homil. in Evang. Luc. *Homo quidam erat dives, qui habebat villicum*, ut ſupra pag. 406. §. LXXV. ſub nomine S. Gregorii Papae.

XLV. pag. 174. Homil. in Aſſumptione Sanctae Mariae in Evang. Luc. *Intravit Ieſus in quoddam Caſtellum.* Inc. *Adveniens conditor mundi pro redemptione generis humani, quum dives eſſet, pauper pro nobis fieri voluit.* Deſ. *veſtem non mutaveris.*

XLVI. pag. 177. Dom. XI. poſt Pentec. Homil. in Evang. Luc. *Quum appropinquaſſet Ieſus Ieruſalem*. Inc. *Quantum omnipotens Dominus de profectu hominum gaudeat, quantumve de eorum interitu condoleat.* Deſ. *imitatores Dei ſicut filii chariſſimi.*

XLVII. pag. 180. *b.* Dominica XIII. poſt Pentec. Homil. in Evang. Marc. *Exiens Ieſus de finibus Tyri.* Inc. *Retulit ſuperius Evangelica lectio, quia abiit Ieſus in fines Tyri & Sidonis.* Deſ. *& erant valde bona.*

XLVIII. pag. 183. In Natale S. Matthaei Apoſt. & Evang. Homil. in Evang. Luc. *Vidit Ieſus publicanum.* Inc. *Lucas Evangeliſta, cuius eſt hoc Evangelium, interpretatur ipſe elevans, vel ipſe conſurgens. & non immerito.* Deſ. *erit ſolutum & in caelis.*

XLIX. pag. 185. *b.* Dominica XIV. poſt Pentec. Homil. in Evang. Luc. *Beati oculi, qui vident.* Inc. *In exordio huius Evangelicae lectionis quaerendum eſt, cur Dominus oculos ſe videntium beatificaverit.* Deſ. *vitam aeternam conſequeris.*

L. pag. 189. Dom. XV. poſt Pentec. Homil. in Evang. Luc. *Quum iret Ieſus in Ieruſalem.* Inc. *Domino namque praedicante, ſigna & miracula faciente, non ſolum illis, qui ad illum confluebant, ſanitatem largiebatur.* Deſ. *& ſecundum fidem ſuam fiat tibi.*

LI. pag. 192. *b.* III. Kal. Octobr. Dedicatio S. Michaëlis Archangeli. Homil. in Evang. Matth. *Acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum, dicentes: quis putas &c.* Inc. *Quotieſcumque legimus diſcipulos de ordine Apoſtolatus inter ſe contendiſſe.* Deſ. *unus ex ſeptem qui adſiſtimus ante Dominum.*

LII. pag. 195. Dominica XVI. poſt Pentec. Homil. in Evang. Matth. *Nemo poteſt duobus dominis ſervire.* Inc. *Refert ſuperius Evangeliſta, quod docuerit Dominus fideles ſuos.* Deſ. *diligentibus ſe.*

LIII. pag. 198. *b.* Dom. XVII. poſt Oct. Pentec. Homil. in Evang. Luc. *Ibat Ieſus in civitatem, quae vocatur Naim* . . . . Sed poſt haec Evangelii verba, quae poſtrema ſunt pag. 198. *b.* alius occurrit Codicis defectus, in quo Homiliae initium deperiit: prima igitur verba, a quibus incipit pag. 199. ſunt iſta . . . . . *remunerationem accipiant, manifeſtavit, ſubiungens: regem in decore ſuo videbunt. Orantes autem apud ſemetipſum dicamus Domino: Obſecro, Domine Ieſu, ut cunctas civitatis meae portas iuſtitiae facias.* Deſ. *plures ſuo exemplo ad poenitentiam provocat.*

LIV. pag. 200. *b.* Dom. XVIII. poſt Pent. Homil. in Evang. Luc. *Quum intraſſet Ieſus in domum cuiuſdam principis Phariſaeorum.* Inc. *Veniens Dei filius in mundum, non ſolum cum Scribis, & Phariſaeis, & Publicanis fari dignatus eſt.* Deſ. *& vos exaltet in tempore viſitationis.*

LV. pag. 202. *b.* Dom. XIX. poſt Pentec. Hom. in Evang. Luc. *Acceſſerunt ad Ieſum Phariſaei.* Inc. *Ab initio Dominicae praedicationis Scribarum & Phariſaeorum voluntas talis exſtitit, ut eum ſemper reprehenderent.* Deſ. *intra in gaudium Domini tui.*

LVI. pag. 208. *b.* Dom. IV. poſt Epiph. Homil. in Evang. Matth. *Adſcendens Ieſus in naviculam.* Inc. *Frequenter in Scripturis una eademque res duplicem, vel triplicem obtinet ſignificationem.* Definit imperfecte in verbis: *quam etiam fidem Dominus diſcipulis commendens ait: ſi ha* . . . . In Codice XXXIX. Plut. XVII. tribuitur Gregorio Papae.

LVII. pag. 210. Occurrunt S. Gregorii Homiliae, quae, mutilato Codice incipiunt a XIII. & progrediuntur uſque ad quadrageſimam incluſive, eodem ferme ordine, quem obtinent in editione infra citanda. Prima Codicis verba haec ſunt . . . . *quum ad iudicandum properat, pulſat vero, quum iam per aegritudinis moleſtiam mortem vicinam denuntiat &c.* quae in edit. Pariſ. apud Claudium Rigaud MDCCV. ſtudio Monachor. S. Mauri incidunt in Tom. I. pag. 1482. lin. 28. Notandum tamen in Codice pag. 226. ſub num. XVIII. haberi eam, quae in edit. eſt XIX. & contra XIX. eſſe in Codice, quae in edit. eſt XVIII. In fine XX. Homiliae pag. 239. *b.* rubris maioribus litteris adſcriptum eſt: *Expliciunt Omeliae XX. explicit Liber primus feliciter. Incipiunt Capitula partis ſecundae*, ſcilicet Evangeliorum verba, circa quae reliquae Homiliae verſantur. In fine: *Explicit Liber Beati Gregorii Vrbis Romae.* Ceterum multas obſervavimus hinc inde variantes lectiones, unde optimum factu duceremus, ut hic antiquiſſimus Codex, ſi nova Operum Gregorii editio cudenda eſſet, quam diligentiſſime conferretur.

LVIII. pag. 331. *b.* In Oct. Apoſtolorum Homil. Hieronymi presb. in Evang. Matth. *Iuſſit Ieſus diſcipulos ſuos adſcendere in naviculam*, ut ſupra pag. 378. §. CLXIII.

LIX. pag. 333. Homilia in idem Evang. Inc. *Narrat S. Evangeliſta ſuperius Dominum de quinque panibus, & duobus piſcibus quinque mil-*

Digitized by Google

millia hominum ſatiaſſe : nunc vero dicis &c, Deſ. *unde ſcriptum eſt : videbit omnis caro ſalutare Dei*.

LX. pag. 337. *b*. In Cathedra S. Petri Homilia Anonymi. Inc. *Inſtitutio vero ſolemnitatis hodiernae a ſenioribus noſtris Cathedrae nomen accepit*. Deſ. *in aeternum eſſe poſſitis*. Exſtat ſupra pag. 78. §. XCVIII.

LXI. pag. 338. Homilia in idem argumentum. Inc. *Quamvis ſolemnitas feſtivitatis hodiernae &c.* Ibid. pag. 79. §. CI.

LXII. pag. ead. *b*. Fragmentum alterius Homiliae in idem argumentum. Inc. *Felix Antiochia, & a Chriſto eſt viſitata, quae Principem Apoſtolorum Petrum excepit in Cathedra*. Deſ. *mentes ſuorum ſaginare fidelium*.

Codex membranaceus Ms. in folio Saec. XI. nitidiſſime exaratus, initio & alibi etiam mutilus; numeratio enim antiqua incipit a pag. 54. Conſtat foliis ſcriptis 338.

EVANGELIVM D. IOANNIS.

Adde etiam

Apocalypſin.

Cod. XVIII. I. pag. 1. EVangelium Ioannis cum Prologo, gloſſis interlinearibus, & ſcholiis marginalibus Anonymi. Prologus inc. *Hic eſt Ioannes Evangeliſta, unus ex diſcipulis Dei, qui virgo electus eſt a Domino, quem de nuptiis volentem nubere revocavit Deus*. Deſ. *& Deo magiſterii doctrina ſervetur*, Expoſitio argumenti, quae in margine ſcripta eſt, inc. *Omnibus divinae ſcripturae paginis Evangelium excellit, quia quod lex & prophetae futurum praedixerant, hoc completum dicit Evangelium &c.*

II. pag. 93. Eiuſdem Apocalypſis item cum ſcholiis, gloſſis, & argumento praevio, cuius initium eſt: *Apocalypſis haec inter reliquos novi Teſtamenti libros prophetia vocatur, ſed aliis excellentior prophetiis, quia de Chriſto & Eccleſia magna ex parte adimpleta ſacramenta denuntiat &c.*

Codex membranaceus Ms. in 8. Saec. XII. Ioanne Lamio iudice. Conſtat foliis ſcriptis 146.

EVANGELIVM DIVI IOANNIS.

Cod. XIX. EVangelium ſecundum Ioannem cum gloſſis interlinearibus & notis marginalibus collectore Anonymo, excerptis, ut puto, ex Sanctis Patribus Ambroſio potiſſimum, Hieronymo, & Gregorio, quorum nomina leguntur in prolegomenis, quae priores quatuor implent paginas. Praecedit Prologus, ut in Codice ſuperiore §. I. praemiſſo hoc diſticho:

Invoco te, Verbum, per quod ſunt cuncta creata,
Da mihi notitiam de te, da ſcribere vera.

Evangelii textus paullo poſt initium legitur cum hac interpunctione: *Et ſine ipſo factum eſt nihil. Quod factum eſt, in ipſo vita erat &c.*

Codex membranaceus Ms. in 4. minori Saec. XII. Conſtat foliis ſcriptis 70.

EVANGELIVM DIVI IOANNIS.

EVangelium S. Ioannis cum gloſſis interlinearibus, & ſcholiis marginalibus, nullis tamen prolegomenis; Prologus vero, qui in ſuperioribus Codicibus initio erat praefixus, heic in fine legitur. Cod. XX.

Codex membranac. Ms. in 4. minori Saec. XII. Conſtat foliis ſcriptis 60.

EVANGELIVM SECVNDVM IOANNEM.

EVangelium S. Ioannis item cum gloſſis interlinearibus, & ſcholiis marginalibus, multo tamen uberioribus, quam quae in ſuperioribus Codicibus occurrebant. In fine adnotatio quaedam legitur circa tres proprietates, & quatuor relationes in divinis, auctore Anonymo; tum ſententia quaedam ex Auguſtino de tortoribus in Inferno, & in Purgatorio, de tentatione Iob, & de Angelis in die iudicii. Cod. XXI.

Codex membranac. Ms. in 4. minori Saec. XII. Conſtat foliis ſcriptis 95.

APOCALYPSIS.

APocalypſis S. Ioannis cum gloſſa interlineari, & ſcholiis Anonymi marginalibus uberrimis. Cod. XXII.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIII. Conſtat foliis ſcriptis 38.

APOCALYPSIS.

ALiud Apocalypſeos Beati Ioannis Apoſtoli Exemplar cum ſcholiis marginalibus, & gloſſis interlinearibus, ac praevio indice eorum, quae in Libro pertractantur, auctore Anonymo: textus tamen nullam habet diviſionem. Cod. XXIII.

Codex membranac. Ms. in 8. minori Saec. XII. in cuius calce legitur: *Liber Petri de Medicis Coſ. fil.* Conſtat foliis ſcriptis 55.

EPISTOLA BEATI IACOBI APOSTOLI.

ſeu potius

Epiſtolae ſeptem Catholicae.

EPiſtolae Catholicae ſeptem cum gloſſis interlinearibus, & ſcholiis marginalibus. Animadvertendum eſt, quod Iacobus, & Iudas in titulis dicuntur Apoſtoli. Cod. XXIV.

Codex membranaceus Ms. in 8. Saec. XII. Conſtat foliis ſcriptis 65.

DI-

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI OPERA VARIA.

Cod. XXV. IN hoc ornatiſſimo Codice Divi Chryſoſtomi Opera quaedam in Latinum translata continentur, quorum argumenta in ſex elegantiſſimis circulis initio depictis ſunt adnotata.

I. pag. 1. Occurrit primo Dialogus S. Ioannis Chryſoſtomi Conſtantinopolitani Epiſcopi, & S. Baſilii Caeſarienſis Epiſcopi, collegae B. Gregorii Nazianzeni, qui intitulatur de dignitate Sacerdotali, Libris ſex, quorum ſingulis, primo excepto, Capitum tabula praecurrit. Primus Liber inc. *Mihi quidem multi fuerunt certi amici & amicitiae iura ſcientes ſolideque ſervantes*. Vltimus deſ. *ut nos quoque in die illo periclitantes in aeternum tuum recipias tabernaculum*. Tum in fine rubris litteris legitur adſcriptum: *Explicit feliciter ſextus, & ultimus Liber S. Ioannis Chryſoſtomi de dignitate Sacerdotali per modum dialogi cum Sancto Baſilio*. Nihil de hac verſione habet Cl. Montfaucon. in Praefatione his libris praemiſſa Tom. I. Oper. Chryſ. p. 360. ſed fortaſſe interpretationes Opuſculorum omnes Chryſoſtomi. quae in hoc continentur Codice, Ambroſio Camaldulenſium Generali ſunt referendae.

II. pag. 71. Eiuſdem ad Stagirium monachum arreptitium de providentia Dei Libri tres, Ambroſio monacho Ordinis Camaldulenſis interprete, cum prooemiali Epiſtola ad Petrum Principem Luſitaniae, quae inc. *Sunt quidem plurima, quae in te laudari merito poſſint Princeps inclyte*. Deſ. *Domine amantiſſime, & nimium dilecte Deo Princeps*. Liber primus inc. *Oportuerat quidem, amantiſſime omnium Stagiri, fueratque ſane convenientiſſimum nos tibi nunc adeſſe*. Vltimus deſ. *nullis iam vitae huius adverſis caſibus frangi, vel deiici poteris*. Vid. Mehus in Praef. ad Ambroſii Epiſt. pag. 389.

III. pag. 144. Eiuſdem Tractatus ſuper iſto verbo: *quod nemo laeditur niſi a ſe ipſo*. Inc. *Scio, quod craſſioribus quibuſque, & praeſentis vitae inlecebris inhiantibus &c.* Deſ. *nocere nequaquam poterunt ei, qui a ſe ipſo non laeditur*.

IV. pag. 163. Eiuſdem de reparatione lapſi Liber. Inc. *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum &c.* Deſ. *quod ſi haec libenter legas, alia ultra medicamina non quaeras*. Mehus l. c. pag. 390.

V. pag. 197. Eiuſdem de compunctione cordis Libri duo. Primus inc. *Quum te intueor, beatiſſime Demetri, frequenter inſiſtentem mihi &c.* Alter deſ. *effecti cibus inextricabilis immortalibus flammis*.

VI. pag. 227. Eiuſdem de lapſis ad Theodorum. Inc. *Si fletus poſſet, & gemitus per epiſtolas nunciari*. Deſ. *non enim ambigis nobis e litteris tuis maximam laetitiam eſſe venturam*. Clauditur in fine haec Epiſtola una cum Codice ſequentibus verbis rubrica conſcriptis: *Explicit Epiſtola, quam miſit Ioannes Chryſoſtomus ſanctiſſimus Patriarcha Antiochenus ad Theodorum*.

Codex membranac. Ms. in 4. minori Saec. XV. nitidiſſimus, & cum litteris librorum initialibus artificioſe depictis. Conſtat foliis ſcriptis 234.

IOANN. CHRYSOST. SVPER PSALMVM MISERERE MEI DEVS.

Cod. XXVI. DIvi Ioannis Chryſoſtomi Epiſcopi Conſtantinopolitani Homilia ad populum ſuper pſalmo *Miſerere mei Deus*, e Graeco in Latinum verſa. Inc. *Hodierna die, fratres chariſſimi, heſternae menſae reliquias reddam*. Deſ. *ut bona aeterna conſequamur, gratia & clementia Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui cum Patre &c.* Praecedit *Ioannis Tortelii Arretini praefatiuncula ad Excellentiſſimum virum Coſmum Medicem ſuper traductione Homiliae Beati Ioannis Chryſoſtomi in pſalmum Miſerere mei Deus*; quae quum breviuſcula ſit, integra profertur, & ſic habet: *Veniens e Roma Florentiam cum Patre reverendiſſimo Viroque totius orbis clariſſimo Lodovico Patavino Cardinali Aquileienſi viaticum quoddam nonnullorum librorum mecum detuli, inter quos parvus erat Codex cum expoſitionibus Ioannis Chryſoſtomi ſuper nonnullos pſalmos David, ex quibus Homiliam nobilem atque devotiſſimam ſuper pſalmo* Miſerere mei Deus *elegi, quam tuo nomine, Excellentiſſime Coſme, e Graeco in Latinum hoc ipſo in itinere verti, ut quum pro meo amore, quem ad te domumque tuam gero, viſitaturus advenirem, aliquid tibi, etſi non magnum, ſaltem parvum grandi affectu offerrem. Scio enim non dedignaberis ſanctiſſimi illius viri nobiliſſimas conſiderationes perlegere. Vale.* Haec verſio Homiliae Chryſoſtomi Ioannis Tortellii memoratur in additionibus Manſii ad Bibl. Lat. med. & inf. aetat. Fabricii Tom. IV. pag. 153.

Codex membranaceus Ms. in 8. Saec. XV ornatus in prima pagina cum Mediceo ſtemmate. Conſtat foliis ſcriptis 23.

IOANNIS CASTRENSIS EXPOSITIO PSALMI MISERERE MEI.

Cod. XXVII. I. pag. 1. IOannis Caſtrenſis (1) excerpta ex omni pſalmorum corpore, nonnullorumque Sanctorum ſacris precibus, & ad contritionem, & poenitentiam in unum pſalmum redacta. In trunco Mediceo, qui frontem Codicis adornat characteribus aureis ſcriptum legitur: *Si quis huiuſmodi eſt, Deum rectorem, & habitatorem ſui eſſe non dubitet*. Praecedit Epiſtola, quae ita inſcribitur & incipit: *Laurentio Medici Divi Petri, Magni Coſmae, ce-*

(1) Nihil de eo habet Fabricius in Bibl. Lat. med. & inf. aetat.

Digitized by Google

teriſque candidatis confratribus eius excelſae Florentinae Vrbis in Sancta Trinitate ad contritionem, & Dei laudem congregatis Iohannes Caſtrenſis cordiali cum affectione ſalutem. Cogitabam, Viri felices, ſi quid opera mea tam generoſo conſortio veſtro iucundum obiicere poſſet, quod vos in ſacrum religionis cultum confirmaret, & mei memores adeo redderet, ut una vobiſcum orantibus in terris felicitas, & poſtremo daretur ad ſuperos convolare. Quumque percepiſſem vos a Gentili facundiſſimo ſacerdote veſtro cancrina prolixaque religioſae inſtitutionis veſtrae recepiſſe munimenta, venit in mentem, quae ex omni pſalmorum corpore nonnullorumque ſanctorum ſacris precibus excerpta detexui, & ad contritionem, & poenitentiam in unum redegi pſalmum, ad vos mittere Dominicae Orationis ſigno ſignata, atque ſummata &c. Inde ſequitur poſt antiphonam rubrica exaratam Pſalmus *Miſerere mei &c.* cuius initialis littera duobus conſtat oculis, unde flumen lacrymarum erumpit. Deſ. *& non commovear amplius, Domine Deus meus, fiat, fiat.*

II. pag. 20. Eiuſdem alter Pſalmus in Turcam Chriſtianorum hoſtem. Praecedit pulcherrima pictura Mediceis diſtincta emblematibus, quae incluſam habet eiuſdem Ioannis Caſtrenſis Epiſtolam ad Divum Petrum Magni Coſmae de Medicis, quae ita incipit: *Quum ad inclytam hanc noſtram matrem Italiam, Magnifice Petre, ſuperioribus diebus Epiſtolam, & Pſalmum in Chriſtianorum hoſtem Turcum pro quodam auſu dediſſem, quaeritaremque ipſius Italiae excellentiores angulos, in quibus haec mentis meae agitatio ſecundius ab eadem matre perſpici poſſet, Deoque quanto propinquius valeam, ſublimis virtus invicti animi tui praecipuam ſe obtulit illico, & adeo eminentem, ut nullibi Italiam ſine Petro, & Petrum abſque Deo inveniri poſſe exiſtimem. Commode profecto velis igitur, Italorum grande praeſidium, cui in re Chriſti diſſimulare non licet, quam condidi Epiſtolam maternae Celſitudini, dum potes, excitando notam facere &c.* Sequitur deinde Epiſtola ad Italiam, quae data eſt *ex tua Vrbe Romae Domini Salvatoris anno MCCCCLXVI.* Tum Pſalmus ipſe, qui poſt antiphonam inc. *Exurge Domine Deorum Deus.* Deſ. *altiſſime ſaeculorum Rex Domine Deus noſter, fiat fiat.* Clauditur alia Antiphona, & Reſponſo. Ante pſalmum Davidis armati gladio, & funda figura elegantiſſime depicta occurrit, qui caput gigantis Goliat pedibus calcat, & ſubſcripta habet haec carmina:

Victor eſt quiſquis patriam tuetur,
Frangit immanis Deus hoſtis iram,
En puer grandem domui tyrannum,
Surgite cives.

Codex membranaceus Ms. in 8. Saec. XV. nitidiſſime exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 43.

I O B.

Adde etiam

Eccleſiaſten.

I. pag. 1. Liber Iob. Inc. *Vir erat in terra Hus nomine Iob.* Deſ. *& plenus dierum.* Dividitur in Capita XLII. Cod. XXVIII.

II. pag. 15. *b.* Liber Eccleſiaſtae. Inc. *Verba Eccleſiaſtae.* Deſ. *ſive bonum, ſive malum ſit.* Continet Capita XI.

Codex membranaceus Ms. in 4. maiori Saec. XII. binis columnis exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 18.

IOAN. GENESII ROSARIVM.

Seu potius

Variorum Auctorum Opuſcula.

I. pag. 1. Ioannis Geneſii Quaye, ſeu de Qualea (1) Parmenſis, Ordinis Fratrum Minorum, ſacrae Theologiae Profeſſoris, Opus, quod inſcribitur *Roſarium*, in quatuor diſtinctiones, ſeu partes diviſum, in quarum prima de quibuſdam communibus hominum conditioni; ſecunda de vitioſa hominum conditione; tertia de ſtatu hominum virtuoſo; quarta tandem de glorioſa hominum vita pertractatur. Singulae autem Diſtinctiones in alia ſubdividuntur Capita, quae ſimul ſunt LI. quorum in fine Tabula occurrit. Capitulum primum *De notitia, & ignorantia ſui*, inc. *Factus eſt homo in animam viventem. Gen. 2. Quoniam, ut ait Boetius II. de Conſolatione, proſa ſexta, humanae naturae iſta eſt conditio &c.* Vltimum, cuius titulus eſt, *Quale debet eſſe ſubiectum beatae felicitatis*, deſ. *probatus eſt in illo & perfectus inventus eſt, & erit gloria aeterna, ad quam nos perducat iugiter Dei filius. Amen.* Tum ſubditur anni nota, quo Codicis ſcriptor Tractatum hunc abſolvit, hiſce verbis expreſſa: *Et ſic eſt finis Roſarii compilati per Fratrem Iohannem Geniſii Quaye de Parma Sacrae Theologiae profeſſorem anno Domini MCCCCXXIII.* Cod. XXIX.

II. pag. 109. Innocentius de vilitate humanae conditionis, ſive, ut in margine ab alia manu recentiori adnotatum eſt: *Incipiunt Libri* (ſcilicet III.) *Lotharii Levitae Cardinalis de vilitate conditionis humanae, qui Lotharius poſtea Innocentius Papa III. dictus eſt.* Primus inſcrib. & inc. *Domino Patri chariſſimo divina dignatione Portuenſi & S. Rufinae Epiſcopo Petro Lotharius indignus diaconus gratiam in praeſenti, & gloriam in futuro. Modicum otii, quod inter multas anguſtias nuper ea quam noſtis occaſione captavi, non ex toto mi-*

(1) Ioannes Geneſius Qualeus de Parma, Doctor Pariſienſis, Ord. Minor. Miniſter Generalis fuit A. MCCXLIX. ab Innocentio IV. miſſus Angelus pacis in Graeciam A. MCCLVI. Generalatu ſponte ceſſit, & A. MCCLXXXIX. Camerini ſenex obiit. Conſule Fabricium Biblioth. Lat. med. & inf. aetatis cit. edit. Patav. Tom. IV. pag. 112. & ſeq.

Digitized by Google

mihi praeteriit otioſum. Tertius Liber deſ. *ſulphur, & ignis ardens in ſaecula ſaeculorum*. Hi Libri fortaſſe ſunt, qui ſub titulo *de contemptu mundi*, ſive *de miſeria hominis* prodiere, teſte Fabricio loc. cit. Tom. IV. pag. 35. col. 1., Coloniae MCCCCXCVI. in 8., Lugduni MDLIV. MDCXLI., & Duaci MDCXXXIII. forma minore. Vide etiam Caveum, Oudinum &c.

III. pag. 131. *b.* Excerptum breviſſimum ex Ioannis Caſſiani Libro de Inſtitutis.

IV. pag. 132. Interrogationes faciendae per Confeſſorem in Confeſſione poenitentibus, in illo verſiculo contentae:

Quis, quid, ubi, per quos, quoties, cur, quomodo, quando.

Auctor Anonymus.

V. pag. 134. Anonymi (1) Sermones varii in feſta Domini, Sanctorum, ac Deiparae Virginis &c. Primus eſt in feſto S. Auguſtini. Poſt ſacri textus verba: *Quaſi ſtella matutina in medio nebulae &c.* inc. *Habent ſanctorum merita, quibus laudibus quibuſve praeconiis extollantur*. Deſ. *tripliciter ſol exurens montes &c. Rogemus ergo Dominum, ut ipſe pro nobis intercedat ſemper. Amen.*

VI. pag. ead. *b.* In Nativitate Domini. Inc. *Invenietis infantem &c. Si diligenter inſpiciamus mentalibus oculis, quantus ſit iſte qui mundum ingreditur*. Deſ. *excedis omne gaudium, & omne deſiderium. Rogemus ergo &c.*

VII. pag. 136. In Sancti Stephani. Inc. *Mirificavit Dominus ſanctum ſuum. pſ. Conſuetudo liberalium dominorum eſt ſuos fideles milites factis & verbis diligere*. Deſ. *& in lagenis fragilitas corporum. Rogemus ergo &c.*

VIII. pag. ead. *b.* In Sancti Ioannis Evangeliſtae. Inc. *Non eſt inventus &c. Licet propoſitum verbum dicatur de Abraham patriarcha*. Deſ. *unde totus tranſit in dulcorem. Rogemus &c.*

IX. pag. 137. *b.* In Sancti Thomae Apoſtoli. Inc. *Rupti ſunt fontes abyſſi magnae &c. Secundum litteram intelligitur in verbo propoſito exterminium generale*. Deſ. *circumſpicientes omnes vias hominis, & profundum abyſſi. Rogemus ergo &c.*

X. pag. 138. *b.* In Sancti Andreae Apoſtoli. Inc. *Ego non ſum turbatus &c. Quoniam duo ſunt inter cetera Deo magis accepta*. Deſ. *ſi vitae ipſius conſideretur decurſus. Rogemus ergo &c.*

XI. pag. 139. In Circumciſione Domini. Inc. *Vocatum eſt nomen eius Ieſus. Luc. 2. Surge anima mea, & devota contemplatione pro me ſuſpira*. Deſ. *qui dedit nobis victoriam per I. C. D. N. Rogemus ergo &c.*

XII. pag. 140. In Epiphania Domini. Inc. *Ubi eſt qui natus eſt &c. Sicut docet hiſtoria, verba ſunt Magorum inquirentium regem natum*. Deſ. *& probavi, quod media pars mihi nuntiata non fuerit. Rogemus ergo &c.*

XIII. pag. 141. *b.* In Purificatione. Inc. *Chriſtus purgavit peccata ipſius &c. Si vere conſideramus materiam ſolemnitatis hodiernae*. Deſ. *quae nobis tradidit purgationis exemplum. Rogemus ergo &c.*

XIV. pag. 143. In nativitate unius Confeſſoris. Inc. *Vir fidelis &c. Competit verbum propoſitum beato N. ob ſuae ſanctitatis eminentiam*. Deſ. *fecit enim mirabilia in vita ſua. Rogemus ergo &c.*

XV. pag. ead. In Sancti Blaſii. Inc. *In fide & lenitate &c. Commendatur in verbo propoſito beatus Blaſius quantum ad tria*. Deſ. *in perſecutione ſtrenuus triumphator. Rogemus ergo &c.*

XVI. pag. 144. In feſto Apoſtolorum Philippi & Iacobi. Inc. *Quomodo computati ſunt &c. In verbis propoſitis deſcribitur ploratio & lamentatio damnatorum*. Deſ. *quas nobis concedat Dei filius. Rogemus ergo &c.*

XVII. pag. 145. In Annuntiatione Beatae Virginis. Inc. *Deſcendi in hortum meum &c. In verbo propoſito Dei filius myſtice inſinuans ſuae Incarnationis mirificae ſacramentum*. Deſ. *clauſtra Virginis clauſa & intacta manerent. Rogemus ergo &c.*

XVIII. pag. 146. In Sancti Bartholomaei Apoſtoli. Inc. *Amice, adſcende ſuperius. Luc. 14. Propoſita verba diriguntur ad vere & perfecte ſe humiliantem*. Deſ. *talis eſt dilectus meus, & iſte eſt amicus meus. Rogemus ergo &c.*

XIX. pag. ead. *b.* In Feſto Sancti Martini. Inc. *Ubi ſum ego &c. Salvator noſter ut nos alliciat ad amorem caeleſtium &c*. Deſ. *ecce ſedule in omnibus miniſtraſti nobis. Rogemus ergo &c.*

XX. pag. 147. *b.* In Sanctae Catharinae Virginis. Inc. *Tota pulcra es &c. Quoniam ſolet ſponſus ſponſam de venuſtate laudare*. Deſ. *pulcriora ſunt verba tua vino, fragrantia unguentis optimis. Rogemus ergo &c.*

XXI. pag. 148. In Feſto Apoſtolorum Petri & Paulli. Inc. *Tibi dabo claves &c. Quoniam in omni dono gratis collato, vel ratione obſequii tributo conſueverunt iſta penſari*. Deſ. *ut eſſes ſectator Dominicae paſſionis. Rogemus ergo &c.*

XXII. pag. 149. In Feſto Sancti Iacobi. Inc. *Ipſum gentes deprecabuntur &c. In verbis propoſitis commendatur beatus Iacobus Apoſtolus quantum ad duo*. Deſ. *dulcoratur laetitia, & illuſtratur ſapientia. Rogemus ergo &c.*

XXIII. pag. 150. In Feſto S. Matthaei. Inc. *Hic honorabitur &c. Non debet ſine praeconio magnae laudis attolli*. Deſ. *ita qui tribuit inſipienti honorem. Rogemus ergo &c.*

XXIV. pag. ead. *b.* In Sancti Marci. Inc. *Facies leonis &c. Oſtendens ſanctus Ezechias Evangeliſtarum numerum ſub quatuor animalium ſimilitudine ſignatum*. Deſ. *neque tortoribus excitatur. Rogemus ergo &c.*

XXV. pag. 151. *b.* In Sanctae Mariae Magdalenae. Inc. *Stans retro ſecus pedes Ieſu &c. Deſignatur in verbo propoſito miraculoſa converſio*

(1) An eiuſdem Quaye, cuius Sermones Mss. extare Florentiae in Bibliotheca Magni Ducis adfirmat Fabric. Tom. cit. pag. 112. col. 2. vel Franciſci de Mayronis? Vid. edit. Venet. anni MCCCCXCIII.

Digitized by Google

ſio illius famoſiſſimae meretricis. Deſ. *ter legitur cum unguento ad Dominum veniſſe. Rogemus ergo &c.*

XXVI. pag. 152. In Sancti Laurentii. Inc. *Probavit me quaſi aurum &c. Verba iſta poſſunt eſſe beati Laurentii, qui amore Chriſti flammis exuſtus*. Deſ. *probavi te apud aquam contradictionis. Rogemus ergo &c.*

XXVII. pag. 153. In nativitate Beati Ioannis Baptiſtae. Inc. *Ioannes eſt nomen eius. Luc. 1. Exprimit in parvulo ſibi nato beatus Zacharias duo*. Deſ. *& ſuis ſtipendiis contenti eſſent. Rogemus ergo &c.*

XXVIII. pag. ead. *b*. In Sancti Lucae Evangeliſtae. Inc. *Dirige me in veritate tua &c. Verbum propoſitum eſt pſalmus loquentis ad Deum, & poteſt eſſe beati Lucae*. Deſ. *nonne cor noſtrum ardens erat? Rogemus ergo &c.*

XXIX. pag. 155. Sermo ſine titulo, ſed eſt fortaſſe pro die Cinerum. Inc. *Theſaurizate theſauros in caelis. Matth. 6. Inſtruit beatus Evangeliſta Matthaeus, quod bonus homo debet theſauro ſuo, ſcilicet cordis ſui proferre bona*. Deſ. *habebimus heic gratiam & in futuro gloriam. Rogemus ergo &c.* Qui ſequuntur Sermones, ab alia manu videntur exarati.

XXX. pag. 157. Dominica de Adventu. Inc. *Dirigite viam Domini. Ioan. 1. Quando aliquam perſonam honorabilem in proximo exſpectamus*. Deſ. *veſtivi te diſcoloribus*.

XXXI. pag. 158. Dominica in Quinquageſima. Inc. *Caecus ſedebat ſecus viam &c. Per iſtum caecum ſignificatur genus humanum, quod magnam incurrerat caecitatem*. Deſ. *corrupto marcidior, & fetenti abominabilior*.

XXXII. pag. 159. *b*. Dominica III. poſt Oct. Paſchae. Inc. *Vado ad eum qui me miſit &c. Quando aliquis paterfamilias aliquo eſt longius profecturus*. Deſ. *noſtram tepiditatem, & negligentiam inflammando. Deo gratias*.

XXXIII. pag. 161. Dominica IV. poſt Oct. Paſchae. Inc. *Ipſe enim pater amat vos &c. Diſcipuli Chriſti quatuor ſcire plurimum affectabant*. Deſ. *poteſtatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis eſt*.

XXXIV. pag. 163. Dominica V. infra Oct. Adſcenſionis. Inc. *Quum venerit Paraclitus &c. Sciens benignus Dominus de ſuo receſſu diſcipulorum animos conturbandos*. Deſ. *vires principum caeſus ſprevit*. Tum ſequitur initium tantum Sermonis in Pentecoſten; nam ſcriptor poſt prima ipſius verba a ſcribendo deſtitit.

XXXV. pag. 165. Fratris Franciſci de Mayronis (1) tractatus ſuper articulis fidei. Inc. *Vnus Deus, una fides*. Deſ. *pates ex quaeſtionis proceſſu*.

XXXVI. pag. 173. *b*. S. Cypriani Martyris Liber de duodecim abuſionibus ſaeculi. Inc. *Duodecim abuſiones ſunt ſaeculi*. Deſ. *ne ſine nobis Chriſtus incipiat eſſe in futuro*. In Appendice eius Operum pag. CCLXXVII. curante Steph. Baluzio editionis Pariſ. A. MDCCXXVI. fol.

XXXVII. pag. 180. *b*. Sequuntur Capita quaedam Anonymi de inani gloria, de hypocriſi, de impatientia, de luctu rerum, vel amicorum amiſſione, de fictis lacrymis, de otioſitate, & de acceptione, vel contemptu munerum. Primum inc. *Inanis gloria eſt amor, vel appetitus vanae laudis*. Vltimum deſ. *Iudicis & tetra involvit caligine mentem*.

XXXVIII. pag. 182. *b*. Reverendi Magiſtri Henrici de Haſſia (2), Doctoris eximii ſacrae theologiae, de vitio proprietatis Clauſtralium Tractatus. Inc. *In nomine Domini amen. Pro ſalute eorum, qui vitia fugere cupiunt*. Deſ. *& unicuique tribuat ex his, quae habet, quantum ei opus eſt, in Chriſto Ieſu Domino noſtro*. Tum hi verſiculi ſubiunguntur:

Nil proprium, procul hoc vitium, communia quaeque.
Sic loquimur, ſed non fruimur tamen omnibus aeque.

XXXIX. pag. 189. Fratris Andreae de Pace de Sacca, Ordinis Fratrum Minorum provinciae Siciliae Miniſtri, & Sacrae Theologiae Magiſtri, ad Comitem Nicolaum de Petralda ex regali progenie oriundum, Viridarium Principum, in quo habetur, qualiter Princeps debet eſſe virtutibus decoratus, ex Ariſtotele, & aliis auctoribus compilatum. Praecedit Epiſtola nuncupatoria ad dictum Comitem Nicolaum, quae inc. *Conſiderans veſtram auctoritatem*. Deſ. *pro aeternae felicitatis amore*. Liber inc. *Volendo igitur proſequi de huiuſmodi virtuoſo ornatu &c.* Deſ. *& haec de humilitate Principum, & conſequenter de toto eorum virtuoſo ornatu dicta ſufficiant*. In fine: *Explicit tractatus, qui intitulatur Viridarium Principum, compilatus per Fratrem Andream Sacrae Theologiae Magiſtrum, Ordinis Fratrum Minorum provinciae Siciliae Miniſtrum*. Vide Wadding.

XL. pag. 231. *b*. Anonymi Excerptum de auri vi, & potentia.

XLI. p. 232. *b*. Epiſtola Domini Nicolai Papae de continentia Clericorum (3), ſeu potius *Reſcriptio Sancti N. Epiſcopi, in qua Papae Nicolao de continentia Clericorum non iuſte, ſed impie, non canonice, ſed indiſcrete tractanti ita reſpondit*. Inſcribitur: *Nicolao Domino, & Patri pervigili, Sanctae Romanae Eccleſiae Pontifici vel Proviſori N. ſolo nomine Epiſcopus amorem*

(1) Franciſcus de Mayronis, Gallus, diſcipulus Scoti, inter Scholaſticos *doctoris illuminati*, necnon *magiſtri abſtractionum*, & *doctoris acuti* appellatione notus, Ordinis Minorum, defunctus Placentiae A. MCCCXXV. Scripta eius diligenter recenſet Fabricius loc. cit. Tom. II. pag. 195. atque inter ea libellum *de articulis fidei*, cuius tamen principium diverſum eſt.

(2) Henricus de Haſſia ſenior, cognomento de Langeſtein, Magiſter in Theologia, & Vicecancellarius Pariſienſis, Sacerdos deinde & Canonicus Wormacienſis, denique ab Alberto Duce Auſtriae vocatus, Theologiam docuit Viennae Auſtriae ab A. MCCCLXXXIV. ad MCCCXCVII. quo diem obiit ſupremum. Scripta eius, maximamque partem inedita, a Fabricio accuratiſſime enumerantur loc. cit. Tom. III. pag. 216. ubi tamen Libellus iſte inſcriptus *de vitio proprietatis Monachorum, ſive Religioſorum*, inc. *Regularium, ſive Clauſtralium ſacra religio*.

(3) Hic eſt titulus Epiſtolae praefixus ab alia manu.

rem ut filius, timorem ut ſervus. Inc. *Quum tua, o Pater, & Domine, decreta ſuper Clericorum continentia nuper mihi tranſmiſſa, a diſcretione invenirem aliena*. Deſ. *dum nemo ſine caſtimonia non tantum in virginali flore, ſed etiam in coniugali habita coniunctione viſurus ſit Dominum. Deo gratias*.

XLII. pag. 235. Epiſtola Lentuli Conſulis de Chriſto Ieſu ad Imperatorem, & Senatum Romanorum. Inc. *Apparuit temporibus noſtris*. Deſ. *filios hominum. Valete*. In titulo appellatur *Epiſtola notabilis*.

XLIII. pag. ead. *b*. Recenſentur *Miſſae gratiarum, & Miſſae ad extrahendum unam animam de Purgatorio*.

XLIV. pag. 236. B. Auguſtini Liber de conflictu vitiorum, & machina virtutum. Inc. *Apoſtolica vox clamat per orbem*. Deſ. *& propitio Chriſto victor exſiſtas. Amen*. Exſtat inter Iſidori Hiſpal. Opera Tom. II. a pag. 413. ad pag. 422.

XLV. pag. 244. Expoſitio Orationis Dominicae. Inc. *Pater noſter qui es in caelis. Haec autem obſecratio & Dominica oratio vocatur*. Deſ. *ante intellexerit*.

XLVI. pag. 246. Expoſitio Credonis (*ſic*). Inc. *Credo in Deum. Aliud eſt credo Deo, & aliud eſt Deum, & aliud eſt in Deum*. Deſ. *qui eſt benedictus in ſaecula &c.*

XLVII. pag. 247. S. Iſidori Tractatus quidam, in quo in brevi comprehenditur, quidquid pertinet ad ſtatum perfectionis cuiuslibet fidelis perſonae. Inc. *Oportet monachum, & quemlibet D. N. I. C. diſcipulum ante omnia pauperem, & ſine proprio vitam poſſidere*. Deſ. *cum quibus vivere ſatagamus gratia D. N. I. C. &c.*

XLVIII. pag. 248. Epiſtola de informatione Novitii. Inc. *Reverendiſſimo in Chriſto Patri N. Novicio, Frater N. quam ſibi cupit gratiam, & ſalutem. Petiſti a me, chariſſime, ut tibi adſcriberem aliquid, quod tuae adoleſcentiae utile fore poſſit &c*. Deſ. *vale ſemper in melius uſque ad fruitionem Dei vivi conſpecturus, & ora pro me*.

XLIX. pag. 251. *b*. Auguſtinus de Speculo Animi. Inc. *O veritas, lumen cordis mei, non tenebrae meae loquuntur mihi*. Deſ. *ut a timore quidem proficiſcamur ad gratiam, a gratia vero tranſeamus ad gloriam. Amen*.

L. pag. 253. Anſelmus de conſideratione humanae miſeriae & die iudicii. Inc. *Terret me tota vita mea*. Deſ. *& glorier in te inter eos, qui diligunt nomen tuum, qui cum Patre altiſſimo & Spiritu Sancto &c.* Operum Tom. II. pag. 293. ſub titulo *de terrore iudicii ad excitandum in ſe timorem*.

LI. pag. 255. *b*. Alius Tractatus compoſitus per quemdam venerabilem virum Religioſum, in quo in brevi comprehenditur quidquid pertinet ad ſtatum perfectionis. Inc. *Praeparatura Chriſti Ieſu habitationem, & manſionem ineffabilem & divinam in nobis ſecundum mores exterioris hominis ſunt iſta*. Deſ. *ante finem per Chriſtum Ieſum & ipſius Spiritum conſummatio, cui ſit ſimilis cum Patre gloria &c.*

LII. pag. 256. *b*. Auctoritates quaedam ex SS. Patribus ad probandum, quam bonum ſit audire Miſſam.

LIII. pag. 257. Anonymi Capita quaedam, partim Theologica, partim Phyſica, partim Moralia &c. nimirum I. De ſumma Trinitate, quomodo tres perſonae & una ſubſtantia. II. Quomodo memoria, intelligentia, & voluntas in una anima & in una ſubſtantia ſunt. III. De creatione rerum in principio mundi. IV. De novem Ordinibus Angelorum. V. De ſituatione mundi. VI. De generatione & productione rerum inferiorum. VII. De curſu mundi per ſex aetates. VIII. Tota vita hominis decurrit per ſex aetates. IX. De vitiis capitalibus. X. De donis Spiritus Sancti. XI. De ſeptem beatitudinibus. XII. De ſeptem petitionibus. XIII. De operibus miſericordiae. XIV. De praeceptis divinae legis. XV. De conſiliis perfectionis. XVI. De articulis fidei. XVII. De Sacramentis Eccleſiae. XVIII. De eleemoſynis, orationibus, & aliis ſuffragiis, quae fiunt pro mortuis. XIX. De morte & paſſione Chriſti. XX. De Antichriſto. XXI. De ſignis ante diem iudicii. XXII. De die iudicii. Primum inc. *De Trinitate Dei hoc tenendum eſt, quod una ſubſtantia ſunt tres perſonae*. Vltimum deſ. *venite benedicti patris mei, poſſidete regnum &c.*

LIV. pag. 268. Vita beatiſſimi atque ſanctiſſimi Zenobii Epiſcopi Florentini, auctore Ioanne Tortellio (1), licet eius nomen non adſcribatur. Inc. *Claram Zenobii exſtitiſſe progeniem*. Deſ. *& me praeſente tranſtulerunt*.

Codex chartac. Ms. in 4. minori perverſae ſcripturae Saeculo partim XIV. partim XV. exaratus, & ex variis Codicum fragmentis compactus, in quo deſideratur Tractatus Angeli Faventini de vita ſolitaria, qui habetur deſcriptus in indiculo Opuſculorum praefixo Codici. Conſtat foliis ſcriptis 291.

TRACTATVS MAGISTRI IOANNIS FLORENTINI.

I. pag. 1. Tractatus in tres ſectiones diviſus, quo concluditur nullam Gentilium ſcientiam Catholicae fidei Chriſtianae eſſe contrariam, immo quamlibet talem ad ipſius veritatem cognoſcendam parare viam, ad Magnificum Dominum Malateſtam de Malateſtis de Peſaurio editus cum obedientia per Magiſtrum Ioannem Baldum de Tambenis de Faventia civem Florentinum. Praecedit Epiſtola nuncupatoria, quae ita *Cod. XXX.*

(1) Io. Tortellius Arretinus, litterarum addiſcendarum cauſſa profectus in Graeciam, hinc Archipresbyter Arretinus, poſtea quum A. MCCCCXLV. Romam ſe contuliſſet, in aula Eugenii IV. primum, deinde apud Nicolaum V. gratioſus, diem obiit A. MCCCCLXVI. Scripſit, praeter alia, quae a Fabricio Bibl. Lat. med. & inf. aetat. T. IV. pag. 153. recenſentur, Vitam S. Zenobii Epiſcopi Florentini circa A. MCCCCXXXVIII., eamque edidit Surius XXV. Maii.

Digitized by Google

ſta inſcrib. & inc. *Magnifico, & potenti Domino Malateſtae de Malateſtis de Peſaurio cum humili recommendatione Ioannes Baldus de Tambenis de Faventia civis Florentinus phyſicus Tuae M. D. ſervitor fidelis ſalutem in Domino, qui ſui largitate multiplici Tuam M. D. per tempora longiora in utriuſque felicitatis augmento conſervet, & conſervatam multiplicet. Nam uti Luna Solis lumine defraudata langueſcit &c.* Deſ. *me quidem ad hoc antiquata conſuetudine circa ſtudia Bononiae, & creſcentibus annis Florentiae ſine interpolatione legendo, in quibus mihi gratius omnique indefeſſo labore, vel aequales laceſſendo, aut ſcolares docendo, vel magis doctos rogando, quae noverim docendo, & quae viderim, vel dubitaverim rimari conando, in his ergo tribus diutius connutrito non ſolum in medicina mihi finali, ſed in aliis ſcientiis labore non facili praefatam quaeſtionem metas medicinae tranſeuntem ſic humiliter movere licet.* Ex hac eadem Epiſtola colligitur Opuſculum hoc ſcriptum eſſe adverſus ſententiam Rainaldi Domini Maſii de Albizis de Florentia: ita enim praefatur: *Virum naturalis philoſophia, aut aliqua Gentilium ſcientia, ſit Catholicae fidei Chriſtianae contraria, Tuam M. D. humiliter quaerere diſpoſui, ut nova determinatione fructifera cum nobili Florentino iuvene Tuae M. D. ſervitore fideli Rainaldo Domini Maſii de Albicis de Florentia, ſuis rationibus volenti quod ſic, & ego meis volens negative, diligenti examinatione, auditis diſceptantium rationibus, valeamus in tuta pace quieſcere &c.* Sectio prima huiuſce Tractatus inc. *Herculeis armis fere inexpugnabiliter concludentibus.* Deſ. *ſed Gentilium ſcientiis potius adhaerendum.* Secunda ſectio pag. 5. *b.* inc. *Magnifice Domine mi, dicti Rainaldi opinione ponderata.* Deſ. *ſine fine quietans.* Sectio tertia pag. 18. inc. *Magnifice Domine mi, loqui prohibeor.* Deſ. *& nos ei fideliter ſervet recommiſſos. Amen.*

II. pag. 29. *b.* Exſtirpatio irae a nobili iuvene Florentino Nicola Domini Verii de Medicis, utiliter quaeſita per Ioannem Baldum &c. deſideranda veritate edita vigore illius, cuius lumine lumen videmus. Inc. *A veritate enim eſt ſemper accepta tranquillitas.* Deſ. *rigidus ſervator honeſti, illo auxiliante, ſine quo nullum valet auxilium, cuius . . . .* Reliqua verba reciſo inferiore Codicis margine perierunt.

III. pag. 31. Tractatus eiuſdem, quo ratione concluditur non eſſe poſſibile hominem filium habuiſſe; & ſi poteſt haberi, quod non poſſit amitti; & ſi poſſit amitti, quod non ſit illius morte dolendum, ad nobilem Comitem de Monte Garneli. Inc. *Non eſt negligenter audire.* Deſ. *& quem intelligere eſt vivere.* Dividitur hic Tractatus in tres quaeſtiones, ut ex titulo quoque eruitur.

IV. pag. 37. Tractatus eiuſdem de temporibus partus ad nobilem legum Doctorem Dominum Alexandrum Salvi Philippi utilem Florentinum civem. Inc. *Omnis profectus ad divinitatis munera eſt referendus.* Deſ. *niſi primo ſe ſuo cognoſcat examine.*

V. pag. 43. Eiuſdem de electione Medici ad nobilem Florentinum iuvenem Coſmum Ioannis Bitii de Medicis. Inc. *Quum cauſſa urget dignitatis.* Deſ. *ille melior Medicus eſt, qui minus errat. Ad laudem ex ſui filia nati.* De hoc Magiſtro Ioanne Baldo de Tambenis nihil invenimus apud Fabricium; meminit tamen Cl. Mehus in vita Ambroſ. p. CCCXCIV.

Codex membr. Ms. in 4. Saec. XV. Conſtat foliis ſcriptis 44.

ISIDORVS SVPER PENTATEVCHVM.

Adde etiam

Super alios veteris Teſtamenti Libros.

Continentur in hoc optimae notae Codice Iſidori, ſtirpe Gothica, Severiano Cod. XVI.
patre Carthaginenſis provinciae geniti, Hiſpalenſis Eccleſiae, poſt Leandrum germanum fratrem anno Chriſti DC. defunctum, Epiſcopi, Commentaria allegorica, & proxima iis, quae inter Eucherii, & Bedae Opera leguntur, ſive quaeſtiones, & myſticorum expoſitiones ſacramentorum in vetus Teſtamentum, in quibus auctor ait ſe ſumpſiſſe dicta *ab Origene, Victorino, Ambroſio, Hieronymo, Caſſiano, Auguſtino, Fulgentio, ac noſtris inſigniter temporibus eloquenti Gregorio.* Hoc autem ordine in Codice noſtro procedunt.

I. pag. 1. In nomine Domini incipit Codex a Beato Iſidoro Spalenſe (*ſic*) Epiſcopo de V. libris Moyſi, & ceterorum librorum Veteris Teſtamenti explanatus, atque de diverſis auctoribus in unum collectus, luculenterque expoſitus. Prologi initium eſt: *Hiſtoria ſacrae legis.* Finis: *ac noſtris temporibus inſigniter eloquenti Gregorio.* Subiicitur tabula Capitum XXXI. Inde alia breviſſima praefatio, quae inc. *Creaturae caeli.* Deſ. *aliter a doctoribus accipiatur, intelligamus.* Caput primum inſcribitur: *Praemiſſo operis ab exordio mundi uſque ad expulſionem hominis a Paradiſo. Item eſt de iiſdem.* Inc. *In principio fecit Deus caelum, & terram. Principium Chriſtus eſt.* Vltimum Caput *De benedictionibus Patriarcharum* deſ. *quod tota die in lege meditans ante non fecit.* In edit. Matriti ex Typogr. Reg. an. MDXCIX. fol. Part. II. a pag. 112. ad pag. 155. ubi poſtremum hoc Caput viginti circiter verſus eſt in fine longius.

II. pag. 56. Liber Exodi, praevia tabula Capitum LX. & praefatione, cuius initium eſt: *Quaedam myſteria ex libro Geneſis.* Finis: *incurrat faſtidium.* Caput primum *De ſeptuaginta animabus,* inc. *Primo omnium ſeptuaginta animae.* Vltimum *De veſte Pontificis* deſ. *& exoret pro omnibus in ſe credentibus.* Ibid. a pag. 156. ad pag. 175.

III. pag. 76. *b.* Liber Levitici, praevia item Capitum XVII. tabula. Primum *de figuris hoſtiarum* inc. *Sequens Leviticus Liber.* Vltimum ve-

Digitized by Google

vero eſt *de ceteris ſermonibus* (1). Deeſt tamen huius Libri magna pars mutilato Codice inter pag. 79. & 80. deſinit enim in verbis: *quando veſpertilionem, quaerentes tenebras . . .* quae pertinent ad Cap. IX. *de diſceſſione* (2) *ciborum*. Ibid. a pag. 176. ad pag. 179. col. 1. verſ. 24.

IV. pag. 80. Liber Numerorum, abſque tabula Capitum, quae fortaſſe in memorata mutilatione deperiit: ſunt tamen LX. Primum inc. *Ideo hic liber, unus ex quinque libris Moyſi, Numeri appellatus eſt*. Vltimum deſ. *ſimul cum idololatria etiam omnia vitia exſtinguamus*. Ibid. a pag. 185. ad pag. 195. ubi pauciora ſunt Capita, quia diverſa eorumdem diviſio eſt.

V. pag. 93. Liber Deuteronomii, praevia tabula Capitum XIX. & Prologo, cuius initium eſt: *Liber Deuteronomium repetitio eſt praecedentium*. Deſ. *quod ſignificatur figuraliter Evangelium*. Primum Cap. *de quadraginta annis peractis a filiis Iſrael, & ſic ad repromiſſionem tranſierunt*, inc. *In cuius principio notandum eſt*. Vltimum *de homine egreſſo ad exquaeſita naturae* deſ. *illuc ſine peccato invenimur*. Ibid. a pag. 195. ad pag. 203. item ſub diverſa Capitum diviſione.

VI. pag. 101. Liber Ieſu Nave, praevia Capitum tabula XIX. Primum Caput *de morte Moyſi & principatu Ieſu Nave* inc. *Poſt mortem Moyſi*. Vltimum *de Chananaeo populo non exſtincto* deſ. *ex ſe maiora non ſubigit*. Ibid. a pag. 204. ad pag. 209.

VII. pag. 107. *b.* Liber Iudicum, cui praecurrit tabula Capitum VIII. & prologus, cuius initium eſt: *Hiſtoria Iudicum*. Finis: *ad ſpem aeternae repromiſſionis perducit*. Cap. I. *de ſervitute populi & liberatione* inc. *Per omnia autem in hoc volumine &c* Vltimum *de Sampſon & actibus eius* deſ. *a daemonibus triumphabit*. Ibid. a pag. 209. ad pag. 215.

VIII. pag. 115. Liber Ruth. Inc. *Videamus nunc & Ruth*. Deſ. *& Salvatorem noſtrum, cum quo eſt illi honor &c.* Ibid. pag. 215. ubi conſtituit Caput IX. libri praecedentis.

IX. pag. 116. Liber Regum, praevia tabula Capitum XLI. (3) Primum *de nativitate Samuelis* inc. *Poſt Librum Iudicum*. Vltimum *de Maccabaeis* deſ. *in quo finis ſaeculorum obvenit, ſuntque univerſa myſteriis conſummata. Per Dominum &c.* Ibid. a p. 216. ad pag. 236. ſub una enim eademque Capitum numeratione Libri Regum comprehenduntur in Codice, quae in edit. habentur ſub titulis *in IV. Libros Regum, in Eſdram, & de Maccabaeis* (4).

X. pag. 140. Alius Anonymi Commentarius in Librum Geneſis. Poſt prima libri verba: *In principio creavit Deus caelum & terram*, inc. *Quomodo Moyſes haec de praeterito narrat, dum prophetiae futurum eſt praedicare, non praeterita adnuntiare?* Deſ. *ſed erunt in voluntate creatoris*.

XI. pag. 150. In Parabolas Salomonis. Inc. *Parabolae Salomonis &c. Parabolae ſunt, quae per comparationem viſibilium rerum atque corporalium &c.* Deſ. *quia carnale efficitur hoc, quod ex nimia ſpiritus diſcuſſione ſentitur*.

XII. pag. 175. In Eccleſiaſten. Inc. *Verba Eccleſiaſtae &c. Hic liber, qui Eccleſiaſtes appellatur, Concionator proprie dicitur*. Deſ. *ut recipiat unuſquiſque, prout geſſit, ſive bonum, ſive malum*.

XIII. pag. 184. Sequuntur interpretationes ſermonum, ſeu locorum nonnullorum veteris ac novi foederis. Inc. *Nomina fluminum, quae de Paradiſo exeunt &c.* Deſ. *& corruptione veteris nequitiae delectatur*.

Tam in principio, quam in fine huius Codicis poſſeſſoris nomen olim legebatur, quod poſtea deletum eſt: videtur tamen ex nonnullis litterarum ductibus pertinuiſſe ad Eremum Camaldulenſem.

Codex membranac. Ms. in 4. minori Saec. XI. in fine diverſa, ſed item antiqua manu ſuppletus. Conſtat foliis ſcriptis 193.

DIVI ISIDORI ETYMOLOGIAE.

Cod. XXXII.

SAncti Iſidori Etymologiarum Libri XXII. praevia ſingulis Capitum tabula, primo autem Libro ſex etiam Epiſtolis mutuis Iſidori, & Braulionis Epiſcopi, quatuor nimirum Iſidori, & duabus Braulionis, cui Opus iſtud inſcriptum eſt. Liber primus eſt de Grammatica, & partibus eius, cuius Cap. I. de diſciplina & arte inc. *Diſciplina a diſcendo nomen accepit*. Libri XXII. Cap. XV. & ultimum de inſtrumentis equorum deſ. *ut vis morbi ignis ardore ſiccetur*. Concordant quoad initium & finem cum editis Matriti ex Typogr. Regia an. MDXCIX. fol. a pag. 1. ad pag. 407. ubi ſunt Libri viginti, quia in Codice Liber II. & V. in alios duos ſubdividuntur.

Codex chartaceus Ms. in 4. maiori Saec. XV. nitidiſſimus cum initialibus ſingulorum Librorum auro depictis. Conſtat foliis ſcriptis 318.

(1) In edit. *caeremoniis*.
(2) In edit. *diſcretione*.
(3) At revera dividitur in contextu in Capita XLIV.
(4) De editionibus Operum Iſidori conſule Cl. Fabricium Bibl. med. & inf. Lat. cit. edit. Patav. Tom. IV. pag. 184. Noſtrum hunc Codicem anno MDCCLVI. iuſſit ſibi conferri Cl. P. Zacharias S. I. cum Hiſpana editione. In Bibliotheca vero Toletana Codex adſervatur membranaceus in quadrata forma, remotiſſimae antiquitatis, ſaeculo nimirum VIII. vel ineunte IX. exaratus, quem praelaudatum Zachariam conſuluiſſe oportebat, ut mihi tum temporis adfirmavit Barcinonenſis Canonicus Bayerus Perezius, qui Codicem illum diligentiſſime contulerat iuſſu Ferdinandi VI. Hiſpaniarum Regis, dum illum edere meditaretur.

Digitized by Google

IOANNES WYCLYF DE FVNDATIONE PSEVDOFRATRVM.

Adde etiam

Alia eiuſdem ſcripta.

Cod. XXXIII. I. pag. 1. MAgiſtri Ioannis Wyclyf (1), doctoris emeriti, de fundatione Pſeudofratrum Tractatus. Inc. *Motus ſum per quoſdam veteres amicos originaliter detegere fundationem Fratrum*. Deſ. *ad firmitatem fidei de ſua Eccleſia ſit ablata*. In fine: *Explicit Tractatus Magiſtri Iohannis Wyclyf, doctoris emeriti, de fundatione Pſeudofratrum in hoc opere divinitus inſpirati*. Hoc opuſculum, ut ineditum indicatur a Fabricio Bibl. med. & inſ. lat. cit. edit. Tom. VI. pag. 322.

II. pag. 11. *b.* Eiuſdem Tractatus de Chriſto, & ſuo adverſario Antichriſto, in Capita XV. diviſus. Inc. *Secundum Catholicos Eccleſia eſt praedeſtinatorum univerſitas*. Deſ. *poſſit licite a Chriſti veſtigiis deviare*. Hunc quoque veluti ineditum indicat Fabricius l. c.

III. pag. 18. *b.* Eiuſdem Tractatus de contrarietate dominorum duorum ſuarum partium, ac regularum, diviſus in Capita VIII. Inc. *Sicut eſt unus verus, & ſummus dominus in caelis*. Deſ. *quia ſic eſt in ſuperiori triumphante Eccleſia explanatum*. Sub titulo *de contrarietate duorum dominorum* (2) recenſetur a Fabricio ibidem, necdum typis vulgatus.

IV. pag. 22. Tractatus ſine titulo. Inc. *Inter alia doctor meus reverendus intromittit ſe de iure regni Angliae, vitiando ius illud, ut videtur multis modis implicite & expreſſe. Ego autem ſum peculiaris Regis clericus, talis qualis volo libenter induere habitum menſalis, defendendo, & ſuadendo, quod Rex poteſt iuſte dominari regno Angliae, negando tributum Romano Pontifici, & quod errores regno impoſiti, ſint falſi, & ſine evidentia rationis, vel legis ſint impoſiti, ſed ſub conditione &c.* Deſ. *non rectificabit, quia haec conditio ſit rationabilis, vel honeſta*. Omiſit Mabillonius in recenſione huius Codicis loc. infra cit.

V. pag. 22. *b.* Eiuſdem Tractatus *bonus, & utilis*, ut in fine appellatur; fortaſſe vero ſunt eius Aphoriſmi, ſive Articuli, quos memorat Fabric. loc. cit. pag. 321. Inc. *Placeat Illuſtriſſimo Regi noſtro, tam Angliae, quam Franciae, ac domino Duci ceteriſque Magnatibus Regni Anglicani, tam ſaecularibus, quam Eccleſiaſticis viris in Parlamento congregatis ad augmentum cultus Religionis Chriſtianae, cuius caput & praelatus Ieſus Chriſtus ipſam ſui ordinis ſanguine pretioſo mundavit, ſuique lateris aqua diluendo purgavit, infraſcriptis articulis tam a neceſſitate, quam ratione probatis condeſcendere pariter, & conſenſum iungere glorioſum. Inprimis ut omnes perſonae praenatarum ſectarum quarumcumque libere valeant illam privatam regulam, quam profitentur dimittere, & normae Ieſu Chriſti Apoſtolis per eumdem traditae, tamquam perfectiori, iugiter adhaerere &c.* Deſ. *ſi vere dicamus ſine ulteriori litigio, cum iſtis auctoritatibus, quod iſtud venerabile ſacramentum eſt panis verus, & corpus Chriſti ſimiliter*. Non obſervavit Mabillonius loc. cit.

VI. pag. 25. *b.* Eiuſdem Tractatus de citationibus frivolis & aliis verſutiis Antichriſti. Inc. *Si Papa, vel eius Vicario citante virum legium regis, ut compareat coram eo perſonaliter pro loco, & tempore, quae ipſe voluerit limitare, dum Rex non licentiaverit, praedictus vir legius teneatur ſub poena gravis peccati coram Papa, vel eius Vicario in dictis loco & tempore comparere*. Deſ. *ut deſtructis adverſitatibus, & erroribus univerſis, ſecura tibi ſerviat libertate. Amen*. Ineditus. Vid. Fabricium & Mabillonium ll. cc.

VII. pag. 29. Eiuſdem ſcriptum ſine titulo, ſed eſt *de quibuſdam captivis Hiſpaniae*. Inc. *Convenimus ex mandato Domini noſtri ad dicendum, ſecundum videre noſtrum, veritatem in caſu expoſito ad honorem Dei, ad profectum Eccleſiae, & ſtabilimentum proſperitatis regni noſtri, & haec regula in tractatu noſtro ſecundum conſequitur. Caſus autem nobis expoſitus in compendio fuit iſte: Duo viri armorum homines legii regis noſtri fuerunt inobedientes regi & legibus ſuis, & per conſequens regno in redemptione unius captivi Hiſpanienſis filii Comitis de Denem, in cuius cuſtodia & redemptione Rex noſter ſecundum leges ſuas debuit habere praecipuum intereſſe &c.* Deſ. *ad quae omnia oportet omnino conſulere Catholicum ſenſum ſcripturarum. Amen*. Non obſervavit Mabillonius loc. cit.

VIII. pag. 31. *b.* Eiuſdem Tractatus de nova praevaricantia mandatorum, in Capita VIII. diviſus. Inc. *Quum ſecundum veritatis teſtimonium Marci 19. ad ingreſſum in patriam ſufficiat . . . . ſervantia mandatorum &c.* Deſ. *tamquam diabolos a bonis homines ſpoliantes*. De eo meminit loc. cit. Mabillonius.

IX. pag. 37. Eiuſdem Speculum Eccleſiae militantis, ſeu Dialogus inter Veritatem, & Mendacium. Inc. *Quum identitas ſit mater faſtidii*. Deſ. *ut veritati fructuoſe conſentiant in hac parte*. Inter inedita recenſetur a Fabricio & Mabillonio ll. cc.

X. pag. 57. *b.* Eiuſdem Dialogorum libri quatuor, omni titulo deſtituti, ſeu. ut idem Mabillonius animadvertit, alius Trialogus quatuor Libris inter Alethiam, Pſeuſtin, & Phro-

(1) Fuit Anglus, Collegii Mertonenſis in Academia Oxonienſi Socius, Collegii quoque Cantuarienſis, ac Baliocenſis Praefectus, & Rector Eccleſiae Lutterverdienſis, qui obiit die ultima Decembris A. MCCCLXXXVII. Eius Opera in Concilio Londinenſi ſub Guillelmo de Courtenay Cantuarienſi Archiepiſcopo, A. MCCCLXXXII. die XVII. Maii, & deinde in generali Conſtantienſe combuſta fuiſſe narrat Oudinus loc. cit.

(2) Hunc ipſum titulum huic Opuſculo indidit Mabillonius in Muſeo Italico Tom I pag. 167. ubi Codicis noſtri recenſionem quamdam inſtituit.

Digitized by Google

Phroneſin. (1) Primus Liber inc. *Quum locutio ad partem multis plus complaceat, quam locutio generalis, & mens multorum, qui adſiciuntur ſingularibus, ex tali locutione acuatur &c.* Vltimus deſ. *eſt panis vitae, de quo Evangelium, faciens* (ſic) *ſenſum, quamlibet beatorum. Amen.*

XI. pag. 166. Eiuſdem Tractatus item ſine titulo, *Quomodo* videlicet *domini ac ſervi verba, quae in ſacris occurrunt litteris, accipienda ſint.* Inſcribitur a Mabillonio loc. cit. *De dominis & ſervis.* Inc. *Quum ſecundum philoſophos ſit relativorum eadem diſciplina, & dominus ac ſervus nominentur communiter in ſcriptura, de ipſis pro completione dictorum aliquid eſt dicendum &c.* Deſ. *confidamus igitur de propriis operibus noſtris meritoriis diligendo Chriſtum, & Eccleſiam ſponſam ſuam, habeamuſque ipſos & membra eorum incupida ex dignitate meriti oratores, & perveniemus ad ſtatum, in quo non eſt neceſſe procuratoris ſic orare. Amen.* Plura de Ioanne Wiclef vide apud Caveum, Oudinum, & Fabricium ll. cc.

Codex membr. Ms. in 8. Saec. XIV. exeuntis, perverſis, & intricatiſſimis litteris, ac per compendia exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 182. Deeſt hic una cum ſequenti Codice in Catalogo Montfauconiano, ubi ſub num. XXXIII. ponitur Codex Prophetarum Minorum cum ſcholiis, quem opperiemur infra Plut. XXII. numero VII. notatum.

HVMBERTVS CARDINALIS CONTRA SIMONIACOS.

HVmberti Cardinalis (2) contra Simoniacos Libri tres, quibus ſingulis praecedit Capitum tabula, primo vero Libro etiam praefatio, quae incipit: *Ne ſibi ſapiens videatur reſpondere ſtulto cogimur.* Deſ. *ut probati, manifeſti ſiant in vobis.* Liber primus inc. *In ipſo controverſiae ſuae veſtibulo.* Liber tertius deſinit imperfecte in Capite XLV. (3) cuius tantum ſupereſt titulus rubrica exaratus, & eſt huiuſmodi: *De eo quod ſanctus Gregorius adhuc Diaconus Eutycium devitavit, & quod ſanctus Hieronymus non exſpectandum in eis publicum iudicium aſſerit.* Noviſſime hoſce libros tres adverſus Simoniacos ex hoc eodem Codice eruit Mabillonius, & Edmundo Martene edendos conceſſit Renatus Maſſuetus, laborum illius heres & ſtudiorum ſucceſſor, Tom. V. Anecdotorum a pag. 633. ad pag. 844. ubi in praefatione praevia affirmat, hunc Codicem auctoris aevo exaratum, adeo ut pro autographo ipſo haberi poſſe videatur, ceteroquin optimae notae. Cod. XXXIV.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XI. Conſtat foliis ſcriptis 153.

PLVTEVS XX.

QVI CONTINET LATINOS CODICES MSS. LIV. EDITOS II.

CODEX I.

HOMILIARIVM INCERTI AVCTORIS.

Seu potius

Paſſionale Sanctorum.

ACta Sanctorum, de quibus anniverſaria celebritate commemoratio agebatur ab ultima die Novembris ad v. Kal. Decembris, quaeque in eorum natalitiis legebantur in Eccleſiis, quae Baronius in adnotationibus ad Martyrologium Romanum nonis Februarii affirmat a vulgo appellata eſſe Paſſionalia, ſeu Sanctoralia (4). Praecedit in primo fo-

(1) Prodiit, teſte Caveo, hoc Opus in Germania nitidis ſane characteribus anno MDXXV. in 4. foliis 175. & quidem tali inſcriptum titulo: *Dialogorum libri quatuor, quorum primus divinitatem, & ideas tractat; ſecundus univerſorum creationem complectitur; tertius de virtutibus vitiiſque ipſis contrariis copioſiſſime loquitur; quartus Romanae Eccleſiae Sacramenta, eius peſtiferam vocationem, Antichriſti regnum, Fratrum fraudulentam originem, atque eorum hypocriſim, variaque noſtro aevo ſcitu digniſſima perſtringit.* Habetur exemplar unicum in Bibliotheca Collegii SS. Trinitatis apud Cantabrigienſes.

(2) Humbertus ex Monacho Ord. Bened. in Mediano S. Manſueti Coenobio Tullenſis dioeceſis, factus fuit Cardinalis ab A. MXLIX. & Epiſcopus Silvae Candidae A. MLI. Alia eius ſcripta, praeter Libros contra Simoniacos, non inerudita adverſus Graecos Michaëlem Cerularium, Leonem Achridenum, & Nicetam Pectoratum, vulgata fuerunt a Baronio ad A. MLIV. & in Appendice ad Tom. XI. Annal. & alibi. De hoc Cardinali vide quae habet Io. Bapt. Caſottus *Memorie Iſtoriche di Maria Vergine dell' Impruneta Firenze* MDCCXIV. pag. 63. ſeq. & 70. ſeq. ubi citat hoc idem Opus, uti Ms. in Bibliotheca Laurentiana.

(3) Quaee octo Capita poſtrema deſiderantur.

(4) Paſſionalia vocari conſueverunt libri vitas, & martyria ſanctorum complectentes, ordine feſtorum anni, quibus memoria eorum celebrabatur.

Digitized by Google

folio accuratiſſima Tabula, eorum exhibens ſanctorum nomina, quorum Acta in hoc continentur Codice.

I. p. 1. II. Kal. Decemb. Paſſio S. Andreae Apoſt. Inc. *Paſſionem S. Andreae Apoſtoli, quam oculis noſtris vidimus*. Deſ. *martyrizzatus eſt autem venerabilis Dei Andreas Apoſtolus apud Achaiam civitatem Patrarum die pridie Kal. Dec. ſub Aegea Proconſule: regnante vero Domino N. I. C. &c.*

II. pag. 3. Vita S. Dalmatii. Inc. *Dum ſancta Domini pietas, & caeleſtis auxilii &c.* Deſ. *& mihi pro praeſumptione det veniam, praeſtante Domino N. I. C. &c.*

III. pag. 5. *b.* Vita S. Nicolai, cui praecedit prologus, qui inc. *Sicut omnis materies*. Deſ. *& ab inimicis tutos fore laetemur*. Vita vero inc. *Nicolaus itaque ex illuſtri proſapia ortus, civis fuit Paterae urbis*. Deſ. *quatenus fideliter Ieſu Chriſto Domino ſervire mereamur. Qui cum Patre &c.*

IV. pag. 11. VII. Id. Decemb. Vita S. Ambroſii (auctore Paullino Presbytero, olim eius Diacono, & ſcriptore) cum prologo, qui inc. *Hortaris, venerabilis Pater Auguſtine*. Deſ. *ut gratia viri ab incunabulis, quae fuerit agnoſcatur*. Vita vero inc. *Igitur poſito in adminiſtratione Praefecturae Galliarum patre eius Ambroſio*. Deſ. *ut quia in adipiſcenda gratia cum tanto viro non ſum dignus habere conſortium, adeptus meorum veniam peccatorum ſit mihi praemium evaſiſſe ſupplicium*.

V. p. 17. VI. Id. Decembr. Vita S. Zenonis cum prologo, qui inc. *Olim peritiſſimorum virorum*. Deſ. *ediſcere valuimus, diſſeramus*. Vita inc *In diebus Imperatoris Gallieni, qui per ſucceſſiones Caeſarum vigeſimus ſeptimus &c.* Deſ. *quod tamen fulgit in Vrbe agitur, regnante Domino N. I. C. &c.* Sequuntur deinde XX. verſus elegiaci in laudem eiuſdem Sancti Zenonis. Inc.

Pontificum ſplendor, iuſtorum norma bonorum.

Deſ.

Illius munda crimina noſtra prece.

VI. pag. 18. *b.* V. Id. Decembr. Vita S. Syri Epiſc. & Confeſſoris. Inc. *Caeleſtis exorta proſperitas dulci revelata facundia*. Deſ. *quique paucos atque pacificos agens annos migravit ad Dominum, cuius eſt honor, & gloria &c.*

VII. pag. 21. *b.* Idib. Decembr. Paſſio S. Luciae Virginis. Inc. *Quum per univerſam provinciam Siciliae beatiſſimae Agathae fama creviſſet &c.* Deſ. *& myſteria ei dantibus, atque omnibus reſpondentibus amen, illa emiſit ſpiritum; in eodem loco fabricata eſt ſanctitati eius Baſilica, in qua orationes eius florent, & nunc, & ſemper, & quouſque iſte mundus ſteterit*.

VIII. pag. 23. XII. Kal. Oct. (corrige *Ianuarii*) Paſſio S. Thomae Apoſtoli. Inc. *Quum Apoſtolus Thomas, qui & Didymus, eſſet apud Caeſaream*. Deſ. *martyrizzatus eſt autem B. Thomas Apoſt. in India provincia duodecimo Kal. Ian. regnante vero D. N. I. C. &c.*

IX. pag. 27. *b.* In die Natalis Domini Lectiones tres Eſaiae proph. Prima inc. *Primo tempore alleviata eſt*. Deſ. *haec dicit Dominus: convertimini ad me, & ſalvi eritis*. Secunda inc. *Conſolamini, conſolamini*. Deſ. *& quaſi in nihilum, & inane reputatae ſunt ei. Haec dicit Dominus: convertimini &c.* Tertia inc. *Conſurge, conſurge*. Deſ. *& videbunt omnes fines terrae ſalutare Dei noſtri. Haec dicit Dominus: convertimini &c.*

X. pag. 28. Eodem die. Sermones tres S. Leonis Papae, ut in Cod. XLI. Plut. XVII. ſupra pag. 429. § XXIII. XXIV. & XXV.

XI. pag. 31. *b.* In Natale S. Stephani protomartyris Sermones quinque S. Auguſtini Epiſcopi. Primus occurrit etiam ſupra pag. 73. §. XL. ſecundus pag. 298. §. XX. tertius pag. 73. §. XLII. quartus pag. 72. § XXXIX. & quintus, qui inſcribitur de miraculis S. Stephani, pag. 74. §. LI. ſed finis diverſus eſt, in hoc enim ita deſinit: *quia & ipſi martyres, huius fidei martyres, ideſt huius fidei teſtes fuerunt*.

XII. pag. 37. *b.* VI Kal. Ian. Vita S. Ioannis Apoſt. & Evang. Inc. *Mellitus ſervus Chriſti Epiſcopus Laudociae univerſis Epiſcopis, & Eccleſiis Catholicorum in Domino aeternam ſalutem. Volo ſollicitam eſſe fraternitatem veſtram*. Deſ. *& precum ſuarum conſequuntur effectum. Amen.*

XIII. pag. 41. *b.* Sermo S. Euſebii Epiſc. Caeſarienſis in hiſtoria Eccleſiaſtica Eccleſiae B. Ioannis Apoſt. ut ſupra pag. 299. §. XXVII.

XIV. pag. 42. *b.* Die Innocentum Sermones quatuor. Primus S. Leonis Papae occurrit iam ſupra pag. 74. §. LV. ſub nomine S. Auguſtini; ſecundus, & tertius ſine auctoris nomine ibid. §. LVI. & LVII. & quartus S. Auguſtini item ibid. §. LVIII.

XV. pag. 44. *b.* II. Kal. Decembris (corrige tamen *Ianuarii*) Vita Sancti Silveſtri Papae cum Prologo, qui inc. *Hiſtoriegraphus noſter Euſebius*. Deſ. *quod me arripere iubendo feciſti*. Vita vero inc. *Silveſter igitur Vrbis Romae Epiſcopus, quum eſſet infantulus*. Deſ. *ſit nobis praemium effugiſſe ſupplicium per unigenitum, coaeternumque Dei Patris Filium, Regnante cum eo ſanctoque Flamine ultra cunctorum volumina ſaeculorum. Amen.*

XVI. pag. 61. XIX. Kal. Febr. Vita S. Felicis Conf. Inc. *Factum eſt autem, ut poſt completionem beatiſſimi Felicis presbyteri alter Felix eſſet*. Deſ. *pervexit ad Dominum Chriſtum, qui vivit &c.*

XVII. pag. ead. *b.* XVII. Kal. Febr Paſſio S. Marcelli Papae. Inc. *Tempore quo Maximianus Auguſtus rediens de partibus Africae*. Deſ. *miliario ab Vrbe Roma plus minus octavo nunc, & ſemper, & quouſque mundus ſteterit, regnante Domino &c.* In hac comprehenſae ſunt etiam aliorum Sanctorum Vitae, ſcilicet Papiae, Mauri, Cyriaci, Largi, Smaragdi, & Creſcentiani, utpote ad ipſam pertinentes.

XVIII. pag. 64. In Epiphania Domini Lectiones tres Eſaiae Prophetae. Prima inc. *Omnes ſitientes venite ad aquas*. Deſ. *dicit Dominus omnipotens*. Altera inc. *Surge, illuminare Ieruſalem*. Deſ. *& Deus tuus in gloriam tuam*. Tertia inc. *Gaudens gaudebo in Domino*. Deſ. *& non derelicta. Dicit Dominus omnipotens*.

XIX. pag. 65. Eodem die Sermones quinque S. Leonis Papae, quorum primum recenſuimus iam ſupra pag. 78. §. XCI. alterum pag. 301. §. XLVII. tertium pag. 432. §. LXXII. quartum pag. 78. §. XCII. & quintum pag. 432. §. LXXIV.

XX. pag. 69. XIII. Kal. Febr. Paſſio S. Sebaſtiani martyris. Inc. *Sebaſtianus vir chriſtianiſſimus Mediolanenſium partium civis*. Deſ. *fecit ipſam Eccleſiam heredem in Chriſto, cui eſt honor &c.*

XXI. pag. 78. *b.* XII. Kal. Febr. Paſſio S. Agnetis virginis, & martyris. Inc. *Ambroſius ſervus Chriſti virginibus ſacris. Diem feſtum ſacratiſſimae virginis celebramus*. Deſ. *paſſa eſt beatiſſima martyr Agnes die XII. Kal. Febr. regnante D. N. I. C. &c.* In calce p. 80. *b.* alia item antiqua manu notatum eſt: *Paſſio Sanctorum Papiae & Mauri require retro in legenda S. Marcellini* (corr. *Marcelli*) *Pp. in folio 1°. ubi ✠ eſt*.

XXII. pag. 81. XI. Kal. Febr. Paſſio S. Vincentii mart. Inc. *Probabile ſatis eſt ad gloriam Vincentii martyris*. Deſ. *cumulatius conſecratus eſt ad laudem D. N. I. C. qui cum Deo Patre &c.*

XXIII. pag. 83. *b.* Eadem die Paſſio S. Anaſtaſii. Inc. *Imperante Domino noſtro perpetuo piiſſimo Auguſto Anaſtaſio Magno Imperatore anno primo*. Deſ. *qui te credimus Dominum Angelorum, & hominum, qui vivis &c.*

XXIV. pag. 84. *b.* VIII. Kal. Febr. Converſio S. Paulli. Argumentum Epiſtolae eiuſdem ad Galatas. Inc. *Galatas poſt ſuſceptionem Evangelii*. Deſ. *ſcribens eis ab Epheſo*. Inde ſequitur Epiſtola ipſa, cuius initium eſt: *Paullus Apoſtolus non ab hominibus*. Finis: *ego enim ſtigmata Ieſu in corpore meo porto. Gratia Domini N. I. C. cum ſpiritu veſtro fratres. Amen*.

XXV. pag. 87. II. Kal. Febr. Vita S. Geminiani Epiſc. & Conf. Inc. *Poſt paſſionem Domini & ſanctam eius reſurrectionem*. Deſ. *& collocat inter choros Angelorum benedictus Dominus &c.*

XXVI. pag. 89. *b.* Kal. Febr. Vita S. Severi Archiep. Inc. *Quotieſcumque virorum geſta fortium, eorumque laudabiles provectus in Eccleſiis recitantur*. Deſ. *quem, ſi placet, valet in oleum demutare*.

XXVII. pag. 93. III. Nonas Febr. Paſſio S. Blaſii Epiſc. & mart. cum Prologo, qui inc. *Igitur quum Romani Imperii Diocletianus gubernaret habenas*. Deſ. *enudare curemus*. Paſſio inc. *Igitur quum Praeſes Agricolaus Metropoli Sebaſtiae praeſideret*. Deſ. *aequa virtus, una omnipotentia, nunc & ſemper & per immortalia ſaecula ſaeculorum. Amen*.

XXVIII. pag. 98. In Purificatione S. Mariae Sermones tres Anonymi. Primum recenſuimus ſupra pag. 78. §. XCV. ſub Ambroſii nomine, alterum pag. 433. §. XCIV. & tertium pag. 302. §. LV. ſub nomine D. Auguſtini.

XXIX. pag. 101. Nonis Febr. Paſſio S. Agathae mart. Inc. *Beatiſſimae martyris Agathae, quae paſſa eſt in provincia Siciliae*. Deſ. *S. Agathae orationibus liberarent*.

XXX. pag. 103. IV. Id. Febr. S. Scholaſticae virginis. Inc. *Lectio S. Evangelii, F. C. quam modo veſtra charitas audivit, magnum humanis mentibus caeleſte patefecit arcanum*. Deſ. *in gaudium Domini tui, praeſtante ipſo, qui digna promittere gaudia dignatus eſt ſuis famulis. qui vivit &c.*

XXXI. pag. 108. XVI. Kal. Martii. Paſſio S. Valentini mart. Inc. *Propheta loquitur: ſecundum multitudinem tuam multiplicaſti filios hominum*. Deſ. *collaudantes Dominum Ieſum Chriſtum, qui vivit &c.*

XXXII. pag. 109. XV. Kal. Martii. Paſſio Sanctorum Fauſtini, & Iovitae. Inc. *Quum crebra ſanctorum martyrum acta revolvimus*. Deſ. *Angelicis provecti manibus a Domino ſunt in gloria ſuſcepti aeterna, cui eſt honor, & gloria &c.* Notandum in calce pag. 112. *b.* ab eadem antiqua manu adſcriptum eſſe: *Andreas dedit tres quaterniones in hoc libro*.

XXXIII. pag. 113. *b.* IV. Id. Mart. Vita S. Gregorii Papae. Inc. *Gregorius Vrbe Romulea, patre Gordiano editus*. Deſ. *nam mercedem operum iam ſine fine tenes*.

XXXIV. pag. 117. XII. Kal. April. Vita S. Benedicti Abbatis. Inc. *Fuit vir vitae venerabilis gratia benedictus, & nomine*. Deſ. *Deus charitas eſt. Iuſte valde iudicio illa plus potuit, quae amplius amavit*.

XXXV. pag. 127. IX. Kal. Maias. Paſſio S. Georgii mart. Inc. *Poſtquam Dominus, & Salvator noſter ſua ſancta praeſentia &c.* Deſ. *expleta namque oratione percuſſus gladio migravit ad Dominum vigeſima tertia die menſis Aprilis, qui ſcribitur nona Kalendas Maias, regnante D. N. I. C. &c.*

XXXVI. pag. 131. *b.* VII. Kal. Maias. Paſſio S. Marci Evang. Inc. *Per idem tempus, quo diſperſi erant Apoſtoli per totum orbem terrarum*. Deſ. *dormivit autem hic idem beatiſſimus Evangeliſta, primus Domini N. I. C. martyr, apud Alexandriam Aegypti die trigeſimo, quod eſt apud Romanos VII. Kal. Maias, iuxta Hebraeos autem XVI.* (1) *imperante Gaio, & Iulio, regnante &c.*

XXXVII. pag. 132. *b.* IV. Kal. Maias. Paſſio S. Vitalis. Inc. *Sanctus Vitalis militans Conſulari Paullino quum fuiſſet cum Iudice ſuo Ravennam ingreſſus &c.* Deſ. *martyrizzatus eſt autem S. Vitalis in Civitate Ravennantium ſub Paullino Conſulari die quarto Kalendarum Maiarum, regnante vero &c.*

XXXVIII.

(1) In Codice ſubſequenti §. XXVII. pro *XVI.* legitur *octavo decimo*.

XXXVIII. pag. 133. Kal. Maii. Paſſio S. Philippi Apoſt. Inc. *Quum in ipſis initiis abſque ullo obſtaculo Evangelii ſermo uſquequaque percurreret*. Deſ. *ubi praeſtantur beneficia Dei orante Apoſtolo Philippo omnibus. qui credunt regnum Patris, & Filii, & Spiritus Sancti &c.*

XXXIX. pag. 134. Eodem die. Paſſio S. Iacobi Apoſt. Inc. *In illis diebus quum B. Paullus Apoſtolus perſequentibus Iudaeis a Feſto teneretur in vinculis*. Deſ. *qui exſtitit veritatis teſtis Iudaeis, & Gentibus, quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus eſt filius Dei, qui cum Patre &c.*

XL. pag. 134. *b*. Eodem die. Exaltatio S. Crucis. Inc. *Anno ducenteſimo tertio decimo. regnante venerabile Dei magno cultore Conſtantino*. Deſ. *quicumque vero memoriam faciunt S. Crucis accipiant partem cum genitrice matre Domini Maria ad laudem Domini N. I. C. qui cum Patre &c.*

XLI. pag. 137. VI. Id. Maias. Paſſio Sanctorum martyrum Gordiani, & Epimachi. Inc. *Temporibus Iuliani impiiſſimi Imperatoris divulgati ſunt multi Chriſtiani*. Deſ. *ſanctum Epimachum ſepelierunt, in quo etiam loco beneficia eorum, ac virtutes florent uſque in hodiernum diem. ad laudem, & gloriam Domini N. I. C. cui eſt honor &c.*

XLII. pag. 138. III. Idus Maias. Paſſio Sanctorum Nerei, & Achillei. Inc. *Niſi ſtudia Catholicorum ſecuritatis ſuae ſomno quieſcerent*. Deſ. *ut poſſint innocentes ab eorum fallacia liberari; gratia Domini N. I. C. tecum. Finiunt reſcripta Nerei, & Achillei*.

XLIII. pag. 140. Eodem die. Paſſio S. Pancratii. Inc. *Temporibus Valeriani, & Gallieni fuit vir quidam apud provinciam Phrygiam in civitate Sinadam nomine Cledonius*. Deſ. *martyrizzatus eſt autem beatiſſimus Pancratius die quarto Iduum Maiarum ſub Valeriano, & Gallieno Imperatoribus, regnante vero Domino N. I. C. &c.*

XLIV. pag. 141. Paſſio Sanctarum virginum Petronillae, & Feliculae. Inc. *Petronillam itaque bene noſtis voluntatem Petri Apoſtoli clenicam* (ſic) *factam*. Deſ. *in quo orantes Dominum conſequuntur quae poſtulantur, interventu martyrii eius, qui paſſus eſt pro nomine Domini N. I. C.*

XLV. pag. 141. *b*. III. (legendum *VIII.*) Kal. Iun. Natale S. Zenobii. Eius Vita (auctore S. Laurentio Archiep. Amalphitano) cui praecedunt hi duo verſus:

Pectoris haec veſtri portu requieſcere geſtit
Pagina, vir ſplendens, quae te ſine fluctuat ecce.

Prologus inc. *Hortatui veſtrae dilectionis, amabiliſſimi fratres, auditum mentis accommodans*. Deſ. *ſed praemii ſatis eſt: itaque favente Domino vitam eius enarrare aggredior*. Vita inc. *Zenobius Florentinae Civitatis indigena, non ſolum carnis origine nobilis, ſed etiam mentis ingenuitate clariſſimus exſtitit*. Deſ. *celebratur autem feſtivitas eius VIII. Kal. Iunias ad laudem Domini N. I. C. &c.*

XLVI. pag. 45. *b*. Kal. Iunii. Paſſio S. Proculi martyris. Inc. *Paſſio, atque converſio S. Anaſtaſii, & undecim fratrum, qui cum eo de Syriae partibus profecti ſunt*. Deſ. *tunc ſuſcepit eos Leontius, & praecepit militibus ſuis, ut praeirent cum eis ad Fulgineam civitatem; & ibi foras muros civitatis non longe ab urbe capite ſunt truncati* (1).

XLVII. pag. 148. IV. Nonas Iunias. Paſſio Sanctorum Marcellini, & Petri. Inc. *Benignitas Salvatoris noſtri, martyris perſeverantia comprobata eo uſque proceſſit*. Deſ. *& ſepelivit ſub die quarto Nonas Iunias in pace. Amen.*

XLVIII. pag. 149. *b*. V. Idus Iun. Natale Sanctorum Primi, & Feliciani. Inc. *Temporibus Diocletiani, & Maximiani Imperatorum ſaeva fuerat Chriſtianis orta tempeſtas*. Deſ. *quorum natalis eſt quinto Idus Iunias, regnante Domino N. I. C. &c.*

XLIX. pag. 151. *b*. XVII. Kal. Iul. Paſſio S. Viti cum Prologo, qui inc. *Magnitudinem Dei, atque manſuetudinem veluti conſiderandam nobis propoſuit*. Deſ. *dum Chriſtum in martyre diabolum viciſſe perpendit*. Paſſio inc. *Igitur B. Vitus Lucania provincia ortus, nobili ſtirpe progenitus, ex Senatorum deſcendit proſapia*. Deſ. *cum honore Domini, qui ſanctos coronavit in caelis, atque eos prodigiis coruſcare in terris largitur. Qui vivit &c.*

L. pag. 156. *b*. XIII. Kal. Iul. Paſsio Sanctorum Gervaſii, & Protaſii. Inc. *Ambroſius ſervus Chriſti fratribus per omnem Italiam in Domino aeternam ſalutem. In divinis voluminibus reus ſcribitur &c.* Deſ. *credens me orationibus eorum conſequi miſericordiam Domini N. I. C. qui cum Patre &c.*

LI. pag. 157. *b*. VIII. Kal. Iul. Natale S. Ioannis Baptiſtae. Inc. *Poſt illum ſacrum ſanctum Domini natalis diem &c.* Sermo eſt ſub nomine S. Auguſtini, de quo ſupra pag. 388. §. LXXXII.

LII. pag. 159. Item unde ſupra. Inc. *Solemnis eſt dies hodierna F. C. &c.* ut ibid. §. LXXXIII. ſed heic finis diverſus ita habet: *linguae enim in ſignum ſunt non fidelibus, prophetia autem non fidelibus, ſed infidelibus*. In hoc enim duas circiter columnas longior eſt Sermo.

LIII. pag. 160. *b*. VI. Kal. Iul. Paſſio Sanctorum Ioannis, & Paulli. Inc. *Sub Conſtantino, Gallicano duce Romani exercitus, Perſarum gens, quae Syriam invaſerat &c.* Deſ. *cuius martyrium ex eo colitur in Civitate Hoſtienſi uſque in hodiernum diem. Amen.*

LIV. pag. 161. *b*. Item de triumpho eorum. Inc. *Igitur poſtquam Conſtantinus migravit ad caelos, & ſequuta eſt filia Conſtantina &c.* Deſ. *ipſo autem Terentio referente iſta Paſſio Sanctorum ſcripta eſt ad laudem Domini noſtri &c.*

LV. pag. 162. *b*. III. Kal. Iul. Paſſio Sancto-

(1) In Cod. ſequenti §. XL. additur poſt haec verba: *ſub die quarto iduum Decembrium, regnante D. N. &c.*

Digitized by Google

ctorum Apoſt. Petri, & Paulli. Inc. *Quum veniſſet Paullus Romam, convenerunt ad eum omnes Iudaei*. Deſ. *& poſitum eſt beatiſſimi Petri corpus in Vaticano Naumachiae, & S. Paulli in via Oſtienſe miliario ſecundo, ubi praeſtantur beneficia eorum aſſidue fideliter poſcentibus ad laudem, & gloriam Domini noſtri &c.*

LVI. pag. 167. Acta Sanctorum Apoſt. Petri & Paulli, quibus inſequens titulus praecurrit: *Ego Marcellus diſcipulus domini mei Apoſtoli Petri, quae vidi ſcripſi*. Inc. *Erat tunc temporis Romae Petrus & Paullus doctores Chriſtianorum*. Deſ. *paſſi ſunt ſub die tertia Kalendarum Iuliarum, regnante &c.* Inde incipit prologus in paſſionem S. Paulli Apoſtoli ita: *Paullus Hebraice, admirabilis, vel mitis apud Latinos interpretatur*. Deſ. *bonum eſt illis, ſi ſic permaneant, ſicut & ego*. Mox incipit Paſſio S. Paulli, & quidem ſic: *Quum veniſſent Romam Lucas a Galatia, & Titus a Dalmatia, exſpectaverunt Paullum in urbe*. Deſ. *baptizati ſunt in nomine Domini noſtri &c.*

LVII. pag. 171. *b*. v. Non. Iul. Natale SS. Proceſſi, & Martiniani. Inc. *Tempore quo Simon magus crepuit intus*. Deſ. *ubi decollati ſunt ſub die VI. Non. Iul. via Aurelia, ubi praeſtantur beneficia eorum uſque in hodiernum diem, regnante &c.*

LVIII. pag. 172. *b*. II. Non. Iul. Paſſio SS. martyrum Romuli, Marchitiani, Chariſſimi, & Creſcentii. Inc. *Quum beatus Petrus Apoſtolorum princeps Eccleſiam ſibi a Chriſto commiſſam cupiens augere &c.* Deſ. *miliario plus minus ab Vrbe uno*.

LIX. pag. 176. VI. Id. Iul. Paſſio SS. ſeptem fratrum. Inc. *Temporibus Antonini Imperatoris orta eſt ſeditio Pontificum, & Felicitas illuſtris femina cum ſeptem filiis ſuis Chriſtianiſſimis detenta eſt*. Deſ. *Chriſti amici facti ſunt in regno caelorum*.

LX. pag. 176. *b*. V. Id. Iul. Paſſio SS. Naboris, & Felicis. Inc. *Regnante impio Maximiano Imperatore in civitate Mediolanenſi erat perſecutio ingens Chriſtianorum. Erant ibi quidam milites Nabor, & Felix*. Deſ. *paſſi ſunt ſancti martyres Nabor, & Felix V. Iduum Iuliarum ſub Maximiano Imperatore, regnante &c.*

LXI. pag. 178. Vita & ambulantia viri Dei nomine Alexis die XVI. menſis Aug. Inc. *Fuit vir magnus, & nobilis Euphemianus nomine dives valde*. Deſ. *ſine dubio conſequi valeat per Dominum &c.*

LXII. pag. 180. X. Kal. Aug. Paſſio S. Apollinaris mart. Inc. *In diebus Claudii Caeſaris veniens Petrus Apoſtolus Ieſu Chriſti Nazareni*. Deſ. *martyrizzatus eſt beatiſſimus Apollinaris ſacerdos, & martyr ſub Veſpaſiano Caeſare die X. Kalendarum Auguſtarum, regnante &c.*

LXIII. pag. 183. VIII. Kal. Aug. Paſſio S. Iacobi Apoſt. Inc. *Apoſtolus D. N. I. C. Iacobus frater Ioannis Apoſtoli & Evangeliſtae omnem Iudaeam &c.* Deſ. *una hora ſimul martyr effectus perrexit ad Dominum, cui eſt honor, & gloria &c.*

LXIV. pag. 185. V. Kal. Aug. Paſſio SS. Nazarii, & Celſi. Inc. *Nazarius genitus a patre nomine Africano, & genere & patria Afer*. Deſ. *mundati ſunt confeſtim per virtutem & gratiam Domini N. I. C. cui ſit honor &c.*

LXV. pag. 187. III. Kal. Aug. Paſſio SS. Simplicii, Fauſtini, & Beatricis. Inc. *Temporibus Diocletiani, & Maximiani ſceleratiſſimorum Imperatorum multi Chriſtianorum necati ſunt in Vrbe Roma*. Deſ. *quod factum eſt Domino noſtro Ieſu Chriſto auxiliante, cui eſt honor &c.*

LXVI. pag. ead. Eodem die. Paſſio S. Felicis. Inc. *Fuit autem temporibus Conſtantini filii Conſtantini Magni Principis uſque ad Conſtantium Auguſtum Liberius quidam &c.* Deſ. *cuius natale celebratur IV. Kal. Aug. ad laudem, & gloriam Dei uſque in hodiernum diem*.

LXVII. pag. ead. *b*. III. Kal. Aug. Paſſio SS. Abdon, & Sennen. Inc. *Orta tempeſtate ſub Decio multi Chriſtianorum necati ſunt in Vrbe Roma. Praeſidente in Vrbe Roma Galba &c.* Deſ. *praeſentari nocte intra civitatem in tellure*.

LXVIII. pag. 189. *b*. IV. Non. Aug. Paſſio S. Stephani Papae. Inc. *Temporibus Valeriani, & Gallieni multi Chriſtianorum declinantes ſaevitiam tyrannorum occultabantur*. Deſ. *ordinaverunt in locum beati Stephani Epiſc. & mart. Xiſtum Epiſc. IX. Kal. Sept. Valeriano tertio, & Gallieno ſecundo Conſulibus, apud nos autem regnante Domino noſtro &c.*

LXIX. pag. 193. De miraculis de inventione corporis Beati Stephani protomartyris. Inc. *Factum eſt, quum eſſet reconditum corpus S. Stephani protomartyris Ieroſolymis &c.* Deſ. *& virtutes factae ſunt ſuper infirmos in diebus illis, in gloria Patris &c.*

LXX. pag. 194. *b*. VIII. Id. Aug. Paſſio S. Xiſti Papae, & mart. Inc. *Magnas martyrum praeclaraſque virtutes humilis attenuat potius, quam explicat ſermo*. Deſ. *ſepelierunt in coemeterio Praetextati ſub die Iduum Auguſtarum, regnante &c.*

LXXI. pag. 195. *b*. VII. Id. Aug. Paſſio S. Donati Epiſc. & mart. Inc. *Erat quidam puer in civitate Romana nomine Donatus*. Deſ. *& ſepulta ſunt iuxta civitatem Aritium in pace, regnante &c.*

LXXII. pag. 197. IV. Id. Aug. Paſſio S. Laurentii mart. Inc. *Poſtquam Beatus Xiſtus, Vrbis Romae Epiſcopus, martyrii coronam adeptus conſummavit agonem*. Deſ. *in praedio Ciriacae viduae in agro Verano IV. Iduum Auguſtarum, regnante &c.*

LXXIII. pag. 199. Idib. Aug. Paſſio S. Hippolyti mart. Inc. *Sanctus Hippolytus, & Iuſtinus presbyter quum ſepeliſſent corpus beati Laurentii ieiunaverunt*. Deſ. *rogantes omnes, ut primus a primo decollaretur; ſicque coronam martyrii percipere meruerunt, regnante &c.*

LXXIV.

LXXIV. pag. 200. *b.* Eodem die. Paſſio S. Caſſiani. Inc. *Prudentius ſicut notum eſt fidei vir* (ſic) *& religioſus dogmate, poëmatis etiam iucunditatem commendans &c.* Deſ. *eiſdemque ſententiis, quibus ſanctus Marcellus triumphum obtinere meruit martyrii.*

LXXV. pag. 201. *b.* xix. Kal. Sept. Paſſio S. Euſebii presb. Inc. *Eodem tempore, quo Liberius de exſilio revocatus fuerat a Conſtantio Auguſto.* Deſ. *& ceſſavit perſecutio, non tamen multum tempus, donante D. N. I. C. &c.*

LXXVI. p. 202. xviii. Kal. Sept. In Aſſumpt. S. Mariae. Sermo Anonymi. Inc. *Cogitis me, o Paulla, & Euſtochium &c.* Habes ſupra pag. 389. §. XCVII. ſub nomine S. Hieronymi.

LXXVII. pag. 210. In Annuntiatione S. Mariae Sermo S. Ioannis Oſaurei, ut ſupra pag. 79. §. CIII.

LXXVIII. pag. 211. Vnde ſupra Sermo S. Leonis Papae, Ibid. §. CIV.

LXXIX. pag. 212. *b.* Vnde ſupra Sermo eiuſdem. Ibid. §. CV.

LXXX. pag. 214. In Nativitate S. Mariae Sermo, ut ſupra pag. 411. §. CXXXVIII. ſub nomine S. Auguſtini.

LXXXI. p. 215. xv. Kal. Sept. Paſſio S. Agapiti mart. Inc. *Sub Rege Antiocho Pagano erat quidam puer nomine Agapitus.* Deſ. *& multi Paganorum crediderunt Deo per famulum Dei Agapitum, & per Chriſtum Dominum noſtrum, qui cum Patre &c.*

LXXXII. pag. 216. ix. Kal. Sept. Paſſio S. Bartholomaei Apoſtoli cum Prologo, qui inc. *Bartholomaeus Apoſtolus nomen ex Syra lingua ſuſcepit.* Deſ. *celebratur natale eius IX. Kal. Sept.* Paſſio inc. *Indiae tres eſſe ab Hiſtoriographis aſſeruntur.* Deſ. *& perfectis omnibus atque bene conſtabilitis migravit ad Dominum, cui eſt honor &c.*

LXXXIII. pag. 218. *b.* viii. Kal. Sept. Paſſio S. Geneſii. Inc. *Imperante Diocletiano quum ceſſaſſent per annos quatuor Eccleſiae omnes Epiſcopi.* Deſ. *quam ſententiam cum omni gaudio ſuſcepit S. Geneſius VIII. Kal. Sept. eodem Diocletiano quarto Conſule, regnante Domino N. I. C. &c.* De hiſce Actis, ac de aliis quae in Codicibus Laurentianis occurrunt, vide quae docte praefatur Io. Lamius in Prologo pag. 32. ſeqq. Libelli, cui titulus: *Atti del Martirio di S. Geneſio Romano nell'originale Latino, e col volgarizzamento allato illuſtrati con Note in queſta ſeconda edizione accreſciuta di copioſe notizie con una Lettera dell' Abate Teleſforo Benigni all' Autore. Oſimo preſſo Domenico Ant. Quercetti* 1766.

LXXXIV. pag. 219. *b.* vii. Kal. Sept. Paſſio S. Alexandri. Inc. *Quum omnium beatorum Chriſti martyrum merito bella victricia.* Deſ. *oſtendit prodigia, & vota ſupplicum complet, qui vivit &c.*

LXXXV. pag. 221. v. Kal. Sept. Natale S. Auguſtini Epiſcopi Actus, & Vita eius. Inc. *Beatiſſimus Auguſtinus ex provincia Africae civitate Thacaſtenſi parentibus honeſtis & Chriſtianis progenitus.* Deſ. *diabolicas haereticorum fraudes patefaciendo diſperdidit, adiuvante I. C. fidei noſtrae auctore, qui cum Patre &c.*

LXXXVI. pag. 226. iv. Kal. Sept. Paſſio S. Ioannis Baptiſtae. Inc. *Quintodecimo anno Tiberii Caeſaris, in quo quartus erat Pilati procurationis annus.* Deſ. *paſſus eſt autem B. Ioannes Baptiſta, & Praecurſor Domini N. I. C. IV. Kal. Sept. ipſo D. N. I. C. regnante &c.*

LXXXVII. pag. ead. *b.* Item unde ſupra. Inc. *Beatus igitur Ioannes Baptiſta dum praedicaret Iudaeis.* Deſ. *& Domino gratias de ſuis beneficiis multo latius agerent, qui vivit &c.*

LXXXVIII. pag. 227. xviii. Kal. Octobr. Paſſio S. Cornelii Papae. Inc. *Temporibus Decii Caeſaris maxima perſecutio orta eſt Chriſtianis, & praecepit Decius &c.* Deſ. *ubi hodieque orationes eorum florent, ad laudem & gloriam D. N. I. C. qui cum Patre &c.*

LXXXIX. pag. ead. *b.* Eodem die. Paſſio S. Cypriani. Inc. *Imperantibus Valeriano quater, & Gallieno ter Conſulibus III. Kal. Septembr. &c.* Deſ. *paſſus eſt autem beatiſſimus Cyprianus martyr die XVIII. Kal. Oct. ſub Valeriano, & Gallieno Imperatoribus, regnante D. N. I. C. &c.*

XC. pag. 228. *b.* Eodem die. Exaltatio S. Crucis. Inc. *Tempore illo quo Conſtantinus Auguſtus contra Maxentium tyrannum properavit ad bellum, quum ſignum ſanctae Crucis caelitus fuiſſet oſtenſum.* Deſ. *ſuſcepit miraculorum plurima incrementa, donante D. N. I. C. &c.*

XCI. pag. 230. xvi. Kal. Oct. Paſſio Sanctorum Luciae, & Geminiani. Inc. *Temporibus Diocletiani, & Maximiani anno XIII. imperii eorum in Vrbe Roma ſaeva perſecutio advenit.* Deſ. *agitur autem natalis SS. Luciae, & Geminiani ſub die XVI. Kal. Oct. in nomine Patris &c.*

XCII. pag. 233. xi. Kal. Oct. Paſſio S. Matthaei Apoſt. & Evang. Inc. *Quoniam Deo cura eſt de hominibus, & plus animarum ſollicitudinem gerit, quam corporum.* Deſ. *qui qualiter cum eis conflixerint, & ſuperaverint, in Dei nomine ſequens libellus oſtendit.*

XCIII. pag. 238. Kal. Oct. Paſſio SS. Martyrum Mauritii, Exſuperii, Candidi, Innocentii, Victoris, & ſociorum eorum, quae facta eſt ſub perſecutoribus Diocletiano, & Maximiano. Inc. *Diocletianus Auguſtus, Romanae Reipublicae Princeps, quum ad Imperium fuiſſet electus.* Deſ. *Deo debitas inceſſanter laudes reboant, cui eſt honor &c.*

XCIV. pag. 240. *b.* v. Kal. Oct. Paſſio SS. Coſmae, & Damiani. Inc. *Licet omnium Sanctorum veneranda geſta reverenter a piis animis legantur.* Deſ. *paſſi ſunt autem beatiſſimi martyres Coſmas & Damianus, Antimus, Leontius, Euprepius in Civitate Aegaea V. Kal. Oct. Agente Lyſio Praeſide, imperantibus Diocletiano, & Maximiano, apud nos autem regnante Domino noſtro &c.*

XCV. pag. 242. *b.* iii. Kal. Oct. Dedicatio B. Michaëlis Archangeli. Inc. *Memoriam B. Michaëlis Archangeli toto orbe venerandam,*

Deſ.

Digitized by Google

Deſ. *libellus in eadem Eccleſia appoſitus indicat*. Subiicitur alia lectio *De inventione Baſilicae*. Inc. *Erat in ea civitate vir praedives quidam nomine Garganus*. Deſ. *quotidie orationi vacabant*. Item alia, cuius titulus eſt: *De victoria S. Michaëlis*. Inc. *Haec inter Neapolitani paganis adhuc ritibus oberrantes*. Deſ. *quod Angeli ſunt adminiſtratorii ſpiritus in miniſterium miſſi propter eos, qui hereditatem capiunt ſalutis in Chriſto Ieſu &c.*

XCVI. pag. 244. II. Kal. Oct. Vita, vel obitus B. Hieronymi presb. Prologus brevis inc. *Pleroſque nimirum*. Deſ. *poterunt ſcire*. Vita inc. *Beatus igitur Hieronymus genere nobili ortus*. Deſ. *& ad agnitionem veritatis venire, qui cum Patre &c.* Dividitur autem in tres ſectiones.

XCVII. pag. 248. Kal. Oct. Vita, vel actus S. Remigii Rhemenſis. Inc. *Poſt vindictam ſcelerum, quae facta eſt a Domino, caede Galliarum proſequente Wandalorum crudelitatem*. Deſ. *huius ergo glorioſam venerabilemque, ac devotiſſimam cum omni gaudio celebremus diei ſollemnitatem, auxiliante &c.* Dividitur autem in duas partes, quarum altera *de miraculo translationis* inſcribitur.

XCVIII. pag. 253. *b.* VIII. Id. Oct. Paſſio S. Reparatae virg. & mart. Inc. *Sub Decio Praeſide, qui fuit perſecutor Chriſtianorum illa quaedam virgo erat nomine Reparata*. Deſ. *requievit in Domino VIII. Idus Octobris, regnante D. N. I. C.*

XCIX. pag. 254. *b.* VII. Id. Oct. Paſſio S. Domnini. Inc. *Tempore Maximiani Imperatoris facta eſt perſecutio magna ſuper Chriſtianorum genus*. Deſ. *depoſitus eſt VII. Idus Octobris, regnante &c.*

C. pag. 255. *b.* Eodem die. Paſſio S. Dionyſii mart. Inc. *Poſt beatam & glorioſam reſurrectionem D. N. I. C. qua verum Dei templum Iudaica impietate reſolutum*. Deſ. *paſſi ſunt autem beatiſſimi martyres Chriſti Dionyſius, Ruſticus, & Eleutherius VII. Idus Octobris ſub Domitiano Imperatore apud Gallias Pariſius civitatem, regnante &c.*

CI. pag. 258. Item Sermo eiuſdem (*ſic*). Inc. *Sanctam, atque glorioſam, & omni veneratione colendam beatiſſimi patris noſtri, atque paſtoris ſanctiſſimi Dionyſii nobis, dilectiſſimi fratres, hodie feſtivitatem divina pietas renovare dignata eſt*. Deſ. *martyrum precibus foveamur, iſta ipſo concedente aeterni Filio Patris, qui &c.*

CII. pag. 260. *b.* II. Id. Oct. Paſſio S. Callixti. Inc *Temporibus Macrini, & Alexandri incendio divino concremata eſt pars Capitolii*. Deſ. *ſub die quartadecima Kal. Novembr. in pace, regnante &c.*

CIII. pag. 263. XV. Kal. Novembr. Vita S. Galli. Inc. *Quum perclara ſanctiſſimi viri Columbani, qui & Columba, converſatio per omnem Hiberniam celebris haberetur*. Deſ. *cave ne omnino alicui dixeris, donec videas gloriam Dei*. Dividitur autem in ſectiones novem.

CIV. pag. 266. XV. Kal. Novembr. Natale S. Lucae Apoſt. & Evang. cum Prologo, qui inc. *Quum in divinis atque ſacris voluminibus ſtudioſe lectitando perquirerem*. Deſ. *ſubſequens ſermo declarat*. Vita inc. *Igitur glorioſiſſimus Apoſtolus, & Evangeliſta Ieſu Chriſti Lucas natione videlicet Syrus, Antiochenſis exſtitit*. Deſ. *ad fidem ac dilectionem Ieſu Chriſti Domini noſtri, quem praedicavit, confluerent, qui cum Patre &c.*

CV. pag. 268. *b.* VIII. Kal. Decembr. Paſſio S. Miniatis mart. Inc. *In illo tempore imperante impiiſſimo Decio Imperatore, qui imperavit Romanae Reipublicae anno uno, ſaeviſſima perſecutio orta eſt in Chriſtianis* (ſic). Deſ. *a Chriſtianis reconditum eſt corpus eius octavo Kalendas Novembr. regnante &c.*

CVI. pag. 270. V. Kal. Nov. Paſſio SS. Apoſtolorum Simonis, & Iudae. Prologus inc. *Simon Zelotes, qui interpretatur Zelus*. Deſ. *V. Kal. Novembr.* Vita inc. *Simon Chananaeus, & Iudas Zelotes Apoſtoli D. N. I. C. quum per revelationem Spiritus Sancti Perſidis fuiſſent regionem ingreſſi*. Deſ. *ex quibus decem libris iſta deſcripſimus initia de primo, & ultima de decimo, agentes Deo gratias, qui vivit &c.*

CVII. pag. 274. *b.* Kal. Novembr. Paſſio S. Caeſarii mart. Inc. *Tempore quo Claudius matrem ſuam necavit*. Deſ. *ubi orationes eorum efflorent uſque in hodiernum diem, regnante &c.*

CVIII. pag. 276. *b.* II. Nonas Novembr. Paſſio SS. Vitalis, & Agricolae (1). Inc. *Ambroſius ſervus Chriſti Ieſu vocatus Epiſcopus dilectiſſimis fratribus, & univerſis plebibus ſuis in Domino aeternam ſalutem. Magna martyrum, & praecelſa teſtimonia, quae attenuat noſter potius, quam explicat ſermo. Hic igitur invitatus a plebe Bononienſi &c.* Deſ. *paſſi ſunt autem SS. MM. Vitalis & Agricola in provincia Italiae in civitate Bononienſi ſub Diocletiano & Maximiano Impp. pridie Nonas Novembris, regnante &c.*

CIX. pag. 277. *b.* VI. Id. Novembr. Paſſio S. Domitillae. Inc. *Factum eſt autem, poſtquam omnes ſanctos Dei tulit &c.* Deſ. *in foro ſepelivit*.

CX. pag. 278. *b.* VI. Id. Novembr. Paſſio SS. Quatuor Coronatorum. Inc. *Tempore illo Diocletianus Auguſtus perrexit Pannoniis ad metalla &c.* Deſ. *anniverſaria recolatur dies eorum, regnante &c.*

CXI. pag. 282. V. Id. Novembr. Paſſio S. Theodori martyris. Inc. *Temporibus ſuis Maximianus, & Maximinus Imperatores miſerunt per omnem terram regni ſui edictum*. Deſ. *& variis infirmitatibus liberantur uſque in praeſentem diem ad laudem &c.*

CXII. pag. 284. IV. Id. Novembr. Vita S. Martini. Prologus inc. *Plerique mortales ſtudio & gloriae ſaeculari inaniter dediti*. Deſ. ta-

(1) Eſt pars Sermonis, quem habuit S. Ambroſius in Dedicatione Baſilicae S. Laurentii Flor. qui inter eius Opera titulum praeſefert *Libri Exhortationis Virginitatis*.

tacere, quam falſa dicere malu iſſem. Vita inc. *Igitur Martinus Sabar ae Pannon arum opp do oriundus fuit*. Deſ. *aut fieri vid mus, aut certe factum cognovimus, ſilere non auivimus*. Dividitur autem in ſectiones XXIV.

CXIII. pag. 294. Idib. Novembr. Vita S. Britii. Inc. *Igitur poſt exceſſum B. Martini, Turonicae civitatis Ep ſcopi, ſummi & incomparabil's viri, de cuius virtutibus magna apud nos volumina retinentur &c.* Deſ. *ſanctus Euſtochius ſucceſſit magnificae ſanctitatis, praeſtante &c.*

CXIV. pag. 295. XIV. Kal. Decembr. Actus, vel miraculum S. Fridiani. Inc. *Sanctus igitur, & beatiſſimus Frid anus Dei ſapientia repletus*. Deſ. *ad lau lem & ſui nominis gloriam Dominus oſtendere dignatus eſt, regnante &c.*

CXV. pag. 295. *b.* x. Kal. Decembr. Paſſio S. Caeciliae virginis. Inc. *Humanas laudes, & mortalium inſulas videmus aut aere inciſo conſcriptas &c.* Deſ. *in qua beneficia Domini exuberant ad memoriam beatae Caeciliae uſque in hodiernum diem. Amen.*

CXVI. pag. 302. *b.* IX. Kal. Decembr. Paſſio S. Clementis. Inc. *Tertius Romanae Eccleſiae praefuit Epiſcopus Clemens, qui diſciplinam Apoſtoli Petri ſequutus*. Deſ. *martyrizzatus eſt autem venerabilis Dei Clemens Epiſcopus Vrbis Romae in civitate Cherſona provinciae Lyciae die nona Kalendarum Dec. regnante &c.* Sequitur deinde narratio quaedam *de puero per totum annum ſub aqua vivo conſervato a Sancto Clemente*, quae inc. *In divinis voluminibus refertur, quod ſecretum regis abſcondere bonum eſt*. Deſ. *qui tanta mirabilia oſtendit ſervis ſuis per B. Clementem martyrem, atque Pontificem Vrbis Romae, cui eſt honor &c.*

CXVII. pag. 305. *b.* VIII. Kal Dec. Paſſio S. Chryſogoni martyris. Prologus inc. *Omnia, quae a Sanctis geſta ſunt*. Deſ *ut hoſtis incipiat te timere*. Vita inc. *Praetextati illuſtris viri filiam Anaſtaſiam*. Deſ. *ad ipſius Anaſtaſiae finem attingo, regnante &c.* Dividitur autem in tres ſectiones.

CXVIII. pag. 307. *b.* VII. Kal. Dec. Natale S. Proſperi. Inc. *Cunctis liquet fidelibus, d le ctiſſimi fratres*. Deſ. *quam* (ſc. baſilicam) *ipſe olim in honore S. Apollinaris Chriſti conſ. & mart. Deo ſacraverat, cui eſt honor &c.*

CXIX. pag. 308. VII Kal. Dec. Vita S. Proſperi Epiſc. Inc. *Cunctis liquet fidelibus*. Deſ. *Deo ſacraverat, cui eſt honor*. Animadvertendum eſt Vitam hanc eamdem eſſe quoad ſenſum, atque illam, quam innuimus §. Super. Sed multo prolixiorem, & in tres diviſam ſectiones.

CXX. pag. 311. V. Kal. Decembr. Vita S. Gaudentii. Inc. *Beatus igitur Gaudentius Yporedienſis urbis regionis Heſpiriae* (ſic), *quae vicina Alpium, Europae finis &c.* Deſ. *cuius natalitia celebramus, eo opitulante, qui cum Patre &c.*

CXXI. pag. 314. *b.* V. Kal. Dec. Paſſio S. Jacobi martyris. Inc. *Temporibus Hiſdegerdi principis Perſarum erat in regione Eluzza in civitate Belape vir quidam Iacobus nomine*. Deſ. *qui coronam victoriae ſuis tribuit martyribus, cui eſt honor &c.*

Pleraque Sanctorum Acta, ac Martyria, quae tum in hoc, tum in ſequentibus occurrunt Codicibus, invenies in Actis Sanctorum Mombritii, cuius editionem utinam prae manibus habere licuiſſet, ut cum ipſa manuſcriptorum lectionem conferre poſſemus. Hoc tamen, quod nobis denegatum eſt, ex initiis & fine ſingulorum Actorum, quae diligenter adſerimus, praeſtare per ſe quiſque poterit. Similem ferme huic noſtro Codicem habet Biblioth. Taurin. ut ex eius Catalogo Tom. II pag. 61. ſub num. CCXVIII. eruitur.

Codex membranac. Ms. in folio maximo Saec. XI. binis columnis, & grandioribus litteris exaratus, in cuius initialibus veterum Chriſtianorum ſymbola rudi penicillo depicta ſunt, ſcripturae quidem elegantiſſimae, ſed maxime mendoſae. Conſtat foliis ſcriptis 317.

HOMILIARIVM INCERTI AVCTORIS.

Seu potius

Paſſionale Sanctorum.

COntinet hic quoque antiquiſſimus Codex Acta Sanctorum, quae legebantur in Eccleſia per totius anni circulum, incipiendo ab ultima die Novembris uſque ad v. Kal. Decembris, ut in Codice ſuperiore, nimirum: *Cod. II.*

I. pag. 1. II. Kal. Decembris. Paſſio S. Andreae Apoſtoli, ut in dicto Codice ſupra pag. 583. § I.

II. pag. 3. Kal. Decembr. Nat. SS. Chryſanthi & Dariae cum Prologo, qui inc. *Hiſtoriam priorum ſanctorum ad aedificationem noſtram Deus voluit pervenire*. Deſ. *qui in Chriſto credituri ſunt profuturam*. Paſſio inc. *Polemius vir illuſtriſſimus Alexandriae urbis honoratus & primus*. Deſ. *cum multis filiis in triumpho martyrii, & gloria perpetuae coronae ſuſcepit*.

III. pag. 7. *b.* Homilia quaedam in eodem feſto recitanda. Inc. *Glorioſiſſimorum martyrum triumphos venerari piae devotionis eſt*. Deſ. *cum ſupernis civibus percipere mereamur, Per D. N. I. C. &c.*

IV pag. 8. *b.* Miraculum Sanctorum Diodori & Mariniani. Inc. *Sanctorum Diodori, & Mariniani ſociorumque eorum revelationis tempore*. Deſ. *& poſt paucos dies priſtinae eſt ſanitati redditus*. Subiicitur Carmen Elegiacum verſuum LIV. quod inc.

Stephane Sancte Papa, mea carmina ſuſcipe laetus,
Annue iam votis, Stephane Sancte Papa,

Deſ.

Laudemus numen, Spiritus Alme, tuum.

V. pag. 9. VIII. Id. Decembr. Vita S. Nicolai Epiſcopi, cui praeit prologus, ut ſupra pag. 583. §. III,

VI,

Digitized by Google

VI. pag. 16. VII. Id. Decembr. Vita S. Ambroſii, ut ibid. §. IV.

VII. pag. 22. Vita S. Zenonis Epiſc. Inc. *In provincia Italiae in civitate Verona, quia beati Zenonis acta claruerunt*. Deſ. *quod tamen fulget in Vrbe agitur, regnante &c.* Eadem ferme eſt cum illa Cod. ſuper. §. V. ſi Prologum excipias, qui heic deſideratur, & aliqua pauca in principio.

VIII. pag. 23. *b.* Vita S. Syri Epiſc. ut ibid. §. VI.

IX. pag. 26. *b.* Paſſio S. Luciae virginis. Ibid. §. VII.

X. pag. 27. *b.* Paſſio S. Thomae Apoſt. Ibid. §. VIII.

XI. pag. 32. *b.* Sermo in Natale S. Ioannis Apoſt. & Evang. Ibid. pag. 584. §. XII.

XII. pag. 35. *b.* Vita S. Silveſtri. Ibid. §. XV.

XIII. pag. 50. *b.* XIX. Kal. Febr. Natale S. Felicis presb. Inc. *Apud Nolam Campaniae beati Felicis presbyteri. Hic a Maximiano Nolanae urbis Epiſcopo presbyteri honore praeditus eſt*. Deſ. *ab Elpidio venerabili ſancto presbytero*.

XIV. pag. 51. Paſſio S. Marcelli Papae, & S. Cyriaci martyris. Ibid. §. XVII.

XV. pag. 53. *b.* Paſſio S. Sebaſtiani martyris. Ibid. pag. 585. §. XX. Dividitur autem heic in XII. ſectiones.

XVI. pag. 62. *b.* XII. Kal. Febr. Natale S. Agnetis. Ibid. §. XXI.

XVII. pag. 65. XI. Kal. Febr. Natale S. Vincentii martyris. Ibid. §. XXII.

XVIII. pag. 67. II. Kal. Febr. Natale S. Geminiani Confeſſ. Inc. *Inter plurimos Dei famulos, qui ad exemplum fidelium in hoc mundo fuerunt vitam beatam ducentes*. Deſ. *& collocat inter choros Angelorum benedictus Deus &c.* Dividitur haec Vita in ſectiones IV. & eſt eadem cum illa cit. Cod. ibid. §. XXV. licet in principio diverſa ſit, quum in hoc Codice brevius, quam in illo exordium enarrationi vitae praemittatur.

XIX. p. 69. *b.* Vita S. Severi Epiſc. & Conf. Inc. *Poſt exceſſum beatiſſimi Apollinaris beatus Severus tertiusdecimus Ravennalem cathedram ſuſcepit*. Deſ. *& immenſas Deo gratias agatis, qui eſt benedictus &c.* Dividitur autem in VI. Capita.

XX. pag. 70. *b.* Paſſio S. Blaſii martyris, ut ſupra pag. 585. §. XXVII. ubi eſt Prologus, qui heic deſideratur.

XXI. pag. 73. *b* Nonis Febr. Paſſio S. Agathae martyris. Ibid. pag. 586. §. XXIX.

XXII. pag. 75. *b.* Vita S. Iventii. Inc. *Poſt felicem obitum egregii Syri Ticinenſis Epiſcopi beatus Iventius dum peteretur tertius ad ſuſcipiendum curam Pontificii, occultari maluit*. Deſ. *virtutibus florent, atque miraculis, praeſtante &c.*

XXIII. pag. 77. XVI. Kal. Mart. Paſſio S. Valentini mart. & Epiſc. Ibid. §. XXXI.

XXIV. pag. 78. *b.* XV. Kal. Mart. Paſſio SS. Fauſtini, & Iovitae. Ibid. §. XXXII.

XXV. pag. 82. IV. Id. Mart. Vita S. Gregorii Papae. Ibid. §. XXXIII.

XXVI. pag. 85. VIII. Kal. Maias. Paſſio S. Georgii martyris. Inc. *In illis diebus regnante Datiano Imperatore facta eſt perſecutio in gentem Chriſtianorum*. Deſ. *coronatus eſt autem S. Georgius VIII. Kal. Maias, regnante &c.*

XXVII. pag. 86. VII. Kal. Maias. Paſſio S. Marci Evang. Ibid. §. XXXVI.

XXVIII. pag. 87. IV. Kal. Maias. Paſſio S. Vitalis. Ibid. §. XXXVII.

XXIX. pag. 87. *b.* Kal. Maii. Paſſio S. Philippi. Ibid. pag. 587. §. XXXVIII.

XXX. pag. 88. Eodem die. Paſſio S. Iacobi Apoſtoli. Ibid. §. XXXIX.

XXXI. pag. 88. *b.* V. Non. Maias. De Inventione S. Crucis. Prologus inc. *Poſtquam Conſtantinus Auguſtus Imperator ſacro per B. Silveſtrum lotus eſt baptiſmate*. Deſ. *& in hoc loco translationis noſtrae finem imponat*. Narratio inc. *Perrexit autem Helena ad Hieroſolymam*. Definit ut in cit. Codice, ibidem §. XL. cum quo concordat, ſi Prologum excipias, qui in illo deſideratur, & pauca quaedam in principio enarrationis.

XXXII. pag. 91. *b.* Eodem die. Paſſio SS. Alexandri, Eventii, & Theoduli. Inc. *Quinto loco a B. Petro Apoſtolo in Romanae Vrbis Eccleſiae Cathedra ſedit Alexander &c.* Deſ. *ſanctorum autem ipſorum natalis eſt V. Nonas Maias; benedictus Deus &c.*

XXXIII. pag. 94 VI. Id. Maias. Natale SS. Gordiani, & Epimachi. Ibid. §. XLI.

XXXIV. pag. 95. *b.* IV. Id. Maias. Paſſio SS. martyrum Nerei, & Achillei. Ibid. § XLII.

XXXV. p. 97. Scripta (ſeu *Epiſtola*) S. Marcellini Papae. Inſcrib. & inc. *Marcellus ſervus Chriſti ſanctis confeſſoribus Nereo, & Achilleo. Lectis litteris veſtris gaudio ſum plenus*. Deſ. *breviter intimabo*.

XXXVI. pag. 98. Paſſio SS. virginum Petronillae, & Feliculae. Ibid. §. XLIV.

XXXVII. pag. 98. *b.* Eodem die. Paſſio S. Pancratii martyris. Ibid. §. XLIII.

XXXVIII. pag. 99. VIII. Kal. Iun. Vita S. Zenobii Conf. Ibid. §. XLV. ſed heic abeſt Prologus.

XXXIX. pag. 102. *b.* Kal. Iun. Natale S. Petronillae virginis. Eſt eadem quae ſupra §. XXXVI. iterum repetita.

XL. pag 103. Kal. Iun. Natale S. Proculi mart. & ſociorum eius, ut ſupra pag. 588. §. XLVI.

XLI. pag. 104. IV. Nonas Iun. Natale S. Marcellini presbyteri, Petri, atque Eraſmi. Ibid. §. XLVII.

XLII. pag. 106. *b.* In Natale SS. martyrum Primi, & Feliciani. Ibid. §. XLVIII.

XLIII. pag. 108. Paſſio SS. martyrum Viti, & Modeſti. Ibid. §. XLIX. ſed heic deeſt Prologus.

XLIV. pag. 112. XIII. Kal. Iul. Paſſio SS. Gervaſii, & Protaſii. Ibid. §. L.

XLV. pag. 112. *b* VI. Kal. Iul. Paſſio SS. Ioannis, & Paulli. Ibid. §. LIII. & LIV. heic enim coniunguntur.

XLVI. pag. 114. *b*. In Natale Apoſt. Petri, & Paulli. Ibid. pag. 589. §. LV.

XLVII. pag. 119. In Natale eorumdem Sermo S. Aug. Epiſc. Inc. *Audiamus F. C. hunc piſcatorem principem omnium Apoſtolorum, qui fideli reſponſo meruit ianitor eſſe regni caelorum*. Deſ. *ſed virtutes eorum ubique exerceantur in Chriſto Ieſu Domino noſtro*.

XLVIII. pag. 119. *b*. Sermo in Cathedra S. Petri Apoſt. Inc. *Inſtitutio ſolemnitatis hodiernae &c.* Deſ. *non morientem quippe mortificat, qui iuſtum damnat, & non viventem vivificare nectitur* (ſic) *qui peccatorem ſolvere conatur*. Exſtat & ſupra pag. 78. §. XCVIII.

XLIX. pag. 120. Sermo S. Aug. Epiſc. Inc. *Natale primae Cathedrae S. Petri Apoſt. hodie eſt, quod pia devotione ſancta celebrat Eccleſia*. Deſ. *ad homines ſalubriter capiendos aſſumitur*.

L. pag. ead. Sermo in Natale S. Paulli Apoſt. ut ſupra pag. 409. §. CXX. ſub nomine S. Ioannis Oſaurei.

LI. pag. 121. *b*. V. Nonas Iul. In celebratione S. Paulli Apoſt. Inc. *Paullus Hebraice, admirabilis &c.* Eſt tantummodo Prologus in Paſſionem S. Paulli, quem vide ſupra pag. 589. §. LVI.

LII. pag. 122. Sermo in celebratione S. Paulli Apoſt. Inc. *Quum veniſſent &c.* Ibid. §. eodem, ubi inſcrib. *Paſſio Sancti Paulli*.

LIII. pag. 125. In Natale SS. Proceſſi, & Martiniani. Ibid. § LVII.

LIV pag. 126. II. Nonas Iul. Paſſio SS. Romuli, Marchitiani, Chariſſimi, & Creſcentiani martyrum. Ibid. §. LVIII.

LV. pag. 129. VI. Id. Iul. Paſſio SS. ſeptem Fratrum. Ibid. §. LIX.

LVI. pag. 129. *b*. IV. Id. Iul. Paſſio SS. Naboris, & Felicis. Ibid. §. LX.

LVII. pag. 131. Vita S. Alexii Conf. Ibid. §. LXI.

LVIII. pag. 132. *b*. In Natale S. Praxedis. Inc. *Virgo venerabilis Praxedis habitavit in titulo ſupradicto afflicta propter tranſitum germanae ſuae Potentianae*. Deſ. *cuius corpus ego Paſtor presbyter ſepelivi iuxta patrem ſuum in coemeterio Priſcillae via Salaria, ubi hodie florent orationes Sanctorum in ſaecula ſaeculorum*.

LIX. pag. 133. In Natale S. Mariae Magdalenae, ut ſupra pag. 392. §. CXXXVI.

LX. pag. 133. *b*. X. Kal. Aug. Paſſio S. Apollinaris martyris, ut ſupra pag. 589. §. LXII.

LXI. pag. 137. VIII. Kal. Aug. Paſſio S. Iacobi Apoſt. Ibid. §. LXIII.

LXII. pag. 138. *b*. Paſſio SS. Nazarii, & Celſi. Ibid. pag. 590. §. LXIV.

LXIII. pag. 140. Paſſio SS. Simplicii, Fauſtini. & Beatricis. Ibid. §. LXV.

LXIV. pag. 140. *b*. Paſſio S. Felicis martyris. Ibid. §. LXVI.

LXV. pag. 141. X. Kal. Mart. (1) Paſſio SS. Polocronii (*ſic*) Epiſc. & ſociorum eius. Inc. *Orta tempeſtate ſub Decio multi Chriſtianorum necati ſunt*. Deſ. *praeſentari noctu intra civitatem in tellure*. Ibid. §. LXVII. ubi titulus eſt: *Paſſio SS. Abdon & Sennen*. Heic vero eraſa antiqua ſcriptura, adiectum eſt nomen *Polocronii &c.* ut ſupra retulimus.

LXVI. p. 143. Paſſio SS. Neemeſii (*ſic*); & ſociorum eius. Inc. *Temporibus Valeriani & Gallieni multi Chriſtianorum*. Deſ. *Valeriano tertio, & Gallieno ſecundo Conſulibus &c.* Ibid. §. LXVIII. ubi inſcribitur: *Paſſio S. Stephani Papae*. Heic vero eraſo antiquo titulo, ſupra relatus ſubſtitutus eſt.

LXVII. pag. 145. In S. Stephani Papae & martyris. Inc. *Poſt multos etiam dies factum eſt, ut Valerianus, & Gallienus nefandiſſimi perſecutores nominis Chriſtiani ſummo requirerent ſtudio B. Stephanum*. Deſ. *coadunataque Eccleſia Chriſtianorum ordinaverunt in locum B. Stephani Epiſc. & mart. Xiſtum Epiſcopum IX. Kal. Sept. Valeriano ter, & Gallieno bis Conſulibus, apud nos autem regnante &c.*

LXVIII. pag. 146. III. Nonas Aug. Inventio S. Stephani protomartyris. Inc. *Lucianus Dei miſericordia indigens, & omnium hominum minimus, presbyter Eccleſiae Dei, quae eſt in villa Caphargamalis &c. Viſio quae apparuit &c.* Deſ. *& propter caeleſtem eius theſaurum miſericordiae, & pietatis in quem periclitans Deo aperire dignatus eſt in Domino I. C. cum Spiritu Sancto, cui eſt honor &c.*

LXIX. pag. 147. *b*. VIII. Id. Aug. Paſſio S. Xiſti Epiſc. ut in cit. Cod. §. LXX. ſupra pag. 590.

LXX. pag. 148. *b*. Paſſio S. Donati Epiſc. Ibid. § LXXI.

LXXI. pag. 150. Item alia de eodem. Inc. *Temporibus Theodoſii Principis in provincia Ephirum* (ſic), *& aveteris* (ſic) *civitatem &c.* Deſ. *& deſignavit Oratorii domum ſibi ad ſepulturam*.

LXXII. pag. 151. IV. Id. Aug. Paſsio S. Laurentii martyris. Ibid. §. LXXII.

LXXIII. pag. 153. V. Id. Aug. Paſſio S. Hippolyti, Caſſiani, & ſociorum eorum. Ibid. §. LXXIII. & LXXIV. Heic enim coniunguntur.

LXXIV. p. 154. *b*. Paſſio S. Euſebii Papae. Inc. *Igitur quum evolutis multorum temporum metis Arianorum deteſtanda perfidia totam cum univerſo mundo Italiam perturbaſſet &c.* Deſ. *martyrizzati ſunt autem ſimul admirabiles Chriſti triumphatores nono Kalendarum Auguſtarum ſub Antiocho Rege, & Conſtantio Principe, regnante &c.*

LXXV. pag. 155. Paſſio S. Agapiti mart. Ibid. pag. 591. §. LXXXI.

LXXVI. pag. 156. Paſſio S. Bartholomaei Apoſt. Ibid. §. LXXXII. ſed heic deeſt Prologus.

LXXVII. pag. 158. *b*. Paſſio S. Geneſii martyris. Ibid. §. LXXXIII. Heic tamen diverſe incipit. LXXVIII.

(1) Haec verba *X. Kal. Mart.* addita ſunt ab alia recentiori manu.

Digitized by Google

LXXVIII. pag. 159. *b.* VII. Kal. Sept. Paſſio S. Alexandri martyris. Ibid. §. LXXXIV.

LXXIX. pag. 161. v. Kal. Sept. Vita S. Auguſtini Epiſc. Inc. *Inſpirante rerum omnium factore, & gubernatore Deo memor propoſiti.* Deſ. *Eccleſiae bibliothecam & codices tam ſui tractatus, quam aliorum Sanctorum dereliquit, praeſtante &c.*

LXXX. pag. 161. *b.* IV. Kal. Sept. Sermones duo in Decollationem S. Ioannis Baptiſtae. Ibid. p. 592. §. LXXXVI. & LXXXVII.

LXXXI. pag. 162. IV. Nonas Sept. Natale S. Antonini martyris, cum Prologo, qui inc. *Quaecumque de SS. ac beatiſſimorum martyrum mirabilibus recitanda ſunt.* Deſ. *flectimus articulum.* Paſſio inc. *Igitur reverentiſſimus puer Antoninus Appamiae oppido exſtitit oriundus.* Deſ. *magnificemus ergo D. N. I. C. ſalvatorem ac recuperatorem omnium, qui cum Patre &c.* Dividitur autem in duas ſectiones.

LXXXII. pag. 165. III. Id. Sept. Paſſio B. Eugeniae martyris, & SS. martyrum Proti, & Hiacynthi. Inc. *Imperator Commodus ſeptimo Conſulatu ſuo illuſtrem virum Philippum direxit ad Aegyptum, ut Praefecturam Alexandriae ageret.* Deſ. *cum bono vitae profectu ad ſiderea regna migraverunt, regnante &c.* Haec quoque in duas ſectiones diviſa eſt.

LXXXIII. pag. 168. *b.* Paſſio S. Cornelii Papae. Ibid. §. LXXXVIII.

LXXXIV. pag. 169. Eodem die. Paſſio S. Cypriani Epiſc. & mart. Ibid. §. LXXXIX.

LXXXV. pag. 169. *b.* Eodem die. Exaltatio S. Crucis. Ibid. §. XC.

LXXXVI. pag. 170. *b.* Paſſio S. Euphemiae martyris, & virginis, quae paſſa eſt ſub Diocletiano Imperatore, Proconſule autem Priſco. Inc. *In Europa erat congregatio magna Chriſtianorum in civitate Chalcedonia.* Deſ. *completum eſt autem martyrium eius XVI. Kal. Oct. ſub Diocletiano Imp. Proconſule autem Priſco, regnante &c.*

LXXXVII. pag. 171. *b.* Eodem die. Natale SS. Luciae, & Geminiani. Inc. *Imperatore Diocletiano, iudicibus Abſraſio, & Megaſio manſerat autem beata Lucia &c.* Deſ. *& ut decuit martyres ſepelivit.*

LXXXVIII. pag. 172. Paſſio S. Matthaei Apoſt. & Evang. Ibid. §. XCII.

LXXXIX. pag. 175. *b.* Paſſio SS. Mauritii, Exſuperii, Candidi, Innocentii, Victoris, & ſociorum eorum &c. Ibid. §. XCIII.

XC. pag. 177. *b.* Paſſio SS. martyrum Coſmae, & Damiani. Ibid. §. XCIV.

XCI. pag. 179. In Dedicatione B. Michaëlis Archang. Ibid. §. XCV. ſed heic nulli ſunt tituli.

XCII. pag. 180. Pridie Kal. Oct. Vita S. Hieronymi presb. cum Prologo. Ibid. pag. 593. §. XCVI. ſed heic in duas tantum ſectiones diviſa eſt.

XCIII. pag. 183. *b.* Kal. Oct. Textus vitae, & actuum, atque obitus S. Remigii Rhemorum Archiep. Ibid. §. XCVII. Heic autem in tres ſectiones dividitur.

XCIV. pag. 187. *b.* Paſſio S. Reparatae virg. & mart. Ibid. §. XCVIII.

XCV. pag. 188. Paſſio S. Domnini mart. Ibid. §. XCIX.

XCVI. pag. 189. Eodem die. Paſſio SS. Dionyſii, Ruſtici, & Eleutherii. Ibid. §. C. ſed heic deſunt illa verba *apud Gallias Pariſius civitatem.*

XCVII. pag. 191. Paſſio S. Callixti Papae & mart. Ibid. §. CII.

XCVIII. pag. 192. *b.* Natale S. Lucae Evang. cum Prologo. Ibid. p. 594. §. CIV.

XCIX. pag. 194. Paſſio S. Miniatis mart. Ibid. §. CV.

C. pag. 195. *b.* Paſſio SS. Apoſtolorum Simonis, & Iudae. Ibid. §. CVI. ſed heic deeſt Prologus.

CI. pag. 198. *b.* In Feſtivitate Omnium Sanctorum. Inc. *Legimus in Eccleſiaſticis hiſtoriis, quod S. Bonifatius, qui quartus a Beato Gregorio Romanae Vrbis Epiſcopatum tenebat.* Deſ. *de quibus loquimur toto corde tendamus, ut cum ipſis poſtmodum in aeterna ſaecula gaudere mereamur. Per eum qui vivit &c.* In octo autem partes dividitur Lectio.

CII. pag. 200. *b.* Eodem die. Paſſio S. Caeſarii mart. Ibid. §. CVII. ſed heic finis diverſus; definit enim: *& ſepelivit iuxta Terracinam civitatem ſub die Calendarum Novembrium, regnante &c.*

CIII. pag. 201. *b.* Revelatio Beatorum mart. Vitalis, & Agricolae. Ibid. §. CVIII.

CIV. pag. 202. Paſſio SS. martyrum Claudii, Nicoſtrati, Caſtorii, Symphroniani &c. Ibid. § CX. ubi titulus eſt *Paſſio ſanctorum Quatuor Coronatorum.*

CV. p. 205. Paſſio Icone (*ſic*) Domini Noſtri Ieſu Chriſti (ſcilicet *Beritenſis*). Prologus inc. *Apud Caeſaream Cappadociae urbem maximam convenientes de plurimis Aſiae urbibus ſanctiſſimi Praeſules.* Deſ. *eſt autem huiuſmodi ſeries narrationis illius.* Narratio inc. *Quaedam civitas eſt infra terminos Tyri & Sidonis poſita Berintus vocata.* Deſ. *& qui aliter crediderit, vel ſenſerit, a liminibus ipſius ſanctae procul pellatur Eccleſiae. Chriſto itaque &c.*

CVI. pag. 207. *b.* Paſſio S. Theodori mart. Ibid. §. CXI.

CVII. pag. 209. Vita S Martini cum Prologo. Ibid. §. CXII. Heic autem eſt multo brevior; definit enim in verbis: *Ipſe eſt enim laus illius, cuius laus ab eius ore numquam receſſit; nam nos utinam vel ſimplicem poſſimus hiſtoriam explicare.* Continet ſectiones XIII.

CVIII. pag. 215. *b.* Vita S. Britii Epiſc. & Conf. Ibid. pag. 595. §. CXIII.

CIX. pag. 216. XV. Kal. Decembr. Vita S. Eugenii Epiſc. & Conf. Inc. *Quum orta fuiſſet perſecutio in Chriſtianos ab impiiſſimo Honorio Rege gentis Vandalorum apud urbem Carthaginenſem.* Deſ. *ibique corpus eius in pace quieſcit. Sanctus Eugenius placeat memorato nomine dici ipſe ſuper maria reſidens vicus Vadenſis Liguriae in ſaecula ſaeculorum. Amen.*

CX. pag. 217. *b.* Vita S. Fridiani Epiſc. & Conf. Inc. *Summae Trinitati Patri, Filioque, Spi-*

Digitized by Google

Spiritui Sancto omnis creatura laudes debitas reddat. Deſ. *videntes mirabilia, quae per famulum ſuum Deus operari dignatus eſt, feretrum, quo puella iacebat in alium locum transtulerunt*.

CXI. pag. 219. *b*. Vita S. Columbani Abbatis. Inc. *Columbanus etenim, qui Columba ortus Hibernia Inſula extremo Oceano ſita*, Deſ. *quam qui ſumpſerit, eſuriem neſciat in aevum*.

CXII. pag. 221. x. Kal. Decembr. Paſſio S. Caeciliae virginis cum prooemio, ut in cit. Cod. pag. 595. §. CXV. ubi tamen praefatio non diſtinguitur a vita. In fine vero ſubiiciuntur haec: *martyrizzata eſt autem beatiſſima Caecilia ſub die X. Kal. Decembr. paſſa eſt autem beata virgo Caecilia temporibus Marci Aurelii, & Commodi Imperatorum, regnante &c.*

CXIII. pag. 226. *b*. VIII. Kal. Decembr. Paſſio S. Clementis Epiſc. & mart. Ibid. §. CXVI.

CXIV. pag. 229. VIII. Kal. Decembr. Paſſio S. Chryſogoni martyris cum Prologo, ut in cit. Cod. ibid. §. CXVII. Heic vero ſtatim poſt S. Chryſogoni Paſſionem ſubſequuntur Acta SS. Cyoniae, Irenae, Agapes, & Anaſtaſiae, quorum initium eſt: *Sanctarum itaque Cyoniae, Irenae, & Agapes Diocletianus rumore comperto, iuſſit eas ſuis obtutibus praeſentari*, Finis: *depoſita eſt autem* (ſc. Anaſtaſia) *poſteaquam baſilica fabricata eſt in domo Apolloniae VII. Id. Sept. in eadem baſilica, in qua operatur beneficia ſua Dominus ad laudem nominis ſui uſque in finem ſaeculi, Amen*.

CXV. pag. 235. Vita S. Proſperi Epiſc. & Confeſſoris. Ibid. § CXIX.

CXVI. pag. 237. *b*. Vita S. Gaudentii. Ibid. §. CXX.

CXVII. pag. 240. *b*. Paſſio S. Iacobi Intercisi. Ibid. §. CXXI.

CXVIII. pag. 243. Paſſio S. Barbarae virg. & mart. Inc. *In diebus illis ſub Imperatore Maximiano, Praeſide autem Martiano erat quidam vir &c.* Deſ. *martyrizzata eſt autem beatiſſima Chriſti* (ſic) *Barbara ſub Imperatore Maximiano, agente Martiano Praeſide, in civitate Nicomedia die IV. menſis Decembris, regnante &c.*

CXIX. pag. 244. Vita S. Dalmatii Epiſc. & Conf. Inc. *Quum ſancta Domini pietas, & caeleſte auxilium beatiſſimorum Apoſtolorum, Martyrum, & Confeſſorum &c.* Deſ. *ipſe vobis audientibus det gratiam, & mihi praeſumpto tribuat veniam, praeſtante &c.* ut ſupra pag. 583. §. II.

CXX. pag. 246. *b*. Paſſio S. Eulaliae virg. Inc. *In Barchilona civitate provinciae Spaniae ſub Datiano Praeſide ſaeva fuerat Chriſtianis orta tempeſtas*. Deſ. *martyrizzata eſt autem beatiſſima Eulalia in Barchilona civitate Id. Februarii* (1) *ſub Datiano Praeſide, regnante &c.*

CXXI. pag. 247. Vita S. Hilarii Epiſc. & Conf. Prologus inc. *Domino ſancto, & meritis beatiſſimo patri Paſcentio Papae Fortunatus. Religioſi ſtudio pectoris ſollicitante commonitus*. Deſ. *nunc de eius vita proponimus*. Vita inc. *Igitur B. Hilarius Pictavorum urbis Epiſcopus*. Deſ. *ut de ſe legere populum brevitas plus invitet*.

CXXII. pag. 251. Paſſio SS. mart. Marii, & Marthae, Audifacis, & Abbacum. Inc. *Temporibus Claudii Imperatoris venit quidam vir de Perſide partibus cum uxore ſua & filiis*. Deſ. *Martha vero levavit de puteo, & iunxit corporibus ſanctis ſub die XIII. Kal. Febr. ubi praeſtantur beneficia Domini N. I. C. uſque in hodiernum diem. regnante &c.*

CXXIII. pag. 252. *b*. Vita S. Matthiae Apoſt. Prologus inc. *Matthias Hebraice, Latine dicitur donatus*. Deſ. *fuit enim de ſeptuaginta diſcipulis unus*. Vita inc. *Inclytam, & glorioſam feſtivitatem B. Matthiae Apoſtoli*. Deſ. *migravit ad Dominum Ieſum Chriſtum VI. Kal. Martii, qui cum Patre &c.*

CXXIV. pag. 255. *b*. Paſſio SS. martyrum Laurentini, & Pergentini. Inc. *In diebus Decii Caeſaris Vrbis Romae multae perſecutiones erant adverſus Chriſtianos*. Deſ. *paſſi ſunt autem beatiſſimi martyres Chriſti Laurentinus, & Pergentinus ſub Decio Imperatore in civitate Aretina III. Nonas Iunii, regnante &c.*

CXXV. pag. 256. *b*. Vita B. Barnabae Apoſt. Prologus inc. *Barnabas Hebraice, Latine interpretatur filius prophetae*. Deſ. *cuius nativitas celebratur III. Id. Iunii*. Vita inc. *Redemptor, & Salvator Dominus noſter Ieſus Chriſtus antequam interitu Satanae triumphans victor*. Deſ. *ſenſum magis, quam verba ſequentes fideliter declaremus*.

CXXVI. pag. 258. *b*. Paſſio beatiſſimi Barnabae Apoſtoli, quae de Graeco in Latinum translata eſt per Iohannem, qui & Marcus vocatur. Inc. *Iohannes igitur, qui & Marcus dicitur, famulus Domini Ieſu Chriſti, diſcipulus vero ſanctorum Apoſtolorum Paulli & Barnabae, myſtica Dei opera &c.* Deſ. *atque cum hymnis, & laudibus mirifice collocatum eſt ad honorem &c.*

Codex membranaceus Ms. in folio maximo Saec. XI. binis columnis, & grandiori charactere exaratus, cum initialibus, ut in Codice praecedenti, depictis, ac quatuor ultimis foliis manu recentiori ſuppletus. Conſtat foliis ſcriptis 260. In pagina, quae in fine vacua ſupererat, maioribus litteris poſtea eraſis, ſcriptum erat, ut ex veſtigiis eruitur: *Homelie volume ſecondo di Bartol. d'Antonio di Bartolello Canacci*.

HO-

(1) Haec verba *Id. Februarii* ſubſtituta ſunt, eraſa antiqua ſcriptura.

Digitized by Google

HOMILIARIVM INCERTI AVCTORIS.

Seu potius

Paſſionale Sanctorum.

Cod. III. I. pag. 1. PAſſio S. Philippi Apoſt. Prologus inc. *Philippus, qui interpretatur os lampadis.* Deſ. *cuius natalis Kal. Maii celebratur.* Paſſio inc. *Poſt adſcenſionem Domini, & Salvatoris Philippus Apoſtolus per annos viginti inſtanter praedicavit gentibus per Scythiam Evangelium.* Deſ. *ubi praeſtantur populo beneficia Dei, orante Apoſtolo Philippo, omnibus qui credunt in Domino Ieſu Chriſto, cui eſt honor &c.*

II. pag. ead. *b.* Paſſio S. Iacobi. Prologus inc. *Iacobus frater Domini, Hieroſolymorum primus Epiſcopus.* Deſ. *ordinatio vero VI. Kal. Ianuar.* Paſſio inc. *Iacobus, qui dicebatur frater Domini, qui & Iuſtus cognominatus eſt ab antiquis.* Deſ. *quoniam ipſorum eſt regnum caelorum, ipſo adiuvante &c.*

III. pag. 3. VI. Nonas Maii. Paſſio S. Sigiſmundi Regis, & mart. Inc. *Tempore Tiberii ſenioris Auguſti, qui ſicut reliquas regiones, ita Gallias Auſoniamque regebat.* Deſ. *paſſus eſt autem S. Sigiſmundus Rex, & martyr VI. Nonas Maii, regnante &c.*

IV. pag. 4. *b.* Paſſio SS. martyrum Alexandri, Eventii, & Theoduli, ut in Cod. II. huius Plutei ſupra pag. 598. §. XXXII.

V. pag. 8. Tractatus Inventionis S. Crucis. Inc. *Anno ducenteſimo trigeſimo ſexto a deſtructione templi & everſione Ieruſalem a Veſpaſiano & Tito filio eius, regnante piiſſimo Conſtantino Auguſto &c.* Deſ. *quicumque vero commemorationem huius diei faciunt, mereantur accipere indulgentiam peccatorum, & accipiant partem cum genitrice Maria matre Domini noſtri &c.* Huic ferme ſimilis eſt, quem in Codice I. recenſuimus ſupra pag. 58*. §. XL.

VI. pag. 11. IV. Non. Maii. Paſſio S. Seneſii mart. Inc. *Dum ſaeviſſimorum paganorum iniqua perſecutio Chriſti milites atque ſervos diverſis ſuppliciis exacerbaret.* Deſ. *& Lucana civitas meritis eiuſdem protegitur, atque defenditur. Per Dominum &c.* In novem autem ſectiones diviſa eſt.

VII. pag. 13. *b.* VI. Id. Maii. Paſſio S. Gordiani mart. ut ibid. §. XLI.

VIII. pag. 15. Eodem die. Paſſio S. Chriſtinae Virginis. Inc. *Erat quaedam ſacra, & ſancta puella de Tyro nomine Chriſtina.* Deſ. *conſummata eſt autem S. Chriſtina VIII. Kal. Aug. in civitate Tyro, regnante &c.* Dividitur autem in Sectiones III.

IX. pag. 20. IV. Id. Maii. Paſſio SS. martyrum Nerei, & Achillei, ut in Cod. II. ſupra pag. 598. §. XXXIV.

X. pag. 23. De obitu Petronillae, & de paſſione Feliculae, ut ibid. §. XXXVI.

XI. pag. 23. *b.* Reſcripta de paſſione eorumdem Nerei, & Achillei incipiunt: *Eutices, Victorinus, & Maro ſervi Domini noſtri Ieſu Chriſti Marcello. Sic veverum litterae tuae ad ſanctos Dei Nereum, & Achilleum.* Deſ. *Eccleſiam Chriſti fabricaverunt in nomine eius, in qua praeſtantur beneficia Domini uſque in hodiernum diem.*

XII. pag. 24. *b.* IV. Id Maii. Paſſio S. Pancratii mart. ut ſupra pag. 587. §. XLIII.

XIII. pag. 25. Vita S. Theodori Epiſc. & Conf. Inc. *Sancti Theodori Confeſſoris, atque Pontificis hodiernae feſtivitatis memoriae traditur, cui ſecure in eius laudibus tota conditio populi Lucanae civitatis meritis exornatur.* Deſ. *eius intercedentibus meritis omnium piaminum ſquallore mereamur purgari; quod ipſe praeſtare dignetur, qui cum Patre &c.*

XIV. pag. 27. Natale SS. Iuſti, & Clementis. Inc. *Ad honorem Sanctae, & individuae Trinitatis loquendum eſt de duobus viris, qui laicaliter converſantes &c.* Deſ. *migraverunt de hoc caduco, & infido ſaeculo, regnante Domino noſtro &c.* Dividitur in ſectiones VI.

XV. pag. 29. *b.* XI. Kal. Iunii. Vita Sanctae Iuliae virg. & mart. coniuncta cum ipſo Prologo. Inc. *Scriptum eſt, I. C. narrabunt ea filiis ſuis &c.* Deſ. *geſta ſunt autem haec XI. Kal. Iunii in hoc loco, ubi florent orationes ſanctorum ad laudem Domini &c.*

XVI. pag. 30. *b.* Paſſio S. Vrbani Papae Romanae Vrbis, & aliorum Sanctorum. Inc. *Vrbanus Epiſcopus natione Romanus ex nobiliſſima proſapia ortus eſt.* Deſ. *ad quorum venerabiles ſepulturas multa patrantur mirabilia uſque in praeſentem diem ad honorem Salvatoris noſtri &c.*

XVII. pag. 42. *b.* IV. Non. Iunii. Paſſio SS. mart. Marcellini, & Petri, ut ſupra pag. 588 §. XLVII.

XVIII. pag. 44. *b.* V. Idus Iunii. Paſſio SS. martyrum Primi, & Feliciani, ut ibid. §. XLVIII. ſed heic in fine legitur *ſexto* pro *quinto*.

XIX. pag. 47. III. Id. Iunii. Vita B. Barnabae Apoſtoli ut ſupra pag. 604. §. CXXV. ſed heic deſideratur Prologus.

XX. pag. 49. Paſſio eiuſdem de Graeco in Latinum tranſlata per Iohannem, qui & Marcus vocatur. Ibid. §. CXXVI.

XXI. pag. 51. XVII. Kal. Iul. Paſsio S. Viti mart. ut in Cod. I. pag. 589. §. XLIX.

XXII. pag. 56. *b.* XIII. Kal. Iul. Paſsio SS. martyrum Gervaſii, & Protaſii, ut ibid. §. L.

XXIII. pag. 57. *b.* VII. Kal. Iul. Vita S. Paullini. Inc. *Domino illuſtri, & in Chriſto merito venerabili Pacato Vranius presbyter in Chriſto ſalutem. Litteris nobilitatis tuae iterata vice ſollicitor, ut tibi obitum Sancti Paullini fideliter referam.* Deſ. *qua ſi Chriſto placuerit continuo navigare diſpono.* Dividitur autem in ſectiones duas.

XXIV. pag. 60. *b.* VIII. Kal. Iul. Nativitas S. Ioannis Baptiſtae. Sermo S. Auguſtini Epiſc. ut ſupra pag. 388. §. LXXXII.

XXV.

Digitized by Google

XXV. pag. 62. Eiuſdem alius Sermo, ut ſupra pag. 408. §. CVIII.

XXVI. pag. 63. Eiuſdem alius Sermo, ut ibid. §. CIX.

XXVII. pag. 63. *b.* Item alius Sermo S Ambroſii Archiep. ut ſupra pag. 109. §. LXX.

XXVIII. pag. 64. Item alius Sermo eiuſdem. Inc. *S. Ioannis iudicis noſtri mox verbi divini myſterii Chriſtianae religionis ac fidei natalis ſui feſtivitas hodie ubique celebratur*. Deſ. *& pater, qui erat mutus, loquutus eſt verbum, aux[ilia]nte &c.*

XXIX. pag. 65. vi. Kal. Iul. Paſsio SS. mart. Ioannis. & Paulli, ut ſupra pag. 588. §. LIII. & LIV.

XXX. pag. 67. Vita S. Leonis Papae. Inc. *Leo natione Romanus ex patre Atualdo ſedit annos VIII. menſes III. dies VI.* Deſ. *cum effigie hominis gerentis in capite gemmas praxinas quintas.*

XXXI. pag. 68. Sermo in laudem S. Leonis. Inc. *Ad laudem ſancti, ac beatiſſimi iſtius patris noſtri Leonis, cuius hodie feſta celebramus laudis addidiſſe aliquid &c.* Deſ. *atque in eius amore, pro cuius heic congregati ſumus, in ſuo ſervitio perdurare, praeſtante &c.*

XXXII. pag. 69. Paſsio SS. Apoſt. Petri, & Paulli, cum duobus Prologis. Primus inc. *Simon, qui interpretatur obediens*. Deſ. *cuius natalis III. Kal. Iulii celebratur*. Secundus inc. *Paullus, qui interpretatur pius*. Deſ. *ibique ſepultus eſt*. Paſsio inc. *Quum veniſſet Paullus Romam &c.* ut ſupra pag. 589. §. LV.

XXXIII. pag. 74. *b.* Vita, vel actus, ſive Paſsio B. Petri Apoſtolorum principis feliciter edita a B. Lino Epiſc. Papa Romanae Vrbis, in duodecim ſectiones diviſa. Inc. *Licet plurima de Apoſtolicis ſignis ſacra Evangeliorum, vel illa, quae ab ipſis actibus nomen accepit, narret hiſtoria*. Deſ. *tunc & Paullus Apoſtolus Romam veniens Chriſtum Dominum praedicabat.*

XXXIV. pag. 78. *b.* In paſsione S. Petri Apoſt. Praecedit Prologus. qui idem eſt cum illo, quem innuimus paullo ante §. XXXII. in primo loco. Paſsio vero, quae dividitur in ſeptem ſectiones, inc. *Tempore igitur Neronis Caeſaris erant Romae ſalutiferi Doctores Chriſtianorum Petrus & Paullus Apoſtoli*. Deſ. *quorum fides, ac devotio meritis S. Petri ex omni parte confirmata eſt, in nomine Domini Patris omnipotentis &c.*

XXXV. pag. 81. Paſsio SS. Apoſtolorum Petri, & Paulli ex hiſtoria Ioſephi. Inc. *Ego Marcellus &c.* Deſ. *paſſi ſunt ſub die III. Kal. Iuliarum, regnante &c.* ut ſupra pag. 589. §. LVI.

XXXVI. pag. 82. Paſsio S. Paulli Apoſtoli cum Prologo, qui inc. *Paullus, qui interpretatur pius*. Deſ. *ibique ſepultus eſt*. Paſsio vero inc. *Quum veniſſent &c.* ut ibid. §. eodem. Prologus vero eſt alter ex duobus relatis paullo ante §. XXXII.

XXXVII. pag. 85. *b.* Sermo S. Leonis Papae in Natale Apoſtolorum Petri, & Paulli, ut ſupra pag. 558. §. LXXXVI.

XXXVIII. pag. 86. *v.* In Natale unde ſupra. Inc. *Natalem beatiſſimorum Apoſtolorum Petri & Paulli &c.* Deſ. *ſicut ait Apoſtolus, mihi vivere Chriſtus eſt, & mori lucrum in ipſo qui vivit &c.* Exſtat & ſupra pag. 110. §. LXXIII. ubi tamen longior eſt.

XXXIX. pag. 87. *b.* 11. Kal. Iul. Vita Sancti, ac beatiſsimi Confeſſoris Chriſti Martialis Lemonicae urbis primi Pontificis. Inc. *Praedicante Domino noſtro Ieſu Chriſto apud Iudaeam in tribu Beniamin*. Deſ. *ut orationibus eius muniti hereditatis aeternae mereamur participes adſciſci collegio in regnum Domini noſtri Ieſu Chriſti, cui eſt gloria &c.* In XVII. ſectiones diviſa eſt. Subiiciuntur pag. 99. verſus XVII. hoc praevio titulo: *Verſus Fortunati in Vita Sanctiſſimi Martialis Apoſtoli Chriſti*. Inc.

> *Chriſte, principium, finis, lux, eſt via Chriſtus*

Deſ.

> *Chriſte caput, finiſque cluens, pax, lux, via Chriſte.*

XL. pag. 99. *b* vi. Non. Iul. Natale SS. Proceſſi, & Martiniani, ut in Cod. I. ſupra pag. 589. § LVII.

XLI. pag. 100 *b.* vi. Id. Iul. Natale Sanctae Felicitatis cum filiis ſuis, ut ibid. §. LIX.

XLII. pag. 101. *b.* iv. Id. Iul. Paſsio SS. mart. Naboris, & Felicis, ut ibid. §. LX.

XLIII. pag. 103. Paſsio SS. mart Quirici, & Iulittae. Inc. *Chariſſimo, & coëpiſcopo Zoſimo Theodorus annuente Deo Praeſul in Domino ſalutem. Quia bono ſemini hoſtis humanae conditionis ſolitus eſt ſuperſeminare zizania*. Deſ. *ſed veritati conſentire in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui eſt &c.*

XLIV. pag. 104. Vita S. Alexii Conf. Inc. *Tempore Arcadii, & Honorii Imperatorum fuit quidam homo religioſus in Vrbe Roma, cui nomen erat Euphimianus*. Deſ. *& in quacumque anguſtia, vel tribulatione poſiti erant eius obtentu liberabantur, praeſtante &c.* Exſtat & ſupra in dicto Cod. I. pag. 589. §. LXI. ſed diverſa.

XLV. pag. 107. Vita S. Mariae Magdalenae, ut ſupra pag. 392. §. CXXXVI.

XLVI. pag. 107. *b.* Paſſio S. Apollinaris mart. Chriſti, ut ſupra pag. 589. §. LXII.

XLVII. pag. 111. *b.* Paſſio S. Iacobi Apoſtoli fratris Ioannis Evangeliſtae, ut ibidem §. LXIII. heic tamen praeit Prologus, cuius initium: *Iacobus, qui interpretatur ſubplantator*. Deſ. *natalis eius celebratur VIII. Kal. Auguſti.*

XLVIII. pag. 113. *b.* viii. Kal. Aug. Paſſio S. Chriſtophori mart. Inc. *In illo tempore, quo Dagnus Rex regnabat in civitate, quae dicitur Samon*. Deſ. *paſſus eſt autem S. Chriſtophorus una cum aliis martyribus ſociis eius VIII. Kal. Aug. in Samon civitate ſub Dagno Rege, regnante &c.*

XLIX.

Digitized by Google

XLIX. pag. 116. vii. Kal. Aug. Paſſio S. Pantaleonis mart. Inc. *In civitate Nicomedia Maximianus Imperator multos Chriſtianos perſequebatur pro fide & regno D. N. I. C.* Deſ. *completum eſt autem martyrium ſancti ac beatiſſimi Pantaleonis VII. Kal. Aug. in Nicomedia civitate extra murum, in villa ſcilicet cuiuſdam amantis ſcholaſtici viri, ad laudem &c.*

L. pag. 120. v. Kal. Aug. Paſſio SS. martyrum Nazarii, & Celſi, ut ſupra pag. 590. §. LXIV.

LI. pag. 123. Paſsio S. Felicis Papae. Ibid. §. LXVI.

LII. pag. 123. *b.* iv. Kal. Aug. Paſsio SS. Simplicii, Fauſtini, & Beatricis. Ibid. §. LXV.

LIII. pag. 124. iii. Kal. Aug. SS. martyrum Abdon, & Sennen. Ibid. §. LXVII. ſed heic finis diverſus eſt, & ita habet: *& tranſlata ſunt in coemeterio Pontiani ad Vrſum pileatum, regnante D. N. I. C. &c.*

LIV. pag. 126. *b.* iv. Non. Aug. Paſſio S. Stephani Papae. Ibid. §. LXVIII.

LV. pag. 130. *b.* iii. Non. Aug. Inventio SS. Stephani Protomartyris, Nicomedis, & Gamalielis, & Abibon, ut ſupra pag. 600. §. LXVIII.

LVI. pag. 132. Translatio corporis eiuſdem Sancti Stephani Protomartyris. Inc. *Factum eſt autem, quum eſſet reconditum corpus Sancti Stephani primi martyris Hieroſolymis in ſancta Sion &c.* Deſ. *faciens oratorium eius per menſes quinque, in quo poſuit loculum cum omni cautela ad laudem & gloriam &c.*

LVII. pag. 133. *b.* Item de translatione corporis S. Stephani Protomartyris. Inc. *Sanctorum patrocinia ubique locorum ſummopere veneranda ſunt, & praecipue ubi eorum corpora requieſcunt.* Deſ. *translatum eſt beati Stephani* (ſupple *corpus*) *Romam pridie Nonas Maias Principe Theodoſio, Papa Pelagio, ad tutelam noſtrorum civium tam adverſus hoſtes viſibiles, quam inviſibiles: quod annuat nobis Chriſtus promereri ad ſuam laudem &c.* tum ſubiiciuntur verſiculi quinque ſepulcrales, qui inc.

Hic duo ſanctorum requieſcunt membra virorum &c.

LVIII. pag. 135. viii. Id. Aug. Paſsio beati Xiſti Papae, & SS. martyrum Diaconorum Feliciſsimi, & Agapiti. Prologus inc. *Xiſtus Epiſcopus, natione Graecus.* Deſ. *ſub Decio, & Valeriano.* Paſsio inc. *Eodem tempore Decius Caeſar, & Valerianus Praefectus iuſſerunt ſibi Xiſtum Epiſcopum cum clero ſuo praeſentari noctu intra civitatem Intellude* (ſic) *&c.* Deſ. *ſepelierunt in coemeterio Praetextati ſub die octavo Idus Auguſti &c.* Exſtat & ſupra pag. 590. §. LXX. ſed in principio diverſa.

LIX. pag. 136. *b.* Paſſio SS. Donati Epiſc. & martyris, & Hilariani monachi. Inc. *Beatiſſimorum martyrum Donati, & Hilariani narraturus triumphos, o Theophile frater.* Deſ. *& cum ſumma celebratione venerantur ab omnibus fidelibus Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

LX. pag. 141. *b.* vi. Id. Aug. Paſſio SS. martyrum Largi, & Smaragdi, atque Cyriaci. Inc. *Temporibus Diocletiani, & Maximiani Imperatorum orta eſt ſeditio Chriſtianis, iubente Diocletiano & Maximiano omnes Chriſtianos affligi, & ad fatigationem laborum deduci.* Deſ. *& beneficia exuberant omnibus quaerentibus auxilia eorum; praeſtante &c.*

LXI. pag. 143. *b.* v. Id. Aug. Paſsio S. Romani martyris, qui paſſus eſt in Vrbe Roma ſub Decio Caeſare. Inc. *Audiente coetu fidelium, martyrum laudetur victoria.* Deſ. *duo daemoniaci curati ſunt ad eius ſepulcrum, glorificantes Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, qui vivit &c.*

LXII. pag. 144. *b.* iv. Id. Aug. Paſsio S. Laurentii martyris. Prologus inc. *In divinis laudibus mens noſtra ſemper aeſtuare ſtudeat.* Deſ. *ſimul cum Diaconibus ſuis Feliciſſimo, & Agapito.* Paſsio inc. *Eodem tempore beatus Xiſtus Epiſcopus tradidit Archidiacono ſuo beato Laurentio omnes facultates Eccleſiae.* Deſ. *haec autem geſta ſunt IV. Idus Auguſti, adiuvante &c.*

LXIII. pag. 147. *b.* Sermo S. Leonis Papae in Natale S. Laurentii, ut ſupra pag. 410. §. CXXVII.

LXIV. pag. 148. Sermo eiuſdem unde ſupra, ut ibid. §. CXXXIII.

LXV. pag. 149. Item unde ſupra, ut ſupra pag. 103. §. III.

LXVI. pag. ead. *b.* iii. Id. Aug. Paſsio S. Tiburtii mart. Inc. *Temporibus Diocletiani, & Maximiani peſſimorum Principum, qui Chriſti nomen audire nolebant, inſidiabantur infideles fidelibus.* Deſ. *in quo loco multa beneficia ſemper praeſtitit Chriſtus ad laudem nominis ſui uſque in praeſentem diem, qui cum Patre &c.*

LXVII. pag. 150. *b.* Idib. Aug. Paſsio S. Hippolyti martyris. Inc. *In diebus illis regreſſus Hippolytus poſt tertium diem venit in domum ſuam, & dedit pacem omnibus ſervis ſuis, & ancillis.* Deſ. *& decollati ſunt cum ſociis ſuis pro nomine D. N. I. C. qui cum Deo &c.*

LXVIII. pag. 152. *b.* Eodem die. Paſsio S. Caſsiani mart. ut ſupra pag. 591. §. LXXIV. ſed heic multo eſt brevior, & definit: *paſſus eſt autem beatiſſimus Caſſianus ſub die Iduum Auguſtarum, regnante D. N. I. C. &c.*

LXIX. pag. 153. xix. Kal. Sept. Vita S. Euſebii Conf. Ibid. §. LXXV.

LXX. pag. 153. *b.* Sermo S. Hieronymi Presb. de Aſſumptione S. Mariae, ut ſupra pag. 389. §. XCVII.

LXXI. pag. 163. Sermo S. Auguſtini Epiſcopi de Aſſumptione S. Mariae, ut ſupra pag. 411. §. CXXXVIII.

LXXII. pag. 163. *b.* Venerabilis Audberti Abbatis Sermo de Aſſumptione S. Mariae, ut ſupra pag. 484. §. LXXV. ſine auctoris nomine.

LXXIII. pag. 166. *b.* xv. Kal. Sept. Paſſio S. Agapiti ſub Rege Antiocho, ut ſupra pag. 591. §. LXXXI.

LXXIV. pag. 168. xi. Kal. Sept. Paſsio S. Sym-

Symphoriani. Inc. *Sub Aureliano quodam Principe quum adverſus Chriſtianum nomen perſecutionis dira procella detonaret* Deſ. *& in omnium votorum plenitudine felix aperitur ingreſſus*.

LXXV. pag. 169. *b.* Eodem die. Paſſio S. Timothei, & Symphoriani. Inc. *In illo tempore ſub Nerone Imp. agente Lampadio Praeſide facta eſt perſecutio Chriſtianorum. Lampadius Praeſes in civitate eadem &c.* Deſ *& qui a daemoniis vexabantur, curati ſunt in nomine D. N. I. C. cui eſt honor &c.*

LXXVI. pag. 171. VIII. Kal. Sept. Paſſio SS. martyrum Pontiani, Euſebii, Peregrini, atque Vincentii. Inc. *Regnante iniquiſſimo Commodo Imperatore huius praeceptione ſic divulgatum eſt &c.* Deſ. *gloriam Deo referebant, qui tantam victoriam dedit ſanctis ſuis, per Chriſtum &c.*

LXXVII. pag. 173. Paſſio S. Bartholomaei Ap. cum Prol.go, ut ſupra p. 591. §. LXXXII.

LXXVIII. pag. 176. v. Kal. Sept. Vita S. Auguſtini Epiſcopi, & Confeſſoris, ut ſupra p. 601. §. LXXIX.

LXXIX. pag. 176. *b.* Recurrit initium ſupra adlatae vitae S. Auguſtini uſque ad verba: *adſtans in populo intendebat, ſuſpectus, atque adfixus* . . . . . in quibus deſinit etiam Codex.

Codex membr. Ms. in fol. maximo Saec. XII. ineuntis, binis columnis & grandioribus litteris exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 176.

HOMILIARIVM INCERTI AVCTORIS.

Seu potius

Paſſionale Sanctorum.

Cod. IV. I. pag. 1. PAſſio S. Andreae Apoſt. ut ſupra pag. 583. §. I.

II. pag. 3. Vita S. Nicolai cum Prologo. Ibid. §. III.

III. pag. 9. *b.* VIII. Id. Decembr. Vita B. Ambroſii Archiep. cum Prologo. Ibid. §. IV.

IV. pag. 15. *b.* VI. Idus Decembr. Vita Beati Zenonis Epiſc. ut ſupra p. 597. §. VII. ſed pro *Italiae* legitur heic *Tuſcia*.

V. pag. 16. *b.* v. Id. Dec. Vita S. Syri Epiſc. ut ſupra p. 583. §. VI.

VI. pag. 19. *b.* Idib. Decembr. Paſſio S. Luciae virg. Ibid. §. VII.

VII. pag. 21. XII. Kal. Ian. Paſſio Beati Sancti (*ſic*) Thomae Apoſt. Ibid. §. VIII.

VIII. pag. 25. *b.* In Natale S. Stephani Sermo, ut ſupra pag. 72. §. XXXIX.

IX. pag. 26. *b.* Item unde ſupra Sermo. Ibid. pag. 73. §. XL. ſub nomine S. Auguſtini.

X pag. 27. *b.* VI. Kal. Ian. Actus, & Vita B. Ioannis Apoſt. & Evang. ut ſupra p. 584. §. XII.

XI. pag. 30. *b.* v. Kal. Ian. Natale Sanctorum Innocentum. Sermo S. Leonis Papae, ut ſupra p. 74. §. LV. ſub nomine S. Auguſtini.

XII. pag. 31. Vnde ſupra Sermo. Ibid. §. LVI.

XIII. pag. 31. *b.* Vnde ſupra Sermo. Ibid. §. LVII.

XIV. pag. 32. Prid. Kal. Ian. Vita S. Silveſtri Papae cum Prologo, ut ſupra p. 584. § XV.

XV. pag. 46. XVII. Kal. Febr. Paſſio S. Marcelli Papae. Ibid. §. XVII.

XVI. pag. 49. XIII. Kal. Febr. Paſſio S. Sebaſtiani mart. Ibid. pag. 585 §. XX.

XVII. pag. 58. XII. Kal. Febr. Paſſio S. Agnetis virg. & martyris. Ibid. §. XXI.

XVIII. pag. 60. *b.* Paſſio S. Vincentii martyris. Ibid. §. XXII.

XIX. pag. 62. *b.* IV. Nonas Febr. Sermo S. Ambroſii in Purificatione S. Mariae Virginis, ut ſupra pag. 78. §. XCV.

XX. pag. 64 Nonis Febr. Natale S. Agathae, ut ſupra pag. 586. §. XXIX.

XXI. pag. 60. VIII. Kal. Martias. Cathedra S. Petri. Sermo, ut ſupra pag. 388. §. LXXXVI. ſub nomine S. Leonis.

XXII. pag. 67. IV. Id. Martias. Depoſitio S. Gregorii, ut ſupra pag. 586. §. XXXIII.

XXIII pag. 70. Kal. Maii. Natale Apoſt. Philippi, & Iacobi. Ibid. p. 587. §. XXXVIII.

XXIV. pag. 70. *b.* Eodem die. S. Iacobi Apoſt. Ibid. §. XXXIX.

XXV. pag. 71. v. Non. Maii. Inventio S. Crucis. Ibid. §. XL. ſed in hoc multo eſt brevior enarratio, & deſ. *o Ieſu Nazarene, omnes traxiſti ad te: ecce & lignum tuum manifeſtaſti adverſum me.*

XXVI. pag. 73. VI. Id. Maii. Paſſio S. Gordiani. Ibid. §. XLI.

XXVII. pag. 74. IV. Id. Maii. Natale S. Pancratii mart. Ibid. §. XLIII.

XXVIII. pag. 74. *b.* IV. Nonas Iunii. Natale SS. martyrum Marcellini, & Petri. Ibid. pag. 588. §. XLVII.

XXIX. pag. 76. XVII. Kal. Iul. Natale S. Viti mart. Ibid. §. XLIX. ſed heic deeſt Prologus.

XXX. p. 80. VIII. Kal. Iul. Nativitas S. Ioannis. Sermo, ut ſupra pag. 408. §. CV.

XXXI. pag. 81. III. Kal. Iul. Natale Apoſtolorum Petri, & Paulli, ut ſupra pag. 589. §. LV.

XXXII. pag. 86. VIII. Kal. Aug. Natale Iacobi Apoſt. Ibid. §. LXIII.

XXXIII. pag. 87. *b.* Kal. Aug. Natale SS. Maccabaeorum. Inc. *Vnum eſſe ſpiritum novi, ac veteris teſtamenti etiam Maccabaeorum fratrum magnanimitas fideſque declarat.* Deſ. *ad illam feſtinabat vitam, ad quam ſua renovares* (ſic) *pignora praemiſiſſe.*

XXXIV. pag. 88. Sermo de Maccabaeis. Inc. *Quid primum, chariſſimi, de Maccabaeorum fratribus, quorum hodie natalis eſt, aggrediar praedicare?* Deſ. *quum omnia, quae audivimus ſupplicia filiorum, materna torſerint viſcera, & ſola acrius ſenſerit quidquid ſinguli pertulerunt.*

XXXV. pag. 88. *b.* VIII. Id. Aug. SS. Mart. Xiſti, Feliciſſimi, & Agapiti, ut ſupra pag. 590. §. LXX.

XXXVI.

Digitized by Google

XXXVI. pag. 90. VII. Id. Aug. S. Donati Epiſc. Ibid. §. LXXI.

XXXVII. pag. 91. *b.* IV. Id. Aug. Natale S. Laurentii. Ibid. §. LXXII.

XXXVIII. pag. 93. *b.* Idib. Aug. Natale S. Hippolyti mart. Ibid. §. LXXIII. cum parvo quodam diſcrimine ſub finem.

XXXIX. pag. 95. De Aſſumptione S. Mariae Sermo, ut ſupra p. 411. §. CXXXVIII. ſub nomine S. Auguſtini.

XL. pag. 96. IX. Kal. Sept. Natale S Bartholomaei, ut ſupra p. 591. §. LXXXII. ſed heic Prologus deſideratur.

XLI. pag. 98. *b.* IV. Kal. Sept. Decollatio S. Ioannis, ut ibid. pag. 592. §. LXXXVI. & LXXXVII.

XLII. pag. 99. *b.* XIV. Kal. Oct. Exaltatio S. Crucis. Ibid. §. XC.

XLIII. pag. 100. *b.* In Nativitate S. Mariae Virginis. Inc. *Contranſitorie conſiderandum eſt F. C. cur hodie tanta populi multitudo confluxit.* Deſ. *Chriſtus in nobis coronari videbitur, qui eſt capus noſtrum. Ipſi gloria &c.*

XLIV. pag. 101. Vnde ſupra Sermo. Inc. *Magnum conventum populi video F. C. quem magnus Dei filius congregavit.* Deſ. *ut fructus ſpirituales adferre poſſimus in Chriſto &c.*

XLV. pag. 101. *b.* XI. Kal. Oct. Paſſio S. Matthaei Apoſt. & Evang. Ibid. §. XCII.

XLVI. pag. 105. X. Kal. Oct. Paſſio SS. mart. Mauritii &c. Ibid. §. XCIII.

XLVII. pag. 107. *b.* V. Kal. Oct. Paſſio SS. mart. Coſmae, & Damiani. Ibid. §. XCIV.

XLVIII. pag. 109. Dedicatio Baſilicae S. Michaëlis Archang. Ibid. §. XCV.

XLIX. pag. 110. II. Kal. Oct. Vita, vel obitus Beati Hieronymi Presbyt. Ibid. pag. 593. §. XCVI.

L. pag. 113. Kal. Oct. Vita B. Remigii Archiep. Ibid. § XCVII.

LI. pag. 118. VIII. Id. Oct. Paſſio S. Reparatae virginis. Ibid. §. XCVIII.

LII. pag. ead. *b* VII. Id. Oct. Paſſio S. Domnini mart. Ibid. § XCIX.

LIII. pag. 119. *b.* VI. Id. Oct. Vita S. Cerbonii. Inc. *In divinis hiſtoriis ſanctorum ſacra geſta excolitur, ut ad memoriam eorum acta qualiter pro Chriſti nomine ſaeva ſupplicia pertulerunt &c.* Deſ. *converſi ſunt ad viam rectam, qui eſt Chriſtus, qui vivit &c.* Dividitur in Sectiones XII.

LIV. pag. 122. II. Id. Oct. Paſſio S. Calliſti Papae. Ibid. §. CII.

LV. pag. 123. *b.* XV. Kal. Nov. Geſta beatiſſimi S. Lucae Evangeliſtae cum Prologo. Ibid. pag. 594. §. CIV.

LVI. pag. 125. *b.* VIII. Kal Nov. Paſſio S. Miniatis martyris. Ibid. §. CV.

LVII. pag. 126. *b.* V. Kal. Novembr. Paſſio SS. Apoſt. Simonis, & Iudae. Ibid. §. CVI. Heic tamen Prologus deſideratur.

LVIII. pag. 130. Kal. Novembr. Commemoratio Omnium Sanctorum, ut ſupra p. 602. §. CI. Dividitur in Sectiones VIII. quarum quinta inſcribitur de Sanctis Prophetis, ſexta de Sanctis Apoſtolis, ſeptima de Sanctis Martyribus, octava Admonitio Apoſtolica.

LIX. pag. 131. *b.* Eodem die. Paſſio S. Caeſarii Diaconi, ut ſupra pag. 594. §. CVII ſed heic finis aliquantum diverſus eſt.

LX. pag. 133. II. Non. Novembr. Paſſio SS. Vitalis, & Agricolae. Ibid. §. CVIII.

LXI. pag. 133. *b.* VI. Id. Novembr. Paſſio SS. Quatuor Coronatorum. Ibid. §. CX.

LXII. pag. 136. *b.* Libellus S. Athanaſii Epiſc. Alexandrinae urbis de paſſione Imaginis Domini noſtri Ieſu Chriſti, ut ſupra pag. 602. §. CV. ſed heic finis diverſus, & deſ. *& cum nimia cordis compunctione eius maieſtati gratias egite, eo quod fidei ſuae & ſcientiae dignos fecit eſſe. Ipſi Chriſto Ieſu &c.*

LXIII. pag. 139. *b.* Eodem die. Paſſio S. Theodori mart. ut ſupra pag. 594. §. CXI.

LXIV pag. 141. II. Id. Decembr. Vita S. Martini Epiſcopi. Ibid. §. CXII. Sed heic finis diverſus eſt & ita habet: *quem Michaël aſſumpſit cum Angelis, Maria ſuſcepit cum Virginum choris, Paradiſum tenet laetus cum ſanctis.*

LXV. pag. 148. *b.* Idib. Novembr. Vita S. Britii Confeſſ. Ibid. pag. 595. §. CXIII.

LXVI. pag. 149. XIV. Kal. Dec. Actus, Vita, & miracula Beati Frigdiani Confeſſ. Ibid. §. CXIV.

LXVII. pag. 149. *b.* X. Kal. Sept. Paſſio S. Caeciliae virginis, & mart. Ibid. §. CXV.

LXVIII. pag. 155. *b.* IX. Kal. Decembr. Paſſio S. Clementis Epiſc. & mart. Ibid. §. CXVI. ſed heic deſideratur narratio *de puero per totum annum ſub aqua vivo conſervato a S. Clemente.*

LXIX. pag. 157. *b.* VIII. Kal. Decembr. Vita S. Chryſogoni. Ibid. §. CXVII. ſed heic deſideratur Prologus. Subſequuntur autem Acta SS. Cyoniae, Irenae, & Agapes, ut ſupra p. 603. §. CXIV. ſed diverſus eſt finis, nimirum: *paſſae ſunt autem Agape, & Cyonia IV. Nonarum Aprilis, Irene apud Saloniam Maximiano ter Conſule.*

LXX. pag. 160. *b.* VII. Kal. Decembr. Vita S. Proſperi Epiſc. & Confeſſoris, ut ſupra pag. 595. § CXVIII.

LXXI. pag. 163. VI. Kal. Decembr. Vita, vel obitus B Gaudentii Epiſc. & Confeſſ. Ibid. §. CXX. Deſinit imperfecte in verbis: *quae ita ubique inter cetera eius miracula ſplendore gloriae reſperſa coruſcat, ut univerſus populus Novariae urbis* . . . . . Mutilus enim in fine Codex.

Codex membranac. Ms. in folio Saec. XII. ineuntis, binis columnis exaratus, mendoſiſſimae ſcripturae, in cuius prima pagina grandioribus litteris ſcriptum eſt: *Paſſionario di Santi di Bartolomeo d' Antonio di Bartolello Canacci.* Conſtat foliis ſcriptis 165.

Digitized by Google

FESTIVITATES SANCTORVM INCERTI AVCTORIS.

Cod. V. LEctionarium pro Officio, quod legebatur in Eccleſia S. Laurentii Florentiae per anni circulum, ut ex nonnullis huius celeberrimae Baſilicae peculiaribus feſtis eruitur. Habentur enim prae reliquis Lectiones IX. recitandae in ſequentibus feſtis, pag 36. S. Zenobii. Pag. 41. *b.* S Antonii Confeſſoris de Ordine Fratrum Minorum. Pag. 74. *b.* S. Laurentii martyris. Pag. 77. *b.* S. Clarae virginis. Pag. 79. *b.* Sanctae Concordiae, cuius corpus requieſcit in Laurentiana Baſilica. Pag. 86. *b.* S. Ludovici Epiſcopi, & Confeſſoris. Pag. 88. S. Bernardi Abbatis, & Confeſſoris. Pag. 89. *b.* S. Ludovici Confeſſoris, & Regis Francorum. Pag. 106. S. Franciſci Confeſſoris. Pag. 113. S. Miniatis mart. Pag. 1.8. *b.* Sanctorum martyrum Vitalis, & Agricolae, quorum corpora item in dicta Baſilica adſervantur. Pag. 160. Conceptionis Beatae Mariae Virginis lectiones IX. ex Anſelmo Cantuarienſe Archiepiſcopo deſumptae. Pag. 172. *b.* Praeſentationis Virginis Mariae. Pag. 174. *b.* S. Ioſephi Sponſi glorioſiſſimae Virginis Mariae, matris Dei. Pag. 176. *b.* Tranſlationis S. Hieronymi Presb. atque Doctoris eximii. Pag. 178. Tranſlationis, vel coniunctionis SS. Stephani, & Laurentii. Pag. 1-9. *b.* S. Criſci martyris. Pag. 182. S Marci Papae, cuius item corpus in capſa argentea in Laurentiana Baſilica conditum eſt. Pag. 191. *b.* Tranſlationis S. Bartholomaei Apoſtoli.

S. an Coglionarie, che dice il Can: Bandini

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. exeuntis, binis columnis exaratus, & optime ſervatus. Conſtat foliis ſcriptis 194.

VITAE PLVRIMORVM SANCTORVM INCERTI AVCTORIS.

Cod. VI. I. pag. 1. IN hoc Codice continentur vitae Sanctorum quorumdam, ſcriptore Blaſio monacho, cuius forte effigies rudi penicillo eſt ſub veſte caerulei coloris expreſſa in Prologi littera initiali. Prologus vero ſequens eſt: *Quadam die convitatus in Cathedrali Eccleſia civitatis Florentiae ad praedicandum populo in vulgari ſollemnitate Patris almi Zenobii, olim Antiſtitis noſtri, quum eius legenda non eſſet in compilatione nova, procuravi aliunde ſuſcipere; qua obtenta ſic erat ſcriptorum, ut reor, vitio corrupta, quod pauca poteram percipere ipſius, ut volebam, mirificae ſanctitatis. Tractus igitur eius amore, mihi a puerilibus qui fuit devotus praecipuus, decrevi eius legere, nec non aliorum plurium, reſecatis ſuperfluis, corruptionibus ſummotis, aliquibus non mutatis, ſubſtantialibus ſuperadditis ad ornatum, quae ipſius non dubitavi congruere ſanctitati: quod, Deo praevio, labore peregi multiplici, pro modulo ſcientiunculae meae, praemittendo facta eorum, quorum corpora ſepulta erant in Eccleſia Florentina, non omiſſis pari paſſu. prout decuit, meo iudicio Feſulanae, additis etiam aliquibus extravagantibus a compilatione, tum nova, quam antiqua, eorum viſa* ... *(Chriſti nomine) probitate. Sume quiſquis et avide collectum ex diverſis libris, anxie, levi ſtilo narratum lucide, ad vitationem labor s ex iis praedicare volentium Chriſti* ... *(sic) colligere quod coëgit, corrigendo abſque* ... *vitio corrigenda, ſi qua inſpexeris, pro libito voluntatis. Vt autem occurrat facilius, quod expoſcis, ſub titulis infraſcriptis reperies quae intendis. Explicit Prologus.* Tum ſequitur index Sanctorum, in Capita XXI. diſtributus, quorum ſeries haec eſt:

II. pag. 1. *b.* Legenda S. Zenobii Epiſc. & Confeſſ. Inc. *Zenobius civitatis Florentiae nobili proſapia ortus, patre videlicet Luciano, matreque Sophia traxit originem.* Deſ. *& ſolemni familia utriuſque ſexus eorum ſancta unio iucundatur.*

III. pag. 5. *b.* Vita S. Eugenii Confeſſ. Archidiaconi Florentinae Eccleſiae. Inc. *In provincia Thuſciae, civitate Florentiae, fuit vir quidam nobilis, & dives valde, re Clarus vocatus & nomine.* Deſ. *in Eccleſia Cathedrali S. Salvatoris honore maximo tumularunt, & ad eius gloriam infra trigeſimum diem extra civitatem verſus Orientem miliario ſeptimo ipſius honore adſtante populi multitudine copioſa Eccleſiam conſecrarunt.* In fine legitur: *Explicit de Beato Eugenio Confeſſore & Archidiacono Eccleſiae Florentinae.*

IV. pag. 7. Vita S Ioannis Gualberti Ordinis Vallis Vmbroſae Inſtitutoris. Inc. *Ioannes Gualberti nobilium illorum de Petrono Comitatus Florentini linea paternali legitima traxit originem.* Deſ. *& tamdiu duravit, quouſque omnibus de plebatu ad ſonum campanae currentibus evidentiſſime notum fuit.*

V. pag. 13. Vita S. Bernardi monachi S. Ioannis Gualberti Abbatis Epiſc. & Conf. Inc. *Bernardus ex Vbertis, nobiliſſimis viris civitatis Florentiae, linea paterna traxit originem.* Deſ. *& concito ad domum ſanctiſſima reverſa fuit.* Tum haec ſubiiciuntur: *Si vis plura ex eo mira, perge ad integram; haec autem ad praeſens ſufficiant.*

VI. pag. 16. Vita S. Emundi Epiſc. & Confeſſ. Inc. *Emundus Regno Angliae civitate Contarbiae, nobilibus, ſanctiſque parentibus traxit originem.* Deſ. *ſacro approbante Concilio ipſum canonizzavit* (ſcilicet Innocentius) *& ſanctorum catalogo ſcribi mandavit anno ſal. Dom. MCCXLVII.*

VII. p. 19. Legenda S. Galgani Conf. Inc. *Galganus Caſtro Cluſino dioeceſis Vulterranae nobilibus parentibus Guidecto, & Dionyſia traxit originem.* Deſ. *venerabili Patri Vbaldo Abbati tribuit, qui bene annis XVI. pomum tenuit, & poſtea incorruptum inter reliquias collocavit.*

VIII. pag. 21. Paſſio S. Miniatis mart. Inc. *Minias Regis Armeniae filius ab infantia fidem Chriſti diligenter inſtructus.* Deſ. *proceſſu temporis Florentini eius honore Eccleſiam mirificam fecerunt, & eum ipſa, honore maximo collocarunt.*

IX.

Digitized by Google

IX. pag. 22. *b.* Paſſio S. Romuli Epiſc. & mart. Inc. *Romulus ex illuſtri Romanorum proſapia ortus a B. Iuſtino recipiente ipſum & retinente ad baptiſmum B. Petro Apoſtolo bapti zatus eſt*. Deſ. *ad caeleſtem eum patriam perpetuo regnaturum cum Chriſto direxerunt II. Non. Iulii non longe a civitate Feſulana, quo in loco, creſcente numero fidelium, in ipſius honore ac beati Bartholomaei Eccleſiam erexerunt, & ipſius corpus ſanctiſſimum, & ſociorum eius in ea honore maximo tumularunt*.

X. pag. 24. Vita S. Euphroſyni Epiſc. & mart. Inc. *Euphrosynus civitatis Babyloniae illuſtri proſapia ortus, litteris tam Graecis, quam Latinis ſufficienter inſtructus*. Deſ. *& incolumes ad propria redierunt*.

XI. pag. 25. *b.* Vita S. Alexandri martyris Epiſc. Feſulani. Inc. *Alexander Feſulanae civitatis nobilibus parentibus traxit originem, a quibus litterarum ſtudiis traditur, & eis brevi tempore ſufficiens reperitur*. Deſ. *ipſum exſpoliaverunt, & inter ſe dividentes ad ipſius ob hoc tumulum ſe gladiis necaverunt*.

XII. pag. 26. *b.* Vita S Donati Epiſc. Feſulani, & Confeſſ. Inc. *Donatus ex Scotia nobilibus catholicisque parentibus traxit originem, teſtantibus iis, qui ſecum de partibus illis venerunt*. Deſ. *cuius corpus clerus & populus devotione maxima cepit, & in Eccleſia S. Bartholomaei vicina civitati, montis in deſcenſu, honore maximo tumulavit*. Notandum, quod paullo ante finem eius mors refertur *ad annum DCCCXVI. diem XXII. menſ. Octobris*.

XIII. pag. 28. Paſſio S. Reparatae virginis, & mart. Inc. *Reparata virgo prudentiſſima Caeſareae civitatis nobili valde orta proſapia*. Deſ. *& ut viderunt, omnibus adſtantibus publicarunt*.

XIV. pag. 28. *b.* Vita S. Octaviani Conf. Patroni Vulterranorum. Inc. *Octavianus ex Africana provincia honorabili & locupleti proſapia traxit originem*. Deſ. *& plenarie quod devoverant, ſervaverunt*.

XV. pag. 29. *b.* Vita S. Fridiani Epiſc. & Conf. Inc. *Fridianus primogenitus Regis Hiberniae ab ipſis cunabulis Chriſtianus*. Deſ. *non alio nomine, diſcrepante nemine, ordinaverunt*.

XVI. pag. 31. *b.* Vita S. Lucenſis Conf. tertii Ordinis S. Franciſci. Inc. *Lucenſis in Villa Cagini, vicina Redde, Florentini comitatus Vallis Elſae, honorabili genere duxit originem*. Deſ. *ipſumque ſociando ſuae familiae in caſtrum Podibonici incolumem aſſignavit*.

XVII. pag. 33. Legenda S. Finae virginis. Inc. *Fina Caſtro Sancti Geminiani nobilibus multum patre Cambio, matreque Imperia traxit originem*. Deſ. *& confeſtim omnis ignis moleſtia ceſſavit*. In fine: *Explicit legenda B. Finae virginis de Caſtro S. Geminiani; ſi quis vult plura de vita ipſius ſcire, legat integram ipſius legendam plenarie, & habebit*.

XVIII. p. 35. Paſſio XI. milia (*ſic*) martyrum, edita ab Athanaſio (*ſic*) Apoſtolicae Sedis Bibliothecario. Inc. *Quum temporibus Hadriani, & Antonii Imperatorum maxima pars Graeciae ſibi rebellaſſet*. Deſ. *paſſi ſunt anno Dom. CXXXIII. die XXI. Iunii*.

XIX. pag. 36. *b.* Vita S. Martialis Epiſc. & Confeſſoris. Inc. *Martialis ex patre Marcello, & Eliſabeth matre, conſanguineis Petri Apoſtoli &c*. Deſ. *quiſquis qui aderat ſanctiſſimus repatriavit*.

XX. pag. 38. *b.* Vita S. Andreae Archidiaconi Eccleſiae Feſulanae. Inc. *Andreas Scotus genere, nobili origine ortus, ab ipſis adoleſcentiae ſuae primordiis S. Donato concivi & compatriotae ſuo inhaeſit*. Deſ. *in Eccleſia, quam reaedificaverat Beati Martini Epiſc. & Conf. debito honore ſepulturae, ut decuit, tradiderunt*.

XXI. pag. 39. Vita S. Benigni Abbatis. Inc. *Benignus provincia Thuſciae comitatus Florentini, caſtro Monte Valchi, nobili multum proſapia duxit originem*. Deſ. *tranſivit autem ex hoc mundo ad Patrem*.

XXII. pag. 41. *b.* Vita Sanctae Viridianae Eremitae, ſeu Cellariae in Caſtro Florentino. Inc. *Viridiana virgo Deo devota in Caſtro Florentino comitatus Florentiae, catholicis parentibus, pauperibus tamen, traxit originem*. Deſ. *& ſuper oculos ſuos imponens, cuncta peroptime, Deum ſumme laudans, domum redire curavit*.

In fine legitur: *Scriptum manu peccatoris cuiuſdam nomine Blaſii indigniſſimi Sacerdotis, & Monachi*.

XXIII. pag. 45. Sequitur ordo Epiſtolarum, & Evangeliorum, quae leguntur in Eccleſia in feſtis tam mobilibus, quam immobilibus totius anni incipiens a Dominica I. Adventus.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. ineuntis binis columnis exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 48.

VITA DIVI FRANCISCI.

I. pag. 1. EXcerptum de legenda antiqua B. Franciſci, cum perſecutionibus, ſeu tribulationibus eiuſdem Ordinis. Inc. *Vitam pauperis, & humilis viri Dei Franciſci trium Ordinum fundatoris quatuor ſolemnes perſonae ſcripſerunt, Fratres videlicet ſcientia, & ſanctitate praeclari. Ioannes, & Thomas de Celano* (1), *Frater Bonaventura, unus poſt Beatum Franciſcum Generalis Miniſter, & vir mirae ſimplicitatis, & ſanctitatis Frater Leo eiuſdem S. Franciſci ſocius*. Deſ. *& ipſum & omnes Fratres ſuos libere ad ſepulcrum & abſque tributi ſolutione accedere poſſe mandavit*, (ſc. Soldanus.) Cod. VII.

II. pag. 10. Incipiunt perſecutiones eiuſdem Ordinis, quae in ſectiones, ſeu tribulationes ſex dividuntur. Prima tribulatio eſt: *Quo-*

(1) Thomas de Celano, Ordinis Minor. Provinciae Pendenſis in Italia circa annum MCCXX. libellum reliquit *de vita & miraculis S. Franciſci*, quem Gregorius IX. adprobavit. Wadding. de Scriptorib. Ord. Minor. pag. 325.

Digitized by Google

Quomodo abſente paſtore, id eſt beato Franciſco, grex diviſus eſt. Inc. *Interea, paſtore abſente, tentat lupus rapax ſuum rapere, & diſpergere gregem*. Vltima tribulatio, quae eſt ſine titulo, deſ. *& erit eius Dominus in Deum, & Chriſtus Ieſus, & eius ſpiritus in magiſtrum, cui eſt honor, & gloria in ſaecula ſaeculorum amen*. In fine: *Expliciunt Chronicae Ordinis Minorum. Iſte Libellus ſcriptus eſt ſub Anno Domini MCCCLXXXI. XVII. die menſis Febr. per manus Fratris Matthaei*, cuius nomen litura fere deletum eſt. Notanda ſunt pag. 15. & ſeqq. acta Fratris Eliae. & praecipue pag. 25. ubi aſſeritur quod obierit excommunicatus, itemque pag. 27. ubi enarratur quomodo S. Antonius flagellatus fuerit ab eodem Elia.

Codex chartac. Ms. in 4. minori Saec. XIV. Conſtat foliis ſcriptis 73.

VITA DD. COSMAE, ET DAMIANI.

Cod. VIII. I. pag. 1. VIta, & martyrium SS. Coſmae, & Damiani lectionibus XVIII. comprehenſum, quibus ſubiiciuntur eorumdem miracula, antiphonae, verſus, & hymni cum praeintonationibus muſicis pro feſto dictorum Sanctorum, Opus cuiuſdam, ut ex primo miraculo eruitur, Iuſtini Diaconi Ordinis Minorum S. Franciſci, ad preces ancillarum Chriſti Monaſterii SS. Coſmae & Damiani ad micam auream de Vrbe. Inc. *Quamvis ad minima, necdum ad iſta, ſim inſcius, & ignarus, precibus tamen ancillarum Chriſti Venerabilis Monaſterii SS. martyrum Coſmae, & Damiani ad micam auream de Vrbe pluries propulſatus.... decrevi vitam, & paſſionem, dilectiſſimi, horum martyrum, non addendo aliquid a me ipſo, niſi ad declarationem vocabuli, atque textus ad maiorem ſpiritualem conſolationem eamdem mutare de antiqua littera in modernam, ipſamque per breves lectiones, vel Capitula diſtinguendo, miracula diſperſa per plurimos librunculos poſt eorum paſſionem ſermone adſcribere breviori. Demum cupiens promiſſioni adē* (ſic) *per me factae ad laudem horum, & gloriam compoſui tres hymnos, primum ad notam*: Vrbs beata Ieruſalem, *ſecundum ad notam*: Vt queant laxis; *ad notam beati Franciſci alium patris noſtri &c.* Deſ. *martyrizzati vero ſunt ſub Praeſide Lyſia in civitate Aegaea ſub perſecutione Diocletiani & Maximiani Impp. V. Kal. Octobr. pro nomine D. N. I. C. &c.*

II. pag. 6. Miracula aliqua eorumdem. Inc. *Hanc autem gratiam praefatis ſuis famulis Deus contulit*. Deſ. *quod quum ille feciſſet, ſic evenit ſtatim & perfecte, ut ſancti dixerunt, dicto hydropico iam curato ad laudem D. N. I. C. &c* Subſequuntur deinde preces quaedam, & hymni in eius feſto ad notis muſicis decantandi. Ex pag. 6. auctor indicatur huius legendae ſequentibus verbis: *Accidit mihi Iuſtino humili Diacono quaedam neceſſitas, ut Scotiam pergerem in Marchinopolim ad Dominum Eſſrodiſium eiuſdem Civitatis Epiſcopum &c.*

Codex membranac. Ms in 4. Saec. XIV. In calce primae paginae eruitur ex litteris ſtylo tantum ſignatis nomen Petri Martyris, qui Codicis fortaſſe poſſeſſor fuit. Conſtat foliis ſcriptis 13.

DE VITA, ET MORTE B. ROLANDI MEDICES.

I. pag. 1. DE vita, poenitentia, morte, & miraculis B. Rolandi de Medicis, qui ſuum diem clauſit extremum in Caſtro Bargoni Epiſcopatus Parmae MCCCLXXXVI. die XV. menſis Sept. Inc. *Notum ſit omnibus & ſingulis praeſentem ſcripturam inſpecturis, quod anno MCCCLX. videlicet modo quod currit MCCCLXXXVI. ſunt anni XXVI. elapſi, praedictus beatus Rolandus venit ad partes Bargoni &c.* Deſ. *cuius corpus cum maxima, & decenti comitiva clericorum, & laicorum ad Eccleſiam Buſſeti ſollemniter, & devote fuit portatum, & ſepultum*. Hanc Vitam Italice ex hoc potiſſimum Codice deſumptam edidit Ioſeph Maria Brocchius Tom. II. *Vite de' Santi e Beati Fiorentini. Firenze* 1761. *nella Stamperia di Gaetano Albizzini*, a p. 156. ad 168. Cod. IX.

II. pag. 5. *b*. Pelagium (*ſic*) miraculorum B. Rolandi, quae ſcripta fuerunt, & recepta ſub fideli teſtimonio diverſarum perſonarum per manus Anſelmini de Raymondis de Cremona Imperiali auctoritate Notarii, & in Eccleſia Beatae Mariae de Monte Carmelo in Cremona. Inc. *Primo Domina Franciſchina viciniae S. Mariae de Gonzaga*. Deſ. *item Fr. Iacobus monachus S. Petri de Pado a febre mortali acuta per praedictum beatum Rolandum fuit liberatus*. Subiiciuntur Orationes tres pro beato Rolando.

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XV. ornatiſſimus, in cuius prima pagina, Mediceis inſignibus exornata, beati Rolandi ſeminudi, pelle tecti, manibus iunctis, erecti, ac pede ſe dextro ſuſtentantis cum nimbo in capite effigies expreſſa eſt. Conſtat foliis ſcriptis 9.

VITAE PONTIFICVM A D. PETRO VSQVE AD STEPHANVM ROMANVM.

I. pag. 1. ANaſtaſii Bibliothecarii Vitae Pontificum (1) a Petro Apoſtolorum Principe ad Martinum uſque Tudertinum, qui in ſerie Pontificum eſt LXXVI. Praecedunt Epiſtolae duae, prima Hieronymi Presbyteri ad Damaſum Papam, quae inc. *Gloriam ſanctitatis tuae noſtra humilitas deprecatur*. Deſ. *exceſſiſſe cognoſcitur. Ora pro nobis, beatiſſime Papa*. Altera Damaſi ad Hieronymum, quae inc. *Gaudet Eccleſia tuo fonte* Cod. X.

(1) In Catalogo Montfauc. indicatur ſic: *S. Hieronymi Presb. Vitae Sanctorum Pontificum a Petro Apoſtolorum Principe ad Martinum Tudertinum praeviis duabus Epiſtolis Hieronymi ad Damaſum, & Damaſi ad Hieronymum*.

Digitized by Google

te iam ſatiata. Deſ. *Vale in Chriſto Deo, & Domino noſtro. Data Kal. Iunii. Accepta VI. Kal. Octobr. Miſſa de Roma Hieroſol.* Inde ſequitur Catalogus Romanorum Pontificum XCIV. videlicet a Beato Petro ad Stephanum uſque natione Romanum. Vita B. Petri inc. *Beatus Petrus Apoſtolus, & princeps Apoſtolorum, Antiochenus, filius Ioannis, provinciae Galilaeae*. Vita Martini I. Tudertini deſinit imperfecte in verbis: *neceſſe habuit ſe cum Pontifice concordare, & omnia, quae ei iuſſa fuerant, eidem ſanctiſſimo viro indicare. Qui facta pace cum ſancta Dei Eccleſia colligens exercitum* ..... Quae quidem verba incidunt in pag. 130. lin. 2. Tom. I. Anaſtaſii Bibliothecarii edit. Romanae Io. Mar. Salvioni ann. MDCCXVIII. Reliquum deſideratur una cum aliorum Pontificum Vitis uſque ad Stephanum Romanum, Pontificem XCIV. in quo praevius Index abſolvebatur. Integras habes infra Cod. IV. Plut. XXIII.

II. pag. 55. *b*. Alia, ſed eiuſdem ſaeculi manu exarata ſuccedunt Capitula quaedam (1) Concilii Lateranenſis primi, celebrati ſub Innocentio Papa ſecundo anno MCXXXIX. Inc. *Anno Dominicae Incarnationis MCXXXIX. Romae celebrata eſt Synodus, praeſidente Domino Innocentio Papa ſecundo &c. Sanctorum Patrum ſtatuta ſequentes ſtatuimus, ut ſiquis ſimoniace ordinatus fuerit, ab officio cadat omnino, quod illicite uſurpavit*. Deſ. *unde ſcriptum eſt: qui totam legem obſervaverit, offendat autem in uno, factus eſt omnium reus; ſcilicet quantum ad vitam aeternam: ſicut ſi peccatis etiam omnibus* ..... Imperfecta ſunt mutilato in fine Codice.

Codex membranac. Ms. in 4. minori Saec. XII. in cuius calce legitur *Liber Petri de Medicis Coſ. fil.* Conſtat foliis ſcriptis 56.

LEGENDAE PLVRIVM SANCTORVM EXTRACTAE E LIB. FR. IACOBI DE VORAGINE.

Cod. XI. LEgendae aliquorum Sanctorum extractae, & exemplatae de Libro compoſito per Venerabilem Patrem Fratrem Iacobum de Voragine (2) de Ordine Praedicatorum, Archiepiſcopum Ianuenſem. Harum autem praecedit exactiſſimus Index. Prima eſt de Nativitate Beatiſſimae Virginis Mariae, & inc. *Nativitas Beatae Virginis Mariae ex tribu Iuda, & regia ſtirpe David duxit originem*. Vltima S. Aegydii Abbatis, & deſ. *& auditae fuerunt voces Angelorum portantium cum gaudio animam eius in caelum circa annos* ..... Reliqua deſiderantur. Deſunt etiam multa alia inter pag. 228. & 229. ubi interciderunt Legendae ſexdecim, ut eruitur ex praemiſſo elencho, nimirum ab illa Sancti Aegydii (3) uſque ad legendam Sancti Paulli primi Eremitae, cuius poſtrema tantum pauca verba ſuperfuerunt.

Codex chartac. Ms. in 4. maiori Saec. XIV. binis columnis exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 240.

F. IACOBI DE VORAGINE DE VITIS SANCTORVM.

Cod. XII. LIber praeclariſſimi Religioſi Fratris Iacobi de Voragine Ordinis Praedicatorum de Vitis Sanctorum, quorum tabula volumen claudit. Prima Legenda eſt de Adventu Domini noſtri Ieſu Chriſti. Vltima de ſancto Bernardino. Annus impreſſionis ita exhibetur in calce Libri: *Reverendi Fratris Iacobi de avoragine* (ſic) *de legendis Sanctorum opus perutile hic finem habet Venetiis per Antonium de Strata de Cremona, & Marcum Catanellum Schalvicolam ſocios ſumma cum diligentia impreſſum. Anno ab Incarnatione Domini* 1480. *Cal. Iullii inclyto Ioanne Mocenico Venetorum Principe*. In prima Codicis pagina auctoris effigies, qui volumen in manibus tenet, auro, variiſque coloribus expreſſa eſt. In ipſius vero ligneo integumento varia olim adnotata erant poſſeſſorum nomina, quibus eraſis, quaedam tantum ſuperſunt vocabula, quae quum nullius uſus eſſe poſſint, omittenda duximus.

Codex chartac. impreſſus in folio binis columnis, Venetiis anno 1480. Conſtat foliis 183.

LAVS B. MARIAE VIRGINIS INCERTI AVCTORIS.

Seu potius

Anonymi Sermones in varia Pſalmorum loca, ſeu verſus.

Cod. XIII. I. pag. 1. SErmo in illa verba: *Mittit cryſtallum ſuam &c.* Inc. *Quantae dignitatis, quantaeque magnitudinis hodierna, immo perpetui & aeterni regis mater Virgo ſit, non tam humana, verum etiam angelica nequit ſcientia excogitari*. Deſ. *ut ipſa pro nobis intercedat ad Dominum noſtrum, filium eius, quatenus eius ſanctiſſimis meritis, & precibus in caeleſte regnum aeternaliter eum ipſa gaudeamus, ipſa Domino adiuvante &c.*

II. pag. 2. *b*. Sermo in illa verba: *Suſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio templi tui*. Inc. *Decet caelicolarum quemque haec hodie cum Propheta dicere, dicendo intelligere, intelligendo ſervare*. Deſ. *& ita adorna thalamum cordis tui, Sion, & ſuſcipe regem regum,*

(1) Conferenda haec ſunt cum Actis huius Concilii relatis a Labb. Tom. XII. Conciliorum pag. 1499. alias cit. edit. Venetae.

(2) Iacobus de Voragine, vico Virginis, Ligurum civitate, in Ordinem Praedicatorum adſcitus eſt A. MCCXLIV. inde ex Priore ac Provinciali Vicarius Generalis, ac denique Archiepiſcopus ab A. MCCXCII. Ianuenſis. Auctor eſt *Hiſtoriae Lombardicae*, ſive *Legendae aureae* undique collectae *de vitis ſanctorum*, ſcriptae tempore interregni, ante annum MCCLXXIII. quae licet plena fabulis, tamen lecta pridem avide, atque frequenter edita, ut videre eſt apud Fabric. Bibl. Lat. med. & inf. aet. Tom. IV. pag. 20.

(3) Illa enim, cuius finem dedimus, videtur poſterius in fine voluminis adiecta.

Digitized by Google

quatenus te in futura vita in ſuum caeleſte templum dignetur ſuſcipere, quod ipſe praeſtare &c.

III. pag. 3. *b.* Sermo in illa verba: *Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei*. Inc. *Quid eſt illud regnum, cuius ſecreta noſſe vobis eſt datum? Regnum Dei in ſacra ſcriptura quadrifariam accipitur*. Deſ. *dum manifeſtabitur gloria tua, ad quam gloriam ipſe Dominus nos perducat, qui vivit &c.*

IV. pag. 5. *b.* Sermo anepigraphus. Inc. *Ad hoc fideles Dei in unum congregantur, & in unum conveniunt, ut unitatem ſequantur*. Deſ. *de nobis ipſis exemplum boni operis ſubditis noſtris monſtremus, quatenus una cum illis aulam regni caeleſtis poſt curſum huius vitae, Deo annuente, ingredi mereamur &c.*

V. pag. 9. Sermo in illa verba: *Ab occultis meis munda me Domine &c.* Inc. *Peccatorum alia ſunt venalia, alia mortalia; venialia ſunt, quae non induſtria, vel ex deliberatione committuntur, ſed ignorantia, vel infirmitate*. Deſ. *quatenus cum grege nobis commiſſo ad vitam aeternam perveniamus, quod ipſe praeſtare &c.*

VI. pag. 10. *b.* Sermo in illa verba: *Ad te levavi animam meam &c.* Inc. *Sancti Spiritus David igne accenſus filii Dei utriuſque in mundum adventum praevidens, de utroque in electorum perſona in hoc verſu vaticinatus eſt*. Deſ. *iuxta eſt ſalus mea ut veniat, & iuſtitia ut reveletur.*

VII. pag. 11. Sermo in illa verba: *Beati quorum remiſſae ſunt iniquitates &c.* Inc. *Peccata enim tegimus, cum bona facta malis actibus ſuperponimus*. Deſ. *illa ſummopere diligamus, quae nec inventa tranſeunt, nec adepta deficiunt; ad quae Dominus nos perducat &c.*

VIII. pag. 13 Sermo in illa verba: *Pſallite Domino, qui adſcendit hodie ſuper caelos caelorum ad Orientem*. Inc. *Chriſtus verus ſol iuſtitiae, qui de ſe ipſo dicit: vobis timentibus nomen meum &c.* Deſ. *quo illum hodie adſcendiſſe credimus, & in futuro cum ſanctis eius aeternaliter gaudere, qui cum Patre &c.*

IX. pag. 14. *b.* Sermo in illa verba: *Spiritus Domini replevit orbem terrarum &c.* Inc. *Spiritus Domini eſt Spiritus Sanctus, Patri & Filio coaeternus, qui a Patre & Filio procedit*. Deſ. *quatenus non cum hoc mundo damnemur, ſed cum electis in aeterna beatitudine remuneremur, ipſo Domino adiuvante &c.*

X. pag. 17. *b.* Sermo in illa verba: *Inclinavit caelos, & deſcendit, & caligo ſub pedibus eius*. Inc. *Qui de adventu ſuo multis locutionum modis multiſque miraculorum ſignis per praenuntios ſuos praedixerat, hodie de immaculatae Virginis utero per aſſumptam humanitatem mundo dignatus eſt naſci*. Deſ. *ut illud, quod erat inferius, adſcendit ſuperius, ideſt ad regnum caeleſte, ad quod nos Dominus dignetur perducere.*

XI pag. 19. Sermo in illa verba: *Liberavit Dominus in brachio ſuo populum ſuum*. Inc. *Liberavit ſcilicet Iſraël, & Ioſeph, non quemlibet, ſed ſpiritualem Iſraëlem*. Deſ. *ſed in aeternum regnum introducit, in quo ſecum ſine fine regnabit; ad quod regnum ipſe nos perducat, qui vivit &c.*

XII. pag. 21. Sermo in illa verba: *Uſquequo Domine obliviſceris me in finem*. Inc. *Haec verba ſunt prophetae, humani generis innumeras miſerias plangentis, & Chriſti adventum deſiderantis*. Deſ. *quatenus in ſecundo adventu cum ipſo & ſanctis eius in aeterna vita gaudere poſſimus, ipſo adiuvante &c.*

XIII. pag. 23. *b.* Sermo in verba: *Per viſcera miſericordiae Dei noſtri viſitavit nos oriens ex alto &c.* Inc. *Radius veri ſolis a ſummo caelo egrediens, & ad inferos uſque decurrens, humanitatis noſtrae flamine ſe circumdedit*. Deſ. *ecce, fratres, quod erat ſuperius, factum eſt inferius, ut homo, qui erat inferius adſcenderet ad ſuperius, ideſt ad regnum caeleſte*. Circa finem huius ſermonis pag. 25. citatur Beda ſuper Lucam.

XIV. pag. 25. Sermo in illa verba: *Currus Dei decem millium multiplex &c.* Inc. *Multis electi ob quaſdam ſibi convenientes ſignificationes vocabulis nuncupantur: ipſi enim templum Dei, thalamus, ſponſa, fratres, ſorores, & matres &c.* Deſ. *ut Deus deorum videatur, ut per gradus virtutum ad regnum caelorum adſcendatur, ad quod Dominus nos perducat.*

XV. pag. 26. *b.* Sermo in illa verba: *Non obliviſcetur miſereri Deus, & non continebit in ira miſericordias ſuas*. Inc. *Pius Dominus, cuius miſericordia a ſaeculo eſt, & uſque in ſaeculum ſaeculi ſuper timentes eum, qui non ſecundum peccata noſtra facit nobis &c.* Deſ. *ſed adventum eius in poenitentia & confeſſione praeveniamus, qui vult omnes ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.*

XVI. pag. 28. Sermo in illa verba: *Homo quum in honore eſſet, non intellexit &c.* Inc. *In quanto Deus honore hominem creaverit, & quam Deo ſit homo acceptus, in eodem libro habetur*. Deſ. *his virtutibus armati proceſſionem Deo noſtro faciamus, quatenus cum ipſo & ſanctis eius in aeterna patria gaudere mereamur, ipſo adiuvante &c.*

XVII. pag. 30. Sermo in illa verba: *Ego autem ſicut oliva fructifera &c.* Inc. *Quanta ſit virtus charitatis & miſericordiae, in ſcripturis veteris & novi Teſtamenti factis & dictis manifeſtatur. Oliva ſemper eſt viridis &c.* Deſ. *ſimus ergo tamquam oliva fructifera in domo ſua per fidem, ſpem, & charitatem, ut ad aeternam beatitudinem pervenire mereamur, ipſo adiuvante &c.*

XVIII. pag. 31. *b.* Sermo in illa verba: *Haec dies quam fecit Dominus, exſultemus, & laetemur in ea*. Inc. *Quum omnium dierum Dominus ſit factor & ſanctificator, hanc diem prae ceteris gloria ſuae reſurrectionis illuſtrando ſanctificavit*. Deſ. *quatenus a malis omnibus liberati, in generali reſurrectione ad eius deſiderabilem maieſtatem contemplandam perveniamus, ipſo adiuvante &c.*

Codex membranac. Ms. in 4. minori Saec. XII.

Digitized by Google

XII. cum variis marginalibus ſcholiis, recentiori manu exaratis, in cuius prima pagina fugientibus litteris legitur: *Hi ſermones ſunt Fratris Franciſci . . . . . Ordinis Minorum*, quo quidem nomine, auctorne Sermonum, an Codicis poſſeſſor intelligendus ſit, non plane dignoſcitur. Conſtat foliis ſcriptis 32.

LIBER QVAESTIONVM HEBRAICARVM.

Adde etiam

Alia S. Hieronymi Opera.

Cod. XIV. I. pag. 1. IN hoc pulcherrimo Codice, ac Mediceis inſignibus exornato, continetur primo S. Hieronymi Presbyteri Liber Quaeſtionum Hebraicarum in Geneſim, cum Prooemio, quod inc. *Qui in principiis librorum debebam ſequuturi operis argumenta praeponere*. Deſ. *& in angulis garrire tenebroſis*. Liber inc. *In principio fecit Deus caelum & terram. Plerique exiſtimans, ſicut in altercatione quoque Iaſonis Papiſci ſcriptum &c.* Deſ. *qui ſervientes altari vivant de altare*. In cit. edit. Vallarſii Tom. III. a pag. 302. ad pag. 380.

II. pag. 31. Euſebii Pamphili de ſitu & nominibus locorum Hebraicorum in Libris S. Scripturae, S. Hieronymo interprete. Prologus Hieronymi inc. *Euſebius, qui a B. Pamphilo martyre cognomentum ſortitus eſt*. Deſ. *ita terrae cohaerentia ſupergredi poſſe me credo*. Liber inc. *Ararat, Armenia, ſiquidem in montibus Araras Arca poſt diluvium ſediſſe perhibetur*. Deſ. *Zoeleth, nomen lapidis, ubi adamas immolat victimas iuxta fontem Regel*. Ibid. a pag. 121. ad pag. 290.

III. pag. 65. *b*. Hieronymi nominum Hebraeorum interpretatio, variis digeſta alphabetis, cum Prologo, qui inc. *Philaretes* (1) *diſertiſſimus Iudaeorum Origenis quoque teſtimonio comprobatur edidiſſe Librum Hebraicorum nominum*. Deſ. *nobis videantur interpretatione variari*. Interpretatio nominum inc. *Aethiopia, tenebrae, vel caligo. Aſſyriorum, dirigentium*. Deſ. *Sabbata, requies. Sion, ſpecula. Sina, menſura, ſive mandatum, aut tentatio. Satan, adverſarius, ſive praevaricator*. Ibid. a pag. 1. ad pag. 120.

IV. pag. 105. Eiuſdem contra Iovinianum Libri duo, ut ſupra pag. 513. §. XI. Heic praecedit utrique tabula Capitum; primi ſunt Capita XIV. ſecundi vero XXXII.

Codex membranac. Ms. in folio Saec. XV. nitidiſſimus, cuius poſtrema folia decem & octo diverſa manu ſuppleta ſunt. Conſtat foliis ſcriptis 178.

SCOTVS IN PRIMVM LIBRVM SENTENTIARVM.

IN prima pagina mirifice illuminata, quae auctoris effigiem ad vivum expreſſam, barbatam, ac volumen manibus geſtantem, nec non ſtemma Leonis X. & alia ornamenta praeſefert, titulus Operis aureis litteris exaratus ita exhibetur: *Scriptum ſuper primo ſententiarum editum a Fratre Iohanne Duns* (2), *alias Scoto, ſacri Ordinis Minorum, Doctore ſubtili & egregio Theologo*. Inc. *Cupientes aliquid de penuria &c.* Deſ. *propter quod notandum eſt, quod omnis noſtra volitio potiſſime ordinata eſt ad finem ultimum, qui eſt alpha & omega, principium & finis, cui ſit honor &c.* Tum ſequuntur eiuſdem Additiones, quarum initium: *Additiones primae quaeſtionis. Secundam aliam viam &c.* Deſ. *ſed nomigenes aeternarum relationum*. In fine: *Explicit ſcriptum ſuper primum ſententiarum editum a Fratre Iohanne Duns, Ordinis Fratrum Minorum, Doctore ſubtiliſſimo, ac omnium theologorum principe, per excellentiſſimum ſacrae theologiae Doctorem magiſtrum Thomam Penreth Anglicum, Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, in famoſiſſimo Studio Patavino ordinarie legentem, maxima cum diligentia emendatum. Scriptum Florentiae per me Fratrem Alexandrum de Bononia Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini Anno Domini MCCCCXC. die XII. Madii*. Cod. XV.

Codex membranac. Ms. in folio Saec. XV. exeuntis, nitidiſſimus, & ornatiſſimus, cum litteris initialibus ſingulorum Capitum auro, variiſque coloribus depictis. Conſtat foliis ſcriptis 324.

SCRIPTVM PRIMVM SVPER PRIMO SENTENTIARVM IO. SCOTI.

I. pag. 1. ALiud exemplar Operis, de quo in Codice ſuperiori, ſed cum uberioribus Additionibus in fine. Heic quoque praecedit pulcherrima pictura cum auctoris icone barbati, ac volumen ſuſtinentis ad vivum expreſſa; Medicei quoque Pontificis gentilitium ſtemma praefulget una cum aliis ornamentis. Operis titulus aureis litteris exaratus hic eſt: *Scriptum primum a Ioanne Scoto Doctore ſubtiliſſimo, Ordinis Minorum, ac omnium Theologorum principe ſuper primo ſententiarum editum fauſte incipit*. Cod. XVI.

II. pag. 252. *b*. Hinc incipiunt Additiones novae, quae in ſuperiori Codice deerant, & quibus ſequens praecurrit prologus: *Difficillimas ſubtilis Doctoris ſententias, quas in primum librum theologiae idem Doctor edidit, quidam quampluribus additionibus textui interpoſitis ornare voluerunt; quidam vero, illis reiectis, quae remanſerant purum textum exiſtimarunt. Sed impenſa Ioannis de Colonia Agrippi-*

(1) In edit. *Philo vir diſertiſſimus &c.*

(2) Ioannes Duns Anglus, Scotus vulgo dictus, Ordinis Minorum, docuit Oxoniae primum, deinde ab A. MCCCIV. Pariſiis, inter Scholaſticos *Doctor ſubtilis*, ac *Realium* ſectae fax, & tuba, auctor ſcholae Scotiſtarum, & dogmatis de immaculata Conceptione B. Virginis propugnator fervidus. Coloniae anno MCCCVIII. aetatis LXIII. apoplexi correptus interiit.

pinenſi. clariſſimus ſacrae theologiae Doctor Thomas Pencher Anglicus caſtigatum dictum opus maxima diligentia praeſtitit, & poſtremo cura, ſtudioque eiuſdem, nec non & praeclari eiuſdem facultatis Doctoris Magiſtri Bartholomaei Bellati Feltrenſis idem opus quam poſſibile fuit ſecundum communem viam Scotiſtarum, tam in textu, quam in additionibus, quas alii excipere ſolent, ad maiorem intelligentiam praefati Doctoris evigilantiſſime emendatum fuit; & ut magis, tam textus, quam additionum ordo eluceſcat, diſtinctiones quaeſtioneſque cum locorum adnotationibus, quibus dictae additiones ſolent adnecti infra poſuerunt. Additiones inc. *In prima quaeſtione prologi*. Deſ. *& alii non ponunt, tamen eſt de originali doc*. (ſic)

Codex membranac. Ms. in folio Saec. XV. binis columnis nitidiſſime exaratus, cum litteris initialibus ſingulorum Capitum auro, variiſque coloribus depictis. Conſtat foliis ſcriptis 266.

CORDIS INSTRVCTIO INCERTI AVCTORIS.

Cod. XVII. I. pag. 1. GErardi Leodienſis (1) Ordinis Fratrum Praedicatorum de inſtructione, vel doctrina cordis, & ornamentis animae Opus in ſeptem Libros, ſeu, ut eſt in Codice, Tractatus diviſum. Liber I. inc. *Praeparate corda veſtra Domino. Verbum eſt Samuelis in Libro I. Reg.* VII. Liber ſeptimus deſ. *quae in eo & per eum habebuntur. Amen*. Hoc Opus ſub titulo *Speculum Concionatorum de doctrina cordis ad I. Sam.* VII. 3. *praeparate corda veſtra*, ſeptem libris, ſive diſpoſitionibus, Henrico Gandavenſi Cap. LIII. laudatum, prodiit Pariſiis MDCV. forma minore, & Neapoli MDCIV. 4. &c.

II. pag. 75. Religionis Elucidarium, auctore anonymo, ſed forte eodem Gerardo (2), in Capita XV. diviſum. Brevis praecurrit Prologus, qui inc. *Religio eſt intelligentium documentum*. Deſ. *pervenientium complementum*. Cap. I. inc. *Religio eſt intelligentium documentum: tali documento religioſos docet unctio*. Vltimum deſ. *ad ordinatiſſimam, obedientiſſimam, & perfectiſſimam religionem caeleſtium Angelorum, cui eſt perfecta gloria &c.*

III. p. 105. S. Bonaventurae, ut comperimus, de ſeptem itineribus aeternitatis Liber. Inc. *Eum qui venit ad me non eiiciam foras. Io. VI. Sanctus Auguſtinus in Libro de cognitione verae vitae dicit: Quum Chriſtus veritas & vita dicatur &c.* Deſ. *vita beata in aeternum, & ultra in perpetuas aeternitates; ad quam domum aeternitatis nos perducat, conducat, & inducat Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, unus Deus, & in aeternum benedictus. Amen*. In fine: *Explicit Liber, ſive Tractatus de ſeptem itineribus aeternitatis, & anno .... trigeſimo quarto finitus eſt Baſileae durante ibidem Concilio*. Operum D. Bonaventurae edit. Lugdun. MDCLXVIII. fol. Tom. VII. a pag. 135. ad pag. 184.

IV. pag. 176. Inſtructio de communicando ſacramentaliter, vel etiam celebrando, ex Innocentio Papa III. & Anſelmo. Inc. *Vtrum qualibet die, vel ſaepius ſit communicandum? Reſpondetur ſecundum Thomam, quod ad hoc Sacramentum duo requiruntur ex parte recipientis*. Deſ. *ſed non eſt talis ſapientia, quae de ſurſum venit &c. Deo gratias*. Sequitur deinde pag. 182. tabula rerum notabilium, quae occurrebant in ſuperiori Libro *de ſeptem itineribus aeternitatis*, alphabeti ordine digeſta.

V. pag. 189. Sanctorum Baſilii, & Ioannis Chryſoſtomi dialogus de dignitate Sacerdotali Libris VI. comprehenſus, ut in Cod. XXV. Plut. ſuper. pag. 565. §. I.

VI. pag. 228. Sancti Ambroſii Mediolanenſis Epiſcopi de Abel, & Cain Libri duo. Primus inc. *De Paradiſo in ſuperioribus &c.* ſecundus deſ. *verumtamen non homicidio voluit homicidam vindicari, qui mavult peccatoris correctionem quam mortem. Amen*. Exſtant ſupra pag. 92. §. II. ſed in fine aliquot verſus longior eſt Liber II.

VII. pag. 247. Euſebii Caeſarienſis Epiſc. de Corpore, & Sanguine Domini Sermo. Inc. *Magnitudo caeleſtium beneficiorum anguſtias humanae mentis excedit, & propterea ita ordinavit divina providentia, ut quod capere in nobis ratio rerum mole victa non poterat, fides devota conciperet &c.* Deſ. *ad quam glorioſam reſurrectionem piis nos operibus praeparare dignetur, qui vivit &c.* Nihil de hoc Opuſculo habet Fabricius Bibl. Graec. Tom. VI. pag. 30. ſeqq.

Codex chartac. Ms. in 4. Saec. XIV. binis columnis exaratus, & nonnullis in locis recentiori manu ſuppletus. Conſtat foliis ſcriptis 249.

IOB CVM EXPOSITIONE S. THOMAE AQVINATIS.

SAncti Thomae Aquinatis Expoſitio B. Iob ſecundum litteralem ſenſum ſine ullo titulo. *Cod. XVIII.* Prologus inc. *Sicut in rebus, quae naturaliter generantur*. Deſ. *ut iis nihil ultra addendum videatur*. Expoſitio inc. *Vir erat in terra Hus &c. Quia, ſicut dictum eſt, intentio huius libri tota ordinatur ad oſtendendum &c.* Deſ. *ad futuram gloriam, quae durat per omnia ſaecula &c.* Exſtat in editione eius Operum Veneta anni MDXCIII. apud Dom. Nicolinum, & ſocios fol. Tom. XIII. a pag. 1. ad pag. 49. Prodierat etiam ſeparatim Lugduni A. MDXX. 8.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIII. binis columnis & perverſo charactere exaratus, & nonnullis in locis alia manu, peſſima item ſcriptura ſuppletus. Conſtat foliis ſcriptis 62.

F. IOA-

(1) Gerardus Leodienſis, ſive Leodicenſis Lector, Ord. Praedic. floruit circa annum MCCLXX.

(2) Memoratur enim ab Iacobo Quetif Tom. I. pag. 249. inter eiuſdem ſcripta.

Digitized by Google

F. IOACHIMI LECTIO IN HIEREMIAM PROPHETAM.

Cod. XIX. FR. Ioachim primi Floris Abbatis (1) Lectura ſuper Hieremiam in tres partes, & ſui triplicem intellectum. Praecedit Epiſtola ita inſcripta: *Henrico ſexto inclyto Romanorum Auguſto Frater Ioachim dictus Abbas Florienſis humilitatem ſub divinae potentia maieſtatis*. Inc. *Licet meae ſimplicitatis inertiam*. Deſ. *diutius provocare*. Inde ſequitur Operis argumentum, & Praefatio. Tractatus inc. *Non videatur*. Deſ. *aliis noſtris opuſculis & votis Caeſareis inferemus*. Dividitur autem in Capita LII.

Codex papyr. Ms. in 4. minori Saec. XIV. binis columnis exaratus, peſſimae ſcripturae. Conſtat foliis ſcriptis 85.

EXPOSITIO CANTICORVM SALOMONIS INCERTI AVCTORIS.

Cod. XX. I. pag. 1. PRaecedit Praefatio, cuius initium: *Anagogice exponitur Canticum Canticorum de Chriſto ſecundum utramque naturam, & Eccleſia triumphante glorioſa Ieruſalem ſuperna &c.* Poſt praefationem expoſitio inc. *Oſculetur me oſculo oris ſui &c. Liber iſte dividitur in duas principales partes; etenim primo praemittitur ſponſi, & ſponſae, ſeu Chriſti, & Eccleſiae coniunctio, ſecundo vero ſubiungitur huius coniunctionis cauſſa*. Deſ. *& ſuper choros Angelorum adſcendere Sponſus caeleſtis Ieruſalem, & Eccleſiae Hierarcha Ieſus Chriſtus Dominus noſter, qui cum Patre &c.*

II. pag. 33. Sequuntur multa de nominibus Angelorum, & de eorum virtutibus. Inc. *Quod Seraphim ſunt XVII. proprietates perfectae dilectionis, quae ſunt mobile, inceſſabile &c.* Deſ. *ex figura, quod ſedes ex una parte eſt aperta ad ſuſcipiendum ſedentem: ita & iſti Angeli ſunt per promptitudinem apti ad ſuſcipiendum, & ad famulandum ipſi*.

III. pag. 38. Sermones quidam in feſta ſanctorum, ac primo in Sanctum Ioannem Evangeliſtam. Inc. *Paraſti in conſpectu meo menſam &c. Quamvis S. Ioannes Evangeliſta martyr non fuerit per martyrium*. Deſ. *in funiculis Adam attraham eos. Rogemus &c.*

IV. pag. ead. *b*. Sermo in Rogationibus. Inc. *Orate pro invicem ut ſalvemini &c. Iac. 5. Volens Eccleſia fideles inducere ad orandum*. Deſ. *& iraſcibilis per tranquillitatem, & patientiam. Rogemus &c.*

V. pag. 39. *b*. In Adſcenſione Domini Sermo. Inc. *Qui deſcendit ipſe eſt & qui adſcendit ſuper omnes caelos. Epheſ. 3. Quia humilitas eſt via ad gloriam*. Deſ. *ſcilicet Chriſtus & Virgo beata. Rogemus*.

VI. pag. 40. *b*. In tranſlatione B. Dominici primi Patris Ordinis Praedicatorum. Inc. *Enoch placuit Deo, & tranſlatus eſt in paradiſum &c. Eccl. 88. Per tranſlationem Enoch in paradiſum terreſtrem ſignatur tranſlatio B. Dominici hodie facta in Eccleſiam militantem*. Deſ. *non voce, ſed ſpiritu, & virtute. Rogemus*.

VII. pag. 42. In feſto Pentecoſtes. Inc. *Cor mundum crea in me Deus &c. Propheta volens impetrare gratiam Spiritus Sancti*. Deſ. *fiet in eo fons aquae ſalientis in vitam aeternam. Rogemus*.

VIII. pag. 43. *b*. In feſto Sanctae Trinitatis. Inc. *O altitudo divitiarum ſapientiae &c. Feſtum Sanctae Trinitatis quidam celebrant in Dominica, quae eſt in octava Pentecoſtes, quae eſt principium Dominicarum, ad innuendum, quod Deus prima cauſſa omnium eſt; alii celebrant in ultima, ad innuendum quod eſt finis omnium: alii numquam celebrant contenti illa laude continua Trinitatis, qua dicimus Gloria Patri, & Filio &c.* Deſ. *neque tacet laudes tuas univerſa creatura. Rogemus*.

IX. pag. 45. De B. Barnaba Apoſtolo. Inc. *Ioſeph qui cognominatus eſt Iuſtus*. Deſ. *ſed tandem dabo eam tibi per ſempiternam poſſeſſionem. Rogemus*.

X. pag. 46. In Feſto SS. martyrum Gervaſii, & Protaſii. Inc. *Pretioſa eſt in conſpectu Domini mors ſanctorum eius &c. ſicut dicit Agg. Status hominis tripliciter conſideratur, ſcilicet in vita, in morte, & poſt mortem &c.* Deſ. *loquetur Dominus pacem &c. Rogemus*.

XI. pag. ead. *b*. De B. Ioanne Baptiſta. Inc. *Amen dico vobis, inter natos mulierum non ſurrexit maior &c. Laudari poteſt homo aliquando a ſe ipſo &c.* Deſ. *& multi in nativitate eius gaudebunt. Rogemus*.

XII. pag. 49. Alius de eodem Sermo. Inc. *Fuit homo miſſus a Deo &c. Magnum eſt eſſe nuntium Dei*. Deſ. *quia Chriſti incarnati dulcedinem deguſtabat. Rogemus ergo Chriſtum &c.*

XIII. pag. 50. *b*. Tertius de eodem Sermo. Inc. *Paravi lucernam Chriſto meo &c. Verba ſunt Patris de Filio*. Deſ. *id ſic caſtigavit, ſic afflixit. Rogemus*.

XIV. pag. 53. *b*. In feſto SS. martyrum Ioannis, & Paulli. Inc. *Multae tribulationes iuſtorum &c. De iſtis beatis martyribus Ioanne, & Paullo dicitur in verbis praemiſſis*. Deſ. *aut per culpam mortalem, aut per excommunicationem*.

XV. pag. 55. In feſto beatorum Apoſtolorum Petri, & Paulli. Inc. *Fecit Deus duo magna luminaria &c. Per iſta duo luminaria mun-*

(1) Hic Ioachimus, gente Calaber, Monachus Ordinis Ciſtercienſis in Coenobio Sanbuccinenſi dioeceſeos Anglonenſis in Lucania, dein Abbas Monaſterii de Curacio in Calabria, ac demum fundator, & Abbas primus Coenobii Florenſis, atque Inſtitutor Congregationis Florenſis, claruit anno MCCI. Vndecennio ante ob incredibilem prophetiae famam a Riccardo Angliae Rege Meſſanae in Sicilia tunc agente accitus, Antichriſtum in Vrbe Roma iam natum eſſe, & in Sedem Apoſtolicam mox evehendum vaticinatus eſt, homo vere fanaticus, & alia huiuſcemodi farinae plura nugatus. Obiit ante annum MCCXV. quo liber eius adverſus quaſdam Petri Lombardi opiniones in Synodo Lateranenſi damnatus eſt. Hic vero Commentarius in Hieremiam prodiit Venetiis MDXXV. & Coloniae MDLXXVII. in 8. Vide Fabric. Bibl. Lat. med. & inf. aetat. To. IV. p. 39. ſeqq.

Digitized by Google

di poſſunt intelligi. Deſ. *principes populorum congregati ſunt cum Deo Abraham*.

XVI. pag. 56. *b*. De beata Maria Magdalena, Inc. *Ego ſto ad oſtium, & pulſo &c. Dominus in praeſenti vita voluit habere hoſpitium temporale*. Deſ. *vade in pace. Rogemus &c.*

XVII. pag. 58. De beato Iacobo Apoſtolo Sermones duo. I. inc. *Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio. Non ſolum mors S. Iacobi fuit pretioſa*. Deſ. *& ipſum liberavit*, II. inc. *Acceſſit ad Ieſum mater filiorum Zebedaei. In iſto Evangelio mentio fit de tribus*. Deſ. *ratione carnalis cognationis. Rogemus &c.*

XVIII. pag. 60. In feſto S. Hippolyti, & ſociorum eius. Inc. *Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium. Ad honorem S. Hippolyti, & ſociorum eius*. Deſ. *& aliam ſanam reſtituit. Rogemus &c.* Subiiciuntur quaedam notulae nullius fere momenti.

XIX. pag. 61. *b*. In feſto ad vincula B. Petri Apoſt. Sermo. Inc. *Dirupiſti, Domine, vincula mea &c. Duplex beneficium, & opus mirabile*. Deſ. *quia purgatorium ſecundum aliquos creditur eſſe in terra. Rogemus &c.*

XX. pag. 62. De Inventione corporis S. Stephani. Inc. *Statuiſti verba tua, quae loquutus es in manibus puerorum prophetarum &c. Inventio, ſive translatio corporis B. Stephani*. Deſ. *uno claudis manſeolo &c.*

XXI. pag. 63. In feſto beatorum martyrum Coſmae, & Damiani. Inc. *Medici ſuſcitabunt, & confitebuntur tibi &c. Iſta verba, quae Propheta videtur poſuiſſe*. Deſ. *protinus obſequuntur &c.*

XXII. pag. 64. De beata Margarita Sermo. Inc. *Ipſa conteret caput tuum &c. Quamvis beata Margarita fuerit puella*. Deſ. *aſſentire voluit, Rogemus &c.* Subiicitur fragmentum quoddam, in quo agitur de gloria ſanctorum, quae peccatoribus videtur parva.

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XIV. peſſimae ſcripturae. Conſtat foliis ſcriptis 65.

EXPOSITIO SVPER PSALMOS INCERTI AVCTORIS.

Cod. XXI. CAtena Sanctorum Patrum Auguſtini, Hieronymi, Caſſiodori, Bedae, Remigii &c. in Pſalterium Davidis, collecta a Petro Lombardo ſententiarum Magiſtro (1). Inc. *Quum omnes prophetas Spiritus Sancti revelatione conſtet eſſe loquutos*. Deſ. *poenitentiae igitur vox eſt: miſerere mei Deus; iuſtitiae vox eſt: miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine; vitae aeternae vox eſt: omnis ſpiritus laudet Dominum*. Subiiciuntur pauca quaedam de Pſalterii denominatione, ac tandem Prophetiae circa Domini Adventum incipiendo ab Abraham per ordinem uſque ad Simeonem Iuſtum.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis intricata ſatis ſcriptura exaratus, in cuius tegumento interiori inſtrumentum compactum eſt, quod inc. *In nomine Domini Amen. Milleſimo ducenteſimo octuageſimo, Indictione nona, die decima Decembris, quum quaeſtio, lis, & diſcordia, & contentio eſſet inter Commune S. Geminiani ex una parte, & Plebem S. Geminiani ex altera ſuper quibuſdam nemoribus . . . . . . & incultis poſitis in diſtrictu S. Geminiani loco dicto Connano &c.* Conſtat foliis ſcriptis 169.

EXPOSITIO EVANGELIORVM D. MATTHAEI INCERTI AVCTORIS.

I. pag. 1. COmmentarius ſatis prolixus in Evangelium ſecundum Matthaeum, auctore Anonymo, ſed forte Remigio Antiſiodorenſi, Monacho Ord. S. Benedicti. Prologus inc. *In nomine Sanctae Trinitatis Expoſitio Evangelii ſecundum Matthaeum. Admonendi ſumus ut ſpiritale opus ſpiritali intentione aggrediamur. Nam quicumque ſpiritale opus ſpirituali intentione non aggreditur, fructu ſui laboris privatur*. Deſ. *quia quatuor ſunt tempora, per quae volvitur annus. & ideo bene quatuor ſunt Evangeliſtae*. Commentarius inc. *Initium Sancti Evangelii ſecundum Matthaeum. Initium eſt inchoatio, vel alicuius rei principium, quaſi primum caput*. Deſ. *qui in hoc praeſenti ſaeculo in hoſpitio ſui cordis meruerunt eum habere manſorem. Explicit expoſitio Matthaei. Deo gratias. Amen.* Dividitur in Capita CCCLVI. Hunc Remigii Commentarium ſatis prolixum, exſtare Ms. Monachii in Biblioth. Sereniſs. Electoris Bavariae, teſte Rev. Bern. Pezio Diſſert. Iſagog. ad Tom. I. Theſauri novi Anecdotorum pag. 23. & alibi refert Fabric. in Bibl. Lat. med. & inf. aetat. Tom. VI. pag. 66. Cod. XXII.

II. pag. 221. Venerabilis Bedae Presbyteri Expoſitio ſuper Marci Evangelium. Prologus inc. *Opitulante ipſa Evangelica gratia ſcripturi primo quae fuerit eidem Marco cauſſa Evangelii ſcribendi, breviter inſinuandum eſſe cenſuimus*. Deſ. *apud pium iudicem interceſſores exſiſtere dignentur*. Tum ſequitur tabula Capitum XLVI. Expoſitio inc. *Initium Evangelii Ieſu Chriſti filii Dei, ſicut ſcriptum eſt in Eſaia Propheta. Conferendum hoc Evangelii Marci principium, principio Matthaei, quo ait Liber generationis &c* Deſ. *quos ſervos perducet per formam ſervi, ut liberi contemplentur formam Domini*. Exſtat Operum Bedae Tomo V. a pag. 1. ad pag. 175. Notandum, quod Evangelii textus litteris maiuſculis eſt exaratus.

III pag. 29.. Epiſtola Cleri, & Populi Florentini ad Alexandrum Papam de miracu-

(1) Petrus Lombardus ex Canonico Carnotenſi Epiſcopus Pariſienſis, obiit A. MCLXIV. die IV. Iulii. Scripſit prae reliquis hunc Commentarium in Pſalterium, ſive gloſſam magiſtralem ex ſelectis, & orthodoxis auctoribus. quae primum prodiit Norimbergae A. MCCCCLXXVIII. fol.

culo S. Petri Ignei, tali inſcripta titulo: *Incipit textus miraculi, quod Dominus ad deſtructionem Simoniacae haereſis operari dignatus eſt in Epiſcopatu Florentino anno ab Incarnatione ſua milleſimo LXVIII. Idus* (ſic) *Febr. feria IV. primae hebdomadae in Quadrageſima in Monaſterio de Septimo*. Inc *Alexandro primae Sedis Reverentiſſimo* (ſic), *ac Univerſali Epiſcopo Clerus, & Populus Florentinus ſincerae devotionis obſequium, Iamdiu taedium, & laborem noſtrum &c.* Deſ. *ne pigritemini clementer impendere*. Haec Epiſtola edita eſt in Annalibus Eccleſiaſticis Baronii ſub anno mlxiii. eamque eruit ex vita S. Ioannis Gualberti ſcripta ab Attone Epiſcopo Piſtorienſi; ſed nonnullas variantes lectiones, nec parvi quidem momenti, ipſam cum Codice noſtro conferentes, obſervavimus. Ceterum conſulenda quae de hac Epiſtola adnotantur Tom. V. pag. 1. Annal. Ord. S. Benedicti Io. Mabillonii.

Codex membranac. Ms. in folio, Ioanne Lamio iudice Saec. XI. ineuntis quoad Commentarium, quoad Epiſtolam vero Saec. XII. Conſtat foliis ſcriptis 295.

D. PAVLI EPISTOLAE CVM SCHOLIIS INCERTI AVCTORIS.

Cod. XXIII. Continet hic vetuſtiſſimus Codex Divi Paulli Epiſtolas cum perpetuo Commentario, & quidem hoc ordine: i. eſt ad Romanos, ii. ad Hebraeos, iii. ad Titum, iv ad Philaemonem, v. ad Galatas, vi. ad Epheſios, vii. ad Philippenſes, viii. ad Coloſſenſes, ix. & x. ad Theſſalonicenſes, xi. & xii. ad Timotheum, xiii. & xiv. ad Corinthios. Praecurrit tabula ſectionum Paulli Epiſtolarum, quae in Eccleſia per anni circulum legebantur. Prologus in Comment. inc. *Sancti Spiritus adſit nobis gratia. Haec tria videntur eſſe conſideranda in unaquaque harum Epiſtolarum, ſcilicet quae fuerit cauſſa, quae coëgit Apoſtolum ſcribere, vel ad corroborationem virtutum, vel ad correctionem vitiorum.* Deſ. *morem epiſtolas ſcribentium ſervat in hoc, quod in principio ſalutationem ponit, in qua captat benevolentiam auditorum commendando perſonam ſuam, & negotium de quo agit, & auctorem ipſius negotii, ſcilicet ipſum Chriſtum ſecundum utramque naturam, & eos quibus mittit.* Commentarius in Epiſtolam ad Romanos inc. *Paullus Latina lingua modicus interpretatur, Graece quietus, & utrumque bene convenit intentioni.* In Epiſtolam ſecundam ad Corinthios deſ. *ut poſſideamus hanc gratiam ſalutis, communicatio Sancti Spiritus facit; haec enim dilectio a Deo Patre, & gratia Chriſti Salvatoris tuetur, ut trium perfectio, conſummatio ſit hominis in ſalutem.* In Epiſtola prima ad Corinthios Cap. 1. ad illud *videte enim vocationem veſtram* pag. 248. ait: *Vere per ſtultitiam praedicationis fecit Deus ſalvos credentes; nam vos fecit ſalvos per idiotas Apoſtolos &c.* Commentarii autem iſti ex Ambroſio potiſſimum repetuntur, hoc eſt Ambroſiaſtro, ſeu Hilario diacono, ut putat Ioannes Lamius.

Codex membranaceus Ms. in fol. Saec. XI. binis columnis exaratus, & cum textu Epiſtolarum rubrica conſcripto. Conſtat foliis ſcriptis 360.

QVAESTIONES THEOLOGICAE INCERTI AVCTORIS.

I. pag. 1. Theologica quaedam de fide. Inc. *Beati qui non viderunt, & crediderunt. Ioan. XXVI. in quibus verbis de fide ſex notanda ſunt: primum dicitur neceſſitas, ſecundum dicitur moralitas &c. Circa primum videndum eſt, quomodo homini pro ſtatu iſto ſit neceſſaria fides pro ſua ſalute.* Deſ. *ſed recurramus ad Virginem, quae roget Filium ſuum, ut nobis indulgeat . . . . . miſericordia, quam nobis concedat Chriſtus, qui vivit &c.* In fine hoc nomen apponitur: *Anton an Mexech bo fri en Reveſck an bellelot*. Citantur autem in his paſſim Cyprianus, Scotus, Gregorius, Auguſtinus, Lactantius, Hieronymus, Thomas, Bonaventura, Rabanus, Nicolaus de Lyra &c. Cod. XXIV.

II. pag. 119. *b.* Sermo de ieiunio, & alia huiuſmodi praedicabilia. Inc. *Convertimini ad me in toto corde veſtro &c. Diſcedit a Creatore ſuo ſaepenumero anima rationalis, quia falſa ſpe deluditur ſenſibilium bonorum &c.* Deſ. *vera eſt ergo ſententia Salvatoris, quod multi ſunt vocati, pauci vero electi, ſcilicet ad beatitudinem, ad quam &c.* Subiicitur p. 218. Alphabetum Hebraicum cum ſua interpretatione.

III. pag. 219. *b.* Sermo pro Sancta Cruce Magiſtri Antonii de Medicis mcccclxxii. Inc. *Lignum vitae eſt his, qui apprehenderint eam &c. Scire debetis, chariſſimi, quod vita eſt actus nobiliſſimus.* Deſ. *ut Gregorius ait, deſipiet omnis caro.* Huic ſubiiciuntur pag. 223. alia praedicabilia, forte eiuſdem.

IV. pag. 253. Occurrit Opus, cui ſequens titulus eſt: *In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen. Incipit Opus de Doctrina Chriſtiana ſecundum Fratrem Robertum* (1) *de Lycio Ordinis Minorum* (2) *ſacrae theologiae magiſtrum, & verbi Domini praedicatorem indignum. Primo incipit tractatus de Divina Charitate, in quo oſtendit cum omni veritate Sacrae Scripturae, qualiter Chriſtus benedictus quantum in ſe eſt omnibus peccatoribus offert indulgentiam, & remiſſionem peccatorum, neminem excludens a ſalutis via.* Dividitur autem in Sermones duos. Primus inc. *Venite ad me omnes qui laboratis &c. Verba ſunt Redemptoris noſtri Ieſu*

(1) Robertus de Lycio, gente Caracciolus, Lycii in Regno Neapolitano natus, Ordinem Minorum ingreſſus eſt: poſtea Epiſcopus Lycienſis, & Aquinas factus eſt. In ſermonibus fuit fervens ac vehemens, & obiit A. mccccxcv. Inter eius ſcripta, quae diligenter recenſentur a Fabricio loc. cit. Tom. VI. pag. 100. ſeq. occurrit hic Tractatus de Divina Charitate, una cum nonnullis eiuſdem Sermonibus, ut ibi dicitur, impreſſus Venetiis A. mcccclxxv. 4.

(2) Montfauconius legit *Praedicatorum*.

Digitized by Google

ſu Chriſti originaliter &c. Secundus deſ. *falſarii, periuri, deceptores.*

V. pag. 262. Copia Bullae, ſeu Decreti Baſileenſis Concilii, *quae concluſio tenenda ſit circa Conceptionem Beatae Virginis Mariae*, extracta ex originali bulla plumbea, quae bulla ſervatur in ſacriſtia maioris Eccleſiae Piſanae cum magna reverentia. Inc. *Sacroſancta generalis Synodus Baſileenſis &c. Elucidantibus divinae gratiae myſteria.* Deſ. *ſancta Synodus elargitur. Datum Baſileae in ſeſſione noſtra publica in maiori Eccleſia Baſileenſi ſollemniter celebrata XV. Kal. Octob. anno a Nativitate Domini MCCCCXXXIX.*

VI. pag. 263. Poſt notitiam quamdam de Sibyllis redeunt alia Praedicabilia ad illa verba: *Homo quidam fecit coenam magnam &c.*

VII. pag. 266. Alia ſequuntur de Divo Franciſco, & eius Ordinis origine, in quibus de ſtigmatibus multa verba fiunt. Pag. 270. Variorum Regum, ac Principum, nec non Regiarum feminarum nomina recenſentur, quae in Franciſcanorum Ordinem cooptari, vel in eorum Eccleſiis ſepeliri voluerunt. Pag. ead. *b.* Viri quidam illuſtres, qui eumdem Ordinem dignitatibus, & doctrina decorarunt, enumerantur. Pag. 272. Exercitationes quaedam occurrunt parvi quidem momenti, videlicet: *Vtrum ſacramentum altaris debeat dici coena? An ſacerdos haereticus degradatus poſſit conficere Corpus Chriſti &c.* Tandem pag. 274. ſequitur ratio conficiendi unguentum pro gula, in cuius fine legitur: *Mutinae* 1471. *&* 72. *die XXI. Februarii.*

Cod. chartac. Ms. in 8. Saec. XV. exeuntis, peſſimae ſcripturae. Conſtat foliis ſcriptis 274.

HOMILIAE INCERTI AVCTORIS.

Cod. XXV. SErmones incerti Auctoris per totius anni circulum, & primo quidem a Dominica prima de Adventu uſque ad Dominicam XXIV. poſt Pentecoſtem; ſecundo pag. 111. in feſta Sanctorum; ac tertio pag. 207. pro Communi eorumdem. Horum autem Sermonum praecurrit accuratiſſima tabula. Sermo itaque primus in Dom. I. de Adventu inc. *Abiiciamus opera tenebrarum. Verba iſta ſcripta ſunt in Epiſtola ad Romanos, & hodie lecta ſunt in Eccleſia ad gloriam ſimul & laudem divinam; in quibus verbis principaliter duo notanda; nam Apoſtolus monens nos fugere opera tenebrarum, quae ſunt vitia & peccata, primo ſuam exhortationem praemittit, cum dicit: abiicite, ideſt, procul a vobis pellite; ſecundo ſuae exhortationis explanationem adiungit, cum ſubdit, opera tenebrarum &c.* Vltimus in Dedicatione templi inc. *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus &c. Legimus in divina ſcriptura quatuor tabernacula.* Deſ. *ideo dicit Pſalm. Quam dilecta tabernacula tua, ideſt manſiones caeleſtes, de quibus dicitur Ioannis XIV. In domo patris mei manſiones multae ſunt.* Tandem claudunt Codicem alii duo Sermones in Nativitate B. Mariae Virginis. Inter Sermones pro Feſtis Sanctorum notandi ſunt pag. 175. *b.* Sermo in feſtum Angelorum; pag. 158. *b.* in feſtum S. Antonii de Padua; pag. 166. in feſtum S. Clarae; pag. 177. *b.* in feſtum B. Franciſci.

Codex membranac. Ms. in 8. minori Saec. XIV. binis columnis & per compendia exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 262.

HOMILIAE INCERTI AVCTORIS.

I. pag. 1. HOmiliae a prima Dominica de Adventu uſque ad XXIV. Cod. XXVI.
poſt Pentecoſten, quae legitur ante vigeſimam tertiam, auctore, ut poſtea comperimus, fratre Giberto Ordinis Minorum. Primus inc. *Benedictus qui venit in nomine Domini. Verba haec exponuntur de adventu Chriſti, in quibus tamen notatur advenientis benignitas, adventus utilitas &c.* Vltimus deſ. *vitam habebitis, ſi haec feceritis, quod nobis praeſtare dignetur qui vivit &c.* Gilbertus Tornacenſis, aliis Guibertus, vergente ſaeculo XIII. clarus, Ordinis Minorum, ſcripſit, praeter alia, Sermones, qui Pariſiis prodierunt A. MDXVIII. in 8. & memorantur in Catalogo Bibliothecae Bodleianae. Vid. Fabricium Bibl. Lat. med. & inf. aet. Tom. III. pag. 58. ſeq.

II. pag. 200. Sermo Fratris Bonaventurae. Inc. *Simile eſt regnum caelorum homini, qui ſeminavit bonum ſemen in agro ſuo. Matth.* 13. *Deſinebant illum, ne diſcederet ab eis &c.* Deſ. *a quo ſupplicio nos liberatos perducat Filius Dei ad regnum caelorum.* Montfauconius propria manu in ſchedis ſuis adnotavit: *Hic Sermo exſcriptus nuper a me fuit pro nova quam meditantur Beati Bonaventurae Operum editione*: non adparet tamen in edit. Pariſ. curante Io. Mabillonio: quare nuper a nobis iterum exſcriptus fuit, pro alia, quam eiuſdem Ordinis Religioſi moliuntur editione.

III. pag. 208. Sequuntur, forte eiuſdem, Sermones ſex. Primus inc. *Inflammatum eſt cor meum, & renes mei commutati ſunt, & ego ad nihilum redactus ſum. Conſuetudo eſt apud iſtos ſapientes agricolas &c.* Deſ. *ad quam cum Beato Franciſco vos perducas.* II. pag. 211. inc. *Vidi alterum Angelum adſcendentem ab ortu ſolis &c. Conſuetudo, eſt quod iſti magni principes quando debent venire ad locum, vel civitatem aliquam &c.* Deſ. *& pie vivamus in hoc ſaeculo, & ſic perveniemus ad vitam gloriae.* III. pag. 215. inc. *Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum ad areolam aromatum, ut paſcatur in hortis cum lilia colligat. Cant. Conſuetudo iſti homines qui habent hortos pulcros & amoenos.* Deſ. *quae colligenda ſunt, quia immatura & indigeſta, gallice . . . . . . relinquentur.* IV. pag. 217. inc. *Sequebatur Ieſum multitudo magna, quoniam videbant ſigna quae faciebat ſuper his qui infirmabantur. Io. 6 Conſuetudo eſt, quod iſti magnates.* Deſ. *apprehendes eam. Rogemus ergo.* V. pag. 220. inc. *Per proprium ſanguinem introivit ſemel in ſancta aeterna redemptione inventa. Hebr. 9. Frequenter contingit, quod ille ſolvit* ex-

expenſas, qui non facit eas. Deſ. *& quando totum oculum tegit, tunc viſum tollit*. VI. p. 222. inc. *Diliges Dominum Deum tuum &c. Conſuetudo eſt apud iſtos mercatores, quando veniunt ad nundinas*. Deſ. *& quatuor ultima ad perfectos & contemplantes & pervenientes. Rogemus ergo &c.* In hiſce ſex Sermonibus notandum eſt eſſe intermixtas aliquas Gallicas phraſes, ac dicteria. In fine pag. 226. *b.* quaedam loca adferuntur Veteris Teſtamenti, quae Beatiſſimae Virgini aptari poſſunt.

Codex membranac. Ms. in 8. minori Saec. XIV. binis columnis, ac perverſis & compendiariis litteris exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 227.

HOMILIAE INCERTI AVCTORIS.

Cod. XXVII. SErmones Dominicales incerti auctoris ab Adventu Domini ad Dom. XXI. poſt Trinitatem. Quum male compactus ſit Codex, initium requires pag. 31. Primus Sermo inc. *Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus Matth. XXI. Cap. Secundum ordinationem ſanctae matris Eccleſiae ab iſta Dominica, quae dicitur Dominica prima Adventus, uſque ad Nativitatem Domini, Eccleſia facit mentionem &c.* Vltimus deſinit imperfecte in verbis: *ſic ſpiritualiter homo febricitans per peccatum incipit mori aeternaliter, nam ſecundum medicos* . . . . , & haec verba incidunt in pag. 30. *b.* item ob male compactum Codicem. Auctores quorum teſtimonia heic adferuntur, praeter ſacrum textum, hi potiſſimum ſunt: Auguſtinus, Gregorius, Bernardus, Beda, Iſidorus, Ambroſius, Hieronymus, Plato, Ariſtoteles, Remigius, Fulgentius, Boëthius, Dantes.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIII. Conſtat foliis ſcriptis 80.

HOMILIAE INCERTI AVCTORIS.

Cod. XXVIII. QVadrageſimale incerti auctoris a fer. IV. Cinerum ad Dominicam Reſurrectionis. Inc. *Quum ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritae. Matth. VI. Chariſſimi, expulſi tenentur ſibi eligere viam per quam vadunt*. Deſ. *& per fructum recompenſationis Spiritus Sancti pervenit, Chriſti mediante glorioſa Reſurrectione, ad terminum vitae aeternae. Amen*. Subiicitur ab eadem manu *Fratris N.* In fine legitur *Tabula materiarum huius Operis*.

Codex chartac. Ms. in 4. minori Saec. XIV. peſſimae ſcripturae. Conſtat foliis ſcriptis 128.

SERMONES THEOLOGICI INCERTI AVCTORIS.

Cod. XXIX. EXcerpta Moralia ex Alberto Ratisbonenſi Epiſcopo, S. Thoma, Fratre Petro de Tarantaſia, poſtmodum Summo Pontifice Innocentio, Fratre Vlrico, Gaufrido, & aliis. Totum Opus dividitur in Libros quatuor, & ſinguli Libri in Titulos. Primus eſt *de Simonia*. Vltimus *de Ignorantia*. Primae litterae prologi prorſus evanuerunt.

Codex chart. Ms. in 4. minori Saec. XIV. peſſimae ſcripturae, in quo nonnullae paginae, ſcilicet a XXI. uſque ad XXXI. membranaceae inſertae ſunt. Conſtat foliis ſcriptis 268.

SERMONES THEOLOGICI FRATRIS IOANNIS DE PARMA.

Cod. XXX. I. pag. 1. FRatris Ioannis Geneſii Quaye (1) de Parma, ſacrae theologiae Magiſtri, Ordinis Minorum, Liber de Civitate Chriſti. Praecedit brevis prologus, qui ita ſe habet: *Strenuiſſimo militi, magnificoque Domino Domino Gregorio Frater Ioannes de Parma, ſacrae theologiae Doctor, Ordinis Minorum, in Domino Ieſu glorioſe valere, & omni ornamento virtutum fulciri. Librum de Civitate Chriſti, quem his diebus cum multo labore, mentiſque ſudore compoſui, Celſitudini veſtrae tranſmitto, quatenus quem rudi ſtylo, modicaque ſapientia compilare praeſumpſi, felix ingenium veſtrum videat corrigere, & emendet. Dominus noſter Ieſus Chriſtus Excellentiam veſtram benigne conſervet, & in cunctis proſperis augeat glorioſe. Amen*. Opus inc. *Fundamenta eius in montibus ſanctis, ait ille doctor prophetarum eximius, totiuſque populi Dei Rex illuſtriſſimus, mente pertractans de beatiſſima Ieruſalem Civitate*. Deſ. *nos perducere dignetur miles, dux, & capitaneus Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui vivit*. In fine legitur: *Fratris Ioannis Geneſii Quaye de Parma, ſacrae theologiae Magiſtri, Ordinis Minorum, Liber de Civitate Chriſti per eum ordinatus, & compoſitus explicit feliciter*. Sequitur tabula materiarum totius operis, quod Capita continet XLVIII. Prodiit Regii A. MDI. & Romae MDXXIII. teſte Waddingo pag. 208. Bibl. Vid. Fabricium loc. cit. Tom. IV. pag. 112.

II. pag. 119. Opus de pugna ſpirituali, ut ex ſubſcriptione, quae eſt in fine. pag. 188. eruitur, Fratris Auguſtini de Urbino Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini Epiſcopi, & Sanctae Eccleſiae Doctoris egregii. Conſtat Sermonibus quadrageſimalibus, quorum primus inc. *Dixit Ieſus diſcipulis ſuis; quum ieiunatis &c. Quamvis tota vita noſtra &c.* Habemus aliud exemplar infra pag. 640. §. III. ſed heic deſinit in Sermone ad illa verba: *Egreſſus Ieſus trans torrentem Cedron*. In fine p. 181. tabula occurrit alphabetico ordine digeſta eorum, quae in Opere pertractantur. Nihil apud Fabricium loc. cit. Tom. I. pag. 150. ſeqq.

Codex papyrac. Ms. in 4. minori Saec. XIV. intricatae ſcripturae. Conſtat foliis ſcriptis 188.

SER-

(1) Errat Montfauconius in ſuo Catalogo, dum legit pro *Quaye*, *Evaye*, & pro *Minorum*, *Praedicatorum*.

Digitized by Google

SERMONES THEOLOGICI INCERTI AVCTORIS.

Cod. XXXI. I. pag. 1. Opus ſine titulo, ſed quod inſcribi poteſt: *Speculum animae, ſeu de duplici ſtatu animae*, in quo conſiderantur duae animae, una vitioſa, & extra gratiam, per quam intelligimus, quae nobis fugienda ſint; altera virtute praedita, & in gratia, per quam videmus, quae nobis imitanda; opus in duas partes diviſum, quarum unaquaeque octo conſiderationes complectitur. Inc. *Declina a malo, & fac bonum. Pſ. 36. Quam breviſſime mihi conſideranti quam brevi calle ad tabernaculum increatae lucis accedat anima de peregrinationis huius calamitoſo ſtatu, haec univerſalis & breviſſima regula per pſalmiſtam porrecta eſt: declina a malo, & fac bonum*. Deſ. *el quale al tuo ſancto regno cantando, & iubilando ſi dignato per tua gratia a noi donare. Ad quam gratiam Dominus Ieſus Chriſtus nos perducat &c. Finitur tractatus de duplici ſtatu animae*.

II. pag. 149. Sermones Quadrageſimales incerti auctoris. Primus *in diem Cinerum* inc. *Faciem tuam lava. Matth. cap. VI. Ex quo quam natura tam alte dignificavit, tuam faciem deturpaſti, eam lava luctuoſis gemitibus mundantium lacrymarum*. Vltimus Sermo, ſeu Sermonis fragmentum in verba *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Luc. VII.* deſ. *ſicque peccatore perſeverante in ſuo propoſito praetacto praeſente* . . . . . in quibus verbis abſolvitur etiam Codex.

Codex papyr. Ms. in 4. min. Saec. XV. Conſtat foliis ſcriptis 300.

SERMONES THEOLOGICI INCERTI AVCTORIS.

Cod. XXXII. Sermones Anonymi de Tempore ac de Sanctis per totum annum cum indice materiarum in principio. Primus inc. *Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere &c. Divina ſcriptura quadruplicem ſomnum nobis inſinuat*. Vltimus deſ. *non novo vulnere transfigendi*.

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XIV. binis columnis minutiſſimis, & intricatiſſimis litteris exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 146.

SERMONES INCERTI AVCTORIS.

Cod. XXXIII. I. pag. 1. Anonymi Sermones varii, in quibus agitur utplurimum de duplici animae ſtatu, in Purgatorio, & Paradiſo. Primus inc. *Miſeremini mei, miſeremini mei &c. Sicut tradunt Doctores, & ceteri philoſophi naturales, quod tria ſunt illa, quae multum commovent cor hominis ad faciendum ſervitium illis qui petunt &c.*

II. pag. 21. Alii Sermones, ſeu potius Sermonum themata pro ſingulis Quadrageſimae diebus. Primus inc. *Pater tuus, qui videt in abſcondito reddet tibi. Matth. VI. Circa Verbi incarnationem poſſet primo quaeri pro prima die: ſi aliquis homo, vel pura creatura potuiſſet ſatisfacere pro peccato originali, ita quod non fuerit neceſſe Chriſtum incarnari &c.*

III. pag. 47. Quaeſtiones quaedam Theologicae. Inc. *S. Thoma prim. ſec. quaeſt.* 109. *art.* 1. *quaerit, an homo ſine gratia poſſit cognoſcere verum, quod tranſcendit intellectum humanum; & reſpondet, quod non &c.* Mutilae ſunt in fine.

IV. pag. 57. Tractatus de ſeptem vitiis capitalibus compoſitus per Fratrem Henricum de Arimino Ord. Fr. Praedicatorum. Inc. *Ecce draco &c. Apoc. XII. Ioannes Apoſtolus, Evangeliſta, & Propheta, Spiritu Sancto repletus &c.* Deſ. *ſic referendum eſt ad eum tamquam in finem ultimum. Ipſi ergo ſit laus & gloria &c.* Auctor iſte floruit anno circiter MCCCXIII. ut habet Iac. Quetif in Hiſt. Scriptor Ord. Praedicat. Tom. I. pag. 523. qui hunc ipſum Codicem memorans Opus iſtud velut ineditum recenſet.

Codex chart. Ms. in 8. Saec. XV. Conſtat foliis ſcriptis 78.

SERMONES THEOLOGICI INCERTI AVCTORIS.

I. pag. 1. Sermones varii ſcripti a Fratre Ivone Alani, ut eruere eſt ex pag. 11. *b.* ubi in fine Sermonis de Nativitate Domini haec adnotantur: *Fr. Ilivo Alani ſcripſi hos Sermones in Conventu Florentiae anno Domini* 246. (ſic) *dum erat ibidem biblicus poſitus per Capitulum Provinciale Senis celebratum*. Primus Sermo inſcribitur *de beato Franciſco ſermo bonus, & nobilis, ſcriptus Florentiae*. Inc. *Tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia, & perfectus decore in deliciis paradiſi Dei fuiſti. Ex. 28. In odorem unguentorum tuorum currimus, adoleſcentulae dilexerunt te nimis. Per adoleſcentulas intelliguntur animae devotae, quae ſentientes odorem mirificum S. Franciſci &c.* Cod. XXXIV.

II. pag. 15. Dubia LXXXIX. cum ſuis ſolutionibus. Primum eſt: *Vtrum Contritio ſit magis neceſſaria, quam Communio. Dicendum quod Sacramentum Communionis eſt neceſſarium &c.* Vltimum eſt: *Vtrum ieiunantes debeant eſurire:* & eius ſolutio deſ. *in moralibus ſola deitatis viſio vera eſt*.

III. pag. 27. Quadrageſimale cum Prologo, qui inc. *Sermones quadrageſimales de ſpirituali pugna per comparationem ad ſpiritualem* (ſic) *ad hoc ſunt editi, ut alliciatur ad audiendum cor populi, quod novit plurimum novitate relata laetari*. Deſ. *eram enim parvus ſcholaris, & non praedicator, quando ad recreationem animi hoc ſcripſi*. Sermo primus inc. *Dixit Ieſus diſcipulis ſuis; quum ieiunatis &c. Quamvis tota vita noſtra, dum ſumus in via, ſit in continua pugna &c.* Vltimus in verba: *Veſpere autem ſabbati, quae luceſcit &c.* deſ. *de eius viſione omne gaudium, exſultatio, laetitia,*

Digitized by Google

tia, & bonum habetur, & poſſidetur; ad quod ipſe nos perducat &c. Tum ſubditur: *Explicit iſtud Quadrageſimale per me Fratrem Yvonem Alani ſtudentem indignum in Conventu Florentiae Anno Domini* 1459. *in aurora diei feſti S. Barbarae Virginis &c.*

IV. pag. 84. *b.* Alii Sermones XI. a Dominica de Paſſione uſque ad Fer. IV. de Palmis, quorum primus inc. *Convertimini ad me &c. Quia heri declaratum fuit, quomodo proſperitas malorum in hac vita multos detinebat, ne converterentur &c.* Vltimus deſ. *moveamini ad cito peragendum id, ad quod nos Chriſtus invitat dicens: Convertimini &c.* Heic quoque repetitur ſubſcriptio, ut ſupra: *Expliciunt Sermones per me Fratrem Yvonem Alani provinciae Turoniae Conventus Corisoxiten. in Conventu Florentiae Anno Domini* 1459. Agitur autem in hiſce Sermonibus potiſſimum de obligatione reſtitutionis, de uſura, ac de beneficio creationis, gubernationis, iuſtificationis, praefiguntur que ſingulis verba: *Convertimini ad me &c.*

V. p. 100. Sermo de Paſſione Domini valde longus. Inc. *Inclinato capite emiſit ſpiritum. Io.* 19. *Anima devota cum Angelo aſſocia te in ſpiritus fervore ambulans in civitatem ſanctam Ieruſalem deſuper &c.* Deſ. *collaudet omnis ſpiritus, quos per crucis myſterium ſalvat rege per ſaecula &c.* Tum ſubiiciuntur quaedam pauca de ſtatura Domini noſtri Ieſu Chriſti.

VI. pag. 117. *b.* Sermones alii tres, ſeu breves Tractatus, quorum primus de Conceptione B. Mariae Virginis, alter de eiuſdem Annuntiatione, tertius de honore ſacerdotibus exhibendo. Primus inc. *Notandum, quod beata Virgo fuit dupliciter concepta, videlicet & ſecundum carnem, & ſecundum animam.* Vltimus deſ. *per ſacrificium Miſſae dedit & dat Dominus quotidie ſalutem toti Eccleſiae Chriſtianorum, per quam ſalutem pervenitur ad gloriam Paradiſi, ad quam nos &c.*

VII. pag. 124. Aliae conciones incerti auctoris XXV. Prima eſt *de honore, & dignitate Eccleſiae.* Vltima *de Inferno.* Hiſce omnibus praefixa ſunt verba: *Non pecces in multitudine civitatis. Eccleſ.* 7. Vltima autem in fine mutila eſt.

Codex chartac. Ms. in 4. minori Saec. XV. intricatis litteris exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 231.

SERMONES THEOLOGICI INCERTI AVCTORIS.

Cod. XXXV. I. pag. 1. NVllo titulo praeeunte occurrit Fratris Alphonſi Bonihominis Hiſpani (1) nova translatio de Arabico (2) in Latinum libelli cuiuſdam antiquiſſimi ab Iudaeo catechumeno compoſiti, in quo primo quaerit Iudaeus, quare ipſi generaliter percuſſi ſunt a Deo &c. Inc. *Conſerves te Deus, o frater, & permanere te faciat, uſquequo terminetur iſta noſtra captivitas.* Deſ. *eius ſcripturam docuit ut correptus homo penitus, vel ignarus.* Subiicitur pag. 16. *b.* eiuſdem Fratris Alphonſi Epiſtola, Libelli huius dedicatoria. Inc. *Reverendiſſimo in Chriſto patri Fratri Vgoni Magiſtro Ordinis Praedicatorum digniſſimo, & ſacrae paginae Profeſſori, eius ſubditus ſemper Frater Alphonſus Bonihominis Hiſpanus praemiſſam obedientiam in omnibus, & devotam. Quum ego propter parvitatem meam.* Deſ. *gratia & amore ſcriptum per manum modici ſervi veſtri Alphonſi in nomine Domini miſericordis.*

II. pag. 19. De cura, & modo rei familiaris utilius gubernandae Epiſtola Bernardi ad Raymundum militem & dominum Caſtri S. Ambroſii. Inc. *Gratioſo, & felici militi Raymundo &c. Accepiſti a nobis de cura & modo rei familiaris utilius gubernandae &c.* Deſ. *ad quam deducat ſua damnabilis ſenectus amen.* Non apparet in editione Operum Pariſienſi, curante Mabillonio MDCCXIX. fol. Tom. I. inter Epiſtolas.

III. pag. 21. Sermones incerti auctoris num. VII. Primus inc. *Audiſtis quia dictum eſt: diliges proximum tuum &c. In hac lege Chriſtus primo addit perfectam charitatem ad inimicos.* Vltimus in verba: *Simile eſt regnum caelorum &c.* deſ. *quod multi ſunt palea, pauci vero ſunt granum.*

IV. pag. 57. Poſtilla, ſive Expoſitio ſuper Orationem Dominicam ab eodem expoſitore qui ſupra edita (fortaſſe Alphonſo). Inc. *Ad intuendum altitudinem Orationis Dominicae.* Deſ. *& maxime in myſteriis ſcripturarum ſanctarum.*

V. pag. 63. Sequitur ſine ullo titulo Praefatio in expoſitionem Decalogi. Inc. *Ad evidentiam autem intellectus iſtarum additionum triplex eſt diſtinctio advertenda.* Deſ. *reus erit gehennae ignis.* Pag. ead. *b.* nonnulla occurrunt de ira, quorum initium eſt: *Poſſet autem heic quaeri &c.* Pag. 67. de Conceptione Beatae Mariae Virginis quaeſtiones quaedam. Inc. *Vtrum Beata Virgo in Conceptione ſua ex demerito primi hominis peccatum originale contraxit.* Deſinit, ut videtur, imperfecte in verbis: *quod ipſe vocat carnem Virginis obnoxiam.* Pag. 77. de eodem argumento tractatus brevis, ſed alia manu. Inc. *Notandum primo quod B. Virgo fuit dupliciter concepta.* Deſ. *ſed in cunctis Mariam adſpice. Amen. Anno Domini MCCCCLXXIX.* Exſtat etiam in Codice ſuperiori §. VI.

VI. pag. 82. Anonymi Expoſitio praeceptorum Decalogi. Inc. *Audi Iſrael praecepta Do-*

(1) Alphonſus Bonihominis Hiſpanus, Ord. Praedic. A. MCCCXXXIX. ex Arabico vertiſſe dicitur librum converſi ad Chriſtum Magiſtri Samuelis Iſraelitae, oriundi de Civitate Regis Marochi *de adventu Meſſiae, quem Iudaei fruſtra exſpectant*, cum praemiſſa eiuſdem Samuelis Epiſtola ad Rabbi Iſaac, Magiſtrum Synagogae in Submoleta in Regno praedicto, ſcripta A. MXXII. cuius plures editiones memorat Fabric. Bibl. med. & inf. lat. Tom. I. pag. 71. cit. edit.

(2) Ex Hebraica potius, quae ex Arabico facta erat, verſione. Vid. Wolfii Biblioth. Hebraeam Tom. I. pag. 1099.

Digitized by Google

Domini, & ea in corde tuo ſcribe &c. In verbis iſtis Spiritus Sanctus circa divina praecepta, tria tangit. Deſ. *quod vinum, glorioſae Virginis Mariae filius benedictus praeſtare dignetur, qui cum Patre, & Spiritu Sancto &c.*

VII. pag. 122. Liber Methodii Patarorum Epiſcopi, & martyris, quem Sanctus Hieronymus collaudat in operibus ſuis. Inc. *Sciendum nobis eſt, fratres chariſſimi, quomodo creavit Deus caelum & terram.* Deſ. *unde nos eripere dignetur, qui cum Patre &c.* Forte eſt fragmentum eius Commentariorum in Geneſim, quorum nonnulla excerpta exſtant in Catenis Mss.

VIII. pag. 124. De poenitentia Tractatus incerti auctoris. Inc. *Memor eſto unde excideris, & age poenitentiam &c. Apoc. 2. More turturis & columbae hodie nobis proponit poenitentiae luctum.* Deſ. *quam poenitentiam talem nobis concedat. Amen.*

IX. pag. 128. Quaedam de ſeptem ſtatibus Eccleſiae ex viſionibus Ioannis Evangeliſtae. Inc. *Nota quod ſeptem ſunt ſtatus Eccleſiae in viſionibus Ioannis deſcripti &c.* Deſ. *in ſeptimo praeguſtatores gloriae.*

X. pag. 129. Aliae item conſiderationes de Sanguine Chriſti. Inc. *Nota XII. conſiderationes, ſeu conditiones de Sanguine Chriſti, ſicut evidenter probare poſſumus per ſcripturas.* Deſ. *caeleſtia intrare mereamur.*

XI. pag. 130. Quaedam de Trinitate. Inc. *Nota de Trinitate exempla. Dictum eſt, quod qualiter &c.* Deſ. *& conſiderantur tripliciter.*

XII. pag. 132. Tractatus circa diſcretiones ſpirituum editus, ut ex fine eruitur, a Magiſtro Henrico de Haſſia piae memoriae. Inc. *Chariſſimi nolite omni ſpiritui credere, &c. Sicut in philoſophia motus & operationes referri conſueverunt ad formas.* Deſ. *non niſi ſolo impoſſibilitatis freno poſſe retineri.* Hic Tractatus de diſcretione ſpirituum, ſive de quatuor inſtinctibus exſtat inter Gerſonis Opera, cura Cornelii Dielmanni edita Antuerpiae anno MDCLII. 8.

XIII. pag. 142. Tractatus Domini Angeli Perigli de Peruſio de Contractibus. Inc. *Quoniam laicorum frequens eſt uſus in contrahendis ſocietatibus negotiandi.* Deſ. *ſpiritualis cognatio &c.* In fine legitur *Zimſleys.* Nihil apud Fabricium l. c.

XIV. pag. 164. Collectio multarum auctoritatum philoſophiae naturalis, moralis, & logicae, excerptarum ab Ariſtotele, Platone, Boëthio, Seneca, & Apuleio per Fratrem Antonium Medicem (1) iuxta ordinem alphabeti ad utilitatem ſtudentium, ut ex ſubſcriptione in fine poſita eruitur. Brevis Prologus praecedit. Inc. *Auctoritates philoſophiae naturalis, moralis, & logicae &c.* Deſ. *non ſecludat.* Littera A. inc. *Abſtractio. Abſtraentium non eſt mendacium.* Deſ. *melior eſt rei uſus, quam poſſeſſio.* Nihil de eo Fabricius l. c.

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. diverſis manibus, & compendiariis characteribus exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 223.

SERMONES THEOLOGICI INCERTI AVCTORIS.

SErmones in Dominicis, & feſtis diebus totius anni, & in Quadrageſima potiſſimum dicendi, qui ita ſunt diſpoſiti. I. omnes illi occurrunt, quorum thema deſumptum eſt ab Evangelio S. Matthaei. II. ab Evangelio S. Marci. III. ab Evangelio S. Lucae. IV. ab Evangelio S. Ioannis. Pag. 39. leguntur duae Quaeſtiones, prima *utrum Chriſtus ſola divinitate fecerit miracula.* Secunda pag. 40. *utrum Chriſtus debuerit ceſſare a praedicatione, ut evitaret ſcandalum Iudaeorum.* Primus Sermo inc. *Quum natus eſſet Ieſus &c. Math. 2. Heic oſtendit Evangeliſta Ieſum eſſe verum Deum, & verum hominem ex illuſtratione caeleſti.* Ultimus deſ. *convenientiſſime poteſt ſcribere: ſcimus enim, quia verum eſt teſtimonium eius.* In fine habetur tabula Dominicarum feſtivitatum, & feriarum, pro quibus ſupradicti Sermones exarati ſunt, & nonnullarum quaeſtionum, quae in iiſdem ſolvuntur. Poſt tabulam leguntur duo exempla, quorum primum de iuſtitia, alterius finis deſideratur. Cod. X[illegible]

Codex chartac. Ms. in 4. minori Saec. XIV. peſſime exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 110.

QVAESTIONES THEOLOGICAE INCERTI AVCTORIS.

RAyneriana, ſive Summa Magiſtri Raynerii de Piſis Ordinis Fratrum Praedicatorum. Eſt autem fragmentum tantummodo huiuſce Operis, quod integrum habetur in bibliotheca S. Crucis Laurentiana, de quo ſuo loco dicendum: heic enim duae primae tantum litterae continentur. Inc. *Abſolutio. Circa abſolutionem quatuor per ordinem ſunt notanda.* Deſinit in verbo: *Beatitudines*, & quidem ita: *& per oppoſitum iudicium ſine miſericordia fiet illi, qui non fecit miſericordiam. Iacobi 2.* Cod. XXXVII.

Codex chart. Ms. in 4. maiori Saec. XIV. peſſimae ſcripturae. Conſtat foliis ſcriptis 123.

SVMMA QVAESTIONVM THEOLOGICARVM INCERTI AVCTORIS.

SVmma Quaeſtionum Theologicarum Anonymi, in quibus agitur: I. pag. 1. de libris Sacrae Scripturae. II. pag. 3. de Trinitate. III. pag. 17. b. de ſcientia, & praeſcientia Dei. IV. pag. 19. b. de praedeſtinatione. V. pag. 21. b. de reprobatione. Cod. XXXVIII

VI. pag.

(1) Animadvertendum eſt vocem iſtam *Medicem* fuiſſe poſterius ſuffectam, eraſa priori ſcriptura, in qua fortaſſe verus collectionis auctor latebat.

Digitized by Google

vi. pag. 23. *b.* de potentia Dei. vii. pag. 27. de voluntate Dei. viii. pag. 31. *b.* de Angelorum creatione, ſeu de natura Angelica. ix. pag. 32. de Angelorum rebellione. x. pag. 35. de diabolo. xi. pag. ead. an homo poſſit eſſe adeo malus ut diabolus. xii. pag. 36. *b.* an boni Angeli poſſint peccare. xiii. pag. 37. de Angelorum ordinibus. xiv. pag. 39. de creatione mundi. xv. pag. 41. de Sacramentis; ſed heic inter pag. 40. & 41. aliquid deſideratur. xvi. pag. 42. de Baptiſmo. xvii. pag. 47. de Ioannis Baptiſmo. xviii. pag. 48. *b.* de Confirmatione. xix. pag. ead. *b.* de Sacramento Dominici Corporis. xx. pag. 49. de mendaciis; notandum heic quoque inter pag. 48. & 49. aliquid deſiderari. xxi. pag. 50. de iuramento. xxii. pag. 51. *b.* de periurio. xxiii. pag. ead. *b.* de duobus ultimis praeceptis Decalogi. xxiv. pag. 52. de Caeremonialibus. xxv. pag. 53. de Incarnatione Chriſti. xxvi. pag. 59. utrum Anima, & Caro Chriſti ſint adoranda una, & eadem adoratione. xxvii. pag. 62. de iure & de poteſtate diaboli. xxviii. pag. 63. quaeſtiones variae de Paſſione Domini, & de Sacramentis Eccleſiae. Inc. *Ne ad menſam tabernaculi, ideſt ad ſcripturam &c.* Deſ. *inquiſitioni relinquimus, huic operi noſtro cum gratiarum actione finem imponentes.*

Codex membran. Ms. in 4. maiori Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, & intricatiſſimis litteris exaratus, in cuius infimo primae paginae margine legitur: *Monaſterii Ciſtelli de Florentia.* Conſtat foliis ſcriptis 93.

QVAESTIONES CANONICAE INCERTI AVCTORIS.

Seu potius

Varia ad Concilium Conſtantienſe & Baſileenſe pertinentia.

Cod. XXXIX. Continet hic Codex perverſae ac confuſae ſcripturae, diverſorum Theologorum Conſilia, & alia ad materiam ſchiſmatis, quo ineunte ſaeculo XV. laboravit Eccleſia pertinentia, quorum pleraque inedita eſſe arbitramur, quum nemo fortaſſe repertus fuerit, qui ea ex hoc Codice deſcribendi provinciam ſuſciperet, characteris difficultate, & paginarum confuſione deterritus. Habentur igitur haec:

I. pag. 1. Quaeſtiones XI. quarum prima: *an Gregorius XII. cedere teneatur.* Vltima: *an ante definitivam ſententiam contra Gregorium in Concilio forte ferendam fideles quoque ſibi, aut teneantur, aut poſſint obedientiam denegare.* Inc. *Penſata malitia moderni temporis, in qua de fide agitur, & de ſubtrahendo obedientiam Domino Gregorio XII. &c.* Definit imperfecte in verbis: *ſequitur quod ſi quis iuraſſet* . . . . . . duobus foliis vacuis ad reliqua ſupplenda relictis.

II. pag. 54. Oratio Cardinalis Iuliani Caeſarini titulo S. Angeli. Inc. *Fletus magnus in Eccleſia Iudith VII. Beatiſſime Pater & Domine, qui clavigerae cathedrae ſola divina providentia praeſidens &c.* Deſ. *huic fletum magnum comminatus eſt Altiſſimus ex alio ſolio providentia divinali* . . . . . . Haec quoque videtur mutila.

III. pag. 58. Conſilium Antonii de Butrio, an Cardinales teneantur ire Saonam. Inc. *Circa factum promiſſionum Reverend. Cardinalium, & D. Gregorii XII. & Antipapae Benedicti ponderanda ſunt aliqua infraſcripta.* Deſ. *ideo quanto citius occurrant, ſi poſſunt, ut tanta peſtis de collo Chriſtianorum auferatur.* Antonius de Butrio, Bononienſis ICtus, docuit in patria, hinc Ferrariae, ac deinde in patria iterum, ubi etiam ſepultus eſt A. MCCCCVIII.

IV. pag. 69. Vtrum ad Cardinales ſpectet convocare Concilium Generale. Inc. *Quum Reverendiſſimi Patres Domini Cardinales utriuſque Collegii hodie ad invicem uniti pro unione in Dei Eccleſia reducenda, & extirpando ſchiſmate &c.* Deſ. *ut dicit B. Auguſtinus in Epiſtola, quam ſcripſit contra Donatiſtas &c.*

V. pag. 71. *b.* Declaratio cuiuſdam dubii, *an Cardinales poſſint mandare ſubditis Papae, quod ab eius obedientia ſe ſubtrahant.* Inc. *Revocatur in dubium, an Domini Cardinales poſſint mandare ſubditis Papae, vel eos exhortari nutrientes ſchiſma antiquatum, ut ſe ab obedientia ſubtrahant &c.* Deſ. *ſtante iure Papatus, vel poſſeſſionis merito non ſunt reſtituendi. Et hoc videtur mihi veritas.*

VI. pag. 74. *b.* An Papa poſſit deponi, ſi reperitur haereticus, & corrigi velit. Inc. *Dico quod dupliciter poteſt deprehendi.* Deſ. *in fidei favorem. De haereticis lib. 6. per totum.*

VII. pag. 75. An obedientia ſubtracta, ſit reſtituenda. Inc. *In Chriſti nomine &c. Pro clariori evidentia dicendorum praemitto aliqua &c.* Deſ *ex iſtis liquide infertur concluſio* . . . Heic quoque aliquid deeſſe videtur.

VIII. pag. 77. Tractatus Domini Petri de Ancharano I. V. D. Bononienſis, factus tempore Innocentii VII. de diverſis modis, & viis ad faciendam unionem tempore ſchiſmatis ad Baldaſſarem de Neapoli Cardinalem S. Euſtachii. Inc. *Reverendiſſimo &c. Quaeſiviſti R. P. a me humili ſervitore veſtro, quod cogitarem, quomodo facilius, & habilius, & animis hominum populi Chriſtiani gratius & acceptius poſſet hoc inveteratum ſchiſma ſedari.* Deſ. *nam ex ipſo, & in ipſo, & per ipſum ſunt omnia, cui honor, & gloria &c.* In fine legitur: *Compoſitus per me Petrum de Ancharano I. V. D. regentem cathedram Decretalium in hac alma Civitate Bononiae, ſtudiorum omnium vera matre MCCCCV.* (1) *de menſe Aprilis. Alias reperi per Antonium de Butrio.* Petrus de Ancharano, Farneſiorum Caſtello, Baldi A. MCCCC. defuncti diſcipulus, ICtus celebris Bononienſis, ſcriptor Commentariorum in Decretales, Sextum, & Clemen-

(1) Montfauc. in ſuo Catalogo male habet 1403.

mentinas, Conſiliorum, aliarumque lucubrationum, de quo vide Fabricium l. c. Tom. V. pag. 240.

IX. pag. 110. Eiuſdem declaratio cuiuſdam dubii: *An Cardinales poſſint mandare ſubiectis Papae, quod ab eius obedientia ſe ſubtrahant*. Inc. *Revocatur in dubium, an Domini Cardinales poſſint mandare ſubiectis Papae, vel eos exhortari nutrientes ſchiſma antiquatum, ut ſe ab obedientia ſubtrahant, & an ſubditi poſſint impune recedere &c.* Eſt eadem quaeſtionis reſolutio, atque illa, quam innuimus paullo ante §. V. ubi erat ſine auctoris nomine.

X. pag. 112. Eiuſdem Conſilium: *An ſubtrahentes ſe ab obedientia, dicantur Papam ſpoliare*. Inc. *Pro clariori evidentia dicendorum praemitto aliqua, ex quibus apparebit, quod iſta non eſt ſpoliatio, ſed debita iuris exſecutio*. Deſ. *& quodammodo notorium, quod nullam habet iuſtam defenſionem. Laus Deo*.

XI. pag. 117. *b*. Eiuſdem Conſilium: *An Cardinales teneantur ire ad locum Saonae conventum, Papa illuc accedere recuſante*. Inc. *Viſis, & inſpectis, inſtrumento obligationis facto in Conclavi tempore vacationis Eccleſiae per obitum D. Innocentii Papae VII. &c.* Deſ. *plene dixi in dicto tractatu ſchiſmatis VI. membro coactae ceſſionis. Laus Deo, & Salvatori noſtro Domino Ieſu Chriſto MCCCCVII.* (ſic enim videtur legendum) *XII. Octobris*. Sequitur formula ſubſcriptionis eiuſdem Petri de Ancharano.

XII. pag. 121. Antonii de Butrio I. V. D. de Bononia Conſilium: *An poſitis quae in facto ponuntur, Domino noſtro non volente, aut non valente Saonam accedere pro parte Eccleſiae iuxta vota, & iuramenta, ac conventa populo Chriſti danda, Cardinales accedere teneantur*. Inc. *In nomine &c. Viſo puncto tranſmiſſo, ac meditatis tribulationibus, anguſtiis, animarum perditionibus, corporum attritionibus, quas hucuſque iam lapſis XXX. annis paſſus eſt populus Chriſtianus &c.* Deſ. *ideo quam citius occurrant, ſi poſſunt, ut tanta peſtis de collo Chriſtianorum auferatur*. Et heic legitur auctoris ſubſcriptio.

XIII. pag. 127. Conſilium Franciſci de Zabarellis de modis exſtinguendi ſchiſmata ab Eccleſia, ubi inter alia agitur, *quando ſunt duo contendentes de Papatu, quis erit iudex*; & de multis pulcris quaeſtionibus de Concilio, & collegio Cardinalium, & de congregatione Conciliorum, ſcilicet *ad quem pertineat, & quid erit, quando Collegium eſt diviſum; & de poteſtate Imperatoris in ſimilibus; & quid erit, quando contendentes de Papatu inhibent, ne quis veniat ad Concilium*. Inc. *Vnitatem Eccleſiae firmiter tenere, ac vendicare debemus omnes Catholici &c.* Deſ. *& iure ſuo, & iure commiſſionis ſibi factae, quatenus expediat pro hoc, quod notavit Innocent. de praeſcript. Cum ex officii in gloſſ. num. 9. Laus Deo & individuae Trinitati*. Tum ſubiiciuntur haec: *Vide complementum huius tractatus poſt aliquas chartas, videlicet* poſtquam haec ſcripſeram. *Franciſcus de Zambarellis*. Franciſcus Zabarella, patria Patavinus, ibidem, & Florentiae ius Pontificium docuit; factus poſtea Archiepiſcopus Florentinus, & Cardinalis titulo SS. Coſmae, & Damiani, obiit in Concilio Conſtantienſi A. MCCCCXVII. Eius tractatus de Schiſmatibus auctoritate Imperatoris tollendis, exſtat in Collectione Schardii de auctoritate Imperiali, & Argentinae MDCIX.

XIV. pag. 137. *b*. Antonii de Luſchis Secretarii Apoſtolici Epiſtola ad Cardinalem quemdam Mediolanenſem de Eccleſiae calamitate, & afflictione propter Patrum de ſacro Collegio ab obedientia Summi Pontificis diſceſſionem. Inc. *Quid facies, Reverendiſſime Pater, in hoc novo diſſidio? quarum vis eſſe partium? res enim, ut video, ad meras partes adducta eſt*. Deſ. *& Eccleſiam ſuam, qua laborante mundus affligitur, omnino perire non ſinet. Vincentiae VIII. Iulii*. Nihil de eo habet Fabricius l. c.

XV. pag. 140. *b*. Reſponſiva ad Dominum Antonium de Luſchis pro parte Reverendiſſimi Domini Cardinalis Mediolanenſis. Inc. *Quaeris in exordio tuae Epiſtolae, Antoni fili chariſſime: quid facies Rev. Pater in hoc novo diſſidio? quarum vis eſſe partium? Huic tuae inquiſitioni reſpondeo: quod iuſtum eſt proſequar*. Deſ. *tu nos dilige, quia nos te diligimus. Datum Bononiae die 18. Iulii MCCCVIII.* (leg. *MCCCCVIII.*)

XVI. pag. 143. Sequitur complementum Conſilii ſupradicti Franciſci de Zabarellis. Inc. *Poſtquam haec ſcripſeram, audivi conferri, an per fortes poſſit hoc dirimi &c.* Deſ. *laudantes Deum in hoc ſaeculo temporaliter, & tandem in caelo aeternaliter in ſaecula ſaeculorum*.

XVII. pag. 156. Dubia propoſita, & allegata in Sacro Concilio generali Piſano per Dominum Verdenſem, Oratorem Ruperti Regis novi electi, impugnando (1) contra Concilium in eo geſta multis modis in favorem Imperii, ad quae de mandato Concilii reſpondit Petrus de Ancharano, ut ſtatim ſequitur. Inc. *Reverendiſſimi Patres, & Domini. Excellentiſſimi Principis, & Domini Romanorum Regis ſemper Auguſti Oratores exponunt coram V. P. R. ſinceriſſimam affectionem*. Deſ. *brevis mora cum aſſignatione alterius loci bene commodi nullatenus eſſet deneganda*. In fine legitur: *Ego Magiſter Corradus de Suſato theologiae profeſſor praeſentavi die 16. MCCCCIX. praeſentem cedulam, dubia per Epiſcopum Verdenſem expreſſa continentem*.

XVIII. pag. 161. Reſponſio in eodem Sacro Concilio per Petrum de Ancharano facta, omnia exprobrando, quae dixit Epiſcopus Verdenſis. Inc. *Reverendiſſimi, metuendique Patres Praelatique Ven. ac Illuſtres Prin-*

ci-

(1) Heic male legit Montfauc. *Imperatoris* pro *impugnando*.

Digitized by Google

cipes, Regum, Ducum, ac Praelatorum omnium Reverendi ac Magnifici Oratores, Eximiique Doctores. Auditis, & intellectis quae expoſita & narrata fuerunt &c. Deſ. *nec debet utile per inutile vitiari C. utile &c.* Exſtat in Supplemento Concil. Io. Dominici Manſi Lucae MDCCXLIX. Tom. III. pag. 1100. ſeqq.

XIX. pag. 190. Conſilium famoſiſſimi (1) V. I. D. Antonii de Caſſarellis, Civis Romani, & Apoſtolici Conſiſtorii Advocati: *An creatio Cardinalium ſpectet ad Papam ſolum, vel ad Cardinales, vel ad utrumque*, ad Reverendiſſimum Dominum D. G. Card. tit. S. Mariae Tranſtyberim. Inc. *Reverendiſſimo in Chriſto Patri, & Domino &c. ſervulus ſuus Antonius de Caſſarellis &c. cum ſeipſo hunc parvum libellum &c.* Deſ. *at nos loquimur in Cardinalibus, in quibus cadit plenitudo talis ut ſupra; ergo illam propterea praeſcribere potuerunt. Laus Deo &c.*

XX. pag. 214. An Papa ſit adſtrictus ſervare Capitula facta in Conclavi, antequam eligatur, aut poſt electionem, ſi talia etiam iurata reſtringant poteſtatem Papalem; per R. Epiſcopum Ovetenſem. Poſt inſcriptionem, & titulum valde longum: *Ad Sanctiſſimum Patrem, & clementiſſimum Dominum Dominum noſtrum Paullum ſecundum Pontificem Maximum libellus de libera, & irreſtringibili auctoritate Romani Pontificis &c.* inc. *Cogitanti mihi, beatiſſime ac clementiſſime Pater, & Pontifex Maxime, aliquid tuae Sanctitati in his beatis initiis tui feliciſſimi Pontificatus dignum offerre &c.* Deſ. *& tandem poſt longaeva tempora cum grege ſuo perducet ad vitam aeternam. Amen.*

XXI. pag. 237. Cardinalis S. Angeli de Caeſarinis in Concilio Baſileenſi Legati, praeſentibus Oratoribus Regni Boëmiae, ſub nomine Eccleſiae Matris Sanctae valde lacrymabilis & pia Oratio. Inc. *Loquuturus pro publica populi Chriſtiani utilitate opus mihi eſſe arbitror, ut perſonam privatam exuam, & induam publicam.* Deſ. *ad quam gloriam ipſe Ieſus Chriſtus nos omnes & alios filios meos ubique exſiſtentes ſemper ducere dignetur, qui vivit &c.* Recenſetur inter Codices Mss. Actorum Concilii Baſileenſis in calce operis inſcripti: *Commentationes Hiſtoricae, & Criticae Io. Dan. Schoepflini. Baſileae per Io. Henricum Deckerum MDCCXLI.* 4. pag. 541.

XXII. pag. 264. Eiuſdem Epiſtola ad Papam Eugenium de facto Concilio Baſileenſi. Inc. *Beatiſſime Pater, poſt devota pedum oſcula beatorum. Iam nunc univerſus cognoſcat orbis, an viſcera paternae charitatis &c.* Deſ. *omnipotens Deus S. V. in utriuſque hominis proſperitate conſervet, cuius pedibus me humillime recommendo. Baſileae die V. Iunii.* Indicatur haec Epiſtola, ſed ſine nomine auctoris, ibidem pag. 549.

XXIII. pag. 275. Decretum Eugenii ad Concilium Baſileenſe. Inc. *Eugenius &c. ad futuram rei memoriam. Paſtoralis cura ſollicitudinis divinitus nobis iniuncta excitat mentem noſtram, ut quae ordinata ſunt &c.* Deſ. *decernentes irritum, & inane, ſi ſecus &c.* Exſtat in Supplementis Concilior. Manſi cit. edit. Tom. IV. pag. 826.

XXIV. pag. 276. Tractatus de haereſibus editus a Guidone de Bayſio Archidiacono Bononienſi, qui ſcripſit ſuper Decretum &c. ad Clementem Pontificem. Inc. *Sanctiſſimo in Chriſto Patri, & Domino Domino Clementi &c. Vt utar verbis Hieronymi Doctoris Catholicae Eccleſiae veſtrae ſponſae &c.* Deſ. *nam ſales peſtiferi eradicandi & evellendi ſunt de fidelibus Chriſtianis.* Guido de Bayſo apud Trithemium C. 292., apud Cangium rectius de Bayſo, ſive Baiſius. Patricius Regienſis, Bononiae Canonicus anno circiter MCCLXXX. Vid. Fabricium loc. cit. Tom. III. pag. 129.

Codex chartac. Ms. in 4. Saec. XV. intricatiſſimis ſupra quam dici poſſit litteris exaratus, & inſuper ob incuriam bibliopegi totus male compactus, ſed numeris novis in margine appoſitis a nobis iterum in ordinem priſtinum reſtitutus. Conſtat foliis ſcriptis 320.

QVAESTIONES CANONICAE INCERTI AVCTORIS.

Cod. XL.

HEnrici de Zoemeren (2) Epitome Operis Guilelmi Ochami de Haereticis iuſſu Beſſarionis Epiſcopi Thuſculani Sanctae Romanae Eccleſiae Cardinalis Nicaeni, cui Epiſtola nuncupatoria praecurrit, quae ita inſcrib. & inc. *Reverendiſſimo in Chriſto Patri, ac Domino D. B.* (ſcil. *Beſſarioni*) *Epiſcopo Thuſculano S. R. E. Card. Nicaeno vulgariter nuncupato, per Alamanniam, atque Germaniam Sanctae Sedis Apoſtolicae Legato, E. R. D. tuae devotiſſimus ſervulus, & indignus Capellanus Henricus de Zoemeren in theologia licentiatus cum humillima commendatione ſeipſum. Iuſſit eruditiſſima benignitas tua, ut ex dialogo Guilelmi Ockam, quem ſcripſit de haereticis epitomen conficerem, & quae in eo memoratu digna viderentur, quaſi ſummarie, & brevioris voluminis modulo conrctarem. Huic profecto iuſſioni ſuae ut parerem, etſi quibus potui viribus ſim conatus, quod tamen in ea deſiderio tuo ſatisfacerem mihi ſuadere non poſſum.* Deſ. *cuius me clementiae humillime recommitto.* Epitome inc. *Virum doctrinaliter diffinire, quae aſſertio ſit catholica, & quae haeretica, principaliter pertineat ad theologos, vel ad iuriſtas.* Deſ. *& quia pauci tales reperiuntur inter catholicos, ideo ſi contingeret Papam haereticari, timendum eſſet magnum periculum fidei imminere.*

Codex chartac. Ms. in 4. Saec. XV. nitide exaratus, cum ſtemmate Epiſcopi cuiuſdam

(1) Heic quoque *famoſſimum* legit Montfauc. pro *famoſiſſimi*.

(2) Henricus de Zoemeren, vico Brabantiae, Doctor Pariſinus, theologiae Profeſſor Lovanii, & Decanus Antuerpienſis, obiit A. MCCCCLXXII. Haec eius Epitome edita eſt Lovanii A. MCCCCLXXXI. fol. quae laudatur a Seldeno de Synedriis Lib. I. Cap. 10. pag. 229.

Digitized by Google

dam in fronte, & littera initiali auro, variiſque coloribus depicta. Conſtat foliis ſcriptis 229.

COMPENDIVM THEOLOGICAE VERITATIS INCERTI AVCTORIS,

Corrige

Alberto Magno auctore,

Cod. XLI. ALberti Magni Compendium Theologiae, ut in Cod. XI. Plut. XIII. quem vide ſupra pag. 48. cum quo concordat quoad initium & finem. Clauditur vero heic nonnullis verſiculis ſententias quaſdam continentibus, ac ſubſcriptione amanuenſis, quae ita habet: *Fuit autem ſcriptus iſte liber per me Ser Filippum Ceſſi Notarium de Florentia, anno ab initio Mundi ſecundum Paulum Oroſium VI. mille V. centum XX. ab Incarnatione vero Domini Iheſu Chriſti Salvatoris noſtri ſecundum morem Florentinorum anno MCCCXXI. die X. Decembris* (1) *expletus. Et ſi pulcras litteras non feci, ſaltem ad intellectum quam melius potui ſcripſi. Eſt autem iſte liber . . .* reliqua eraſa ſunt, quibus fortaſſe nomen poſſeſſoris exprimebatur. Aliud eiuſdem Operis exemplar manu Philippi Ceſſi Notarii exſtat in Manuſcripto membranaceo in 4. quem adſervant Aeditui Florentinae Eccleſiae, uti narrat Cl. Laur. Mehus in Vita Ambroſii Camald. pag. 183.

Codex membranac. Ms. in 4. minori Saec. XIV. binis columnis exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 139.

COMPENDIVM THEOLOGICAE VERITATIS INCERTI AVCTORIS.

Cod. XLII. ALiud Exemplar Compendii Theologicae veritatis, auctore Alberto Magno, ut in Codice ſuperiori. Notandum vero Capitum tabulam, quae in aliis exemplaribus Prologum ſequebatur, heic eſſe praemiſſam. In huius Codicis ligneo integumento quaedam notata erant, quibus poſtea eraſis, haec tamen ex nonnullis litterarum veſtigiis exſculpere licuit: *Ser Damiano di Nicolò di Lorenzo Ghinetti teſſitore di drappi, e nipote di Meſs. Matheo Veſcovo fù di Cortona . . . . . dì 18. d'Aprile 1456. queſto libro . . . . . . ſon pagato, e contento da lui, e queſto s'è ſcripto per ſicurtà delle parti.*

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIV. Conſtat foliis ſcriptis 111.

DE SACRAMENTIS INCERTI AVCTORIS.

I. pag. 1. ANonymi de Sacramentis in genere Tractatus. Inc. *De Sacramentis quaedam breviter tractaturi* (ſic), *primo quaedam generalia pertractentur, ac deinde ad ipſorum ſpecialia deſcendatur.* Deſ. *ſeptimo de Unctione extrema.* Cod. XLIII.

II. pag. 49. Anonymi de Sacramento Euchariſtiae quaeſtiones, & reſponſiones. Inc. *Quaeritur, an panis poſſit a Deo converti in corpus Chriſti, & an panem converſum in corpus Chriſti poſſit inde reducere, ut ſit eadem numero ſubſtantia panis, quae prius erat.* Deſ. *& indebitam ſciſſuram unitatis eius.*

III. pag. 98. Anonymi aliae quaeſtiones cum ſuis ſolutionibus de triplici ſtatu Eccleſiae, militantis, purgantis, & triumphantis. Inc. *De operibus bonis per mortale peccatum ſubſequens vel concomitans mortificatis tria ad praeſens quaeruntur &c.* Deſ. *virtutum ſingularia munimenta.*

Codex chartac. Ms. in 8. Saec. XIV. Conſtat foliis ſcriptis 135.

DE SCALIS GENERATIONVM VTRIVSQVE TESTAMENTI INCERTI AVCTORIS.

I. pag. 1. OPus hoc eſt anepigraphum, ſed, ut eruitur ex ſubſcriptione pag. 41. *b.* inſcribendum eſt: *Opus de concordia veteris, & novi Teſtamenti editum a Magiſtro Angelo de Lemposa Ordinis Fratrum Minorum cum ſcala generationum ab Adam uſque ad Chriſtum*; ſed non legitur heic, niſi uſque ad generationem Abraham: deſunt praeterea in medio nonnulla. Inc. *Quum non ſit noſtrum, niſi divina revelatione, ſeu inſpiratione noſſe tempora, vel momenta, quae Pater poſuit in ſua poteſtate, poſſumus tamen ipſius adiutorio recurrere ad ſola illa, quae per ſcalam generationum &c.* Deſ. *uti per ea, quae ſequentur per ordinem claret.* Subiicitur ſtatim ſcala generationum, in cuius calce hi verſiculi valde rudes ſubſcripti ſunt: Cod. XLIV.

Cum Ferdinandus fuerit Aragoniae datus,
Is rex bis factus tam re, quam nomine dictus
Lilia vir fortis propriis evellet ab hortis.
Rex cadet, & vulgus, milicia, Franciae clerus
Ferro, fame, ſiti, ſaſtu, cuncta peribunt.

II. p. 44. Sequitur fragmentum quoddam initio, & fine mutilum, in quo agitur de Paſſione Chriſti ſententiis alphabetice diſpoſitis. Primum caput integrum, quod legitur eſt de littera *S.* ultimum de littera *X.* Inc. *Diſcretio rex, & mater virtutum. Si ergo rex deſignatur &c.* Deſ. *dicetur ergo ei a Sponſo Chriſto, cuius Spon-*

(1) Montfauc. male legit *Octobris*, ſicuti paullo ſupra *per me Fr.* pro *per me Ser.*

Digitized by Google

Sponſam Eccleſiam ſibi . . . . Nihil de praedicto Angelo habet Fabr. in Bibl. med. & inf. lat.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIV. Conſtat foliis ſcriptis 49.

DE OFFICIIS ECCLESIASTICIS INCERTI AVCTORIS.

Cod. XLV. COllectio Canonum, & Conſtitutionum SS. Patrum, & Romanorum Pontificum in Titulos diſtributa cum ſcholiis, & additionibus in margine. Inc. *Humanum genus duobus regitur, naturali videlicet iure & moribus &c.* Deſinit imperfecte in verbis: *perniciose ſe decipiunt, qui exiſtimant eos tantum homicidas eſſe, qui manibus hominem occidunt, & non potius eos, per quorum conſilium & fraudem & exhortationem* . . . . . quae quidem verba pertinent ad Cap. XXIII. Diſtinct. I. Cauſſ. XXXIII. Quaeſt. III. de Poenitentia Decreti Gratiani. Subiiciuntur capita quaedam de veteri iure enucleando, de iudiciis, de crimine ſacrilegii, & de privatis carceribus inhibendis.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIII. ineuntis, minutis & compendiariis characteribus exaratus, in cuius prima pagina Excerpta quaedam leguntur de electione, de iis quae fiunt a Praelato ſine conſenſu Capituli &c. Conſtat foliis ſcriptis 76.

ISIDORI HISPALENSIS EPISC. LIBER SYNONYMORVM.

Cod. XLVI. LIbri duo Synonymorum Iſidori Hiſpalenſis Epiſcopi cum praefatione, quae inc. *Venit nuper ad manus meas quaedam caedula Ciceronis*. Deſ. *gratias agit*. Liber primus inc. *Homo anima mea in anguſtiis eſt*. Liber ſecundus deſinit imperfecte in verbis: *quidquid agis per futuram age mercedem* . . . . Hi Synonymorum, ſive Soliloquiorum Libri duo exſtant in editione Iſidori Operum Matriti typis regiis MDXCIX. fol. Tom. II. a pag. 367. ad pag. 391. ultima autem verba, quae retulimus incidunt in pag. 390. col. 2. verſ. 31. ubi animadvertendum eſt deeſſe etiam in Codice Prooemium primum, & aliquid aliud inter pag. 56. & 57.

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XV. cum Mediceo ſtemmate, & initiali operis littera auro, variiſque coloribus depicta. Conſtat foliis ſcriptis 65.

TRACTATVS DE HYPOCR. INCERTI AVCTORIS.

Cod. XLVII. I. pag. 1. ANonymi (nomen enim auctoris eraſum eſt) contra faſcinationes hypocritarum ad honeſtiſſimam Ce. (*ſic*) Praefatio. Inc. *Mentes noſtras quondam, & utinam nec nunc temporis, nocentiſſimum hominum genus invadere laboravit*. Deſ. *qui omnis hypocriſis ſeverus eſt ultor*. Tractatus inc. *Ad horum igitur hominum faſcinationes indagandas*. Deſ. *bonis praeſentibus careat, & futuris*. Pag. 5. *b.* nominatur *eloquentiſſimus Leonardus*, quem eſſe *Leonardum Arretinum* eruitur ex hiſce verbis pag. 43. *b.* *Quaeſtioni quidem & diſputationi huic tacite ſic Arretinus Leonardus reſpondet: Salutares, inquit, hypocritarum monitiones, ac exhortationes divinarum rerum reprehendendas nequaquam credimus, ſed eorum fictiones deteſtandae ſunt &c.*

II. pag. 51. Anonymi (huius item nomen eraſum eſt) pro inſigni, ac nobili matrona G. Alberta funebris Oratio. Inc. *Obſeſſam lacrymis undique omnem ego conſpicio plebem*. Deſ. *paretque nobis conſortii, & hoſpitii locum ad divina feſtinantibus*.

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XV. nitidiſſimus. Conſtat foliis ſcriptis 74.

QVO TEMPORE ACTVM SIT NICAENVM CONCILIVM INCERTI AVCTORIS.

Seu potius

Excerpta ex Decretis Pontificum, & Conciliis, collectore anonymo.

I. pag. 1. PRaecedit tabula graduum cognationis. Inde ſequuntur Excerpta ex Decretis Pontificum, & Conciliis. Cod. XLVIII. Primum Caput eſt: *Quo tempore actum ſit Nicaenum Concilium*, quod ita ſe habet: *Canones generalium Conciliorum a temporibus Conſtantini coeperunt. In praecedentibus namque annis perſequutione fervente, docendarum plebium, niſi quae a Romana proceſſit ſede, minime dabatur facultas: inde Chriſtianitas in diverſas haereſes ſciſſa eſt, quia non erat licentia Epiſcopis in unum convenire, niſi tempore ſupradicti Imperatoris; ipſe enim dedit facultatem Chriſtianis libere congregari. Sub hoc etiam Sancti Patres in Concilio Nicaeno de omni orbe terrarum convenientes, iuxta fidem Evangelicam & Apoſtolicam, ſecundum poſt Apoſtolos Symbolum tradiderunt. Capitulo XXVI. Nicaeni Concilii utiliſſima & perneceſſaria, quae in noſtris non habentur canonibus &c.* Haec autem excerpta, quae incipiunt: *Noſſe oportet quatuor eſſe principalia Concilia &c.* deſumpta ſunt pag. 4. ex Synodo Silveſtri Papae. Pag. 5. ſeq. ex Conciliis, Illiberitano, Carthaginenſi, Africano, & Toletano. Pag. 7. ex Capitularibus Caroli Magni. Pag. 9. *b.* ex Concilio Ancyrano. Pag. 10. ex Regienſi, & Cabillonenſi. Pag. ead. *b.* ex Sardicenſi. Pag. 13. ex Agathenſi. Pag. ead. hic titulus occurrit: *Kal. Nov. conventu habito Presbyterorum in metropoli Civitate Remorum, inter cetera monita ſaluberrima, dum de legibus atque rebus Eccleſiaſticis ab Hincmaro Praeſule tractaretur, haec in ultimo prolata ſunt memoriae commendanda, & ſummopere obſervanda.* Inc. *Inquirendum, in qua villa aut cuiuslibet Sancti honore protitulatus ſit preſbyter, vel a quo fuerit ordinatus*. Deſ. *& quaecum-*

Digitized by Google

cumque ſolveritis ſuper terram, ſoluta erunt & in caelis. Quibus pag. 19. *b*. haec alia ſubiiciuntur praemiſſo titulo rubricato: *Haec Capitula anno duodecimo Epiſcopatus noſtri IV. Idus Iunii aliis Capitulis, quae iam cum ſacerdotibus noſtris dederamus. auctoritatem Patrum ſequentes ſuperaddimus, & fratribus & conſacerdotibus noſtris obſervanda tradidimus*. Inc. *Vt unuſquiſque ſacerdos maximam providentiam habeat &c.* Definit iſta collectio: *& ſi quid aliud in hoc uno amiſſo diligenti conſideratione inveniri poteſt*.

II. pag. 23. Scholia quaeſtionum, ſive explicatio vocum quarumdam S. Scripturae, *cur ex. gr. Spiritus Sanctus, qui implet omnia, ſimul & mobilis, & ſtabilis dicatur &c.* Inc. *Scriptum eſt in laudem ſapientiae aeternae: eſt enim in illa; ſpiritus intellectus, ſanctus, unicus, multiplex, ſubtilis, mobilis &c* Deſ. *ſpiritus vero auctoris Dei conſpectibus exhibetur*.

III. pag. 28. Sententiae de libro Prognoſticorum, videlicet I. *Quomodo mors primum ſubintraverit in mundum*. II. *Vnde dicta mors*. III. *De oblationibus, quae pro defunctis offeruntur*. IV. *De differentia paradiſorum*. V. *Vbi ſit paradiſus, in quo beatorum animae exutae a corpore requieſcunt*. VI. *Quid ſignificet ſinus Abrahae, in quo beatorum animae ſuſcipiuntur*. VII. *Quomodo nunc animae defunctorum in quibuſdam receptaculis teneantur*. VIII. *Quomodo animae, quae aliquid minus de perfecta ſanctitate habuerunt, & ſic de hac vita tranſierunt, etiam ſi poſſint regnum aliquando obtinere cum ſanctis, nunc tamen exeuntes de corpore, non ſtatim locentur in caeleſtibus regnis*. IX. *Quod poſt deſcenſum Chriſti ad inferos animae electorum non locis illis teneantur, ubi Patriarcharum antea animae tentae ſunt, ſed ſtatim eant ad caelum*. X. *Quod ſicut ſanctorum animae poſt tranſitum de corpore ad caelum vadunt, ita peccatorum in inferno traduntur*. XI. *Quod hi, qui ſemel fuerint in infernum, ibidem erunt perpetuo permanſuri*. XII. *Quod non ſit anima poſt ſeparationem corporis privata ſenſibus ſuis*. XIII. *Quod anima ſimilitudinem corporis habeat, & in eadem corporali ſimilitudine requiem ſentiat, perferatque tormenta*. XIV. *Quod unus ſit gehennae ignis, ſed non uno modo cruciet peccatores*. XV. *Vtrum hi, qui purgatorio igne ſalvandi ſunt, uſque ad tempus reſurrectionis, an infra cruciari credantur*. XVI. *Vtrum animae mortuorum ſe invicem poſt mortem carnis recognoſcere poſſint, ſimulque & de his, qui ſe in hac vita non viderunt, utrum illic notitia ſua invicem perfruantur &c.* Et haec ſpeciminis loco ſufficiant argumentorum, quae in his ſententiis pertractantur. Inc. *Peccato primi hominis actum eſſe, ut mors in mundum intraret, Paullus Apoſtolus docet*. Vltima ſententia, cui titulus eſt: *Quod ipſe Deus tunc nobis erit in praemium, & quod tunc honeſta noſtra deſideria mirifice impleantur*; deſ. *quod ait Apoſtolus, ut ſit Deus omnia in omnibus*.

IV. pag. 32. *b*. Sancti Iſidori Epiſtola de nominibus haereticorum. Inc. *Quidam haeretici. qui de Eccleſia receſſerunt, ex nomine ſuorum auctorum nuncupantur*. Deſ. *licet de Eccleſia non receſſeris, tamen haereticus appellari poteſt*. Non memoratur a Fabricio in Catalogo eius Operum Bibl. med. & inf. Latin. To. IV. pag. 183. ſeqq.

V. pag. 35. Epiſtola formata Titi Epiſcopi Conſtantinopolitani. Inc. *Graeca elementa litterarum numeros etiam exprimere nullus, qui vel tenuiter Graeci ſermonis notitiam habet ignorat*. Deſ. *qui ſecundum Graeca elementa ſignificat*. Inde ſubiicitur alphabetum Graecum, cum numeris, ſingulis litteris reſpondentibus.

VI. pag. 35. Apoſpaſma breviſſimum de martyribus. Inc. *Convenienter, & quaſi pro quodam conſortio reliquiae martyrum in altaribus conduntur*. Deſ. *in ſacramenti eius myſterio requieſcant*.

VII. pag. 35. Auguſtini de Euchariſtia. Inc. *Hoc quod videtis in altare Dei, etiam tranſacta nocte vidiſtis*. Deſ. *qui accipit myſterium unitatis, & non tenet vinculum pacis, non myſterium accipit pro ſe, ſed teſtimonium contra ſe converſus ad Dominum &c.*

VIII. pag. ead. *b*. Ex Regiſtro Gregorii quaedam, Inc. *Minoris exceſſus eſt veritatem non cognoſcere*. Deſ. *ut unde in hoc mundo humana conditione privantur, ſacerdotali tuitione poſſint remedia reperire*.

IX. pag. 39. *b*. Verſus in illud *cur Deus homo*. Inc.

Adae peccatum quae conveniens abolere.

Deſ.

Angelus exſultat, homo gaudet, tartara maerent.

X. pag. ead. *b*. De tribus Miſſis in Natale Domini. Inc.

In Natale ſacro ſacrae ſolemnia miſſae.

Deſ.

Nox, aurora, dies, umbra, figura, Deus.

XI. pag. 40. Excerpta ex Valerio Maximo; pag. 46. ex Svetonio Tranquillo de vita Caeſarum; pag. 48. *b*. exempla de virtute, & natura ſexus feminei; pag. 51. ex Solino de memorabilibus mundi; pag. 52. de ſeptem miraculis mundi; & pag. ead. *b*. ſententiae quaedam philoſophorum. Horum omnium initium eſt: *Sulpicio ſacerdoti inter ſacrificandum lapſus apex de capite*. Finis: *ita refrenabis venenoſos motus*.

XII. pag. 55. Carmina duo in laudem pueri cuiuſdam optimae indolis. Primum, cui praecedit titulus litteris arcanis BRCHK DKBCP NP. BNSCXLFP. expreſſus, inc.

Vt eſt dignum, laudis hymnum tibi noſtro ſolvimus.

Deſ.

Vt ſit Deus tibi merces, noſtrae ſumma fidei.

Alterum inc.

Audires novum melos lyram perſonare.

Deſ.

Quidquid ſit genus metri, ſcias quod lauderis.

Codex membranaceus Ms. in 8. oblongo

Saec.

Digitized by Google

Saec. XII. ineuntis, minutis quidem, ſed perſpicuis litteris exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 55.

LIBER SYNONYMORVM.

Adde etiam

Aliquos S. Scripturae Libros, & alia.

Cod. IL. I. pag. 1. ISidori Hiſpalenſis Synonymorum Libri II. cum duobus Prologis, ut in edit. ſuperius cit. Tom. II. a pag. 367. ad pag. 391.

II. pag. 13. Anonymi fragmentum grammaticum de vocibus. Inc. *Imperativus ideo caret prima perſona in ſingulari numero &c.* Deſ. *electrum, cuprum, metallum.*

III. pag. 14. Anonymi Sermones, ſive Homiliae tres. Prima inc. *Dicite filiae Sion: ecce Rex tuus venit &c. legitur in Ierem. Maiores miſerunt minores ſuos ad aquam &c.* Deſ. *quem ignoraverunt.* Secunda pag. 15. inc. *Benedicamus Patrem, & Filium, cum Sancto Spiritu. Licet tota illa ineffabilis Trinitas ſumme potens ſit &c.* Deſ. *ſponſo ducente & perducente, qui eſt ſuper omnia benedictus in ſaecula. Amen.* Tertia pag. 16. *b.* inc. *Fuerunt mihi lacrymae meae panes die ac nocte. Multis modis panis frequenter accipitur.* Deſ. *toties ſublata dilatione ad paſtorem recurrant, ut redintegrentur.*

IV. pag. 18. Liber Eccleſiaſtes cum ſcholiis quibuſdam marginalibus, & gloſſis interlinearibus, ac prologo, qui inc. *Verba Eccleſiaſtes &c. Tribus nominibus vocatus eſt Salomon, ideſt pacificus.* Deſ. *has autem perſonas diligenter lector inſpiciat, ne in Epicuri dogma incurrat.* Textus grandioribus litteris conſcriptus eſt.

V. pag. 42. *b.* Epiſtolae Canonicae cum argumento ex Sancto Hieronymo, gloſſis, & ſcholiis. Argumentum eſt ad Euſtochium, & inc. *Non ita ordo eſt apud Graecos, qui integre ſapiunt, & fidem rectam ſectantur.* Deſ. *nec ſanctae Scripturae veritatem poſcentibus denegabo.* Commentarius inc. *Iacobus cognomento Iuſtus, filius Mariae ſororis Matris Domini.* Deſ. *cui nihil reſiſtit.*

VI. pag. 89. Liber Iob cum adnotationibus ad marginem, & gloſſis interlinearibus. Prima inc. *Allegorice Iob, dolens, ideſt Chriſtus, qui dolores noſtros portavit &c.* Mutilus eſt in fine Liber, nam deſinit in verbis: *& numquam in eodem ſtatu . . . .* Scholia quoque in ultimis quatuor paginis deſiderantur.

VII. pag. 113. Capita quaedam ex Concilio Lateranenſi IV. cum brevi quodam prologo, qui inc. *Ab Incarnatione Domini MCCXV. celebrata eſt ſancta univerſalis Synodus Romae &c.* deſ. *altorumque locorum ingens fuit multitudo.* (1) Caput primum, & quidem imperfectum, eſt *de Terra Sancta.* Inc. *Ad liberandam Terram Sanctam de manibus impiorum.* Deſinit in verbis: *in ſubſidium Terrae Sanctae competenter conferant numerum bellatorum cum . . . . . .* (2) Poſt duas paginas vacuas ad defectum ſupplendum relictas primum Caput integrum, quod occurrit, eſt *de officio iudicis ordinarii*, & inc. *Irrefragabili conſtitutione ſancimus, ut Eccleſiarum Praelati &c.* (3) Vltimum *de Apoſtatis* deſ. *quum minus malum exſiſtat viam Domini non agnoſcere, quam poſt agnitam retroire.* (4)

Codex membranac. Ms. in 4. partim Saec. XII. partim XIII. Conſtat foliis ſcriptis 128.

IOANNIS MONCETTI RESTAVRATIO VIRTVTVM.

Cod. L. LIberatio peregrinationis Virtutum, & reſtauratio illarum, & Sanctae Fidei, & Romanae Curiae, & Catholicorum reintegratio facta per Sanctiſſimum in Chriſto Patrem, & iuſtiſſimum Pontificem Maximum Leonem X. omnium bonarum artium thecam ſplendidiſſimam, & luciddiſſimam, & ſuper expoſitione Pſalmi *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini*, continentis ſignificationem viginti duarum litterarum Hebraicarum, compoſita, & facta, & in lucem miſſa per Sacrae Theologiae Doctorem Dominum Magiſtrum Ioannem Benedictum Moncettum de Caſtelione Aretino Ordinis Fratrum Eremitarum S. Auguſtini. Praecedit Epiſtola nuncupatoria, cuius initium eſt: *Conſideranti ſaepenumero mihi.* Finis: *& ſpeculum Eccleſiae Dei. Ex Caſtelione Aretino in Conventu S. Auguſtini die Lucae Evangeliſtae MDXIII.* Opuſculum inc. *Antequam, Beatiſſime Pater.* (5) Deſ. *exaltes, & defendas. Amen. Die XV. Decembr. MDXIII. anno primo Pontificatus tui. Impreſſum Mediolani per Zanotum de Caſtelioneo anno Domini MDXIII. die XV. Decembr.* Inde ſequitur pag. 39. Elegia *ad Reverendiſſimum in Chriſto Patrem Dominum Bernardum Vibenenſem, tituli S. Mariae in Porticu Cardinalem digniſſimum, omnium virtutum lumen ſplendidiſſimum.* Inc.

Vibene viciſti fortunam magne protervam.

Deſ.

Hippolyte ingenium materiemque dedit.

Ne verbum quidem de eo Scriptore exſtat apud Fabricium l. c.

Cod. chart. impreſſus in 8. maiori. Conſtat foliis 39.

(1) Deſumptus eſt ex Abbate Vrſpergenſi, qui eo tempore floruit, & habetur in Conciliis Labbei Tom. XIII pag. 904. in hiſtoria ejuſdem Concilii.

(2) Exſtat in dicto Conciliorom Tomo pag. 1007. ſub titulo: *Expeditio pro recuperanda Terra Sancta:* ultima autem Codicis verba incidunt in pag. 1010. verſ. 45.

(3) In cit. Tom. Concil. eſt Cap. VII. & inſcrib. *de correctione exceſſuum* pag. 939.

(4) Hoc Caput eſt in edit. LXX. & ultimum ſub titulo: *Ne converſi ad fidem de Iudaeis, veterem ritum Iudaeorum retineant.*

(5) Nil aliud continet, quam expoſitionem Pſalmi *Beati immaculati in via.* In principio pag. 6. loquitur de morte Laurentii Medices, additque: *quot homines Florentiae & per totam Italiam florebant florente Lauro? Quid dicam de Pico Mirandulano? quid de Politiano? quid de Ficino? quid de Demetrio? &c.*

SENTENTIAE EXCERPTAE E BIBLIS, ET EXPOSITAE INCERTI AVCTORIS.

Cod. LI. ARgumenta Capitum S. Scripturae a Geneſi uſque ad Eccleſiaſticum incluſive. Inc. *In principio creavit Deus. De opere ſex dierum & diſtinctione, & ornatione eorum, formatione & perfectione hominis*. Deſ. *confitebor tibi Domine. Oratio Ieſu filii Sirach, Oratio Salomonis, inclinavit Salomon*.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. cum icone Dei Creatoris ſuper arcum ſedentis in prima littera. Conſtat foliis ſcriptis 51.

FRATRIS IACOBI ONGARELLI DE MALITIIS, ET IMPIETATIBVS.

Cod. LII. FRatris Iacobi Ongarelli de Padua Ord. Min. Obſerv. ſacrae theologiae ac iuris utriuſque Profeſſoris, Praedicatoriſque minimi de malitiis, ac impietatibus Iudaeorum modernorum ad Leonem X. Pont. Max. Opus in tres libros diviſum, cui poſt exactiſſimam Capitum tabulam, quae vigintinovem primas occupat paginas, Epiſtola nuncupatoria praecedit, quae inc. *Duo, Beatiſſime Pater, aſſeruntur*. Deſ. *laudeſque manebunt*. Liber primus inc. *Hebraeorum modernorum malignitatem atque ſaevitiam incredibilem &c.* Vltimus deſ. *quorumcumque melius ſaniuſque ſentientium*. In fine pag. 192. *b.* Carmina quaedam occurrunt Fratris Franciſci de Colle Scipionis, & Fratris Innocentii Fiaerae de Mantua Carmelitae in laudem Operis. Fabric. Bibl. Lat. med. & inf. aetat. T. V. pag. 165. refert, quod *Ongarellum, qui ante annos trecentos ſcripſerit, edere voluit illuſtris Leibnitius in Vol. Rerum Italicarum Scriptorum bonam partem ineditorum, aut auctorum. Vid. eius Epiſtolas ad diverſos a Cl. Chriſtiano Kortholto nepote editas Tom. I. pag.* 393. Forte idem eſt cum illo, cuius Opus continetur in noſtro Codice.

Codex chartac. Ms. in 4. Saec. XVI. ineuntis, nitidiſſime exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 194.

DE CIBIS QVADRAGESIMALIBVS.

Cod. LIII. TOrnii Medici de cibis quadrageſimalibus Liber ad Ioannem Medicem S. R. E. Card. Inc. *Laurentius, pater tuus, Reverendiſſime Domine, tanta erga me utitur humanitate, ac tot beneficiis Tornium adſtringit, ut filiis, totique domui perpetuo me debere profitear. Deguſtavi nata eius medicinalem ſcientiam, neque ſui cauſſa defuit quidquam, quo ad illius apicem potuerim pervenire = Enumerabo igitur omnes cibos quosque, quibus quotidie utimur, ac ordinem proſequar alphabeti; & quia cibum unumquemque gradus... (ut vocabulo noſtro utar) idcirco quot imaginentur gradus Medici, in primis in medium adferam*. Deſ. *valeat felix Reverendiſſima Dominatio tua, meque ſolita illa tua humanitate proſequere, tibique certo perſuadeas, Tornium tuum in tuarum virtutum obſervantia & admiratione nemini mortalium umquam ceſſurum. Ex Piſano Gymnaſio X. Kal. Aprilis MCCCCXC.* Bernardus Clementis de Torniis Flor. ad Doctoratus apicem evectus A. MCCCCLXXV. Piſanae Academiae Profeſſor renunciari meruit, de quo vide fuſe diſſerentem Steph. Mar. Fabbruccium in Memorabilibus Piſanae Academiae Opuſculi VI. Part. II. §. VIII. Nil autem de eo habet Fabricius l. c.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XV. exeuntis, cum ſtemmate Cardinalis Medicei in prima pagina. Conſtat foliis ſcriptis 10.

IVNILII INSTITVTIO DE ADDISCENDIS DIVINIS SCRIPTVRIS.

I. p. 1. IVnilii (1) Inſtituta Regularia de addiſcendis ſacris litteris in forma dialogi iuſſu Primaſii Epiſcopi Aticenſis, vel Adrumetini (2) excepta ab ore Paulli Perſae, & in duos libros diviſa. Epiſtola nuncupatoria inc. *Sancto ac beatiſſimo Epiſcopo Primaſio Iunilius. Si ſcis ipſe, Venerabilis Pater Primaſi*, Deſ. *ego tamen quia totum dedi, plus obtuli*. Liber primus inc. *A. In quot primas partes legis divinae ſcientia dividitur? M. in duas &c.* Liber ſecundus deſ. *ipſo Conſulatu* (ſupra memoratur *Stilico*) *perſecutio venit Chriſtianis VI. Kal. Iul. Data pridie Kal. Febr. Ravenna, & exinde uſque ad Conſulatum Theodoſii XVI. & Fauſti anni ſunt XXXVI. Explicit Liber Iunilii*. Cod. LIV.

II. pag. 30. Iſidori iunioris Chronographia cum Prologo, qui inc. *Iulius Africanus ſub Imperatore Marco Aurelio Antonino ſimplici hiſtoriae ſtylo elicuit &c.* Deſ. *ſumma praeteriti ſaeculi cognoſcatur*. Liber inc. *Adam quum eſſet annorum CCXXX. genuit Seth*. Deſ. *conſummatio ſaeculi eſt*.

III. pag. 34. Liber Chronicae expoſitus a Sancto Hieronymo Presbytero. Inc. *Primo die in lucis nomine condidit Deus Angelos*. Deſ. *Otho vero Rex Romam perrexit, ibique coronam accipiens Italiam ſuo ſubiugavit imperio anno Dominicae Incarnationis DCCCCLXI.* ex quibus verbis patet ab alio auctore fuiſſe hoc

(1) Iunilius Africanus Epiſcopus a Trithemio C. 155., Sixto Senenſi, & aliis refertur ad A. C. CCCCXL. Sed iunior fuit; ſcripſit enim ad Primaſium Epiſcopum in Africa Iuſtinopolitanum (qui A. DLIII. Vigilii Papae Conſtituto pro tribus Capitulis ſubſcripſit) libros duos Quaeſtionum & Reſponſionum de partibus Divinae Legis, Caſſiodoro Lib. I. Inſtitut. Divin. c. 10. merito laudatos, & non contemnendas regulas de ſacris litteris rectius legendis & intelligendis complectentes, quas ex Paulli Perſae praeceptis excerpſiſſe ſe Iunilius profitetur. Prodierunt Baſileae MDXLVI. 8. cura Io. Gaſtii.

(2) Vid. Labbeum pag. 315.

Digitized by Google

hoc breve Chronicum continuatum. Accedunt pag. 38. tabulae generationum ab Adam uſque ad Melchi.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XI. binis columnis nitidiſſime exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 45.

RATIONALE DIVINORVM OFFICIORVM.

Cod. LV. QVamvis nullus Codici titulus apponatur, continet tamen Guilielmi Durandi Sanctae Mimatenſis (1) Eccleſiae Epiſcopi Rationale Divinorum Officiorum. Inc. *Quaecumque in Eccleſiaſticis Officiis*. Deſ. *in decollatione tamen ipſius utendum*. Guilielmus Durandus, ſive Durantes, Ordinis Praedicatorum, Mimatenſis in Gallia Aquitanica Epiſcopus, ſcripſit hoc Rationale Divinorum Officiorum Libris VIII. A. MCCLXXXVI. quod prodiit primum Moguntiae A. MCCCCLIX. quae quidem rariſſima editio adſervatur in Bibliotheca Aedilium Metropolitanae Florentinae.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV binis columnis exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 23.

COMPENDIVM SACRAE HISTORIAE INCERTI AVCTORIS.

COmpendium totius Sacrae Scripturae ab Adamo primo parente ad Chriſtum. Subiiciuntur Vitae quorumdam Sanctorum abbreviatae, forte Demetrii Cidonis, ſive alterius, ut videre eſt apud Labbeum pag. 184. Inc. *Conſiderans ſacrae hiſtoriae prolixitatem, nec non & difficultatem ſcholarium quoque circa ſtudium ſacrae lectionis*. Deſ. *poſtea aſſumpta eſt in caelum, & facti ſunt omnes dies LXVII. annorum, & anima in caelo collocatur. Deo gratias*. Conſiderandae ſunt in hoc Opere quaedam veteris teſtamenti figurae, & praecipue illa pag. 5. *b.* quae nativitatem Chriſti exhibet. Cod. LVI.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XII. binis columnis exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 7.

PLVTEVS XXI.

QVI CONTINET LATINOS CODICES MSS. XXXVIII. EDITVM I.

CODEX I.

ORDO MISSAE PONTIFICIAE.

CAnon Miſſae, ſive ordo Miſſae Pontificiae in die SS. Apoſtolorum Petri, & Paulli celebrandae, cum Ordinario, & Canone, cui praefixa eſt Imago Chriſti crucifixi, adſtantibus hinc Beatiſſima Virgine Maria, illinc vero S. Ioanne Evangeliſta, elegantiſſime picta. Occurrunt autem variis in locis ſtemmata Alexandri VI. Pont. Max. ad quem Codex pertinuit.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. exeuntis, charactere grandiori totus exaratus, & cum initialibus Orationum, Epiſtolae, Evangelii, ac reliquarum Miſſae partium litteris minio, variiſque coloribus depictis. Conſtat foliis ſcriptis 76.

LACTANTII FIRMIANI INSTITVTIONES DIVINAE.

Adde etiam

Alia eiuſdem Opera.

I. pag. 1. PRima huiuſce Codicis pagina puerulis inter ſe ludentibus, quadrupedibus, ac volatilibus ornata, & una cum Mediceo ſtemmate mirifice illuminata, Lactantium Firmianum ſcribentem exhibet. Primum Lactantii Opus, quod occurrit titulo aureis litteris exarato inſtructum, eſt Divinarum Inſtitutionum adverſus Gentes ad Conſtantinum Imp. quod in ſeptem libros dividitur, ut in editione eius Operum Pariſienſi ex recenſione Nicolai Lenglet Dufreſnoy typis Io. de Bure MDCCXLVIII. in 4. Tom. I. Cod. II.

Tt 2 a pag.

(1) Perperam legitur in Catal. Montf. *Miniatenſis*.

Digitized by Google

a pag. 1. ad pag. 591. in qua quidem editione reticentur Codices bene multi huius Scriptoris, qui in hac noſtra adſervantur Laurentiana Bibliotheca.

II. pag. 227. *b.* Eiuſdem de Ira Dei Liber. (1) Ibid. Tom. II. pag. 127. ad pag. 179.

III. pag. 249. *b.* Eiuſdem de Opificio Dei, aut de formatione hominis Liber. Ibid. a pag. 71. ad pag. 125.

IV. pag. 270. *b.* Eiuſdem Epitome ſexti, & ſeptimi Libri (ſc. *Divinarum Inſtitutionum*). Inc. *Nam ſi iuſtitia eſt veri Dei cultus.* Deſ. *vel praemium immortalitatis adipiſci.* Occurrit ibid. a Capite LVI. uſque ad finem, a pag. nimirum 46. ad pag. 69. In fine rubris maioribus litteris haec ſcripta ſunt: *Firmiani Lactantii Epitome ſexti ac ſeptimi libri explicit feliciter. Sequuntur verſus de Phoenice, qui dicuntur eſſe verſus Lactantii.* Vide quae de hac Epitome Inſtitutionum Lactantii habet Fabricius Bibl. Lat. med. & inf. aetat. Lib. XI. Tom. IV. pag. 253.

V. pag. 282. Eiuſdem verſus elegi de Phoenice ſupra memorati. Inc.

Eſt locus in primo felix oriente remotus,

Deſ.

Aeternam vitam mortis adepta bono.

Ibid. a pag. 263. ad pag. 269. ſub nomine incerti auctoris.

VI. pag. 284. *b.* Eiuſdem verſus elegi de Reſurrectione Chriſti. Inc.

Salve feſte dies toto venerabilis aevo,

Deſ.

Eccleſiae paſtus ubere lacte ſinu.

Deſiderantur in cit. edit. ſed occurrunt inter Poëmata Venantii Fortunati Lib. III. ſub titulo: *Hymnus de Reſurrectione Chriſti ad Felicem Epiſcopum*; ubi per alios decem verſus progrediuntur.

VII. pag. 286. *b.* Teſtimonia quinque SS. Auguſtini, & Hieronymi de ipſo Lactantio, quorum prima duo ſunt Auguſtini, Hieronymi reliqua. Inc. *De his libris dici poteſt.* Deſ. *qui poſtea a patre interfectus eſt.* In fine rubris alternatim & nigris litteris maioribus haec ſubſcriptio appoſita eſt: *Lactantii Firmiani viri eloquentiſſimi Opera ab eo condita, quae reperiuntur ſunt in hoc libro ſcripta, & hic finiunt. Laus Deo omnipotenti.* Inferius vero: *In iſto libro continentur omnia Opera Lactantii, quae reperiuntur ad praeſens. Scriptus autem fuit manu mea Gerardi Iohannis del Ciriagio* (2) *Civis, & Notarii Florentini pro Iohanne Coſmi de Medicis optimo, & primario Cive Florentino de anno Domini MCCCCLVIII, Florentiae. Laus Deo.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus, cum litteris initialibus ſingulorum Librorum aureis; ubi notandum Graecorum locorum, quae in textu ab alia manu poſteriori ſuppleta ſunt, Latinam interpretationem ab ipſa primi ſcriptoris manu eſſe appoſitam in margine. Conſtat foliis ſcriptis 288.

LACTANTIVS FIRMIANVS,

Cod. III.

LActantii Firmiani Opera, ſcilicet

I. pag. 1. Divinarum Inſtitutionum Libri ſeptem.

II. pag. 253. *b.* De Ira Dei Liber.

III. pag. 277. De Opificio Dei Liber, ut in Codice praecedenti. In fine ita ſe rubris litteris amanuenſis prodit: *Scriptum, & completum per manus Petri de Middelburch. Anno Domini MCCCCLXI. menſis Iunii &c. Middelburch. P. Explicit. Deo gratias.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. item nitidiſſimus, & cum Mediceo ſtemmate, ac pictura in principio valde imperfecta, in quo Graeca verba ab alia manu ſatis perita ſuis locis exarata ſunt. Ex eius vero litteris initialibus pleraeque delineatae tantum ſunt, nonnullae vero etiam pictae. Conſtat foliis ſcriptis 300.

LACTANTII FIRMIANI INSTITVTIONES ADVERSVS GENTES,

Adde etiam

Alia eius Opera.

Cod. IV.

I. pag. 1. LActantii Firmiani Divinarum Inſtitutionum adverſus Gentes Libri ſeptem.

II. pag. 246. *b.* Eiuſdem de Ira Dei ad Donatum Liber.

III. pag. 2.4. Eiuſdem de Opificio Dei, vel formatione hominum ad Demetrianum, ut in ſuperioribus Codicibus. Notandum eſt, in hoc Codice pleraque Graeca recentiori manu eſſe ſuppleta, & ſummaria Capitum, ac ſcholia in margine, partim rubris, partim nigris litteris eſſe adiecta.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. nitide exaratus, cum litteris initialibus Librorum aureis, in cuius calce legitur: *Mitia fata mihi. Franciſci Saſſetti, Thomae filii, Civis Florentini.* Conſtat foliis ſcriptis 298.

LA-

(1) Hunc librum de Ira Dei, & alium de Opificio hominis e Bibliotheca S. Galli eductum, a Niccolo ſuis exſcriptum narrat Ambroſius Camaldulenſium Generalis. Vid. Praefat. Cl. Laur. Mehus ad Ambr. Epiſt. pag. 46.

(2) Montfauc. male legit *Ciriago*.

LACTANTII FIRMIANI INSTITVTIONES DIVINAE

Ac praeterea

Alia eius Opera.

Cod. V. I. pag. 1. LActantii Firmiani Divinarum Inſtitutionum adverſus Gentes Libri ſeptem.

II. pag. 276. *b.* Eiuſdem Epitome ſexti, & ſeptimi libri Inſtitutionum, ut in Cod. II. huius Plutei ſupra pag. 663. §. IV.

III. pag. 290. Eiuſdem de Ira Divina Liber.

IV. pag. 317. Eiuſdem de Opificio Dei, ut in Codicibus ſuperioribus. Animadvertendum eſt, Graeca verba, quae in textu rubrica exarata ſunt, in margine eſſe Latine reddita.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. litteris grandioribus manu admodum induſtri exaratus, cum Mediceo ſtemmate in prima pagina, & initialibus ſingulorum Librorum litteris, ſupra quam dici poſſit elegantiſſime depictis, in cuius calce legitur: *Liber Petri de Medicis Coſ. Fil.* Conſtat foliis ſcriptis 342.

LACTANTII FIRMIANI DE FALSA RELIGIONE.

Cod. VI. I. pag. 1. LActantii Firmiani Divinarum Inſtitutionum Libri ſeptem, In quorum calce, pag. nimirum 182. *b*, eiuſdem ſcriptoris codicis, cuius nomen eraſum, ſed qui fortaſſe eſt Iacobus Bechetus (1), Epiſtola legitur, quae ita ſe habet; *Ex omnibus libris, quos aut tuo nomine, aut ad meam ipſe voluptatem aliquando tranſcripſi, tuus hic codex dignus videtur mihi quem non definas nocturna verſare manu, verſare diurna; nam quum ad ſanctiſſimos mores, cultumque ſummi, & unici Dei, virum inſtituat, nullum certe ſcio tota bibliotheca tua fideliorem tibi ſtatues ſocium, quam hunc ipſum, cuius cum vita, & moribus te propter eximiam tuam devotionem ſatis exiſtimo convenire: quem ſi in ſerius atque flagrares protraxi tempus, attributo & his, quas nonnumquam fidei commiſiſti meae rebus, & tempori, quo peregre tecum agens, hic, dum legationis fungereris officio, calamo quietem dedi. Verum ſi eſt, ut optas, utque promeritus es, ornate accurateque ſcriptus, Deo, non mihi, qui ſuffragio eius abſolutum hunc reddidi tertio decimo ad Kal. Febr. die, gratias agas. Si minus, apud te conſiderans quanto cum ſtudio munus hoc confecerim, velis ſi non induſtriam, & ſcribendi artem, curam ſaltem, & in agendis rebus tuis fidem comprobare; quod te facturum tanto confido magis, quanto exuucti in me amoris tui ſigna dignoſco crebrius. Vale. Mediolani ex aedibus tuis XIII. ad Kal. Feb. MCCCCXXXII.*

Notandum Graeca verba quum deeſſent in Codice, ea Petrum Candidum (2) addidiſſe, ut

(1) Forte eſt auctor huius Epiſtolae Iacobus quidam Bechetus, qui item Mediolano ad eumdem Coſmam Mediceum Librum Proſperi de Vita Contemplativa, Ms. membr. 4 Saec. XV. qui in Biblioth. D. Marci Flor. Ord. Praedic. adhuc adſervatur, miſit muneri, in quo ſequens legitur Epiſtola.

Iacobus Bechetus ſal. dic. pl. Coſmae de Medicis patri & benefactori ſuo optimo.

Rem abſurdam, ut opinor, nonnullis feciſſe videor, Coſme vir Clariſſime, quod ad te libellum hunc Proſperi, qui de Vita Contemplativa inſcribitur, dono miſerim, putantes in primis me minus prudenter feciſſe, qui tibi librum huiuſmodi miſerim, cui in tam egregia librorum ſupellectile, qua tu abundas, vix locus eſſe poterit: tum etiam nihil tibi minus convenire, quam ut de contemplatione libros legas, qui totus circa vitam activam exerceris. Atqui certa ratione & conſilio id me feciſſe arbitror, primum, ut aliqua ex parte meam erga te fidem & devotionem declararem, ne omnino tuae ſummae in me liberalitatis oblitus videar; tum etiam quia, ut ex ea praecipua conſuetudine, quam tecum habui, & multorum etiam rumore, atque opinione didici, non uſque adeo his mundanis curis deditus es, quin & temporis partem tibi vendices, quo de te, & de anteacta vita tua Deo rationem reddas. Vidi enim, quum eſſem Florentiae, & multa magnifica & ſplendida monaſteria, quae in honorem Dei & Religionis noſtrae magna cum impenſa extruxiſti, luſtrarem, te cellulam quamdam in monaſterio S. Marci tibi extruxiſſe, ubi interdum ab aliis mundanis curis ſemotus quieſceres, & Deo ac contemplationi vacares, recogitareſque annos tuos & ſuperiorem vitam in amaritudine animae tuae. Quae res mihi perſuadet, te ut Chriſtianum virum contemplationi etiam deditum vivere, nec uſque adeo ſaecularibus curis & ſollicitudinibus abſorptum, quin & interdum de te ipſo, & de Deo, qui tot & tanta bona abundanter tibi conceſſit, cogites. Prudenter quidem, & ſumma cum ratione a te factum; par quidem eſt, ut qui maiora acceperis, in pluribus te debitorem ſentias. Sed de hoc ſatis, ne te docere videar, aut velle inſtruere quod per te facis. Mihi ſat fuit demonſtraſſe non ſine cauſſa hunc librum de Vita Contemplativa tibi miſiſſe, quippe qui non omnino a vita & moribus tuis diſſentiat, quem ita legas oro, ut inter legendum mei memineris. Nam ego in tantum tua liberalitate me tibi devinctum ſentio, ut de te dies ac noctes cogitem. Non adſperneris autem muneris parvitatem: ſed potius illud cum animi mei magnitudine computabis, quem ego iamdudum tibi dedicavi. Et cui animum dedi, quid amplius aut maius donare poſſum? Ceterum feceris rem mihi pergratam, ſi modo ita tibi viſum fuerit, ſi huius libelli copiam facies Reverendiſſimo Patri & integerrimo viro Domino Archiepiſcopo Florentino, quem ego propter ſingularem in ſacris litteris eruditionem, & vitae ſanctimoniam, tamquam unum ex antiquis Patribus in terris veneror, cuique cupio familiaris fieri. Multa enim libellus ipſe continet meo iudicio, quae iis pertinent, qui regimen & curam animorum ſuſtinent, & ſibi, ut opinor, non ingrata erunt. Vale, & me pro tua pietate, ut coepiſti, ama; nam ego tuo amore me fortunatum feliceмque iudico. Iterum vale cum Poggio viro doctiſſimo, quem ego propter ſummas eius virtutes, tum & ſingularem doctrinam, & dicendi facilitatem, non ſolum amo, ſed etiam colo & obſerva. Ex Mediolano quarto Idus Februarii.

(2) Petrus Candidus December natus Ticini A. MCCCXCIX. & Nicolai V. Pont Brevium Magiſter, obiit Mediolani A. MCCCCLXXVII. Graecarum Latinarumque litterarum cultor eximius.

ut patet ex notula quadam marginali, pag. 46. *b.* ubi ſub finem Cap. XII. Libri II. haec leguntur: *Candidus addidit quum deficeret Graeca litteratura*; qui inſuper eadem Latine reddidit, aliaſque identidem animadverſiones margini adiecit (1). Pag. 183. parvum quoddam ſupplementum in hoſce Libros occurrit, cui haec tituli loco ſunt praefixa: *Aliqui libri habent hanc infraſcriptam apoſtrefationem* (ſic) *in prima charta ante omiſſis*. Inc. *Quod opus nunc nominis tui auſpicio inchoamus, Conſtantine Imperator*. Deſ. *& ſapientia reſtituta eſt*.

II. pag. 183. *b.* Eiuſdem verſus de Phoenice, ut in Cod. II. huius Plutei §. V.

Codex membranac. Ms. in fol. min. Saec. XV. in quo libri primi Inſtitutionum Divinarum littera initialis egregie depicta, quoſdam exhibet homines ante idolum arae impoſitum manibus iunctis ac venerabundo habitu adſtantes; aliorum vero Librorum initialibus novi foederis hiſtoriae quaedam repraeſentantur. Conſtat foliis ſcriptis 185.

LACTANTII DIVINARVM INSTITVTIONVM,

Ac praeterea

Alia eius Opera.

Cod. VII. I. pag. 1. LActantii Firmiani Divinarum Inſtitutionum Libri ſeptem, praeviis teſtimoniis quinque ex Auguſtino & Hieronymo, ut in Cod. II. §. VII. ac praeterea alio in margine ex Euſebio in lib. Temporum.

II. pag. 75. De Ira Dei ad Donatum, praemiſſo Auguſtini teſtimonio ex Libro XX. de Civitate Dei. (2)

III. pag. 82. *b.* De Opificio Dei, vel de formatione hominis ad Demetrianum auditorem ſuum. Notandum Graeca verba antiquitus litteris ſcripta Latinis, a recentiori fuiſſe manu in margine Graece exarata, ac rerum ſummaria adeſſe in margine item rubris litteris conſcripta.

Codex membranac. Ms. in fol. min. Saec. XIII. binis columnis exaratus, & cum ſtemmate in principio familiae cuiuſdam. Conſtat foliis ſcriptis 89.

MERCVRIVS TRIMEGISTVS FICINO INTERPRETE,

Seu potius

Varia Marſilii Ficini Opera, ac verſiones variae.

I. pag. 1. MArſilii Ficini Florentini verſiones variae atque alia ſcripta, quibus praecedit Prooemium in libros ſuos in adoleſcentia compoſitos, ſed collectos tandem, atque ad Laurentium (ſc. *Medicem*) miſſos, quod ita inſcrib. & inc. *Marſilius Ficinus Laurentio Medici, viro magnanimo, patriae ſervatori, S. Venerunt ad te iamdiu libri omnes &c.* Deſ. *Marſilium Ficinum totum tuum dilige totum. Florentiae Kal. Ianuariis MCCCCXC.* Haec Epiſtola, quae deſideratur in Collectione Platonicorum Aldina A. MDXVI. fol., habetur in editione Ficini Operum Baſileenſi A. MDLXXVI. ex officina Henricpetrina fol. Tom. I. pag. 916. Inde ſequuntur duae pulcherrimae picturae, quarum una in decem circulis, qui annulum efformant, una cum Mediceis emblematibus colligatis, deſcriptos aureis, & caeruleis litteris totidem Operum, quae in hoc Codice continentur, titulos exhibet; altera, initiali littera, Mediceo ſtemmate, aliiſque ornamentorum generibus inſignita eſt. Occurrit itaque primo Mercurius Trimegiſtus de poteſtate, & ſapientia Dei, a Marſilio Ficino traductus e Graeca lingua in Latinam ad Coſmum Medicem, Patriae Patrem, praevio argumento, quod inc. *Eo tempore, quo Moſes natus eſt*. Deſ. *ut & diu patria vivat*. Opus inc. *Quum de rerum natura cogitarem*. Deſ. *ac Deus & generatio, quibus omnia comprehenduntur*. In cit. Aldina Collectione Platonicorum a pag. 111. *b.* ad pag. 124. *b.* ubi ſequitur ſumma textus quartidecimi, quae deſideratur in Codice. In fine haec rubris litteris adiiciuntur: *Finis Libri Mercurii Triſmegiſti, quem e Graeco in Latinum traduxit Marſilius Ficinus Florentinus anno MCCCCLXIII. Menſe Aprilis Florentiae*. Tum ſequitur Chalcydii in ultima parte ſecundi libri de Mercurio Triſmegiſto teſtimonium. Cod. VIII.

II. pag. 41. *b.* Xenocratis Platonici Liber de Morte traductus ab eodem ad clariſſimum virum Petrum Medicem, Patriae Patrem. Praefatio inc. *Coſmus Italiae decus, Petre Medices*. Deſ. *ac diu vive, ne Coſino carere nos aliquando ſentiamus*. Opuſculum inc. *Quum in Cynoſargem proficiſcerer*. Deſ. *unde huc ad te deductus ſum*. Ibid. a pag. 86. *b.* ad p. 88.

III. pag.

(1) Hiſce etiam Inſtitutionibus Lactantii corrigendis ſedulam navavit operam Ambroſius Camaldulenſium Generalis, utpote quibus non ſolum rogatu Franciſci Barbari Graecam litteraturam reſtituit, ut patet ex Libr. VI. Epiſt. V. col. 280. & Epiſt. VII. col. 283. ſed etiam tali eas correxit induſtria, ut de *imperito, barbaro, & ruſtico, eruditum, latinum, & urbanum* fecerit. Exemplar inſuper manu ſibi ſua ipſe deſcripſit, quod extat in Biblioth. Abbatiae Florentinae Cod. membr. in fol. cuius in calce legitur: *Firmiani Lactantii Inſtitutionum adverſus Gentiles liber ſeptimus, & ultimus explicit feliciter. Scripſit Ambroſius Monachus, compleuitque XVII. Kal. Februarias anno a Nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo quartodecimo*. Eiuſdem quoque Phoenicem Bononiae raptim ſcripſit. Vid. Lib. VIII. Ep. LII. col. 422.

(2) De hoc vide cit. Lactantii editionem Tom. I. pag. 592.

Digitized by Google

III. pag. 48. Speuſippi, Alcynoi, & Pythagorae Opuſcula ab eodem e Graeca lingua in Latinam tradućta ad Ioannem Cavalcantem, Florentinum civem, amicum unicum, cum Prooemio, quod inc. *Veram Platonici philoſophi amicitiam*. Deſ. *beatitudinem nanciſceris. Vale*. Speuſippi vero, Platonis diſcipuli, Liber de Platonis definitionibus, inc. *Sempiternum, quod per omne tempus*. Deſ. *eoque detrimenta devitat*. Ibid. a pag. 84. *b.* ad pag. 85. *b.* Prooemium vero pag. 74. *b.*

IV. pag. 56. *b.* Alcynoi Platonici Liber de doctrina Platonis. Inc. *Praecipuarum Platonis inſtitutionum doctrina*. Deſ. *venari liceat*. Ibid. a pag. 75. ad pag. 84.

V. pag. 85. *b.* Aurea praecepta Pythagorae. Inc. *Immortales primum Deos*. Deſ. *aetheris almi*. Ibid. pag. 86.

VI. pag. 87. Symbola Pythagorae. Inc. *Quum veneris in templum, adora*. Deſ. *ab omnibus denique intemperantiam*. Ibid. pag. 86. ſeq.

VII. pag. 88. Eiuſdem Ficini Epiſtola ad Ioannem Cavalcantem. Inc. *Socrates apud Platonem*. Deſ. *ad portum feliciter navigabimus*. Exſtat Lib. I. eius Epiſtolar. cit. edit. Baſileenſ. Tom. I. pag. 633.

VIII. pag. 89. *b.* Eiuſdem Liber de Voluptate ad Antonium (1) Caniſianum. Epiſtola nuncupatoria inc. *Memini quum adeſſem*. Deſ. *ad philoſophorum iam opiniones deveniamus*. Liber inc. *Plato igitur, ut ab eorum principe initium faciam*, Deſ. *exercendae memoriae gratia retuliſſe*. Subiicitur deinde haec ſubſcriptio: *Figbini IV. Kal. Ianuarias MCCCCLVII.* In cit. Collect. Platonicor. a pag. 88. *b.* ad pag. 101. *b.*

IX. pag. 133. Eiuſdem Opuſculum de Divino Furore. Inc. *Marſilius Ficinus Peregrino Allio ſalutem D. Tertio Kal. Decembres Ficinus pater binas epiſtolas tuo nomine ad me detulit*. Deſ. *nihil mihi te charius eſſe. Fegbini Kal. Decembribus MCCCCLVII.* Eius Operum edit. Baſil. cit. Tom. I. a pag. 612. ad pag. 615.

X. pag. 138. *b.* Eiuſdem de Virtutibus Moralibus Libellus. Inc. *Marſilius Ficinus Antonio Caniſiano S. D. Quum ſaepe mecum egiſſes, ut aliquid de iis, quae ad mores pertinent, virtutibus, ac praeſertim de magnificentiae laudibus brevi quadam ſumma colligerem, commodius id effecturum arbitratus ſum, ſi quod Plato iubet philoſophis* (ſic) *ſermonem altius aliquantulum ab ipſa definitione repeterem*. Deſ. *ut deus efficiaris. Finis. Primo Iunii MCCCCLVII.* Non adparet neque hic, nec ſequens libellus in cit. edit.

XI. pag. 143. Eiuſdem de quatuor ſectis philoſophorum Liber. Inc. *Marſilius Ficinus Clementi Fortino ſalutem D. Tria ſunt, mi Clemens, quae faciunt, ut aliquid de diverſis philoſophorum opinionibus ac ſententiis breviter ad te ſcribam*. Deſ. *brevitate admodum delectari*.

XII. pag 146. Eiuſdem Commentariorum in Platonis Philebum de ſummo bono Libri duo ad magnanimum Laurentium Medicem patriae ſervatorem. Prooemium inc. *Tres eſſe vitas nemo ratione vivens dubitat*. Deſ. *& muſicam reportavit. XV. Februarii MCCCCXC.* In fine haec habentur: *Collecta curſim ex lectionibus Marſilii Ficini in Philebum*. Caput primum Libri primi, quod inſcribitur; *Quod ſit aliquis finis omnium actionum*, inc. *Quoniam omnis philoſophiae ſumma ad beatam vitam refertur*. Caput XX. eiuſdem Libri deſ. *reliquis tuis circa Platonem ſubtiliſſimis quaeſtionibus alias reſpondebimus*. Libri ſecundi, qui duo tantum Capita continet, Caput I. *De uno rerum principio &c.* inc. *Omnia, quae nunc in univerſo ſunt &c.* Caput II. *Iterum quomodo ſub Deo eſt infinitum &c.* deſ. *hic eſt tractandi modus*. In fine: *Exſcripſit clara haec Opera Sebaſtianus Salvinus Marſilii Ficini amitinus* (2) *III. Idus Februarii MCCCCXC.* In edit. cit. Baſil. Tom. II. a pag. 1206. ad pag. 1259.

XIII. pag. 258. Excerpta breviter ex lectionibus Marſilii in Philebum, in Capita quaedam diviſa. Primum inſcribitur: *Expoſitio de triplici vita, & fine triplici*, & inc. *Paris Regis Orientalis filius in ſilva paſcit beſtias*. Vltimum, cui titulus: *Quare mala eſſe invicem contraria poſſunt, bona nequaquam*, deſ. *& uterque tandem ſubiectum, ſimulque ſe ipſum*. Non reperimus in cit. edit.

XIV. pag. 263. Apologi (3) Marſilii in Philebum. Primus inſcr. *Malus daemon per veriſimile ad falſum per voluptatem trahit ad malum, Deus vero per haec ad verum & bonum*, & inc. *Deus veritas eſt & bonitas, ideoque omnia ex veritate & bonitate compoſuit*. Vltimus *De voluptate, quod non ſit cum ipſa congrediendum, neque in terris ſperanda*, deſ. *alioquin ſub voluptatis praetextu in latentem iacturam protinus corruemus*. Tom. I. cit. edit. a pag. 921. ad pag. 924.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus cum litteris initialibus auro, variiſque coloribus egregie depictis. Conſtat foliis ſcriptis 268.

MARSILIVS FICINVS DE CHRISTIANA RELIGIONE.

MArſilii Ficini Florentini Liber de Chriſtiana Religione ad Laurentium Medicem patriae ſervatorem, cui praecedit tabula Capitum XXXVII. Prooemium, cui titulus: *Quod inter ſapientiam, religionemque maxima cognatio eſt*: inc. *Aeterna Dei ſapientia ſtatuit divina myſteria*. Deſ. *tum pietatis cultori cenſui dedicandum*. Caput primum, *Religio maxime homini propria eſt, & verdica*, inc. *ſingulas generis humani dotes*. Caput XXXVII. *Cauſſa erroris Iudaeorum, Mahumetenſium, Gentilium*, deſ. *ſapientem beatamque vitam hauriemus*. Prodiit primum hoc Opus Flo- Cod. IX.

(1) Montfauc. male legit *Ioannem*. (2) Montfauc. legit *amiciſſimus*. (3) Montfauc. vocat *Apologiam*.

Digitized by Google

Florentiae A. MCCCCLXXVII. In editione autem eius Operum Baſil. cit. habetur Tom. I. a pag. 1. ad pag. 77. Conſule Ficini Vitam a Io. Corſio exaratam, & a nobis editam cum notis, & illuſtrationibus Piſis apud Auguſtinum Pizzorno MDCCLXXI. pag. 32. ſeqq.

Codex membranac. Ms. in 4. minori Saec. XV. nitidiſſimus, & elegantiſſimus cum littera initiali Operis depicta. Conſtat foliis ſcriptis 99.

D. LEONIS PAPAE HOMILIAE SVPER EVANGELIA.

Titulum corrige

Sanctorum Patrum, ideſt Leonis PP., Auguſtini, Severini, Bedae, ac praecipue Haymonis, Alcuini diſcipuli, Eccleſiae Halberſtatenſis in Saxonia Epiſcopi A. DCCCXLVII. Homiliae in Evangelia a Dom. I. de Adventu Domini uſque ad Dom. II. poſt Reſurrectionem; necnon alii Sermones in Epiſtolas S. Paulli ex Remigii Antiſſiodorenſis in ipſas Expoſitione deſumpti.

Cod. X. I. pag. 1. OCcurrit primo, eraſa antiqua ſcriptura, nomen Leonis Papae (1) recentiori manu adiectum, & praemiſſum Homiliae, cuius initium eſt: *Providente divinitate*, ut ſupra pag. 67. §. I, ubi Divi Auguſtini nomen praeſefert.

II. p. 2. In lectionem Epiſtolae Beati Paulli Apoſtoli ad Romanos: *Scientes quia hora eſt iam nos de ſomno ſurgere &c.* Sermo. Inc. *Vt pigritiam abiiciamus, & tandem aliquando ad ſervitium Domini evigilemus*. Deſ. *quotquot in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis*. Expoſitio iſta in Epiſtolas Paulli, quae in hoc Codice habetur, in Sermones diverſis anni feſtis accommodatos diſtributa, licet auctoris nomen nullum praeſeferat, Remigio tamen Antiſſiodorenſi videtur adſcribenda, ut ex Sermonibus, quos paullo infra recenſebimus, §. nimirum XII. & XXV. colligitur, quos quum inter eius Expoſitionem perpetuam in dictas Epiſtolas, ut ibi adnotamus, invenire nobis contigerit, reliquos quoque ad ipſum pertinere arbitramur.

III. pag. 2. b. Homil. in Evang. Matth. *Sicut fulgur exit ab oriente &c.* Inc. *Nomine quoque orientis, & occidentis &c.* ut ſupra pag. 428. §. IV. ſub nomine B. Remigii Archiep.

IV. pag. 6. Homil. in Evang. Matth. *Quum appropinquaſſet Ieſus Hieroſolymis, & veniſſet Bethphage ad montem Oliveti*. Inc. *Sicut Dominus, ac Redemptor noſter ante mundi conſtitutionem elegit ſibi matrem virginem, de qua ineffabiliter prodiens naſceretur*. Deſ. *ut quum aequalis eſſet Patri, dignaretur aſſumere noſtram naturam*. Compacta eſt haec Homilia ex illa Bedae ad Galli cantum in Nat. Dom. Tom. VII. eius Operum edit. Baſil. A. MDLXIII. fol. pag. 414. Incipit autem in Codice a verſ. 8. editionis.

(1) Hoc nomen exterioris tituli errori anſam dedit.

V. pag. 7. b. Dom. II. de Adventu Sermo S. Auguſtini, ut ſupra pag. 70. §. XIII. ſub nomine S. Ioannis Conſtantinopolitani.

VI. pag. 10. In lectionem Epiſtolae B. Paulli Apoſt. ad Romanos: *Quaecumque ſcripta ſunt &c.* Sermo. Inc. *Paullo ſuperius dixerat: nos firmiores debemus eſſe: ſuſtinere imbecillitatem infirmorum, & non nobis placere*. Deſ. *ut etiam miraculorum exhibitione clareatis*.

VII. pag. 10. b. Homil. in Evang. Matth. *Erunt ſigna in ſole, & luna*. Inc. *Redemptor noſter neminem in illo diſtricto iudicii examine volens perire, ſed omnes paratos invenire, mundo iam in praeceps vergente &c.* Deſ. *quanto nunc devotius eius adventum praeſtolamur*.

VIII. pag. 12. Dom. III. de Adventu Sermo S. Auguſtini Epiſc. ut ſupra pag. 69. § XII.

IX. pag. 13. b. In lectionem Epiſtolae Beati Paulli Apoſtoli ad Corinthios: *Fratres ſic nos exiſtimet homo &c.* Sermo. Inc. *Corinthii poſtquam per praedicationem Apoſtoli venerunt ad fidem &c.* Deſ. *a qua maledictione qui fuerint alieni & excluſi, felices regnabunt cum Domino*.

X. pag. 15. b. Homil. in Evang. Matth. *Quum audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti*. Inc. *Beatus Ioannes propter veritatem, quam praedicabat, miſſus eſt in carcerem ab Herode tetrarcha*. Deſ. *mereamur vocari Angeli, & eſſe*. In Bibliotheca Homiliarum, & Sermonum priſcorum Eccleſiae Patrum Laurentii Cumdii, & Gerardi Moſani Lugduni apud Iuntas MDLXXXVIII Tom. I. pag. 29. ſub nomine Haymonis Epiſcopi Halberſtadienſis; ſed ibi finis diverſus.

XI. pag. 16. b. Dom. IV. Sermo S. Auguſtini contra Iudaeos, ut ſupra pag. 69. §. X.

XII. pag. 19. In lectionem Epiſt. Paulli ad Philippenſes: *Gaudete in Domino ſemper &c.* Sermo. Inc. *Vos, qui gaudetis in temporalibus negotiis, & terrenis caducis tranſitoriiſque rebus &c.* Deſ. *vel in fide Chriſti Ieſu*. Deſumptus eſt ex Remigii Antiſſiodorenſis Expoſit. in Epiſtolas Paulli, quam conſuluimus in Biblioth. Patr. Lugdun. anni MDCLXXVII. fol. Tom. VIII. & incidit eius initium in p. 1066.

XIII. pag. 19. b. Homil. in Evang. Ioan. *Miſerunt Iudaei ab Hieroſolymis Sacerdotes, & Levitas ad Ieſum*. Inc. *Praecurſor, & veritatis amicus, cuius magnitudo evidentibus auſpiciis &c.* Deſ. *quatenus ea, quae ſibi obedientibus promiſit, mereamur obtinere per eum, qui cum Patre &c.*

XIV. pag. 20. b. Menſe decimo Fer. IV. Hom. in Evang. Luc. *Miſſus eſt Angelus Gabriel &c.* Inc. *In menſe ſexto a Deo miſſus eſt Angelus Gabriel. Menſem ſextum Martium intellige, cuius vigeſimo quinto die Dominus conceptus traditur & paſſus, quod eſt VIII. Kal. April.* Deſ. *unde Dei Genitrix appellatur*. Exſtat inter Homilias Bedae hiemales de tempore in editione eius Operum Baſileenſi citata Tom.

Digitized by Google

Tom. VII. pag. 264. Incipit autem in Codice a verſ. 18. editionis, & in fine diverſa eſt.

XV. pag. 22. Fer. VI. Homil. Ven. Bedae presb. in Evang. Luc. *Exſurgens Maria abiit in montana*. Inc. *Lectio, quam audivimus S. Evangelii, & redemptionis noſtrae nobis ſemper veneranda primordia praedicat*. Deſ. *inter homines vivendi formam dare voluit Vnigenitum ſuum Ieſum Chriſtum &c* Inter eius Homilias aeſtivales Tom. cit. pag. 141.

XVI. pag. 26. Sabb. in XII. in lectionem Epiſtolae B. Paulli Apoſt. ad Rom. *Rogamus vos fratres &c.* Sermo. Inc. *Duos Domini adventus legimus; primum in humilitate, ſecundum in potentia*. Deſ. *ſed conſenſerunt iniquitati diabolo*.

XVII. pag. 28. Prologus Bedae presbyteri, quibus ſignificationibus XII. Apoſtoli a Domino ſunt electi. Inc. *Quantam, & quam multiplicem gratiam Sancti Apoſtoli a Domino Chriſto meruerunt, audivit in lectionum ſerie ſaepe dilectio veſtra*. Deſ. *eorum precibus adiuti per Dei gratiam pervenire mereamur*.

XVIII. pag. 28. *b.* In vigilia Natalis Domini in lectionem Epiſtolae B. Paulli Apoſtoli ad Rom. *Paullus ſervus Chriſti &c.* Sermo. Inc. *Romani, ad quos Apoſtolus hanc direxit Epiſtolam, non intelliguntur illi Romae habitantes*. Deſ. *ut ad Deum Patrem, & Filium ſimul referamus, qui vivit &c.*

XIX. pag. 29. *b.* Hom. in Evang. Matth. *Quum eſſet deſponſata mater Ieſu*. Inc. *Exordium huius Evangelii quaeſtione animum pulſat, quare Dominus ex deſponſata voluit naſci, & non de ea, quae non habebat ſponſum*. Deſ. *ab omni adverſitate huius ſaeculi, ac futuri*. Apud Cum-dium cit. edit. Tom. I. pag. 93. ſub Haymonis nomine.

XX. pag. 31. In die Natalis Domini Lectiones III. Iſaiae prophetae. Prima inc. *Primo tempore alleviata eſt*. Vltima deſ. *haec dicit Dominus*.

XXI. pag. 32. Sermo S. Leonis Papae, ut ſupra pag. 297. §. XI.

XXII. pag. 34. In lectionem Epiſt. Paulli ad Titum: *Apparuit gratia Salvatoris noſtri &c.* Sermo. Inc. *Hanc Epiſtolam Apoſtolus Tito dirigit condiſcipulo, quem inſtruit, &c.* Deſ. *alios quoque in ſanctitate conſolidet in Chriſto Ieſu &c.*

XXIII. pag. 34. *b.* Homil. in Evang. Luc. *Exiit edictum a Caeſare Auguſto*. Inc. *Exiit edictum, ideſt mandatum, & imperiale praeceptum a Caeſare Auguſto Octaviano. Auguſtus vocatus eſt ab augendo*. Deſ. *qui pereunte diabolo erat imminutus*. Apud Cum-dium Tom. cit. p. 199. ſub Haymonis nomine. Finis autem diverſus, quia in editione per duas alias columnas progreditur, complectiturque ſub una ſerie inſequentem Homiliam.

XXIV. pag. 36. *b.* Homil. in Evang. Luc. *Paſtores loquebantur ad invicem*. Inc. *Narrat Lucas Evangeliſta in ſuperioribus, quia Domino in Bethlehem nato, &c.* Deſ. *quo manſionem nobis praepararet, atque aditum introeundi faceret, in quo vivit &c.* Ibid. pag. 200. columna 2.

XXV. pag. 38 In lectionem Epiſtolae B. Paulli Apoſtoli ad Rom. Inc. *Ab Achaia regione Graecorum ſcripſit Apoſtolus Romanis hanc Epiſtolam*. Deſ. *unum Philaemoni*. In cit. Biblioth. Patrum Tom. VIII. pag. 889.

XXVI. pag. ead. *b.* In lectionem Epiſtolae B. Paulli Apoſtoli ad Hebraeos: *Multifariam multiſque modis &c.* Sermo. Inc. *Beatus Paullus Apoſtolus propter ſuam humilitatem, ſive propter ſuperbiam Iudaeorum in hac Epiſtola, ſicut in aliis, ponere nomen ſuum noluit*. Deſ. *quatenus ei poſſit coniungi & adhaerere, qui ſemper idem manet*.

XXVII. pag. 40. *b.* Lectio de VG. (ſ. *Vigilia*). Inc *Nativitatem Domini Ieſu Chriſti, fratres chariſſimi, hodie celebremus, non in deliciis carnalibus &c.* Deſ. *illis ieiunantibus inſpiratus a Domino dixit*.

XXVIII. pag. 41. Homil. in Evang. Io. *In principio erat Verbum*. Inc. *Initium Sancti Evangelii. Quare non dicitur in hoc Evangelio ſequentia S. Evangelii? Quia non eſt praecedens lectio, quam iſta ſequatur*. Deſ. *ſi conſideres humanitatem illius, plenus eſt Homo; ſi divinitatem, plenus eſt Deus*. Apud Cum-dium ſub Haymonis nomine Tom. cit. pag. 307.

XXIX. pag. 45. In Natale S. Stephani, in lectionem Libri Actuum Apoſtolorum Sermo. Inc. *Nativitatem Domini noſtri, ac Salvatoris Ieſu Chriſti heſterna die celebravimus, fratres chariſſimi; hodie celebramus diem cum ſummo honore*. Deſ. *ut ad illam pervenire valeamus claritatem, ad quam ipſe pervenit, Domino noſtro Ieſu Chriſto adiuvante, qui &c.*

XXX. pag. 46. Sermo S. Auguſtini Epiſc. de miraculis S. Stephani, ut ſupra pag. 74. §. LI. Heic tamen deſ. *quia & ipſi martyres huius fidei teſtes fuerunt*.

XXXI. pag. 47. *b.* Homil. in Evang. Matth. *Ecce ego mitto ad vos Prophetas &c.* Inc. *Verba huius lectionis tam Beato Stephano ſpecialiter congruunt, quam cunctis generatim aeque martyribus aptari poſſunt*. Deſ. *ad iudicandum genus humanum quandoque ſit venturus*. Apud Cum-dium ſub Haymonis nomine Tom. cit. pag. 353.

XXXII. pag. 50. Prologus in Natale S. Ioannis Evangeliſtae. Inc. *Ioannes Apoſtolus & Evangeliſta, filius Zebedaei &c.* Deſ. *ad ſuperiora pulvis ebulliat*. Eſt tantummodo pars Sermonis, quem recenſuimus ſupra pag. 74. §. LIII.

XXXIII. pag. 50. *b.* Sermo S. Euſebii Epiſcopi Caeſarienſis in Hiſtoria Eccleſiaſtica de B. Ioanne Apoſtolo, ut ſupra pag. 299. §. XXVII.

XXXIV. pag. 51. *b.* In lectionem Epiſtolae B. Paulli Apoſtoli ad Epheſios: *Benedictus Deus, & Pater Domini N. I. C. &c.* Sermo. Inc. *Beati Ioannis Evangeliſtae feſtivitatem, fratres chariſſimi, cum ſumma veneratio-*

tione celebrare debemus. Deſ. *neceſſe eſt, ut eius exemplum ſequamur caſtitatem ſervando*.

XXXV. pag. 52. *b*. Homil. in Ev. Ioan. *Dixit Ieſus Petro, ſequere me*. Inc. *Poſtquam Dominus celebravit ultimum convivium cum ſeptem diſcipulis ad mare Tiberiadis*. Deſ. *& opere implere quae docuit, ut ad gaudia aeterna pervenire valeamus, quae promiſit, praeſtante &c*. Apud Cum dium Tom. cit. pag. 374. ſub Haymonis nomine, ubi novem verſus longior in fine.

XXXVI. pag. 54. In Natale Innocentum Sermo, ut ſupra pag. 74. §. LVI.

XXXVII. pag. 53. Alius Sermo. Ibid. §. LVII.

XXXVIII. pag. 55. *b*. In lectionem Libri Apocalypſis Ioan. Apoſt. *Vidi ſupra montem Sion agnum ſtantem &c*. Sermo. Inc. *Hodie namque, fratres chariſſimi, celebramus diem natalem illorum infantum, quos Herodes rex impiiſſimus pro Chriſto occidit, & ſcire debet veſtra fraternitas &c*. Deſ. *ſi cupimus cum ſanctis martyribus ſine fine gaudere*.

XXXIX. pag. 56. *b*. Homil. in Evang. Matth. *Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph*. Inc. *Iſte locus haeret ſuperiori, ubi Matthaeus Evangeliſta dicit, quod Magi per aliam viam reverſi ſunt in regionem ſuam*. Deſ. *ad has miſerias ſufferendas, quas ipſa patitur in praeſenti vita*. Apud Cum-dium l. c. pag. 411. ſub Haymonis nomine, ubi finis diverſus.

XL. pag. 58. *b*. Dom. I. poſt Nat. Domini. In Epiſtolam ad Hebraeos: *Quanto tempore heres parvulus eſt &c*. Sermo. Inc. *Rex Bithyniae, quae eſt provincia Graeciae, habens bellum contra hoſtes ſuos*. Deſ. *non ſuo merito, ſed gratia Dei, per quem eſt redemptus*.

XLI. pag. 59. *b*. Homil. in Evang. Luc. *Erat Maria, & Ioſeph mirantes ſuper his, quae dicebantur de illo*. Inc. *In textu Evangelii, ubi ſcribuntur Evangelia per ordinem, ibi inchoatur Evangelium ita*. Deſ. *perfectus eſſet Deus*. Apud Cum dium loc. cit. pag. 431. ſub Haymonis nomine.

XLII. pag. 62. Sermo S. Severini Epiſc. dicendus in Kal. Ianuar. ut ſupra pag. 76. §. LXVIII.

XLIII. pag. 62. *b*. In Oct. Natal. Domini. In Epiſtolam B. Paulli Apoſt. ad Titum Sermo. Inc. *Beatus Paullus Apoſtolus hanc Epiſtolam ad Titum Epiſcopum ſuum, & diſcipulum tranſmiſit, quem admonet & inſtruit de conſtitutione presbyteri*. Deſ. *haec, fratres, implentes, haec ſervantes. Domini gratia opitulante, ad regnum caeleſte pervenimus*.

XLIV. pag. 63. *b*. Homil. in Evang. Luc. *Poſtquam conſummati ſunt dies octo*. Inc. *Ritus, ideſt conſuetudo, & religio circumciſionis a Beato Abraham ſumpſit exordium*. Deſ. *ut ab omnibus vitiis nos cuſtodiamus, & corpore, & corde*. Deſumpta eſt ex Bedae Commentar. in Luc. Lib. I. Cap. II. §. VI. Operum Tom. V. pag. 208. cit. edit.

XLV. pag. 65. In Vigilia Epiphaniae Domini. Homil. in Evang. Matth. *Defuncto autem Herode, ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph in Aegypto*. Inc. *Poſtquam enim Herodes per viginti circiter annos multa mala Iudaeis intulerat*. Deſ. *eo quod Nazareth ſanctiſſima conſecrata ſit*. Haec quoque ex dicto Bedae Comment. deſumpta exſtat apud Combef. in Bibl. Conc. Tom. II. pag. 1.

XLVI. pag. 66. In Epiphania Domini Lectiones duae Iſaiae prophetae. Prima inc. *Omnes ſitientes*. Secunda deſ. *dicit Dominus omnipotens*.

XLVII. pag. 67. Sermo S. Leonis Papae de Epiph. Domini, ut ſupra pag. 78. §. XCI.

XLVIII. pag. ead. *b*. In lectionem Iſaiae prophetae: *Surge, illuminare Ieruſalem &c*. Sermo. Inc. *Cadenti, vel iacenti dicitur, ut ſurgat; & illa corruerat in infidelibus & iacebat vitiis*. Deſ. *& quomodo omnia per ipſum Deus patefecerit, aliis patefecerunt*.

XLIX. pag. 69. Homil. in Evang. Matth. *Quum natus eſſet Ieſus in Bethlehem Iudae*. Inc. *Ariani hoc verſiculo demonſtrantur ab Evangeliſta*. Deſ. *ſi haec fecerimus, regem noſtrum in regione noſtra, ideſt in paradiſo caeleſti, videre merebimus*. Apud Cum-dium Tom. cit. pag. 528. ſub Haymonis nomine, ſed in principio aliquantum diverſa.

L. pag. 72. *b*. Dom. I. poſt Epiph. Domini. In lectionem Epiſt. B. Paulli Apoſt. ad Rom. *Obſecro per miſericordiam Dei &c*. Sermo. Inc. *Poſtquam ſubtili, & longa diſputatione oſtendit neutrum Iudaeorum, & Gentium ſuis meritis ſalvatum*. Deſ. *ſed per hanc multorum ſaluti conſulere*.

LI. pag. 73. Homil. in Evang. Luc. *Quum factus eſſet Ieſus annorum duodecim*. Inc. *Ideſt, quum facti eſſent illi anni duodecim; hoc ſpatium annorum Dominus ex matre ſumpſit, ut dicatur habere duodecim annos*. Deſ. *& Ieſus proficiebat aetate, quia aetas in corpore eſt*. Apud Cum-dium Tom. cit. pag. 553. ſub Haymonis nomine.

LII. pag. 74. Dom. II. poſt Epiph. Sermo in lectionem Epiſt. B. Paulli Apoſt. ad Rom. *Habentes donationes ſecundum gratiam, quae data eſt nobis differentem &c*. Inc. *Habentes ergo inſertum eſt ab eo quod eſt habemus. Habemus donationes, ideſt dona ſpiritualium chariſmatum*. Deſ. *ſed potius conſentiat, & ſe aequaliter faciat*.

LIII. pag. 75. *b*. Homil. in Evang. Matth. *Nuptiae factae ſunt in Cana Galilaeae*. Inc. *In textu Evangelii ita habetur, & die tertia nuptiae factae ſunt, poſt illa, quae ſuperior ſermo narrat*. Deſ. *viſo tanto miraculo ſolidati ſunt in fide Chriſti*. Apud Cum-dium Tom. cit. pag. 616. ſub Haymonis nomine.

LIV. pag. 79. *b*. Dom. III. poſt Epiphaniam. Sermo in lectionem Epiſt. B. Paulli Apoſt. ad Rom. *Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos &c*. Inc. *Haerent ſibi verba apoſtolica; praecepit ſuperius ſalubria & utilia ſuis auditoribus*. Deſ. *ille enim malum in bono vincit*,

Digitized by Google

cit, qui pro malo bonum reddit.

LV. pag. 80. Homil. in Evang. Matth. *Quum deſcendiſſet Ieſus de monte*. Inc. *Superior Sermo Evangelicus narrat, quod Dominus adſcenderit in montem, & ibi multa loquutus fuerit*. Deſ. *ad quae praemia accipienda nos perducat Dominus Ieſus*. Apud Cum-dium Tom. cit. pag. 634. ſub Haymonis nomine, ubi tamen finis diverſus.

LVI. pag. 83. Dom. IV. poſt Epiph. Sermo in lectionem Epiſtolae B. Paulli Apoſt. ad Romanos: *Nemini quidquam debeatis, niſi ut invicem diligatis &c.* Inc. *Conformans Apoſtolus auditores ſuos Romanos in diſciplina Chriſtiana*. Deſ. *tamen in hoc loco maxime ad charitatem refertur, quae eſt perfectio omnium bonorum*.

LVII. p. 83. *b*. Homil. in Evang. Matth. *Adſcendente Ieſu in naviculam*. Inc. *Poſtquam Dominus, ac Salvator noſter multa, atque innumera miraculorum ſigna peregit in terris, per quae oſtendit ſe Deum eſſe terrae*. Deſ. *credo videre bona Domini in terra viventium, ipſo adiuvante &c.*

LVIII. pag. 85. IV. Nonas Febr. Hypapante Domini. Sermo S. Ambroſii Epiſc. in Evang. Luc. *Et ecce homo erat in Ieruſalem &c.* ut ſupra pag. 433. §. XCIII. heic tamen finis diverſus ita habet: *quia & ſeptem duodecades, & duae quadrageſimae ſacrum videntur numerum deſignare*.

LIX. pag. 85. *b*. Item unde ſupra Sermo, ut ſupra pag. 302. §. LV. ſub nomine S. Auguſtini; heic tamen deſ. *de quo Ioannes in Evangelio dicit: Hic eſt agnus Dei, qui cum Patre &c.*

LX. pag. 86. *b*. Homil. in Evang. Luc. *Poſtquam impleti ſunt dies purgationis eius &c.* Inc. *Purgationis eius dicit, ſive Domini, ſive Mariae*. Deſ. *recordatus eſt miſericordiae ſuae & veritatis ſuae domui Iſrael poſt multa tempora*. Apud Cum-dium Tom. IV. pag. 123. ſub Haymonis nomine, ubi initium aliquantum diverſum.

LXI. pag. 88. *b*. Homil. in Ev. Matth. *Confiteor tibi Domine*. Inc. *Beatus Matthaeus, qui hoc ſcribit Evangelium, non dicit ſuperius ad quod pertineat haec reſponſio*. Deſ. *ecce quomodo Evangelium ſuave eſt, & levius iugo legis*.

LXII. pag. 89. *b*. Dom. in Septuageſima. Sermo in lectionem Epiſt. B. Paulli Apoſt. ad Corinthios: *Neſcitis quod hi, qui in ſtadio currunt &c.* Inc. *Volens Beatus Apoſtolus Corinthios auditores ſuos ad ſpirituale certamen provocare*. Deſ. *diabolo cum exercitu ſuo, hoc eſt cum membris ſuis pereunte*.

LXIII. pag. 91. Homil. in Evang. Matth. *Simile eſt regnum caelorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios*. Inc. *Intellectus huius lectionis ex ſuperioribus Domini ſermonibus pendet*. Deſ. *ad poenas perpetuas, de quibus nos liberare dignetur D. N. I. C.* Apud Cum-dium Tom. I. pag. 683. ſub Haymonis nomine.

LXIV. pag. 93. *b*. Dom. in Sexageſima. Sermo in lectionem Epiſt. B. Paulli Apoſt. ad Corinthios. Inc. *Apoſtolo transeunte ad alias nationes, hos Corinthios corruperunt pſeudoapoſtoli a Iudaeis venientes*. Deſ. *contra vitia certemus cum Apoſtolo, ut in nobis habitet virtus, & gratia donorum Chriſti, pariter cum illo coronemur in caeleſti regno*.

LXV. pag. 98. *b*. Homil. in Evang. Luc. *Quum turba plurima conveniret ad Ieſum*. Inc. *Ubicumque in Sacra Scriptura vocabulum turbae audimus, diverſas voluntates intelligere debemus*. Deſ. *quaſi centeſimum fructum afferunt*. Apud Cum-dium Tom. I. pag. 695. ſub Haymonis nomine.

LXVI. p. 100. *b*. Dom. in Quinquag. Sermo in lectionem Epiſt. B. Paulli Apoſt. ad Corinth. *Si linguis hominum loquar, & Angelorum &c.* Inc. *Creſcente fide Domini N. I. C. dona linguarum, quae in initio paucis credentibus fuerant data, paullatim minui coeperunt*. Deſ. *quia videlicet, fide & ſpe ſublatis, ſolam ſancti charitatem amplectentur*.

LXVII. pag. 101. *b*. Homil. in Ev. Luc. *Ecce adſcendimus Hieroſolymam &c.* ut ſupra pag. 302. §. LXI. ſub nomine S. Gregorii Papae; heic tamen diverſe deſinit, nimirum: *iuxta quod ipſe dicit: ſine me nihil poteſtis facere*.

LXVIII. pag. 104. Fer. IV. caput ieiunii. Homil. in Evang. Matth. *Quum ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritae triſtes*. Inc. *Non ſolum a cibo, & potu, ſed etiam ab omnibus vitiis, a rapina, ab ebrietate &c.* Deſ. *ſtudeamus nos ab iis vitiis abſtinere, ut Dominum mereamur videre, qui vivit &c.* Apud Cum-dium Tom. II. pag. 49. ſub Haymonis nomine, ubi finis diverſus.

LXIX. pag. 104. *b*. Fer. V. Homil. in Evang. Matth. *Audiſtis, quia dictum eſt antiquis*. Inc. *Quia dictum eſt antiquis, ſubintellige, patribus Iudaeorum*. Deſ. *reddet tibi mercedem tuam*. Apud Cum-dium Tom. cit. pag. 102. ſub Haymonis nomine, at initio aliquantum diverſa.

LXX. pag. 105. Fer. VI. Homil. in idem Evang. ut ſupra pag. 303. §. LXVI. ſub nomine Origenis.

LXXI. p. 108. Dom. in Quadrageſima. Sermo in lect. Epiſt. B. Paulli Apoſt. ad Corinth. *Hortamur vos &c.* Inc. *Exhortatio, ſpecies eſt doctrinae, dum quilibet verbo aut exemplo conſolationem praeſtat alicui*. Deſ. *erimus utique conſortes illorum aeternorum praemiorum*.

LXXII. pag. 111. *b*. Homil. in Ev. Matth. *Ductus eſt Ieſus in deſertum a ſpiritu*. Inc. *Hoc primum in huius exordio lectionis notandum eſt, quod Redemptor noſter quum per triginta annorum curricula &c.* Deſ. *nec auris audivit, nec in cor hominis adſcenderunt*. Apud Cum-dium Tom. cit. pag. 199. ſub Haymonis nomine.

LXXIII. pag. 114. *b*. Fer. II. Hom. in Evang. Matth. *Quum venerit filius hominis in maieſtate ſua*. Inc. *Dominus, & Salvator noſter, dilectiſſimi, diſcipulis ſuis de reſurrectione*

ne omnium ſaeculorum, & de ſecundo adventu maieſtatis ſuae, & de iudicio futuro annuntiat. Deſ. *iuſti autem in vitam aeternam*

LXXIV. pag. 115. Fer. III. Homil. Ven. Bedae presbyt. in Evang. Ioan. *Quum intraſſet Ieſus Hieroſolymam*. Inc. *Quum ingreſſus fuiſſet in templo Iudaeorum Dominus, & Salvator noſter*. Deſ. *& glorificent patrem veſtrum, qui in caelis eſt; quod ipſe praeſtare dignetur, qui vivit &c.*

LXXV. pag. 116. *b*. Fer. IV. Homil. in Evang. Matth. *Magiſter, volumus a te ſignum videre*, ut ſupra pag. 366. §. XLIV. ſub Bedae nomine.

LXXVI. pag. 118. Homilia ſine titulo. Inc. *Quoniam ieiuniorum tempus eſt, fratres chariſſimi, de ieiunio cum ſanctitate veſtra tractandum eſt, ut ſciatis quemadmodum ieiunetis*. Deſ. *ut & te Deus in caelorum regna ſuſcipiat*. In Appendice Auguſtini ſub num. CLXXV.

LXXVII. pag. 119. Fer. VI. Homil. in Evang. Ioan. *In illo tempore erat dies feſtus Iudaeorum &c.* Inc *Quia Dominus, & Salvator noſter homo factus eſt, gaudere magis, quam mirari debemus, ſimul gaudere etiam, quod vitia ſanavit animarum*. Deſ. *ipſe te introducere dignetur Ieſus Chriſtus &c.*

LXXVIII. pag. 120. Homil. in Evang. Luc. *Poſt dies ſex aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum*. Inc. *Miſericors Dominus, & Salvator noſter, fratres dilectiſſimi, electos ſuos per huius vitae labores &c.* Deſ. *ſed cum electis ad gaudia reſurgamus aeterna, praeſtante &c.*

LXXIX. pag. 121. Dom. II. in Quadrageſima. Sermo in lectionem Epiſt. B. Paulli Apoſt. ad Theſſalonicenſes: *Rogamus vos, & obſecramus in Domino Ieſu &c.* Inc. *Macedonia eſt provincia Graecorum, in qua eſt civitas metropolis Theſſalonica*. Deſ. *& ut Deus omnipotens dignetur in nobis habitare, cui eſt honor*.

LXXX. pag. 122. *b*. Homil. in Evang. Ioan. *Egreſſus inde Ieſus receſſit in partes Tyri*. Inc. *Superior ſermo Evangelicus deſcribit queſtus fuiſſe contra Dominum Scribas & Phariſaeos*. Deſ. *incolumitatem animae noſtrae divina miſericordia valeamus invenire*. Apud Cum-dium Tom. cit. pag. 235. ſub Haymonis nomine.

LXXXI. pag 125. Fer. II. Sermo S. Auguſtini Epiſc. in Evang. Ioan. *Dixis Ieſus turbis Iudaeorum: Ego vado, & vos quaeretis me*, ut ſupra pag. 305. §. LXXXI.

LXXXII. pag. 126. *b*. Fer. III. Homil. Bedae presb. in Evang. Matth. *Super cathedram Moyſi ſederunt Scribae, & Phariſaei*, ut ſupra pag. 366. § LIII.

LXXXIII. pag. 127. *b*. Fer. IV. Sermo S. Maximi Epiſc. ut ſupra pag. 83. § CXLI.

LXXXIV. pag. 128. *b*. Fer. V. Homil. Bedae presb. in Evang. Luc. *Homo quidam erat dives*. Inc. *Sancti Evangelii lectio, fratres chariſſimi, de ſuperbo divite, & humili paupere rationem intulit*. Deſ. *ipſe in mentes & memoriam veſtram inſerere dignetur, qui vivit &c.*

LXXXV. pag. 129. *b*. Fer. VI. Homil. eiuſdem in Evang. Matth. *Homo erat paterfamilias, qui plantavit vineam*. Inc. *Multis enim ac diverſis parabolis Dominus, & Salvator noſter iudaeorum populum erudivit*. Deſ. *ut pro eis bonam rationem reddere mereamur, ipſo auxiliante &c.*

LXXXVI. pag. 131. Alia de eodem argumento. Inc. *Quod heſterna lectione S. Evangelii remanſit, dilectiſſimi, nobis congruum eſt hodie beatitudinis veſtrae auribus recitare*. Deſ. *ut poſtea in patriam poſſimus ad aeternum gaudium feliciter pervenire*.

LXXXVII. pag. 132. Sabb. Homil. Bedae presb. in Evang. Luc. *Homo quidam habuit duos filios*. Inc. *Evangelica lectione, fratres chariſſimi, audiſtis duorum filiorum parabolam*. Deſ. *mox pergit ad veniam, cuius eſt honor &c.*

LXXXVIII. p. 133. *b*. Dom. III. in Quadrageſima. Sermo in lectionem Epiſt. B. Paulli Apoſtoli ad Hebraeos (ſic): *Eſtote imitatores Dei &c.* Inc. *Hortatur Apoſtolus Epheſios, ut ſint imitatores Dei, ſicut filii chariſſimi. Imitari autem eſt ſequi*. Deſ. *lumenque bonae operationis*.

LXXXIX. pag. 135. *b*. Homilia in Evang. Luc. *Erat Ieſus eiiciens daemonium*. Inc. *Mutum dicebatur daemonium, non quod mutum eſſet per naturam*. Deſ. *& opere implet beatus eſt*. Apud Cum-dium Tom. cit. pag. 470. ſub Haymonis nomine.

XC. pag. 137. *b*. Vita S. Gregorii Papae. Inc. *Beatus Gregorius, qui fuit Praeſul S. Romanae Eccleſiae, antequam fieret Patriarcha, monachus erat in monaſterio S. Andreae Apoſtoli &c.* Deſ. *una cum ſanctiſſimo, & vivifico eius Spiritu nunc, & ſemper, & in ſaecula ſaeculorum*.

XCI. pag. 138. *b*. Fer. II. Homil. Bedae presb. in Evang. Luc. *Quanta audivimus facta in Capharnaum*, ut ſupra pag. 436. §. CXL. ſine auctoris nomine; heic tamen deſ. *a poſcenda deinceps eius morte deſiſterent*.

XCII. pag. 140. Fer. III. Homilia S. Hieronymi presb. in Evang. Matth. *Si peccaverit in te frater tuus*, ut ſupra pag. 306. §. XCI.

XCIII. pag. 141. Fer. IV. Homilia eiuſdem in Evang. Matth. *Acceſſerunt ad Ieſum ab Hieroſolymis Scribae*, ut ibid. §. XCIII.

XCIV. pag. 142. *b*. Fer. V. Homil. S. Auguſtini Epiſc. in Evang. Ioan. *Operamini non cibum qui perit*. Inc. *Seipſum enim inſinuat iſtum cibum, qui in conſequentibus inluceſcit, quem filius hominis dabit vobis*. Deſ. *& reſuſcitabo eum ego, inquit, in noviſſimo die*.

XCV. pag. 146. Fer. VI. Homil. eiuſdem in Evang. Ioan. *Ieſus fatigatus ex itinere*. Inc. *Iam incipiunt myſteria; non enim fruſtra fatigatur Ieſus &c.* Deſ. *quoniam vere ipſe eſt Salvator mundi*. Apud Cum-dium Tom. cit. pag. 564. ſub eiuſdem Auguſtini nomine ex Tract. XV. in Ioan. at in editione initium eſt undecim verſus longius.

XCVI.

XCVI. pag. 151. *b.* Sabb. Homil. Bedae presb. in Evang. Ioan. *Perrexit Ieſus in montem Oliveti*, ut ſupra pag. 368. §. LXVIII. ſub nomine S. Auguſtini; ſed heic finis diverſus, definit enim: *obſerva quod praecepi, ut invenias quod promiſi*.

XCVII. pag. 154. *b.* Dom. med. Quadrag. Homil. eiuſdem in Evang. Ioan. *Abiit Ieſus trans mare Galilaeae*, ut ibid. §. LXIX.

XCVIII. pag. 158. *b.* Fer. II. Homil. eiuſdem in Evang. Ioan. *Prope erat Paſcha Iudaeorum*, ut ibid. §. LXX. ſine auctoris nomine.

XCIX. pag. 162. Fer. III. Homil. in Ev. Ioan. *Iam die feſto mediante*, ut ibid. §. LXXI. ſub nomine S. Auguſtini; ſed heic diverſe definit, nimirum: *ſed ſi ille quaeſivit gloriam eius, qui eum miſit, quanto magis nos eius, qui nos fecit*.

C. pag. 164. Fer. IV. Homil. B. Auguſtini Epiſc. in Evang. Ioan. *Praeteriens Ieſus vidit hominem caecum*, ut ibid. §. LXXII.

CI. pag. 167. *b.* Fer. V. Hom. eiuſdem in Evang. Ioan. *Dixit Ieſus turbis Iudaeorum; Pater meus, inquit &c.* ut ſupra pag. 437. §. CLII. ſed heic multo eſt brevior, & deſ. *& ſanitatem ſaevientium requirebat*.

CII. pag. 168. *b.* Fer. VI. Homil. eiuſdem in Evang. Ioan. *Erat quidam languens Lazarus*, ut ſupra pag. 308. §. CV. ſed heic definit in verbis: *ego ſum, inquit, reſurrectio & vita*.

CIII. pag. 172. Sabb. Homil. eiuſdem in Evang. Ioan. *Ego ſum lux mundi*, ut ſupra pag. 447. §. CXIV. ſed heic deſ. *& tenebrae eam non comprehenderunt*.

CIV. pag. 176. Dom. de Paſſione. Sermo in lectionem Epiſt. B. Paulli Apoſt. ad Hebraeos: *Chriſtus aſſiſtens pontifex futurorum bonorum &c.* Inc. *Pontifex Iudaeorum, qui ſemel in anno cum ſanguine introibat intra velum*. Deſ. *& pacem, quam nobis reliquit pergens ad paſſionem*.

CV. pag. 177. Homilia in Evang. Ioan. *Quis ex vobis arguet me de peccato*. Inc. *Sermo Evangelicus deſcribit, quod oſtenderit Dominus Iudaeos eſſe peccatores*. Deſ. *percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi, ad quod regnum Dominus nos pervenire faciat, qui vivit, & regnat &c.* Apud Cum-dium Tom. cit. pag. 814. ſub Haymonis nomine.

CVI. pag. 179. *b.* Fer. II. Homil. S. Auguſtini Epiſc. in Evang. Ioan. *Miſerunt Principes. & Phariſaei miniſtros*, ut ſupra pag. 309. §. CX.

CVII. pag. 182. Fer. III. Homil. eiuſdem in Evang. Ioan. *Ambulabat Ieſus in Galilaeam*, ut ibid. §. CXI.

CVIII. pag. 185. *b.* Fer. IV. Homil. eiuſdem in Evang. Ioan. *Facta ſunt encaenia in Hieroſolymis*, ut ibid. §. CXII.

CIX. pag. 189. Sermo S. Io. Oſaurei de Annuntiatione Sanctae Mariae, ut ſupra pag. 79. §. CIII.

CX. pag. 190. *b.* Sermo unde ſupra, ut ibid. §. CII.

CXI. pag. 192. Fer. V. Sermo S. Auguſtini Epiſc. Inc. *Admonet nos Dominus Deus noſter &c.* ut ſupra pag. 306. §. XCII. ſub nomine S. Cypriani Epiſcopi.

CXII. pag. 194. *b.* Fer. VI. Homil. ſine titulo. Inc. *Collegerunt Pontifices, & Phariſaei concilium &c.* ut ſupra pag. 309. §. CXIV. ſub nomine S. Auguſtini.

CXIII. pag. 195. Item unde ſupra Sermo, ut ſupra pag. 87. §. CLXXXIV.

CXIV. pag. 197. Dom. in Palma. Sermo in lectionem Epiſtolae B. Paulli Apoſtoli ad Philippenſes: *Hoc ſentite in vobis &c.* Inc. *Hoc eſt intelligite, & ſapite, & complete in vobis*. Deſ. *& Deitatis natura*.

CXV. pag. 198. *b.* Homil. in Paſſionem D. N. I. C. ſecundum Matth. *Scitis quia poſt biduum paſcha fiet*, Inc. *Praevidens Dominus animos diſcipulorum ſuorum perturbandos ex ſua paſſione, praedixit quidquid venturum erat ſuper eum*. Deſ. *reſpondit ei Dominus, tu dixiſti, quia tu es ille*. Exſtat inter hiemales Bedae Homilias Oper. Tom. VII. pag. 302. ſed admodum diverſa.

CXVI. pag. 201. *b.* Fer. II. Homil. Bedae Presb. in Evang. Ioan. *Proximum erat paſcha Iudaeorum*, ut ſupra pag. 370. §. LXXXV. ſine auctoris nomine.

CXVII. pag. 204. *b.* Fer. III. Homil. S. Auguſtini Epiſc. in Evang. Ioan. *Non eſt ſervus maior domino ſuo*, ut ſupra pag. 310. §. CXXII.

CXVIII. pag. 208. Sermo S. Leonis Papae, ut ſupra pag. 87. §. CLXXXIII.

CXIX. pag. 209. *b.* Sermo eiuſdem, ut ibid. pag. 86. §. CLXXIV. ſed finis diverſus ita habet: *& dum perſequitur mortalem, incidit in ſalvatorem*.

CXX. pag. 210. *b.* Item Sermo de Coena Domini. Inc. *Dies iſta, fratres chariſſimi, ideo Coena Domini vocatur, quia hodie coenando Salvator tradidit ſuis diſcipulis corporis ac ſui ſanguinis myſteria*. Deſ. *recordamini paſſionem Redemptoris veſtri, ut cum ipſo per infinita ſaecula ſaeculorum regnare poſſitis*.

CXXI. pag. 211. Sequuntur Lamentationes, & Lectiones, quas in aliis Codicibus obſervavimus.

CXXII. pag. 218. Sabb. Sancto. Hom. in Evang. Matth. *Veſpere autem ſabbati &c.* ut ſupra pag. 370. §. XC. ſub Bedae nomine.

CXXIII. pag. 221. In die ſancto Paſchae. Homil. S. Gregorii Papae, ut ſupra pag. 311. §. III.

CXXIV. pag. 223. Fer. II. in Alba. Homil. eiuſdem, ut ibid. §. IV.

CXXV. pag. 223. *b.* Fer. III. Homil. Venerab. Bedae Presb. ut ibid. pag. 312. §. V.

CXXVI. pag. 226. *b.* Fer. IV. Homil. Gregorii Papae, ut ibid. §. VI.

CXXVII. pag. 229. Fer. V. Hom. eiuſdem, ut ibid. §. VII. ſed heic finis diverſus, deſinit enim: *unde ſaevire contra ſe ma-*

Digitized by Google

manus perſequentium temporaliter permiſit.

CXXVIII. pag. 232. Fer. VI. Homil. in Evang. Matth. *Undecim diſcipuli abierunt in Galilaeam*. Inc. *Poſt reſurrectionem enim Ieſus in Galilaea &c.* Deſ. *qui crediderit & baptizatus fuerit, ſalvus erit*. Exſtat & ſupra pag. 488. §. XII. ſub Hieronymi nomine, ſed ibi finis diverſus.

CXXIX. pag. 232. *b.* Sabb. Homil. S. Gregorii Papae, ut ſupra pag. 312. §. IX. ſed finis diverſus ita habet: *niſi eis quoque & bona opera iungantur*.

CXXX. pag. 235. Dom. Oct. Paſchae. Sermo in lectionem Epiſt. Io. Apoſt. *Chariſſimi, omne quod natum eſt ex Deo, vincit mundum*. Inc. *Propterea mandata Dei non ſunt gravia*. Deſ. *nobis adiutorium praebente pariter pervenire valeamus, qui vivit &c.*

CXXXI. pag. 236. *b.* Homil. S. Gregorii Papae (1) in Evang. Ioan. *Quum eſſet ſero die illa una ſabbatorum*. Inc. *Sicut beatus Gregorius dicit, non eſt hoc mirum, quod Dominus iam immortalis, incorruptibilis, & impaſſibilis factus, clauſis ianuis ad diſcipulos ſuos conſolandos introivit*. Deſ. *ego ſum via, veritas, & vita, ad quam vitae contemplationem Dominus nos pervenire faciat*. Ex Haymone compacta eſt haec Homilia apud Cum-dium Tom. III. pag. 23.

CXXXII. pag. 239. *b.* Dom. I. poſt Oct. Paſchae. Sermo in lectionem Epiſt. B. Petri Apoſt. *Chriſtus paſſus eſt pro nobis &c.* Inc. *Haec lectio Apoſtolica benignitatem, & compaſſionem noſtri Redemptoris nobis ad memoriam revocat*. Deſ. *ut maxime animas noſtras ſalvet, ut cum ipſo vivere, & regnare poſſimus &c.*

CXXXIII. pag. 240. *b.* Homil. in Evang. Ioan. *Ego ſum paſtor bonus*. Inc. *Loquens Dominus ovibus ſuis &c.* Deſ. *quomodo adduxit Dominus Gentiles ad fidem per praedicationem Apoſtolorum*. Exſtat & ſupra pag. 489. §. XVIII. ſub nomine S. Auguſtini Epiſc. ubi tamen finis diverſus.

CXXXIV. pag. 242. *b.* Dom. II. poſt Oct. Paſchae. Sermo in lectionem Epiſt. B. Petri Apoſt. *Chariſſimi, obſecro vos tamquam advenas, & peregrinos*. Inc. *Pulcre ſatis admonet nos Petrus Apoſtolus, ut quaecumque nociva abiiciendo tollamus, &c.* Deſ. *ut imitatores ſimus Dominicae paſſionis*.

CXXXV. pag. 243. *b.* Homil. in Evang. Ioan. *Modicum & non videbitis me*. Inc. *Sciens Redemptor noſter diſcipulorum animos ex ſua paſſione & morte perturbandos, ſaepiſſime antequam pateretur praedixit eis &c.* Deſ. *cuncta mala deerunt, & omnia bona aderunt*. Apud Cum-dium Tom. cit. pag. 59. ſub Haymonis nomine.

CXXXVI. pag. 245. *b.* In Natale Evangeliſtarum. Homil. in Evang. Matth. *Vidit Ieſus hominem ſedentem in teloneum*. Inc. *Legimus Apoſtolo dicente, quia omnes peccaverunt*. Definit imperfecte in verbis: *ut idem etiam in Graecum Latinumque transferretur eloquium. Quomodo etiam Marci, Lucae, & Ioannis* . . . Exſtat inter Homilias Bedae aeſtivales de Sanctis Tom. VII. cit. edit. a pag. 192. ad pag. 196. col. 2. verſ. 53.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XII. incuntis, ac diverſis manibus exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 248.

D. LEONIS PAPAE SERMONES.

Adde etiam

Epiſtolas.

I. pag. 1. S. Leonis Papae Sermones, & Epiſtolae, praevia utrorumque accuratiſſima tabula, quae priores tres occupat paginas. A folio itaque quarto, quod elegantiſſima pictura, ac Mediceo ſtemmate eſt exornatum, incipiunt Sermones, quorum primus inſcriptus *De electione ſua* inc. *Laudem Domini loquatur os meum*. VI. imus *De Abſalon, quomodo patrem ſuum perſequebatur*, deſ. *novo enim ſupplicio debuit interire, qui ſaeculo novum ſcelus, patris exitium voluit intuliſſe*. Procedunt autem eodem ferme ordine cum editis inter eius Opera edit. Venet. ann. MDCCXLVIII. fol. Tom. I. a pag. 1. ad pag. 97. ſi pauca quaedam excipias, quae mox adnotabimus. Primo enim deſiderantur in Codice Sermones. qui in editione notantur numeris IV. X. & XIX. deinde inter Sermonem XLIX. & L. editionis inſeritur in Codice Sermo *De Transfiguratione Domini*, qui inc. *Evangelica, dilectiſſimi, lectio, quae per aures &c.* qui in edit. eſt XCIV. tum inter Sermonem LXXX. & LXXXI. editionis inſertus eſt in Codice Sermo, qui inc. *Exſultemus in Domino, dilectiſſimi, & ſpiritali iucunditate laetemur &c.* qui in editione reiectus eſt in Appendiculam, & notatur numero IV. pag. 101.; item inter XCII. & XCIII. incidit Sermo, qui inc. *Praedicante, dilectiſſimi, Domino noſtro Ieſu Chriſto &c.* qui in edit. eſt XCV. deeſt tandem in Codice Sermo XCVI. & ultimus, cuius loco habetur ille *De Abſalon*, cuius initium eſt: *Perdidit Abſalon ſceleratiſſimus mentem, perdidit ſenſum &c.* finis vero eſt, quem paullo ſuperius dedimus: hunc autem Sermonem in dicta editione non invenimus. Cod. XI.

II. pag. 140. Eiuſdem Epiſtolae, quibus hic praecurrit titulus litteris rubris ac grandioribus exaratus: *Incipiunt Decreta B. Leonis Papae adverſus Eutycen Conſtantinopolitanum Abbatem, qui Verbi & Carnis unam auſus eſt pronuntiare naturam, dum conſtat in Domino Ieſu Chriſto unam perſonam nos confiteri in duabus naturis, Dei ſcilicet atque Hominis. LXXII. Epiſtolae B. Leonis Papae ad Eutycen Conſtantinopolitanum Abbatem contra haereſim Neſtorianam*. Epiſtolae vero ſunt LVI. quae cum editis collatae hoc procedunt ordine.

Or-

(1) Hoc nomen praefert in Codice, ſed ex ipſo principio Homiliae videtur Gregorio minime adſcribenda.

Digitized by Google

Ordo Cod. *Ordo edit.*

I. pag. 140. Dilectiſſimo filio Eutyceti (1). In edit. cit. exſtat ſub num. —— XIX.

II. pag. ead. *b.* Dilectiſſimo fratri Flaviano Epiſcopo —— XX.

III. pag. 141. Flaviani Epiſcopi Conſtantinopolitani ad Leonem. Inc. *Nulla res*. Deſ. *vel per aliquam coniunctionem loquantur*. Incidit in edit. pag. 146. ubi Graece etiam habetur, & quatuor in fine longior eſt verſus. In Codice vero quatuor, quibus conſtat, capitula ſunt invicem diſtincta, ſuiſque titulis inſtructa.

IV. pag. 142. Leonis ad Flavianum —— XXIV. In fine deſunt in Codice verba illa: *Deus te incolumem cuſtodiat, frater chariſſime*, quibus clauditur in edit.

V. pag. 146. *b.* Petri Epiſcopi Ravennenſis ad Eutycen presbyterum. In edit. pag. 138. In Codice tamen deſinit in verbis: *his omnibus reſpondi frater tuis litteris*, quae ſunt prima Capitis II.

VI. pag. ead. Leonis ad Iulianum Epiſcopum —— XXV.

VII. pag. 148. Eiuſdem ad Theodoſium Auguſtum —— XXVI.

VIII. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad Pulcheriam Auguſtam —— XXVII.

IX. pag. 150. Eiuſdem ad Epheſinam Synodum —— XXIX.

X. pag. 151. Eiuſdem ad clerum & plebem Conſtantinopolitanae urbis —— XLVI.

XI. pag. 153. Eiuſdem ad Theodoſium Auguſtum —— XL.

XII. pag. 154. *b.* Eiuſdem ad Pulcheriam Auguſtam —— XLI.

XIII. pag. 155. Eiuſdem ad eamdem —— XLVIII.

XIV. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad Martianum & Fauſtum presbyteros —— XLIX.

XV. pag. 156. Eiuſdem ad Theodoſium Auguſtum —— LIII.

XVI. pag. 157. Eiuſdem ad Pulcheriam Auguſtam —— LIV. *b.* (2)

XVII. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad Fauſtum & Martianum ceteroſque presbyteros —— LIV. *a.*

XVIII. pag. 158. Eiuſdem ad Pulcheriam Auguſtam —— LIX.

XIX. pag. 159. Eiuſdem ad Anatolium Conſtantinopolitanum Epiſcopum —— LX. Quatuor conſtat Capitulis, & ſingulis argumenta ſunt praevia.

XX. pag. 160. *b.* Eiuſdem ad Martianum Auguſtum —— LXII.

XXI. pag. 161. Eiuſdem ad eumdem —— LXIII.

XXII. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad Anatolium Conſtantinopolitanum Epiſcopum —— LXV.

XXIII. pag. 162. *b.* Eiuſdem ad Martianum Auguſtum —— LXXIII.

XXIV. pag. 163. Eiuſdem ad Synodum Chalcedonenſem —— LXXII.

XXV. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad Martianum Auguſtum —— LXXVIII.

XXVI. pag. 165. Eiuſdem ad Anatolium Conſtantinopolitanum Epiſcopum —— LXXX.

XXVII. pag. 167. Eiuſdem ad Theodoritum Epiſcopum Cypri poſt Chalcedonenſe Concilium —— XCIII.

XXVIII. pag. 169. Euſebii Mediolanenſis Epiſcopi ad Leonem. In edit. pag. 180.

XXIX. pag. 170. Ravennii aliorumque Epiſcoporum Gallorum ad Leonem. Ibid. pag. 177. Notandum in Codice deeſſe ſubſcriptiones Epiſcoporum, quae in editione ſingillatim referuntur, & poſt tertii Epiſcopi ſubſcriptionem, quae ita habet: *Conſtantinus Epiſcopus beatitudinem veſtram ſaluto*, ita claudi: *ſimiliter & omnes Epiſcopi ſupraſcripti ſalutaverunt*.

XXX. pag. 171. Leonis ad Iuvenalem Hieroſolymitanum Epiſcopum —— CX. In fine huius Epiſtolae poſt verba *mentita ſit veritas*, in quibus deſinit in editione, ſubiunguntur haec alia pauca in Codice: *particulam Dominicae Crucis cum eulogiis dilectionis veſtrae veneranter accepi*.

XXXI. pag. 172. *b.* Eiuſdem ad Martianum Auguſtum —— LXXXIX.

XXXII. pag. 173. Eiuſdem ad Epiſcopos, qui in ſancta Synodo Chalcedonenſi congregati fuerunt —— LXXXVII.

XXXIII. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad Martianum Auguſtum —— CV.

XXXIV. pag. 174. *b.* Eiuſdem ad Anatolium Epiſcopum —— CVI.

XXXV. pag. 175. *b.* Eiuſdem ad Martianum Auguſtum —— CIV.

XXXVI.

(1) In edit. *Eutychi*.

(2) Quum in editione duae Epiſtolae per errorem eodem num. 54. deſignentur, nos unam ab altera per primas alphabeti litteras diſtinximus, littera *a* primam, littera *b* ſecundam denotantes.

Ordo Cod. Ordo edit.

xxxvi. pag. 176. Eiuſdem ad Palaeſtinos —— xcvii.
xxxvii. pag. 179. Eiuſdem ad Anatolium Epiſcopum —— cxxviii.
xxxviii. pag. 180. Eiuſdem ad Leonem Auguſtum —— cxxxii.
xxxix. pag. 181. *b.* Eiuſdem ad Anatolium Epiſcopum —— cxxiv. (1)
xl. pag. 182. *b.* Eiuſdem ad Leonem Auguſtum —— cxxxiv.
xli. pag. 192. Eiuſdem ad Turibium Aſturicenſem Epiſcopum —— xv.
xlii. pag. 198. Eiuſdem ad Epiſcopos per Italiam —— viii.
xliii. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad Aquilegium (2) Epiſcopum —— vi.
xliv. pag. 190. Eiuſdem ad Dorum Beneventanum Epiſcopum —— xviii.
xlv. pag. 201. Eiuſdem ad univerſos Epiſcopos per Siciliam conſtitutos —— xvi.
xlvi. pag. 204. Eiuſdem ad Epiſcopos per univerſas provincias conſtitutos (3) —— iii.
xlvii. pag. 205. *b.* Eiuſdem ad Ianuarium Epiſcopum (4) —— xiv.
xlviii. pag. 206. Eiuſdem ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum —— ii.
xlix. pag. 210. Eiuſdem ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem Epiſcopum —— xii.
l. pag. 214. Eiuſdem ad Nicetam Aquilegienſem Epiſcopum —— cxxix.
li. pag. 215. Eiuſdem ad Epiſcopos per Caeſarienſem Mauritaniam conſtitutos (5) —— i. Haec Epiſtola multo longior eſt in Codice, quam in editione; nam inter Caput V. & VI. edit. pag. 107. verbis: *fas erit amplius impune committi*, adnectuntur alia (6). quorum initium eſt: *Quum itaque de omnibus fere, quae fratris noſtri Potentii relatio continebat, pleniſſime dilectionem veſtram per David fratrem & coëpiſcopum noſtrum &c.* Finis vero: *noſtra quoque ſententia roborentur. Dat. III. Id. Aug.* Deinde ſequitur a capite: *Donatum autem Novatianenſem &c.* ut in edit. ubi tamen pro *Novatianenſem* legitur *Salicipenſem*.
lii. pag. 219. Eiuſdem ad Theodorum Foroiulienſem Epiſcopum —— lxxxiii.
liii. pag. 220. Eiuſdem ad Leonem (7) Ravennenſem Epiſcopum —— cxxxv.
liv. pag. 221 Eiuſdem ad Dioſcorum Alexandrinum Epiſcopum —— xi.
lv. pag. 222. Eiuſdem Epiſtola de privilegio Epiſcoporum, ſive presbyterorum ad univerſos Germaniae, atque Galliae Eccleſiarum Epiſcopos. Poſt inſcriptionem: *Leo Romanae Eccleſiae &c.* inc. *Quum in Dei nomine in Romana Eccleſia Synodum Epiſcoporum, ſive ceterorum conſacerdotum Chriſtifidelium condunatum habuiſſemus &c.* Deſ. *nec eo coram poſito populum docere, vel benedicere, aut ſalutare, nec plebem utique exhortari, & reliqua.* Haec Epiſtola tamquam ſpuria omiſſa eſt in editione noſtra; in anterioribus vero eſt ſub num. lxxxviii.
lvi. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad univerſos Epiſcopos per Campaniam, Sannicum (8), & Picenum conſtitutos —— cxxxvi.

Clauditur Codex hac amanuenſis ſubſcriptione: *Tranſcripſit Iulianus Antonii de Prato fideliſſimus*; tum paullo inferius poſſeſſoris nomine, ſcilicet: *Liber Petri de Medicis Coſ. Fil.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus optimeque ſervatus. Conſtat foliis ſcriptis 223.

LEONIS PAPAE SERMONES.

Cod. XII. Liber Sermonum B. Leonis Papae Vrbis Romae, quorum primus *de ordinatione ſua* inc. *Laudem Domini loquatur os meum &c.* Vltimus *de Abſalon, quomodo patrem ſuum perſequebatur*, deſ. *novo enim ſupplicio debuit interire, qui ſaeculo novum ſcelus patris exitium voluit intuliſſe.* Concordat autem mirifice cum Codice ſuperiore; quare de hoc etiam dicta intelligas, quae in illius recenſione quoad Sermones Leonis adnotavimus. In fine legitur: *Expliciunt Sermones B. Leonis Papae. Deo gratias. Amen. Iſte fuit Leo primus, ut patet in Chronicis, cui Virgo Maria manum reſtituit, cuius feſtum celebratur in vigilia Apoſtolorum.*

Codex chartac. Ms. in 4. maiori Saec. XV. Conſtat foliis ſcriptis 130.

BEA-

(1) In edit. per errorem eſt *CIV.*
(2) In edit. *Aquileienſem.*
(3) In edit. longior titulus ita habet: *Ad Epiſcopos per Campaniam, Picenum, Tuſciam, & univerſas provincias conſtitutos.*
(4) In edit. additur *Aquileienſem.*
(5) In edit. ita inſcrib. *Ad Epiſcopos Africanos provinciae Mauritaniae Caeſarienſis.*
(6) Haec duarum circiter paginarum ſpatium implent.
(7) In edit. *Neonem.*
(8) In edit. *Samnium.*

Digitized by Google

BEATI LEONIS SERMONES.

Adde etiam

Eiuſdem Epiſtolas.

Cod. XIII. COntinet hic ornatiſſimus Codex S. Leonis Papae Sermones, & Epiſtolas, quae in omnibus concordant cum Codice XI. huius Plutei, excepto titulo Epiſtolis praemiſſo, qui in hoc ita habet: *Incipiunt Epiſtolae Sancti Leonis Papae Vrbis Romae, quas pro defenſione Fidei Catholicae in diverſas mundi partes direxit.* Prima pagina eiuſdem S. Pontificis effigiem, librum ſuſtinentis, & thiaram in capite geſtantis, mirifice depictam exhibet, una cum Mediceo ſtemmate & aliis ornamentis, quae totum ferme paginae marginem implent.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus litteris Sermonum & Epiſtolarum auro, variiſque coloribus elegantiſſime pictis. Conſtat foliis ſcriptis 210.

LEONIS PAPAE SERMONES.

Adde etiam

Eiuſdem Epiſtolas.

Cod. XIV. COntinet hic nitidiſſimus Codex Sermones, & Epiſtolas S. Leonis Papae, ut in Codice XI. Ordo Sermonum idem ferme cum editione, exceptis quae ſequuntur. Deeſt primo in Codice Sermo X. *de Collectis, & Eleemoſynis*, ac XIX. *de Ieiunio decimi menſis, & de Eleemoſynis eiuſdem*, cuius loco occurrit in Codice Leonis Epiſtola ad Flavianum Epiſcopum Conſtantinopolitanum, quae inc. *Lectis dilectionis tuae epiſtolis &c.* quaeque in edit. inter Epiſtolas eſt XXIV. Praeterea inter Sermonem XLIX. & L. editionis inſerta eſt Homilia in Evang. Ioan. *Aſſumpſit Ieſus Petrum & Iacobum &c.* quae inc. *Evangelica, dilectiſſimi, lectio, quae per aures &c.* & in editione eſt ſub num. XCIV. Tum inter Sermonem LXXX. & LXXXI. alius inſeritur Sermo, cuius initium: *Exſultemus in Domino, dilectiſſimi &c.* qui in edit. reiectus eſt in Appendiculam, & iacet ſub num. IV. Tandem tranſpoſiti ſunt Sermones XCIII. & XCV. nam XCIV. iam ſuperius occurrebat; ac deeſt omnino Sermo XCVI.

II. pag. 160. Eiuſdem Leonis, & aliorum Epiſtolae LXXIV. quae cum editis collatae hoc ordine procedunt, adpoſitis titulis, quales in Codice habentur.

Ordo Cod. — *Ordo edit.*

I. pag. 160. Leo Papa Maximo Antiocheno Epiſcopo. In editione eſt — XCII.

II. pag. 161. b. Idem Anatolio Epiſcopo — LX.

III. pag. 163. Idem Leoni Auguſto — CXV.

IV. pag. ead. b. Idem eidem — CXXXIV.

V. pag. 174. Idem Dioſcoro Alexandrinae Vrbis Epiſcopo — XI.

VI. pag. 175. b. Epiſtola Decretalis eiuſdem ad Anaſtaſium Epiſcopum Theſſalonicenſium — XII. Notandum in Codice huic Epiſtolae ſublici Reſponſa ad Inquiſitiones eiuſdem Epiſcopi, quae in editione adnectuntur Epiſtolae II. ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum, non tamen integra; deſinunt enim in verbis: *qui poſſint reminiſci quod ad Eccleſiam veniebat* . . . . . . quae prima ſunt Reſponſi ad Inquiſitionem XVII. edit. pag. 110.

VII. pag. 180. b. Eiuſdem ad Mauros Epiſcopos — I.

VIII. pag. 183. Idem Ruſtico Epiſcopo Narbonenſi — II. Ex Reſponſis ad Inquiſitiones, quae hanc conſequuntur Epiſtolam in editione, heic habentur poſtrema tantum duo, quum reliqua iam, uti vidimus, Epiſtolae VI. ad Anaſtaſium Codex ſubiunxerit; valde autem lectio Codicis differt ab edita.

IX. p. 184. b. Idem univerſis Epiſcopis per Siciliam conſtitutis — XVI.

X. pag. 188. Idem Niceae Epiſcopo Aquilegienſi — CXXIX.

XI. pag. 189. Idem Torvulo Epiſcopo Aſtorigenſi (1) — XV.

XII. pag. 195. b. Idem Theodoſio Auguſto — XXI.

XIII. pag. 196. Idem Pulcheriae Auguſtae — XXVII.

XIV. pag. 198. Idem Martiano Auguſto — LXXIV.

XV. pag. ead. b. Idem Pulcheriae Auguſtae per Theotiſtum Magiſtrianum — LXXV.

XVI. pag. 199. b. Idem Synodo apud Chalcedonem conſtitutae — LXXII.

XVII. pag. 200. b. Idem Ravennio, Ruſtico, Venerio &c. Epiſcopis per Gallias conſtitutis — LXXVII.

XVIII. pag. 202. Idem Martiano Auguſto per Lucinum Epiſcopum & Baſilium Diaconum de ambitu Anatolii — LXXVIII.

XIX. pag. 203. b. Idem Pulcheriae Auguſtae de ambitu Anato-

(1) In edit. *ad Turribium Aſturicenſem Epiſcopum.*

Digitized by Google

Ordo Cod. *Ordo edit.*

tolii ——— LXXIX.

XX. pag. 205. Idem Iuliano Epiſcopo Choenſi de Aetio & Andrea ——— LXXXVI.

XXI. pag. 206. *b.* Idem Martiano Auguſto de iiſdem ——— LXXXIV.

XXII. pag. 207. *b.* Idem Pulcheriae Auguſtae de iiſdem ——— LXXXV.

XXIII. pag. 208. Idem Iuliano Epiſcopo Choenſi ——— XCI.

XXIV. pag. 209. Idem Martiano Auguſto de Paſcha ——— XCIV.

XXV. pag. 210. Idem Eudociae Auguſtae de Palaeſtinis monachis (1) ——— XCV.

XXVI. pag. ead. *b.* Idem Eudociae Auguſtae de Palaeſtinis monachis ——— XCVI.

XXVII. pag. 211. Idem Iuliano Epiſcopo per Comitem Rodanium ——— XCVIII.

XXVIII. pag. ead. Idem dilectiſſimo fratri Theodorito ——— XCIII.

XXIX. pag. 214. Idem Iuliano Epiſcopo ——— C.

XXX. pag. ead. *b.* Idem Martiano Auguſto ——— CIV. Mutila eſt in fine haec Epiſtola, ac definit in verbis: *cum praedictorum Epiſcoporum praedicationibus* . . . . . quae incidunt in cit. edit. pag. 205. col. 2. verſ. 8.

XXXI. pag. 215. *b.* Idem Flaviano Conſtantinopolitano Epiſcopo ——— XXIV. Haec Epiſtola occurrit etiam ſupra inter Sermones in hoc ipſo Codice.

XXXII. pag. 220. Idem Theodoro Epiſcopo Foroiulienſi ——— LXXXIII. Huius Epiſtolae habetur in Codice ferme dimidium tantum, nimirum uſque ad verba: *ſi autem aliquis eorum, pro quibus* (edit. pag. 187. col. 2. verſ. 6.) quibus ſtatim adnectuntur alia, quae pertinent ad Epiſt. CXXXV. & ſunt iſta: *veſtigium. Nec vereamur huic ianuam ſalutis aperire &c.* (edit. pag. 219. col. 2. verſ. 57.) uſque ad finem Epiſt. quod fortaſſe accidit, quia Codicis huius exſcriptor, defectum exemplaris illius, unde ſuum deſcribebat, minime animadvertit.

XXXIII. pag. ead. *b.* Idem univerſis Epiſcopis per Campaniam, Saninium (*ſic*), Picenum ——— CXXXVI.

XXXIV. pag. 221. *b.* Idem Septimio Epiſcopo Altino ——— VII.

XXXV. pag. 222. Idem Septimio Epiſcopo (2) ——— VI.

XXXVI. pag. 223. *b.* Idem Eutyceti Conſtantinopolitano Abbati contra haereſim Neſtorianam ——— XIX.

XXXVII. pag. 224. Idem Flaviano Conſtantinopolitano Epiſcopo ——— XX.

XXXVIII. pag. 225. Flaviani reſcriptum ad Leonem. Ibid. pag. 146.

XXXIX. pag. 226. Petri Epiſcopi Ravennenſis ad Eutycen presbyterum .. Ibid. pag. 138. Deſinit autem in Codice in verbis: *his omnibus reſpondi frater litteris tuis*, quae in edit. prima ſunt Capitis II.

XL. pag. ead. Leo Iuliano Epiſcopo ——— XXV.

XLI. pag. 228. Idem Caeſari Theodoſio religioſiſſimo & piiſſimo Auguſto ——— XXVI.

XLII. pag. ead. *b.* Idem ſanctae Synodo, quae apud Epheſum convenit ——— XXIX.

XLIII. pag. 229. Idem clero, honoratis, & plebi conſiſtenti Conſtantinopoli ——— XLVI.

XLIV. pag. 231. *b.* Idem, & ſancta Synodus, quae in urbe Roma convenit, Theodoſio Auguſto ——— XL.

XLV. pag. 233. Idem & ſancta Synodus &c. Pulcheriae Auguſtae ——— XLI.

XLVI. pag. 234. Idem ad eamdem ——— XLVIII.

XLVII. pag. ead. *b.* Idem Martiano & Fauſto presbyteris ——— XLIX.

XLVIII. pag. 235. Idem Theodoſio Auguſto ——— LIII.

XLIX. pag. 236. Idem Pulcheriae Auguſtae ——— LIV. p. 165.

L. pag. 237. Idem Fauſto, Martiano, Petro &c. ——— LIV. p. 164.

LI. pag. ead. *b.* Idem Pulcheriae Auguſtae ——— LIX.

LII. pag. 238. *b.* Idem Martiano Auguſto ——— LXII.

LIII. pag. 239. Idem ad eumdem ——— LXIII.

LIV. pag. 240. Idem Anatolio Epiſcopo ——— LXV.

LV. pag. 241. Idem Martiano Auguſto ——— LXXIII.

LVI. pag. ead. *b.* Idem Anatolio Epiſcopo ——— LXXX.

LVII. pag. 243. *b.* Euſebii Mediola-

(1) Titulus hic falſus eſt; in edit. inſcrib. *ad Iulianum Epiſcopum de Paſchali obſervantia*.
(2) In edit. *ad Aquileienſem Epiſcopum*.

Digitized by Google

Ordo Cod. *Ordo edit.*

lanenſis Epiſcopi ad Leonem. Ibid. pag. 180.

LVIII. pag. 245. Ravennii Epiſcopi, aliorumque Epiſcoporum Gallorum ad Leonem. Ibid. pag. 177. Deſinit autem ut in Cod. XI. ſupra pag. 686. num. XXIX.

LIX. pag. 246. Leo Iuvenali Epiſcopo Hieroſolymitano——CX. Heic quoque clauditur ut in dicto Cod. ibid. num. XXX.

LX. pag. 247. *b.* Idem Martiano Auguſto——————LXXXIX.

LXI. pag. 248. *b.* Idem Sanctae Synodo apud Chalcedonem habitae——————LXXXVII.

LXII. pag. 249. Idem Martiano Auguſto——————CV.

LXIII. pag. ead. *b.* Idem Anatolio Epiſcopo——————CVI.

LXIV. pag. 251. Idem univerſis Epiſcopis per Palaeſtinam conſtitutis——————XCVII.

LXV. pag. 254. *b.* Idem Anatolio Epiſcopo——————CXXVIII.

LXVI. pag. 255. Idem Leoni Auguſto——————CXXXII.

LXVII. pag. 257. Idem Anatolio Epiſcopo——————CXXIV.(1)

LXVIII. pag. ead. *b.* Idem univerſis Epiſcopis per Italiae provincias conſtitutis——————VIII.

LXIX. pag. 258. *b.* Idem Doro Beneventano Epiſcopo——XVIII.

LXX. pag. 260. Idem Anaſtaſio Epiſcopo Theſſalonicenſi——XII.

LXXI. pag. 263. *b.* Idem univerſis Epiſcopis per Caeſarienſem Mauritaniam conſtitutis——I. Heic quoque longior eſt, quam in edit. & concordat cum Cod. XI. ſupra pag. 687. num. LI.

LXXII. pag. 267. Idem Leoni (2) Epiſcopo Ravennati——CXXXV.

LXXIII. pag. 268. Idem Dioſcoro Epiſcopo Alexandrino——XI.

LXXIV. pag. 269. Idem univerſis Germaniarum atque Galliarum regionum Epiſcopis, ut in dicto Cod. XI. ſupra pag. 688. num. LV.

III. pag. 270. Occurrit initium Auguſtini Locutionum collectarum ex libro Geneſeos, praevia Retractatione, quae inc. *Septem libros de ſeptem libris divinarum ſcripturarum*. Deſ. *hic ſola locutio eſt. Hoc opus ſic incipit: Locutiones ſcripturarum*. Liber ipſe Locutionum inc. *Locutiones ſcripturarum, quae videntur ſecundum proprietates &c.* Deſinit imperfecte in verbis: *plantavit Deus paradiſum ſecundum orientem, quod Latini habent ad orientem* . . . . reliqua deſiderantur mutilato Codice.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. elegantiſſime, & nitidiſſime exaratus, in quo ſpatium vacuum relictum eſt ad illuminandas initiales litteras. Conſtat foliis ſcriptis 270.

LACTANTII FIRMIANI DIVINAE INSTITVTIONES ET ALIA.

I. pag. 1. LActantii Firmiani Divinarum Inſtitutionum Libri VII. quos in aliis Codicibus ſupra recenſuimus. *Cod. XV.*

II. pag. 149. *b.* Eiuſdem de Ira Dei, praevia Capitum XXV. tabula.

III. pag. 162. *b.* Eiuſdem de Opificio Dei, ſeu hominis formatione ad Demetrianum, cum tabula Capitum XXI. in fine.

IV. pag. 175. Eiuſdem de ſacratiſſima reſurrectione Chriſti verſus, ut ſupra pag. 663. §. VI.

V. pag. 176. *b.* Eiuſdem de Phoenice, ut ibid. §. V.

VI. pag. 179. Claudii Claudiani de Phoenice Carmen. Inc.

Oceani ſummo circumfluus aequore lucus.

Deſ.

In te dira legunt, nec ius habuere nocendi.

Inter eius Opera edit. P. Burmanni Amſt. ex officina Schouteniana MDCCLX. 4. pag. 659.

VII. pag. 180. *b.* Plinii locus de Naturali Hiſtoria, in quo de Phoenice verba facit. Inc. *Aethiopes atque Indi diſcolores*. Deſ. *quae falſa eſſe nemo dubitaverit*.

VIII. pag. 181. Aurelii Auguſtini de facultatibus Eccleſiae diſtribuendis Libellus. Inc. *Vtrum, inquis, aggregandis fratribus aut pauperibus alendis expediat facultates Eccleſiae poſſideri*. Deſ. *perfectio glorioſa magiſtri habeatur & gloria*.

IX. pag. 184. Caecilii Cypriani Epiſcopi Carthaginenſis, Oratoris ſuaviſſimi, ac Martyris glorioſiſſimi, verſus de ligno Crucis. Inc.

Eſt locus ex omni medius quem cernimus orbe.

Deſ.

Hoc lignum vita eſt cunctis credentibus, amen.

In edit. eius Operum curante Steph. Baluzio Pariſ. typis Regiis fol. MDCCXXVI. pag. CLIX. ſub nomine Victorini Pictavienſis. Notandum Graeca verba in Codice recentiori manu ſuppleta eſſe.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. ineuntis, cum quodam gentilitio ſtemmate in prima Codicis pagina, & litteris initialibus Librorum auro pictis. Conſtat foliis ſcriptis 184.

(1) In edit. per errorem notata eſt num. *CIV.*
(2) In edit. *ad Neonem.*

LACTANTII FIRMIANI DE RELIGIONE.

Adde etiam

Alia eiuſdem ſcripta.

Cod. XVI. I. pag. 1. LActantii Firmiani de Religione Libri VII.

II. pag. 132. Eiuſdem de Ira Dei Liber unus.

III. pag. 146. *b.* Eiuſdem de Opificio Dei, aut formatione hominis Liber unus. Heic Graeca verba videntur ab eadem vetuſta manu exarata.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIII. bene ſervatus, Conſtat foliis ſcriptis 161.

LOTHARIVS LEVITA ET CARDINALIS DE VILITATE CONDITIONIS HVMANAE.

Cod. XVII. LOtharii Levitae & Cardinalis, (deinde Innocentii III. Summi Pontificis anno MCXCVIII.) de vilitate conditionis humanae Libri tres, cum Prologo, & Indice capitum ſingulis Libris praemiſſo, & rubrica exarato. Concordant autem quoad initium & finem cum Codice XXIX. Plut. XIX. ſupra pag. 568. § II. Clauduntur hac amanuenſis ſubſcriptione: *Servitor V. Magnificentiae* (1) *Antonius Sinibaldus ſcripſit Anno Domini M. CCCC. LXXX. IX.*

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XV. nitidiſſimus, cum Mediceo ſtemmate in prima pagina, & litteris initialibus ſingulorum Capitum auro, variiſque coloribus eleganter depictis. Conſtat foliis ſcriptis 79.

MAGISTER SENTENTIARVM.

Cod. XVIII. I. pag. 1. CAii, vel Taionis (2), Caeſarauguſtanae Vrbis Epiſcopi, cognomento Saorohelis, vel Samuhelis, qui claruit, Caveo teſte pag. 384., anno Chr. DCXLVI. Sententiarum Libri V. quibus praemittitur Epiſtola nuncupatoria, cuius inſcriptio, & initium eſt: *Domino venerabili, ſanctiſſimoque viro Quirico Epiſcopo Gaius indignus Caeſarauguſtanae Vrbis Epiſcopus, cognomento Saorohel. Memor veſtrae benigniſſimae petitionis.* Deſ. *aeternis ſolari merear refrigeriis* Inde occurrunt Capita Librorum V. Liber primus inc. *Solus Deus in ſemetipſo incommutabilis eſt.* Liber ultimus deſ. *ſimilitudo aeternitatis in mente, quoniam videbimus ſicuti eſt. Finis, Explicit V. Liber Sententiarum.* Subiicitur deinde Epiſtola inſcripta *Domino vere ſanctiſſimo & unanimo atque ſpeciali Taioni Epiſcopo Quiricus ſervulus veſter.* Inc. *En beatiſſime virorum &c.* Deſ. *ſpero per me veſtris adiutus orationibus exhibiturum. Amen.* In fine: *Explicit Liber Sententiarum Samuelis Epiſcopi. Laus Deo.*

II. pag. 186. Libellus, quem Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus de diverſis Opuſculis Patrum collegit. Prologus inc. *Hiſtoria ſacrae legis non ſine aliqua praenuntiatione futurorum.* Deſ. *eloquente Gregorio.* Orditur, praevia Capitum tabula, a libro Geneſis, cuius initium eſt: *In principio fecit Deus caelum, & terram. Principium Chriſtus eſt.* Deſ. in libro de Maccabaeis in verbis: *ſuntque univerſa myſteriis conſummata per Dominum &c.* Operum Iſidori Tom. II. a pag. 112. ad pag. 136. In fine rubris litteris adſcriptum eſt: *Exemplaribus ſatis fidis Mathiae inclyti Regis Hungariae, & Bohemiae, S. Iſidori Epiſcopi de expoſitione hiſtoriae ſacrae legis, ego Frater Iacobus Iohannis Alamanus Crucennacenſis, Ordinis Fratrum Beatiſſimae Virginis Mariae de Monte Carmelo, fideliter exſcripſi. Opus abſolutum Kal. Aprilis Anno ab Incarnatione Domini MCCCCXC.* Hunc ſibi Codicem conferendum cum editis curavit Cl. Franciſcus Ant. Zaccaria anno MDCCLVI. menſe Februario.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XVI. ineuntis, nitidiſſimus, cum effigie auctoris, ſtemmate Leonis X. & numiſmate Antonini Auguſti in prima pagina, nec non litteris initialibus ſingulorum Librorum & Capitum elegantiſſime depictis, & illuminatis. Conſtat foliis ſcriptis 307.

LIBER SENTENTIARVM.

Cod. XIX. EXcerpta quaedam ex Evangelio, & Sanctis Patribus. quorum primum Caput *de Charitate* inc. *Dominus dicit in Evangelio: maiorem charitatem nemo habet.* Vltimum *de Lectionibus* deſ. *ex divinis eloquiis interior homo nutritur, ac paſcitur.* In fine nova manu, quod deerat ſuppletum eſt, exceptis Capitibus duobus ultimis, quae habentur in indiculo Operi praefixo, videlicet *de paſſione S. Mauricii Abbatis, & de paſſione S. Sigiſmundi Regis.* In Bibliotheca S. Crucis, nunc in Laurentianam translata, habetur idem Liber cum hoc titulo: *Liber iſte Sintillarius vocatur, eo quod in eo reperiuntur novi, & veteris teſtamenti SS. Patrum ſententiae lucidiſſimae, quaſi ignis ſintillae, auctore Defenſore*

(1) Videtur ſcriptus hic Codex pro Laurentio Mediceo, *Magnifico* nuncupato.

(2) Taio, vel Taius, cognomento Samuhel, Epiſcopus Caeſarauguſtanus poſt S. Braulionem A. DCXLIX. Romam miſſus eſt, ut Gregorii Magni partem Moralium, quae in Hiſpania deſiderabatur, inde peteret. Collegit hos quinque libros ſententiarum ex operibus Gregorii Magni. Fragmentum dedicationis ad Quiricum Epiſcopum Barcinonenſem edidit Mabillonius in Praefat. Saec. II. Benedictini pag. 41. integram vero idem Analect. Tom. II. pag. 68. edit. nov. pag. 62.

Digitized by Google

re (1) *Theologo Pariſienſi*, ut notatum legitur in hoc Codice manu recenti ante primam paginam.

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XI. optime ſervatus, & a pag. 161. uſque ad finem manu Saec. XV. ſuppletus. Conſtat foliis ſcriptis 172.

GREGORII DECRETVM.

Cod. XX. GRegorii Papae IX. Decretalium Libri V. praeviis eorumdem titulis, & compilatione, quae inc. *Gregorius Epiſcopus &c. Rex pacificus pia miſeratione diſpoſuit*. Deſ. *abſque auctoritate Sedis Apoſtolicae ſpeciali*. Libri I. Titulus I. *De Summa Trinitate & Fide Catholica*, inc. *Firmiter credimus &c.* Vltimum Caput Libri V. Tit. LXI. deſ. *facere quis homagium compellatur*, ut in editis.

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XIII. binis columnis minuto, & compendiario charactere exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 168.

MERCVRIVS TRISMEGISTVS A FICINO LATINE INTERPRETATVS.

Adde etiam

Aliorum Philoſophorum ſcripta ab eodem Latine verſa.

Cod. XXI. I. pag. 1. MErcurii Triſmegiſti Liber de poteſtate, & ſapientia Dei e Graeco in Latinum traductus a Marſilio Ficino Florentino ad Coſmum Medicem Patriae Patrem, ut in Cod. VIII. huius Plutei ſupra pag. 668. §. I.

II. pag. 39. *b.* Speuſippi, Alcynoi, & Pythagorae Opuſcula, eodem Marſilio interprete, cum Epiſtola in fine ad Ioannem Cavalcantem, Florentinum Civem, amicum unicum. Ibid. p. 669. a §. III. ad VII. incluſive.

III. pag. 80. Xenocratis Platonici de Morte ad clarum virum Petrum Medicem Patriae Patrem Liber, eodem Marſilio interprete. Ibid. pag. 668. §. II.

IV. pag. 86. *b.* Marſilii Ficini Liber de Voluptate ad Antonium Caniſianum. Ibid. pag. 669. §. VIII. In fine tamen legitur: *Marſilii Ficini de Voluptate liber feliciter explicit Fighini III.* (2) *Kal. Ianuarias MCCCCLVII.*

V. pag. 126. *b.* Eiuſdem Epiſtola, ſeu Libellus ad Antonium Caniſianum de Virtutibus Moralibus. Ibid. §. X.

VI. pag. 131. Eiuſdem ad Peregrinum Allium Opuſculum de Divino Furore. Ibid. §. IX.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XV. optimae notae. Conſtat foliis ſcriptis 135.

FRATRIS DE MVLDVCCI SERMONES IN EPISTOLAS DOMINICALES.

POſtillae (ſive Sermones) ſuper Epiſtolas Dominicales totius anni, editae a Venerabili Fratre de Mulduccio (3) (aliis Damaldutio) de Forlivio Ordinis Fratrum Eremitarum S. Auguſtini, precibus Fratris Andreae de Pergamo. Prooemium inc. *Fili ſuſcipe ſenectam patris tui &c. Eccleſ. 3. Ille filius ſenectam patris ſuſcipit &c.* Deſ. *ut ſis in ultima mea merces. Amen.* In hoc notanda ſunt ea, quae ſequuntur: *Quum igitur venerabilis Religioſus Frater Andreas de Pergamo, qui dudum retroactis temporibus exſtitit pater meus devotiſſimus, aliquando me rogaverit, ut ſuper Epiſtolas Dominicales aliquos Sermones compilarem, eo quod, ſi ſuper Evangelia Sermones ſufficientes inveniantur, ſuper Epiſtolas raro, aut nuſquam ſibi placuentes* (ſic) *ſe aſſeruit inveniſſe, & ego pro viribus meis venerabilem eius canitiem quum honorare deſiderarem ſecundum conſilium ſapientis ſuperius enarratum, decrevi demum cum Chriſti auxilio opus aggredi memoratum, in quo de qualibet Epiſtola, inſpirante Altiſſimo, faciam tres Sermones, ita duntaxat, quod in primo eorum totam Epiſtolam pertractabo: in quolibet vero duorum ſequentium ſumam aliquam auctoritatem ipſius Epiſtolae, quam ſpecialiter proſequar.* Sermo primus in Dominicam primam Adventus Domini inc. *Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. Videns glorioſus Apoſtolus inſtare tempus nativitatis Dominicae.* Sermo ultimus in verba Apoſtoli: *Eripuit nos de poteſtate tenebrarum &c.* deſ. *& nulla prorſus corporalis nocebit adverſitas, ſi nulla mentis dominetur iniquitas per te Dominum noſtrum &c.* In fine legitur: *Expliciunt Poſtillae ſuper Epiſtolas Dominicales totius anni editae a Venerabili Fratre Demolducio de Forlivio Ordinis Fratrum Eremitarum S. Auguſtini.* Cod. XXII.

Codex chartac. Ms. in 4. minori Saec. XV. ineuntis. Conſtat foliis ſcriptis 393.

MA-

(1) Defenſor iſte Grammaticus & Monachus Locociagenſis apud Pictones, auctor fuit Scintillae, ſive Locorum Communium & Sententiarum per Capita LXXX. collectarum ex Sacra Scriptura, & SS. Patribus, Ambroſio, Anaſtaſio, Auguſtino, Baſilio, Caeſario, Clementis libris, Collationibus Caſſiani, Cypriano, Ephraem, Eſaia, Euſebio, Gregorio, Hieronymo, Hilario, Iſidoro, Ioſepho, Origene, ex vitis Patrum. Alii Alvaro Cordubenſi Scintillas tribuunt, alii Caeſario Epiſcopo, ut Codex Bibl. Paulinae Lipſienſis in Catalogo MSS. Felleriano pag. 122. Hunc librum ex Bibliotheca Montis Caſini deſcripſiſſe ſe refert Io. Mabillonius pag. 123. Muſei Italici, ubi veterem auctorem appellat, utpote qui nullum e Patribus Iſidoro poſteriorem adducit. Praeter rem tamen habuit pro inedito, quum iam in lucem prodierit Antuerpiae A. MDL. Venetiis MDLII. Coloniae MDLVI. Vid. Fabric. Tom. II. Bibl. med. & inf. latin. pag. 19. ſeq.

(2) In dicto Cod. VIII. habetur *IV.* pro *III.*

(3) Raynaldus Wilduccius, ſeu Damaldutius, praeter Sermones varios, ſcripſit inſigne Volumen *de ſeptem ſacramentis*, ac Librum *contra Hebraeos*, Obiit circa annum MCCCXXXVI. Vid. Fabric. Tom. cit. pag. 4.

Digitized by Google

MARINI VENETI SECRETA FIDELIVM CRVCIS.

Adde etiam

Benvenuti de Rambaldis Liber Auguſtalis.

Cod. XXIII. I. pag. 1. MArini Sanudo, cognomento Torxelli, ſeu Torcelli, de Civitate Rivoalti, Patricii Veneti, de confinio Sancti Severi de Venetiis, qui claruit quinque itineribus in Palaeſtinam, atque Orientem ſuſceptis, Liber, cui titulus eſt *Secreta Fidelium Crucis*, ſive ſecreta tam pro conſervatione Fidelium, quam pro converſione, ſeu conſumtione Infidelium, propter adquirendam, & tenendam Terram Sanctam, & alias multas terras, Deo dante, in bono ſtatu, pacifico, & quieto. Hoc Opus in tres diſtinctum Libros, & ab auctore anno MCCCXXI. Ioanni XXII. Regibuſque Franciae, Angliae, & Siciliae, pluribuſque Cardinalibus dicatum, edidit Iacobus Bongarſius in Geſtis Dei per Francos, Tomo poſteriore, quem prope integrum complet, Francofurti apud Wechel. MDCXI. fol. ſubiunctis pag. 289. ſeqq. eiuſdem Marini Epiſtolis XXII. ad Pontificem, ad Andronicum Palaeologum Imp. Conſtantinopolitanum, alioſque viros Principes, quos ad expeditionem in Terram Sanctam novis viribus ſuſcipiendam hortatur. Vide laudatum Bongarſium in Prolegom. Voſſium pag. 797. & H. Warthonum ad Caveum. Tractat igitur Opus Sanuti de Terrae Sanctae recuperatione, & conſervatione, illiuſque hiſtoriam ad an. MCCCCXX. uſque perſequitur. Initio leguntur Praefationes, & ſummaria librorum; in margine vero ſparſim delineatae ſunt figurae quaedam ad eorum, quae in Opere pertractantur, intelligentiam pertinentes. Doctiſſime autem de hoc Opere eiuſque auctore ediſſerit pluribus in locis Cl. Marcus Fuſcarenus in opere inſcripto: *Della Letteratura Veneziana. Padova per Gio. Manfrè* 1752. *fol.* qui videndus.

II. pag. 136. *b.* Eiuſdem quaedam pauca Geographica de Aſia, Africa, Europa, & inſulis minoribus, cum tabulis quibuſdam Geographicis.

III. pag. 142. *b.* Eiuſdem Epiſtolae XXII. de quibus ſupra. Prima eſt ad Ioannem XXII. Pontificem: ultima anepigrapha. In ipſarum calce legitur: *Antonius Paridaen ſcripſit.*

IV. pag. 156. Benvenuti de Rambaldis Imolenſis Libellus, qui dicitur *Auguſtalis*, continens in ſe ſub compendio brevem deſcriptionem omnium Auguſtorum ab Iulio Caeſare uſque ad Wenceslaum, ſub quo ſcripſit & mortuus eſt, cum Praefatione ad Illuſtrem Marchionem Nicolaum Eſtenſem, quae inc. *Optas, clariſſime Marchio, heroicarum cultor virtutum.* Def. *non aliud quam veritatem tradere poſteris curaverunt.* In Codice poſt Wenceslaum ab exſcriptore ſubiuncta legitur breviſſima notitia Sigiſmundi, Alberti, & Friderici Impp. Prodiit cum Praefatione Laurentii Abſtemii Argentorati MDV. in 4.

Codex chartaceus Ms. in 4. maiori Saec. XV. binis columnis exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 161.

MAGISTER SENTENTIARVM.

MAgiſtri Sententiarum (1) Liber primus, & ſecundus, magna ex parte nova manu ſuppleti. Prologus inc. *Cupientes aliquid de penuria &c.* Def. *praetermiſimus.* Liber primus praeviis ſummariis inc. *Veteris, ac novae legis &c.* Liber ſecundus def. *aliquid fari Deo revelante valeamus.* Cod. XXIV.

Codex membranac. Ms. in fol. min. partim Saec. XIII. partim Saec. XV. binis columnis exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 125.

MAGISTER SENTENTIARVM.

MAgiſtri Sententiarum Libri quatuor. Primus incipit, ut in Cod. ſuperiori. Quartus def. *ad pedes uſque via duce pervenit.* Cod. XXV.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIII. Conſtat foliis ſcriptis 162.

MAGISTER SENTENTIARVM.

MAgiſtri Sententiarum Libri quatuor, ut in Cod. ſuperiori, cum gloſſis in margine antiqua item, ſed diverſa manu adiectis. Cod. XXVI.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis exaratus, optimeque ſervatus, cum auctoris effigie in prima littera expreſſa. Conſtat foliis ſcriptis 212.

MAGISTER SENTENTIARVM.

MAgiſtri Sententiarum Petri Lombardi Libri quatuor. Initio nova manu ſuppleta eſt Praefatio, & tabula Capitum Libri primi. Cod. XXVII.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIII. bene ſervatus, ac binis columnis exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 189.

MA-

(1) Nil celebrius eſt Petri Lombardi Libris IV. Sententiarum, unde inter Scholaſticos doctores cognomine Magiſtri Sententiarum eſt notiſſimus. Continent hi Libri ſummam Theologiae ex Patrum ſelectam ſcriptis, eorumque quamplurimas editiones accurate recenſet Fabricius Bibl. Lat. med. & inf. aetat. Tom. V. pag. 263.

Digitized by Google

MAGISTER SENTENTIARVM,

Seu potius

Petri de Aquila in ipſum Commentarius.

Cod. XXVIII. COmmentarius Magiſtri Petri de Aquila (1), licet eius nomen non appareat, in tres Libros Sententiarum Magiſtri Petri Lombardi, Inc. *Cupientes &c. Circa iſtum prologum libri ſententiarum quaeritur primo, utrum Theologia ſit de Deo, vel de ſubiecto; & videtur quod non &c.* Deſ. *quorum praeceptorum adimpletionem nobis exercere concedat, qui eſt benedictus in ſaecula.*

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XIV. binis columnis exaratus, & intricatiſſimae ſcripturae. Conſtat foliis ſcriptis 120.

MISSALE ROMANVM.

Cod. XXIX. MIſſale Romanum cum Calendario in principio, & improperiis feriae VI. maioris hebdomadae in fine.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. binis columnis exaratus, & ornatiſſimus, cum Mediceo ſtemmate in prima pagina, & imaginibus ſanctorum in litteris initialibus Miſſarum elegantiſſime depictis. Conſtat foliis ſcriptis 280.

MARTYROLOGIVM.

Cod. XXX. MArtyrologium, licet nomen auctoris non appareat, Vſuardi Monachi, accommodatum ad uſum Baſilicae Laurentianae, ut patet ex commemoratione Sanctorum, quorum reliquiae in eadem religioſiſſime cuſtodiuntur. Praecedunt Calendarium, ac Praefationes Hieronymi, Bedae, & ipſius Vſuardi ad Carolum Regem; tum verſibus hexametris ordo, quo reperitur Aureus Numerus, & quo ordine ſcribi debet in Calendario. Ex hoc fortaſſe Martyrologio profluxit illud Florentiae editum a Georgio Antonio Veſpuccio A. MCCCCLXXXVI. Conſule Hiſtoriam SS. Creſcii, & ſocior. mart. Marci Antonii de Mozzis Canonici Florentini, Florentiae item impreſſam in fol. A. MDCCX.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. in prima pagina valde ornatus. Conſtat foliis ſcriptis 170.

CALENDARIVM ROMANVM MARTINI DE ILKVSZ.

Cod. XXXI. CAlendarii Romani quoad aequinoctium, & decemnovennalem aureum cyclum pro recta Paſchae obſervatione veriſſimus reformationis modus, cum additione duplicis Calendarii ſecundum duplicem aequinoctii Eccleſiae magis congruam locationem, in quorum utroque duplex ordo aurei numeri pro neomeniis deſignandis, unus ſecundum antiquam obſervationem, qua hucuſque uſa eſt Eccleſia, & alius a novo principio, videlicet ab anno Domini MDVII. inchoatus regulariter eſt inſcriptus. Ex Studio Cracovienſi. Poſt allatum titulum ſequitur Epiſtola nuncupatoria ita inſcripta; *Reverendo in Chriſto Patri, & Domino Domino Ioanni Amicino Epiſcopo Laodicenſi, ac Rectori univerſalis Studii Cracovienſis, ceteriſque ex Vniverſitate Patribus, & Maioribus Martinus de Ilkuſz, Artium, & Sacrae Theologiae Doctor, Cantor Eccleſiae S. Floriani, cum humili obedientia ſalutem dicit.* Inc. *Graviſſimum mihi, Reverende in Chriſto Pater una cum ceteris Maioribus meis, pro inveniendo & conſcribendo convenientiori modo correctionis Calendarii Romani de recta Paſchae obſervatione, ſicuti Brevia Apoſtolica expoſtulant, iniunxiſtis officium.* Deſ. *tandem praeſentaretur.* Opus vero poſt rubricas primae, & ſecundae Partis, in quas dividitur, inc. *Vt clarior habeatur cognitio.* Deſ. *regulariſſima Feſti Paſchalis in Chriſtianitate obſervatio iuxta Dei & S. Eccleſiae decreta ad ſuum ſtatum revocabitur.* Inde ſubiiciuntur exemplaria Paſchae cum explicatione ab anno MDXX. ad annum uſque MDCCXX. Nihil de eo habet Fabricius in Bibl. Lat. med. & inf. aetat.

Codex chartac. Ms. in 8. Saec. XVI. ineuntis. Conſtat foliis ſcriptis 137.

DIVI MATTHAEI EVANGELIVM LINGVA HEBRAICA, ET LATINA SCRIPTVM.

EVangelium ſecundum Matthaeum in lingua Hebraica cum verſione Latina, atque ſuccinctis adnotationibus Sebaſtiani Munſteri ad invictiſſimum Angliae Regem, Dominum Hiberniae, Walliae, & Cornubiae Principem, Catholicae fidei defenſorem, Henricum VIII. Poſt Epiſtolam nuncupatoriam ſequitur primo Fides Chriſtianorum ſancta, recta, perfecta, atque indubitata; deinde Fides Iehudaeorum, quam ipſi credunt hoc aevo atque diebus iſtis; ac tandem Cenſura Fidei, immo errorum Iehudaeorum, omnia Hebraice cum interpretatione Latina eiuſdem Sebaſtiani Munſteri. A pag. 45. incipit Evangelium, in cuius calce nota impreſſionis appoſita, ſequens eſt: *Baſileae apud Henricum Petrum anno ſalutis MDXXXVII. menſe Februario, qui eſt annus mundi iuxta Iudaeorum ſupputationem 5297. & menſe Adar.* In prima autem pagina legebatur: *Baſileae anno reſtitutae ſalutis MDXXXVII. menſe Martio.* Cod. XXXII.

Codex chartac. impreſſus in fol. minori. Conſtat paginis 154. ubi ultimum folium ſuo loco reponendum eſt.

EVAN-

(1) Petrus de Aquila, ſive Aquilanus, Ordinis Minorum, & ab A. MCCCXLIV. Quaeſitor fidei Florentiae ſcripſit circa annum MCCCXXXVII. *Quaeſtiones in quatuor Libros ſententiarum*, editas primum Spirae MCCCCLXXX. deinde curante Conſtantino Sarnano, tunc Patavini Gymnaſii Lectore, poſtea S. R. E. Cardinali, Venetiis MDLXXXIV. & Pariſiis MDLXXXV. 8.

Digitized by Google

EVANGELIVM SECVNDVM MATTHAEVM.

Cod. XXXIII. EVangelium Matthaei cum ſcholiis ad marginem, & gloſſis interlinearibus, auctore anonymo. Scholia inc. *Matthaeus generationem deſcendendo computat, quia humanitatem Chriſti oſtendit*. Deſ. *quod Apoſtolis per ſucceſſiones univerſali Eccleſiae promittit, nota quod uſque in finem ſaeculi non ſint defuturi, qui divina manſione ſint digni*. In fine ſubiunguntur Excerpta quaedam brevia, quorum I. de filio prodigo ad Damaſum, auctore S. Hieronymo, quod inc. *Homo, ideſt Deus, habuit duos filios, ideſt Iudaeos, & Gentes &c.* Deſ. *& ſub omnibus parabolis arguuntur invidia*. II. de Baptiſmo, auctore S. Auguſtino. III. de Evangelio S. Matthaei, & quod ſcriptum fuerit Hebraice. IV. de quatuor Evangeliis. V. de ſeptem donis ſpiritualibus, quae dantur hominibus. VI. de generationibus Chriſti, quae ab Evangeliſtis deſcribuntur, allegorica explicatio, auctore anonymo.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XII, bene ſervatus, in cuius littera initiali S. Evangeliſta rudi penicillo delineatus exhibetur, Conſtat foliis ſcriptis 91.

D. LVCAE EVANGELIVM,

Cod. XXXIV. EVangelium S. Lucae cum gloſſis interlinearibus, ſcholiis ad marginem, & Vita eiuſdem S. Lucae, auctore anonymo, quam praecedit hoc monitum mendoſiſſime ſcriptum: *Lectorem obſecro ſtudioſe paginas recenſentem libri huius, eo quae incauſte contra eas ſtili percurrentes deſignata veſtigio ſunt, non meo coniungat errori: ſed peto meae ignoſcere ignorantiae. Et quia obſtinatio legentis ampliata virtus excitat ad purum dociles mentis ſuis favoribus meique memor benigne* (ſic). Vita inc. *Lucas Antiochenſis, natione Syrus, arte medicus*. Deſ. *quam faſtidientibus prodeſſe*, Scholia inc. *Lucas de omnibus, quae fecit Ieſus & docuit uſque in diem, quo adſumtus eſt, ſermonem facturus*. Deſ. *non in victimarum ſanguine, ſed in laude Dei, & benedictione concludit*.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIII. ineuntis. Conſtat foliis ſcriptis 95.

D. LVCAE EVANGELIVM.

Cod. XXXV. EVangelium Lucae cum gloſſis interlinearibus, ſcholiis ad marginem, & Vita eiuſdem S. Lucae, auctore anonymo, ut in Codice praecedenti. Scholia inc. *Conatur, qui incipit, nec perficit, qui ſuis viribus, non gratiae Dei, quae irrigat confidit*. Deſinunt in Beda de Actibus Apoſtolorum, & quidem ita: *in ſublimitate aeternum gloriae pondus operatur in nobis*.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XII. optimae notae, in cuius calce ſcriptum eſt: *Liber Laurentii & Ioannis Petri Franciſci de Medicis num. LXXII.* Conſtat foliis ſcriptis 98.

EVANGELIVM D. MARCI,

EVangelium D. Marci cum ſcholiis ad marginem. auctore S. Hieronymo & Beda, gloſſis interlinearibus, ac Vita eiuſdem S. Marci in principio, auctore anonymo, quae inc. *Marcus Evangeliſta Dei, & Petri in baptiſmate filius, atque in divino ſermone diſcipulus &c.* Deſ. *qui autem incrementum praeſtat Deus eſt*. Cod. XXXVI.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XII. bene ſervatus. Conſtat foliis ſcriptis 80.

EVANGELIVM SECVNDVM MARCVM,

EVangelium S. Marci cum ſcholiis ad marginem, auctore S. Hieronymo, Beda, Cod. XXXVII. & Gregorio Papa, cum gloſſis interlinearibus, & Vita eiuſdem S. Marci in principio, ut in Codice praecedenti.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIII. optime ſervatus. Conſtat foliis ſcriptis 128.

ACTVS APOSTOLORVM.

Adde etiam

Alios S. Scripturae Libros.

I. pag. 1. ACtus Apoſtolorum.

II. pag. 31. *b.* Apocalypſis Cod. XXXVIII. cum praefatione S. Hieronymi, argumento, & Capitum tabula.

III. pag. 50. *b.* Epiſtolae Catholicae VII. SS. Apoſtolorum Iacobi, Petri, Ioannis, & Iudae, praeviis argumentis duobus, quorum primum eſt in Epiſtolas Iacobi tantum, alterum in Epiſtolas Canonicas univerſas, & praefatione item in eaſdem S. Hieronymi Presbyteri. In Epiſtola I. Ioannis Capite V. pag. 65. deeſt verſiculus VII. qui deinde in ora libri ſuperiori ſcriptus fuit, & textus poſteriori manu interpolatus eſt: textus autem primigenius ita habebat: *quia tres ſunt qui teſtimonium dant in terra, aqua & ſanguis & caro &c.* In fine Epiſtolae Iudae pag. 67. *b.* quaedam adnotantur ex Auguſtino, & Ambroſio.

IV. pag. 69. Parabolae Salomonis cum praefatione S. Hieronymi.

V. pag. 94. Eccleſiaſtes.

VI. pag. 100. *b.* Canticum Canticorum, quod ita ſcriptum eſt, ut dialogus eſſe intelligatur, tractim enim perſonae, quae interloquuntur, cinnabari in medio textu adnotantur. Poſt Canticum habentur quaedam ſuper certis Eccleſiae ritibus obſervata, & ſuper ieiunio quadrageſimali, & ea non contemnenda. Inc. *Dubitari a quibuſdam ſolet, cur*

Digitized by Google

cur dicatur Dominica in Septuageſima, & quare Sancta Mater Eccleſia dimittat Alleluia canere: quibus dubitantibus nos dicimus, quia recolit ſe peccaſſe in conſpectu ſui Creatoris. Deſ. *per falſa ſacrificia profanantes*.

VII. pag. 107. *b*. De XV. Signis XV. dierum praecedentium diem Iudicii, quae ex Hieronymi Annalibus Hebraeorum excerpta dicuntur. Inc. *Signum primi diei: maria omnia in altitudinem exaltabuntur*. Deſ. *ut reſurgant cum mortuis longe ante*.

VIII. pag. 109. Liber Sapientiae.

IX. pag. 125. Eccleſiaſticus Ieſu Siracidae cum praefatione S. Hieronymi, & ſummariis eorum, quae in illo pertractantur. Interim notandum adſcriptas interdum haberi in margine Codicis variantes lectiones, & plura in textu correcta reperiri.

Codex membranac. Ms. in 4. Ioanne Lamio iudice Saec. X. vere inſignis, in cuius initio diverſa manu ſcriptum eſt: *Iſte liber eſt Monaſterii S. Bartholomaei de Bono Solatio Florentinae Dioec. ſi quis hunc furatus fuerit vel titulum hunc* . . . . , reliqua omnino deleta ſunt. In fine vero alia item obſervantur, e quibus Codicem hunc ad illud Monaſterium pertinuiſſe eruitur. Pag. tandem 68. *b*. legitur nomen hoc: *Angelus de Saglano*. Conſtat foliis ſcriptis 163.

MATHIAE DE REGNO SVETIAE EXPOSITIO IN APOCALYPSIM.

SOlemniſſima expoſitio ſuper Apocalypſim compoſita per magnum Doctorem Magiſtrum Mathiam de regno Svetiae, qui omnem Sacram Scripturam infraſcripto explanavit ſtylo. Prologus inc. *Beatus qui legit &c. Triplex gratia ad profectum in Sacra Scriptura requiritur*. Deſ. *per modum prophetiae collegit*. Explanatio inc. *Materia autem litteralis huius Libri ſunt diverſi ſtatus Eccleſiae, tentationes, & victoriae &c*. Deſ. *& tunc videbunt Filium hominis venientem in nube*. Nihil de hoc opere apud Fabricium. *Cod. XXXIX.*

Codex chartac. Ms. in 4. minori Saec. XIV. intricatae ſcripturae. Conſtat foliis ſcriptis 158.

P L V T E V S XXII.

QVI CONTINET LATINOS CODICES MSS. X.

C O D E X I.

POSTILLA NICOLAI DE LYRA SVPER LIB. GENES.

Adde etiam

Super Exodum.

FRatris Nicolai de Lyra (1) Poſtilla, ſive Expoſitio in Geneſim & Exodum, cum ichnographia Tabernaculi, Altaris, Arcae, Candelabri, Cortinarum, Sacerdotis, duarum Tabularum Decalogi &c. de quibus in Exodo mentio fit, & cum effigie auctoris in littera initiali Expoſitionis in Geneſim.

I. pag. 1. Poſtillam in Geneſim praecedunt duo Prologi. Ex primo, qui inſcribitur *De commendatione Sacrae Scripturae in generali*, deſideratur in Codice, ob unius folii iacturam, a verbis *ſecundum ſenſum vero moralem &c*. (quae incidunt in Tom. I. edit. Venet. ann. MDLXXXVIII. fol. pag. 3. t. col. 1. verſ. 26.) uſque ad finem, & ex ſecundo ab initio uſque ad verba *ex ſolo ſenſu litterali, & non ex* . . . . (edit. pag. ead. col. 2. verſ.

(1) Nicolaus de Lyra Normannus, Lyrae in dioeceſi Ebroicenſi natus, inter Franciſcanos nomen profeſſus ſuum anno circiter MCCXCI. poſtea Pariſiis theologiam docuit, *doctor planus, & utilis, & ſacrarum interpres litterarum* vulgo nuncupatus. Valde ſenex obiit Pariſiis A. MCCCXL. Ex eius ſcriptis primum tenent locum Poſtillae perpetuae, ſive brevia Commentaria in univerſa Biblia, quae anno MCCXCII. coepta, quum anno MCCCXXX. abſolviſſet, clauſula quadam gratias egit Deo, quam ex Codice Colbertino edidit Baluzius Tom. I. Paparum Avenionenſ. pag 808. & Fabricius Bibl. Lat. med. & inf. aetat. Tom. V. pag 115. Prima huius Poſtillae editio eſt Romana A. MCCCCLXXI. quinque Voluminibus in fol., quae deinde pluries diverſis in locis recuſa eſt.

2. verſ. 7.) incluſive; tum deſiderantur etiam ex eodem ſecundo Prologo, propter alterius folii abſciſſionem, quae leguntur in edit. a verbis *inducitur ab Apoſtolo ad Hebraeos primo* (edit. pag. 4. col. 1. verſ. 46.) uſque ad verba *quo fiunt, & ideo quando praeponuntur* (edit. pag. ead. col. 2. verſ. 28.) incluſive. Reliquis deinde omnibus omiſſis, quae in edit. habentur a pag. 4. uſque ad pag. 23. ſequitur in Cod. pag. 6. *b.* Poſtilla Nicolai de Lyra ſuper Geneſim, quae quoad initium & finem concordat cum edit. cit. a pag. 23. uſque ad pag. 122.

II. pag. 167. *b.* Eiuſdem Poſtilla ſuper Librum Exodi, ut in dicto Tomo a pag. 123. ad pag. 213. t. Finis tamen in Codice aliquantum diverſus ita habet: *ſed oportet ſupplere multa per imaginationem videntis figuram, ut poſſunt de facili ſuppleri, ſi habeantur in memoria illa, quae de illo ſuperius ſunt expreſſa*. Tum ſubiicitur figura ipſa Tabernaculi egregie delineata. Notandum ſacri textus verba, ut a Commentario diſtinguerentur, rubrica fuiſſe exarata; quod & de ſequentibus Lyranis Codicibus dictum intelligas, qui ab eadem manu videntur conſcripti.

~~Codex membranac. Ms. in~~ fol. maximo Saec. XV. cum litteris initialibus ſingulorum Capitum magnificentiſſime illuminatis. In prima Codicis pagina, ubi incipit primus Prologus, praeter auctoris effigiem variae ſanctorum imagines ſunt depictae, cum gentilitio quodam ſtemmate, in quo palma exhibetur cum epigraphe *Iuſtus ut palma florebit* (1), Adiecta ſunt etiam varia animalium tum volatilium, tum quadrupedum genera totum undequaque marginem exornantia. Initio vero Commentarii in Geneſim Deus mundi opifex, primi hominis creatio, & lapſus, aliaque pulcherrima ornamenta obſervanda ſunt. Conſtat foliis ſcriptis 285.

NICOLAI DE LYRA EXPOSITIO LEVITICI, DEVTERONOMII, ET IVDICVM.

Adde etiam

Numerorum, Ioſue, & Ruth.

Cod. II. OBſervanda primo eſt in ipſo Codicis limine elegantiſſima ſupra quam dici poſſit pictura, in qua praeter varia ornamenta florum, vaſorum, volucrum, ac puerulorum per totum undequaque marginem primae paginae mirifico ordine diſpoſita, Moyſen a Deo legem accipientem exhibet initialis littera, in calce vero paginae idem gentilitium ſtemma depictum eſt atque in Codice ſuperiori. Nec inferior eſt huic alia pictura, quae ante Poſtillam in Librum Iudicum exhibetur integram exornans paginam, ubi prae ceteris obſervanda eſt figura quaedam hominis ſedens, talari veſte rubei coloris induta, volumen dextra tenens, ac ſiniſtra initium operis indigitans: totus undique margo emblematibus, & figuris mirifice diſpoſitis reſplendet. His praenotatis ad Opera, quae inibi continentur, progrediamur. Ea vero iſthaec ſunt:

I. pag. 1. Nicolai de Lyra Poſtilla ſuper Leviticum, ut in edit. cit. Tom. I. a pag. 214. uſque ad pag. 264. t.

II. pag. 57. Eiuſdem Poſtilla ſuper Librum Numerorum, ut ibid. a pag. 266. uſque ad pag. 328. Heic in Codicis pag. 62. exhibetur figura caſtrorum Iſraël quadrata.

III. pag. 125. *b.* Eiuſdem Poſtilla ſuper Deuteronomium. Ibid. a pag. 329. uſque ad pag. 377.

IV. pag. 202. *b.* Eiuſdem Poſtilla ſuper Librum Ioſue. Tom. II. a pag. 3. t. ad pag. 31.

V. pag. 251. Eiuſdem Poſtilla ſuper Librum Iudicum. Ibid. a pag. 31. uſque ad pag. 56.

VI. pag. 300. *b.* Eiuſdem Poſtilla ſuper Librum Ruth. Ibid. a pag. 56. uſque ad pag. 59. t.

Codex membranac. Ms. in fol. maximo Saec. XV. ornatiſſimus cum ſingulorum Librorum, & Capitum initialibus litteris aureis, & illuminatis. Conſtat foliis ſcriptis 305.

NICOLAI DE LYRA EXPOSITIO TRIVM LIBRORVM REGVM.

COntinet hic aeque ac ſuperiores duo, ornatiſſimus Codex Nicolai de Lyra Poſtillas in tres priores Libros Regum, ut habentur in cit. edit. Tom. II. a pag. 62. ad pag. 161. Epigraphe autem Codicis in prima pagina, aureis maioribus litteris exarata, aureo item comprehenditur circulo, cui adiectum eſt ſtemma illud gentilitium, quod in praecedentibus obſervavimus; in altera vero pagina, ubi incipit Explanatio, quatuor Reges diademate ac ſceptro decorati, in quatuor paginae angulis depicti ſunt, in medio vero hinc Sanctus Hieronymus, illinc Sanctus quidam Franciſcanus, quem Bonaventuram eſſe arbitramur, uterque radiis circumdatus; & in littera initiali mundi Opifex, cui adſtant Angeli, in ſolio ſedens, dextra ſceptrum, ſiniſtra librum apertum tenens, adſcriptis litteris A & Ω. Cod. III.

Codex membranac. Ms. in fol. maximo Saec. XV. ornatiſſimus. Conſtat foliis ſcriptis 205.

NI-

(1) Hoc ipſum ſtemma etiam in ſequentibus Lyranorum Operum Codicibus, qui eamdem ſcriptoris referunt manum, depictum videre eſt.

Digitized by Google

NICOLAI DE LYRA EXPOSITIO EVANGELIORVM.

Scilicet

Matthaei, & Marci.

Cod. IV. NIcolai de Lyra Poſtilla in Evangelia duo, Matthaei ſcilicet & Marci, ut legitur in edit. cit. Tom. V. a pag. 1. ad p. 121. Ex primis duabus Codicis paginis alteram ſtemma gentilitium, de quo ſupra, cum variis emblematibus totam occupat; alteram vero ſuperius auctor ipſe ad vivum delineatus, in ſella ſedens, ac plumam ad ſcribendum acuens, inferius pueri ſonantes, & ludentes non ſine variis volatilium, ac quadrupedum figuris exornant.

Codex membranac. Ms. in fol. maximo Saec. XV. ornatiſſimus. Conſtat foliis ſcriptis 214.

POSTILLAE NICOLAI DE LYRA IN EVANGELIA D. LVCAE ET IOANNIS.

Cod. V. NIcolai de Lyra Poſtillae in alia duo Evangelia, Lucae ſcilicet, & Ioannis, ut in cit. Tom. a pag. 121. ad p. 244. Prima pagina elegantiſſime tota illuminata, exhibet quatuor Evangeliſtas, & alios tres Sanctae Eccleſiae Doctores, & in his Sanctum Bonaventuram Franciſcano habitu indutum, omnes nimbo ac radiis redimitos. Prae reliquis vero emicat Sanctus Lucas in littera initiali depictus, cui ſcribenti bos adiacet proſtratus ad pedes. Accedunt etiam alia puerulorum, volucrum, florumque varii generis ornamenta cum ſolito ſtemmate.

Codex membranac. Ms. in folio maximo Saec. XV. cum litteris ſingulorum Capitum initialibus auro, atque aliis coloribus depictis. Conſtat foliis ſcriptis 259.

NICOLAI DE LYRA EXPOSITIO SEPTEM VISIONVM APOCALYPSIS.

Cod. VI. PRimam Codicis paginam occupat Operis titulus aureis maioribus litteris exaratus, & aureo circulo incluſus, ſcilicet: *Nicolai de Lyra explanatio in ſeptem viſiones Apocalypſis. Viſio I. Capitulum I.* una cum eodem familiae ſtemmate, ut in aliis; in altera vero pagina Sancti Eccleſiae Doctores, inter quos Hieronymus, & Bonaventura, auro, variiſque coloribus mirifice expreſſi ſunt; littera autem initialis Ioannem Evangeliſtam exhibet dormientem, quem Angelus a ſomno excitat.

Haec tamen Expoſitio, quam Codex Nicolao de Lyra attribuit, omnino diverſa eſt ab ea, quae legitur Tom. VI. cit. edit. pag. 239. ſeqq. ita enim in Codice noſtro inc. *Apocalypſis Ieſu Chriſti, quam dedit &c. Hic eſt Liber Apocalypſis inter omnes alios libros Sacrae Scripturae devotius & attentius legendus & audiendus &c.* Deſ. *concludendo beatus Ioannes dicit amen, id eſt, ſic ſit, & Deus, qui eſt infinita miſericordia & gratia, faciat nos etiam de numero ſcriptorum in libro vitae, & inter cives civitatis Sanctae Ieruſalem.* Tum rubris litteris ſubiungitur: *Explicit gloſſa Nicolai de Lyra ſuper librum Apocalypſis. Deo gratias. Amen.*

Codex membranac. Ms. in fol. maximo Saec. XV. ornatiſſimus. Conſtat foliis ſcriptis 146.

OSEA PROPHETA.

Seu potius

XII. Prophetae Minores.

Cod. VII. PRophetae Minores duodecim cum ſcholiis marginalibus, & gloſſis interlinearibus ex variis Patribus excerptis, Hieronymo potiſſimum, Gregorio, Auguſtino, Haymone, & aliis. Primus eſt Oſea, in quem primum Scholion Hieronymi ita inc. *Oſee interpretatur Salvator. Factus eſt ſermo Domini ad prophetam, ut prophetam inſpirando quodammodo deum faceret, & ſalvatorem populi ſui annunciando illi verba Dei, & praebendo exempla bene vivendi. Sancti autem, ad quos fit ſermo Dei, dii ſunt, & ſalvatores per gratiam &c.* Vltimus eſt Malachias, & in eum ſcholia claudit Auguſtinus in Libro Quaeſtionum, cuius poſtrema verba ſunt: *altae & profundae ordinationis eſt, unde in utero ſanctificavi te, & Iacob dilexi, Eſau odio habui.*

Codex membran. Ms in 4. min. Saec. XII. bene ſervatus. Conſtat foliis ſcriptis 113. Notandum interim eſt, Codicem hunc ſub finem ſuperioris ſaeculi locum habuiſſe in Plut. XIX. num. XXXIII. ut ex ſchedis Montfauconianis patet, & ex eius Catalogo pag. 283. & heic repoſitum fuiſſe Codicem Nicolai de Lyra in Geneſim, Exodum, Leviticum, Numer. Deuteron. ſcriptum manu Erneſti de Saxonia in civit. Baſileenſi, qui quidem Codex inſcriptus erat *Liber Vitae*, cuius initium erat: *Haec omnia liber vitae*, Finis: *prophetam in veteri lege*. Cod. partim in membran. partim in papyro in 4. ut ex iiſdem ſchedis & Catalogo Montfauconiano eruitur. Quid vero nunc de iſto Codice factum fuerit, quove tranſlatus, ignoramus omnino.

Digitized by Google

NICOLAI DE LYRA SVPER QVATVOR EVANGELIA.

Corrige

In tria Evangelia, ſcilicet, Ioannis, Lucae, & Marci.

Cod. VIII. I. pag. 1. FRatris Nicolai de Lyra Poſtilla in Evangelium S. Ioannis. Inc. *Facies aquilae &c. Ezechiel propheta, cui aperti ſunt caeli*. Deſ. *quae ſunt nobis incomprehenſibilia propter eorum excellentiam reſpectu intellectus noſtri, cui Deo ſit laus &c.* Exſtat Tom. V. cit. edit. a pag. 184. ad pag. 244. ſed in fine quatuor circiter verſus longior. Tum ſubditur in Codice: *Explicit Poſtilla ſuper Evangelium Iohannis, & finita anno Domini MCCCCXXXIII. ipſa die S. Auguſtini per Rudolfum Dotnighen.*

II. pag. 126. Eiuſdem Poſtilla in Evangelium S. Lucae. Inc. *Facies bovis &c. Sicut fuit in principio Evangelii ſecundum Matthaeum*. Deſ. *laudantes, & benedicentes Deum, cui eſt honor &c.* Ibid. a pag. 121. ad pag. 183. t. In fine: *Explicit Poſtilla ſuper Lucam edita a Venerabili Fratre Nicolao de Lyra, finita anno Domini MCCCCXXXIII.*

III. pag. 191. *b*. Eiuſdem Poſtilla in Evangelium S. Marci. Inc. *Facies leonis &c. In principio Evangelii ſecundum Matthaeum per quatuor facies &c.* Deſ. *lumen mundi, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti &c.* Ibid. a pag. 88. ad pag. 121.

Codex partim membranac. partim chartac. Ms. in 4. Saec. XV. binis columnis exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 219.

LIBRI PERIARCHON RVFFINO INTERPRETE.

Ac praeterea

Pamphili Apologeticus pro Libris Origenis.

Cod. IX. OPerum, quae in hoc nitidiſſimo Codice continentur, titulos exhibent tres circuli auro, variiſque coloribus diſtincti, qui primam exornant paginam; in altera Mediceum ſtemma praefulget, non ſine aliis ornamentis, quae totum ferme marginem complent. Opera vero haec ſunt:

I. pag. 1. Origenis Adamantii Periarchon, ſive de Principiis Libri quatuor, e Graeco in Latinum tranſlati a Ruffino presbytero anno Chriſti cccxcviii. Praefatio Ruffini inc. *Scio quoniam plurimos* (1) *fratrum ſcientiae ſcripturarum deſiderio provocatos &c.* Deſ. *legentibus generet*. Liber primus Origenis inc. *Omnes. qui credunt*. Liber ultimus deſ. *propter quod & Propheta dicit, reminiſcentur*. Exſtant in edit. Operum Origenis Pariſ. an. mdccxxxiii. opera & ſtudio Caroli Delarue fol. Tom. I. a pag. 45. ad pag. 194. Notandum tamen eſt Librum tertium inchoari in Codice a verbis: *Superiores duos Periarchon libellos &c.* & deeſſe Libri IV. ultimos quinquaginta duos verſus editionis, ut ex adlato Codicis fine colligitur.

II. pag. 170. Apologeticus pro libris Origenis, auctore Pamphilo martyre, e Graeco in Latinum ab eodem Ruffino tranſlatus. Praefatio Ruffini ad Macarium inc. *Cognoſcendae veritatis amore permotus, o vir deſideriorum Macari, iniungis mihi rem &c.* Deſ. *pax ſuper illos, & Iſraël Dei*. Liber inc. *Nihil mirum fratres videmini mihi eſſe perpeſſi &c.* Deſ. *alius enim gravius ac vehementius cruciatur pro magnitudine peccatorum, alius autem remiſſius, cuius leviora, ac faciliora peccata ſunt*. Tum ſubditur: *Explicit Apologeticus Pamphili martyris pro defenſione Origenis*. Exſtat inter Opera Hieronymi Pariſ. mdccvi. fol. cura Ioannis Martianay Tom. V. a pag. 29. ad pag. 249.

III. p. 211. Additio Ruffini presb. ad Apologeticum Pamphili martyris pro defenſione Origenis. Inc. *In his, quae in ſuperiore libro ſecundum Apologeticum ſancti martyris Pamphili &c.* Deſ. *quae a regno Dei ſeparat eos, qui tales ſunt declinamus*. In fine legitur: *Explicit Additio Ruffini ad Apologeticum S. Pamphili martyris pro defenſione Origenis. Amen.* Ibid. a pag. 249. ad pag. 254.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XV. elegantiſſime exaratus, cum litteris Librorum initialibus aureis. Conſtat foliis ſcriptis 218.

HOMILIAE ADAMANTII SVPER GENESIM.

Adde etiam

In Exodum, & Leviticum.

Cod. X. I. pag. 1. ORigenis Adamantii ſuper Geneſim Homiliae XVI. Ruffino presbytero interprete. Praecedit Prologus S. Hieronymi presbyteri in eaſdem, qui inc. *Vt verbis tibi, frater, beati martyris loquar*. Deſ. *in profectum legentium ponat*. Homilia prima inc. *In principio fecit Deus caelum, & terram. Quid eſt omnium principium, niſi Dominus noſter & Salvator omnium Ieſus Chriſtus primogenitus omnis creaturae &c.* Vltima deſ. *& Deus ſemper erit nobiſcum per Ieſum &c.* Occurrunt in editione eius Operum Pariſ. ſupra cit. Tom. II. a pag. 52. ad 105. deſideratur enim in Codice Homilia XVII. & ultima ſuper Geneſim, quae habetur ibid. pag. 105. ſeqq.

II. pag. 82. Eiuſdem Homiliae XIII. ſuper Exodum, eodem Ruffino interprete. Prima inc. *Videtur mihi, quod unuſquiſque ſer-*

(1) In edit. *quamplurimos* pro *quoniam plurimos*.

ſermo Scripturae divinae &c. Vltima deſ. *ex his adornare tabernaculum Deo Iacob per Ieſum &c.* Ibid. a pag. 129. ad p. 178. In fine Homiliae primae lectio Codicis ita habet: *ad imaginem eius, qui fecit nos in gloriam & laudem eius, cui eſt gloria &c.* quod notandum duximus propter ea, quae leguntur in edit. pag. 133. nota (*a*).

III. pag. 153. *b.* Eiuſdem Homiliae XVI. ſuper Leviticum item Ruffino interprete. Prima inc. *Sicut in noviſſimis diebus Verbum Domini ex Mariae Virginis carne veſtitum &c.* Vltima deſ. *& ſuum nobis ſuave iugum fidei, & charitatis, & ſpei, ac totius ſanctitatis impoſuit. Ipſi gloria &c.* Ibid. a pag. 184. ad pag. 269.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus, cum icone Origenis in prima pagina, & inſignibus Leonis X. Pont. Max. ac praeterea initialibus Homiliarum litteris aureis. Conſtat foliis ſcriptis 271.

PLVTEVS XXIII.

QVI CONTINET LATINOS CODICES MSS. XXI. EDITOS II.

CODEX I.

PONTIFICALE.

Liber Ordinis Pontificalis iuxta ritum Romanae Eccleſiae in tres partes diſtributus. Prima agit de perſonarum benedictionibus, ordinationibus, & conſecrationibus; ſecunda de benedictionibus, & conſecrationibus aliarum rerum tam ſacrarum, quam profanarum; tertia de quibuſdam Sacramentis, & Eccleſiaſticis Officiis, quorum omnium praecedit accuratiſſima tabula. Clauditur Codex Oratione, quae dicitur *edita per SS. Dominum Sixtum IV. Pont. Max. in datione enſis habenda.*

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XV. binis columnis ac grandioribus characteribus exaratus, & picturis ferme innumeris exornatus, quarum tamen pleraeque calamo delineatae tantummodo ſunt. Conſtat foliis ſcriptis 352.

PONTIFICALE.

Cod. II. Pontificale ſecundum conſuetudinem Eccleſiae Romanae, praevia Capitum tabula. Poſt praeparationem ante Miſſam & gratiarum actionem, quae una cum dicta tabula priores ſex Codicis paginas occupant, a pag. 7. incipit Pontificale, cui ſequens epigraphe aureis litteris exarata praemittitur, totam ferme paginam occupans. *In nomine Domini amen. Incipit Pontificale ſecundum conſuetudinem Eccleſiae Romanae, quod fecit fieri Reverendus in Chriſto Pater, & Dominus Dominus Nicolaus miſeratione Divina Sanctae Romanae Eccleſiae Epiſcopus Cardinalis Albanenſis* (1)*, inceptum die ſeptima Martii anno Domini milleſimo trecenteſimo nonageſimo quinto, Pontificatus Domini Benedicti Papae tertii decimi anno ſuo primo. Et incipit de chriſmandis in fronte pueris.* Hanc autem paginam praeter alia ornamenta, quibus margo undequaque totus refulget, ſtemma quoque gentilitium, & effigies praedicti Cardinalis, pueris ante ſe adſtantibus ſacrum conferentis chriſma, decoram maxime reddit. Obſervandae quoque ſunt tractim variae picturae, prout ea ferebat aetas, non contemnendae, Eccleſiaſticos illos ritus, de quibus agitur, repraeſentantes. Ordo autem huius Pontificalis diverſus eſt ab illo ſuperioris Codicis: primum enim Caput, uti iam monuimus, eſt *De conferendo chriſmate*; ultimum vero inſcribitur *Ordo ſponſalium*, ſeu de Miſſa, quae pro Sponſo & Sponſa celebratur: nulla autem in libros diviſio fit.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIV. exeuntis, binis columnis exaratus, & cum

(1) Pertinuit igitur hic pulcherrimus Codex ad Nicolaum Brancacium, natione Italum, patria Neapolitanum, qui ex Archiepiſcopo Coſentino a Clemente VII. Antipapa electus eſt primo A. MCCCLXXVIII. Presbyter Cardinalis S. Mariae Tranſtyberim, mox A. MCCCLXXXVIII. Epiſcopus Cardinalis Albanenſis. Poſt Clementis obitum ſchiſma ſequutus eſt etiam ſub Benedicto XIII. uſque ad Piſanum Concilium, in quo, quum Benedicti Pſeudopontificis obedientiam abiuraſſet, legitime Purpuratus declaratus eſt ab Alexandro V. quem concordia Concilii ſuffragia legitime ad thronum provexerant. Florentiae e vita deceſſit III. Cal. Iulii A. MCCCCXII. ac ſepultus eſt apud S. Mariam Novellam. Vide Ciaccon. Tom. II. pag. 670.

Digitized by Google

cum omnibus fermc omnium Capitum initialibus litteris auro depictis. Conſtat foliis ſcriptis 166.

PONTIFICALE.

Cod. III. POntificale ſecundum modernum uſum Sanctae Romanae Eccleſiae, quod partitum eſt in tres Libros principales. Primus, ut ipſa tituli ferme evanidi, ac rubrica exarati verba referamus, continet Canones in conferendis humanae creaturae Sacramentis, atque omnibus Ordinibus, & Benedictionibus, ab Eccleſia, & Sanctis Patribus inſtitutos; ſecundus continet Canones in Dedicatione Eccleſiarum, & in Benedictione inſtrumentorum, & veſtimentorum ſacerdotalium, aliarumque rerum inanimatarum; tertius continet Canones ſuper celebrationem Miſſarum, & divinorum officiorum, feſtivitatum ſolemnium, & notabilium feriarum per totum annum. Singulis autem Libris ſuus praemittirur index Canonum, qui in ipſis continentur.

Codex chartac. Ms. in 8. maiori Saec. XV. Conſtat foliis ſcriptis 184.

PONTIFICALIS.

Cod. IV. LIber Pontificalis, ſive Chronologia Pontificum Romanorum, auctore Anaſtaſio Bibliothecario. a S. Petro Apoſtolorum Principe uſque ad Hadrianum, qui in ordine eſt Pont. XCVIII. praevia Epiſtola D. Hieronymi ad Damaſum, & Damaſi ad eumdem. In littera initiali Epiſtolae B. Hieronymi exhibetur effigies eiuſdem Sancti Doctoris rubra veſte induti cum galero Cardinalitio, ſupra cuius caput in tabella leguntur litterae *L. X. P. M.* videlicet *Leo X. Pont. Max.* Vita Petri inc. *Beatus Petrus Apoſtolus, & Princeps Apoſtolorum Antiochenus.* Vita Hadriani deſ. *& ſepultus eſt in Baſilica B. Petri Apoſtoli ſexto Kalendas Ianuarii, Indictione quarta.* Exſtant in edit. Romana Anaſtaſii Bibliothecarii apud Io. Mar. Salvioni MDCCXVIII. fol. Tom. I. a pag. 1. ad pag. 272. Inde haec in Codice verba ſubiiciuntur: *Potuerunt eſſe a Beato Petro uſque ad iſtum locum anni octingenti. Explicit liber Pontificalis. Deo ſemper gratias. Amen.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XVI. ineuntis, nitidiſſimus, cum initialibus litteris ſingularum Vitarum auro; variiſque coloribus depictis. Conſtat foliis ſcriptis 96.

D. PAVLLI EPISTOLAE.

Cod. V. EPiſtolae XIV. D. Paulli cum ſcholiis ad marginem ex SS. Ambroſio, Auguſtino, Gregorio Hieronymo & aliis excerptis, & cum gloſſis interlinearibus Anonymi. Expoſitio in primam ad Romanos inc. *Pro altercatione ſcribit Romanis, confutans modo Gentiles, modo Iudaeos, docens eos humiliari, ut omnia attribuant gratiae Dei.* Vltimum ſcholion in Epiſt. ad Hebraeos eſt S. Auguſtini, & ita habet: *Duae ſunt eleemoſynae, una cordis, alia pecuniae; cordis eleemosyna eſt dimittere illi, a quo laeſus es; ſed maior eleemoſyna eſt cordis, quam eleemoſyna corporis; charitatis eleemoſyna ſine terrena ſubſtantia ſufficit tibi; illa vero, quae corporaliter datur, ſi ſine benigno corde tribuitur, omnino non ſufficit.* Claudunt Epiſtolas Excerpta quaedam brevia, diverſa quidem manu, ſed aeque antiqua, exarata, nimirum: I. Silva pro conficienda Oratione in ea verba *Mulierem fortem &c.* Eccleſiae Domino filios generanti aptanda, & per Hebraici alphabeti litterarum ſignificationem explicanda. II. Ex quibus locis Novi Teſtamenti, Catholicae Fidei Articuli excerpti ſint. III. Quotuplici modo res dicatur eſſe aliquid. IV. Quid ſit Hiſtoria, Calendarium, Allegoria, Metaphora, & alia. V. De D. Paulli Epiſtolis & earum argumentis; omnia auctore anonymo.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XII. cum icone S. Paulli in littera initiali primae Epiſtolae. Conſtat foliis ſcriptis 193.

D. PAVLLI EPISTOLAE.

EPiſtolae XIV. D. Paulli elegantiſſime ſcriptae, totidemque picturis ſane mirificis, Apoſtoli vitam, & res geſtas exhibentibus, ornatae, praeter alias paene innumeras, quae cuiuslibet Capitis initio ad marginem decorandum ſunt adpoſitae; ubi notandum inter alia ornamenta picturarum, quae ſingulas praeeunt Epiſtolas, adparere etiam inſignia Abbatiae cuiuſdam, forte Florentinae S. Mariae, unde ad illud Coenobium pertinuiſſe olim hunc Codicem exiſtimarim. Epiſtolis argumenta brevia praefiguntur, auctore S. Hieronymo. Cod. VI.

Codex membranac. Ms. in 8. min. Saec. XV. vere admirabilis, & viſu dignus. Conſtat foliis ſcriptis 173.

D. PAVLLI EPISTOLAE.

EPiſtolae Paullinae XIV. cum ſcholiis, & gloſſis, ut in Codice V. ſuperiori, variis tamen manibus exaratis. Cod. VII.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XII. Conſtat foliis ſcriptis 208.

D. PAVLLI EPISTOLAE.

EPiſtolae Paullinae XIV. item cum gloſſis, & ſcholiis, ut in Codice V. ſuperiori, diverſis tamen manibus exaratus, in cuius calce, loco vetuſtioris ſubſcriptionis, quae eraſa eſt, legitur haec: *Liber Petri de Medicis Coſ. Fil.* Cod. VIII.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XII. Conſtat foliis ſcriptis 181.

D. PAVL-

Digitized by Google

D. PAVLLI EPISTOLAE.

Cod. IX. EPiſtolae D. Paulli XIV. cum perpetuis & prolixis Commentariis, ac variis Prolegomenis in principio, *auctore* (ut adſtruit in ſuo Catalogo Montfauconius) *Fr. Nicolao Gallo Ord. Praed. ac Francorum Regis a Confeſſ.* (1) Prolegomena inc. *Dedi te in lucem gentium, ut ſis ſalus mea uſque ad extremum terrae Iſa. 49. Legimus Gen. 1. quod fecit Deus duo luminaria magna, ut lucerent in firmamento caeli, & illuminarent terram.* Deſ. *ſic accipitur Sap. 5. ſicut avis, quae tranſvolat, cuius in aëre nullum invenitur argumentum &c. Aliquando brevis manifeſtatio dictorum: ſic dicitur, incipit argumentum in epiſtolam talem, vel talem.* Commentarius vero in Epiſtolam I. quae eſt ad Romanos, inc. *Paullus ſervus Ieſu Chriſti &c. In principio huius operis, ſicut & aliorum operum theologiae, quatuor ſpecialiter ſolent inquiri, quae in praecedenti prologo determinata ſunt.* In ultimam ad Hebraeos deſ. *octavo ſalvat vitam aeternam, tamquam fidelis advocata. Rom. 6. gratia Dei vita aeterna. Pſ. gratiam, & gloriam dabit Dominus.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. binis columnis, & compendiaria ſcriptura exaratus, cum textu Epiſtolarum grandiori characterum forma ab explanatione diſtincto. Conſtat foliis ſcriptis 315.

D. PAVLLI EPISTOLAE.

Cod. X. EPiſtolae Paullinae cum ſcholiis, & gloſſis, ut in memorato Codice V. Occurrunt in principio exordiorum quorumdam initia, & ſylvae pro concionibus, auctore anonymo; in fine vero ſententiae quaedam ex Philoſophis, & Patribus, cum verſiculo iſto:

Hic Paulli finis, qui nos ſuſtollit ab imis.

Codex membranaceus Ms. in 8. Saec. XII. cum icone S. Paulli in littera initiali primae Epiſtolae. Conſtat foliis ſcriptis 261.

D. PAVLLI EPISTOLAE.

Cod. XI. EPiſtolae Paullinae XIV. cum ſcholiis & gloſſis, ut in Cod. V.

Codex membranac. Ms. in 8. maiori Saec. XII. Conſtat foliis ſcriptis 212.

D. PAVLLI EPISTOLAE.

Cod. XII. EPiſtolae Paullinae XIV. cum gloſſis & ſcholiis, qualia in Codice V. adnotavimus.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XII. Conſtat foliis ſcriptis 226.

D. PAVLLI EPISTOLAE.

EPiſtolae Paullinae XIV. cum gloſſis interlinearibus, & ſcholiis ad marginem, ut in Cod. V. huius Plutei. In calce ita ſe Codicis poſſeſſor ſubſcripſit: *Mitia fata mihi. Franciſci Saſſetti Thomae filii, civis Florentini.* *Cod. XIII.*

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XII. vere inſignis, grandiuſculo charactere exaratus, & cum initialibus Epiſtolarum litteris, partim auro, prout illa ferebat aetas, egregie depictis, partim vero calamo tantum delineatis. Conſtat foliis ſcriptis 334.

B. PROSPERI LIB. DE VITA CONTEMPLATIVA.

Adde etiam

Varia S. Iſidori Opera.

IN ipſa Codicis fronte deſcripti apparent in quatuor aureis circulis, variis ornamentis, & emblematibus diſtinctis, qui primam paginam exornant. Operum tituli, quae in hoc nitidiſſimo Volumine continentur; in altera vero pagina aeque picta & ornata Mediceum emicat ſtemma, & primi Operis initium incidit, quod ſequens eſt: *Cod. XIV.*

I. pag. 1. B. Proſperi de Vita Contemplativa Libri III. cum Praefatione, Prologo, & indice Capitum. Praefatio inc. *Diu multumque reniſus ſum voluntati tuae.* Deſ. *ſed iam ipſa capitula, quae utcumque ſolvenda propoſuiſti, annexam.* Prologus inc. *Itaque iubes, ut paucis ediſſeram.* Deſ. *Domino tuis orationibus adiuvante tractemus.* Liber primus inc. *Contemplativa vita, in qua Creatorem ſuum &c.* Liber III. deſ. *pro rebus enuntiandis verba ſunt inſtituta.* Exſtant inter eius Opera edit. Coloniae Agrippinae MDCXXX in 8. a pag. 183. ad pag. 301. In fine legitur: *Explicit Liber Proſperi de Vita Contemplativa. Hic Proſper dicitur fuiſſe Notarius S. Leonis Papae. Claruit autem circa annos Domini CCCC. quinquaginta octo. Vinc. in ſpec. hiſt. libro XXI. cap. LVIII. In hoc ſuo opere imitatus eſt Auguſtinum, ut ipſe aſſerit in fine voluminis huius.* Sequitur deinde pag. 66. *b.* Epiſtola Iacobi Becheti ad Coſmum Medicem, qua opus hoc Beati Proſperi eidem dono mittit, quaeque eadem eſt atque illa, quam integram retulimus ſupra pag. 665. in not. prima. Heic interim notandum eſt, ex Biblioth. Scriptor. Mediolan. Philippi Argelati erui Iacobum iſtum Bechetum fuiſſe Ducalem Secretarium, eique Petrum Candidum Decembrium epiſtolam ſcripſiſſe datam die v. Septembr. anno MCCCCLX. inter reliquas eiuſdem Candidi ineditas.

II. pag.

(1) Mirum tamen eſt de eo ne verbum quidem haberi in Bibliotheca Scriptorum Ord. Praedic. Iac. Quetif, & Echard.

Digitized by Google

II. pag. 68. Iſidori Liber Primorum, ſive Tractatus de libris Divinae Scripturae. Inc. *De librorum novi, ac veteris Teſtamenti plenitudine &c.* Deſ. *flumen etiam baptiſmi, & mundum lignum vitae, Dominum Ieſum Chriſtum.* Exſtat in edit. eius Operum Matriti typis regiis an. MDXCIX. fol. Tom. II. a pag. 310. ad pag. 323. ubi inſcribitur *Prooemia.*

III. pag. 77. *b.* Eiuſdem ad Oroſium item Liber Primorum, ut inſcribitur in fine; ſed in edit. titulum praefert: *Allegoriae quaedam Sacrae Scripturae.* Praefatio ad Oroſium inſcrib. & inc. *Domino Sancto; ac Reverendiſſimo Fratri Oroſio Iſidorus. Quaedam notiſſima nomina &c.* Deſ. *corrigenda iudico.* Liber inc. *Adam figuram Chriſti geſtavit.* Deſ. *in qua omnes Sancti per Chriſtum aeternae beatitudinis reſurrectione fruuntur.* Ibid. a pag. 237. ad pag. 255.

IV. pag. 91. *b.* Eiuſdem Liber Differentiarum Capitibus conſtans XLII. quorum tabula Librum praecedit. Primum inc. *Inter Deum, & Dominum ita quidam definierunt, ut in Dei appellatione &c.* Cap. XLII. deſ. *iam ſuperbiam deprimat metus diabolicae ruinae, atque exemplum humilitatis Chriſti.* Oper. Tom. I. a pag. 47. ad pag. 62. poſt Etymolog. & inſcribitur *Differentiarum Liber II.*

V. pag. 110. *b.* S. Auguſtini Epiſcopi Liber de quatuor virtutibus (ſeu proprietatibus) charitatis. Inc. *Deſiderium charitatis veſtrae a nobis exigit debitum ſermonis officium; ſed tanta ſunt, quae terreant, & revocent animum noſtrum, ut ſi velimus parere deſiderio veſtro, non ſit ſine periculo noſtro.* Deſ. *haec, fratres dilectiſſimi, quae a Domino ipſius charitatis dicta ſunt ſanctitati veſtrae, ita haereant ſenſibus & cordibus veſtris, ut eadem ipſa charitas fructum in vos operis inveniat, non folia laudis.* Inter Auguſtini Opera non reperimus.

VI. pag. 116. *b.* S. Iſidori Epiſcopi Hiſpalenſis Sententiarum Libri tres, ſive de ſummo bono, praevia ſingulis Capitum tabula. Primus inc. *Summum bonum Deus eſt.* Tertius deſ. *non quos coeleſtis aula laetificandos includit.* Cit. edit. Tom. II. a pag. 1. ad pag. 111. In fine legitur: *Explicit Liber Sententiarum, ſive de ſummo bono S. Iſidori Hiſpalenſis Epiſcopi. Floruit Iſidorus tempore Heraclii Imperatoris, qui coepit anno Domini DCXIV. & regnavit annis XXX. ſicut ait Vincentius in ſpeculo par. 3. cap. 31.*

VII. pag. 215. *b.* Eiuſdem contra Iudaeos Libri II. cum Praefatione ad ſororem Florentiam, & indice Capitum ſingulis praemiſſo. Praefatio inc. *Sanctae Florentinae* (ſic) *Iſidorus Toletanus Epiſcopus. Quaedam, quae diverſis temporibus &c.* Deſ. *& mei laboris.* Liber primus inc. *Iudaei nefaria incredulitate Chriſtum Dei filium abnegantes.* Secundus deſ. *in aeternum habitat.* Ibid. a pag. 256. ad pag. 309. Interim notandum in hiſce Iſidori Operibus recenſendis multas nos variantes lectiones manuſcripti exemplaris ab edito animadvertiſſe.

VIII. pag. 265. Collectanea quaedam de ſacrificio, quod ſoli Deo debetur, de latria, de cultu imaginum, de quantitate animae, & de obitu Theodoſii Imperatoris, ex Auguſtino, Gregorio, Leone Papa, & Ambroſio excerpta. Incipiunt ab Auguſtini ſententia de Civitate Dei Lib. VIII. & deſinunt in Ambroſio de obitu Theodoſii Imp.

Codex membranac. Ms. in fol. min. Saec. XV. nitidiſſimus cum litteris initialibus librorum aureis. Conſtat foliis ſcriptis 269.

PRVDENTII CHRISTIANI CARMINA.

Adde etiam

C. Vectii Iuvenci, Probae Falconiae, Sedulii, & Aratoris Carmina.

PRaecedunt in totidem circulis, aureis & caeruleis litteris exarata Poëtarum nomina, quorum Carmina in hoc nitidiſſimo volumine continentur. Prima quoque pagina Mediceo ſtemmate, auro, variiſque coloribus diſtinguitur. Opera vero haec ſunt: *Cod. XV.*

I. pag. 1. Prudentii Chriſtiani Poëtae Carminum Lyricorum Liber. Primum Carmen inc. *Per quinquennia iam decem &c.* quae eſt Praefatio in XII. Hymnos ſequentes, qui Librum Cathemerinon conſtituunt, eodemque ordine procedunt, quo leguntur in edit. Halae Magdeburgicae cum notis Chriſtophori Cellarii anni MDCCXXXIX. in 8. a pag. 1. ad pag. 84. Notandum vero eſt in Codice ad ſingulos Hymnos metri genus, quo ipſi conſtant, in margine fuiſſe rubrica deſcriptum.

II. pag. 25. *b.* Eiuſdem alii Hymni, nullo quidem titulo praefixo in Codice, ſed qui ad Librum Periſtephanon pertinent; hoc autem ordine procedunt:

Ordo Cod.	*Ordo edit.*
I. Eſt anepigraphus, ſed in edit. inſcrib. *Paſſio Emetrii & Chelidonii &c.* & eſt item ſub num.	I.
II. pag. 27. *b.* Paſſio S. Vincentii martyris	V.
III. pag. 32. *b.* Paſſio S. Laurentii martyris	II.
IV. pag. 38. Paſſio S. Hippolyti presbyteri	XI.
V. pag. 42. *b.* Paſſio S. Cypriani martyris	XIII.
VI. pag. 44. *b.* Paſſio Sanctorum App. Petri & Paulli	XII.
VII. pag. 45. *b.* Paſſio SS. decem & octo martyrum Caeſarauguſtanorum	IV.
VIII. pag. 49. Paſſio Sanctae virginis Agnetis	XIV.
IX. pag. 52. Paſſio S. Eulaliae virginis	III.
X. pag. 54. *b.* Paſſio S. Fructuoſi Tarraconenſis Epiſcopi, & ſocio-	

cio-

Ordo Cod. *Ordo edit.*

ciorum———————VI.

XI. pag. 57. Hymnus in honorem S. Quirini martyris——VII.

XII. pag. 57. Paſſio S. Caſſiani martyris———————IX.

XIII. pag. 60. Verſus in laudem Baptiſterii duorum martyrum ſanguine illuſtrati (1)————VIII.

XIV. pag. ead. *b.* Paſſio S. Romani martyris——————X.

XV. pag. 81. Carmen, cui titulus: *Immolat opuſcula ſua Deo Prudentius*, & inc. *Pius, fidelis, innocens &c.* Eſt Praefatio in dictum Librum Periſtephanon, edit. pag. 85.

Notandum interim eſt, poſt hymnum in paſſionem Sanctae Agnetis pag. 51. *b.* adnecti *Verſus* (*XIV.*) *Conſtantinae Conſtantini filiae in honorem S. Agnetis Virginis & martyris in apſida Baſilicae ipſius inciſos*; & pag. 52. *Verſus* (*X.*) *Damaſi Papae de eadem*. Illi inc.

Conſtantina Deum venerans Chriſtoque dicata.

Deſ.

O felix virgo memorandi nominis Agnes.

hi vero inc.

Fama refert Sanctos dudum regulis reparantes (2).

Deſ.

Vt Damaſi precibus faveas, precor, inclyta martyr.

Leguntur utrique inter aliquot Sanctorum Elogia S. Damaſi Pont. Tom. VIII. magnae Biblioth. Veter. PP. ſtudio Colonienſium Theologorum auctae Pariſ. apud Aegidium Morellium MDCXLIV. p. 844. ubi verſus Conſtantinae ſunt XII. quia poſt verſum *Invictum ſolus &c.* alii duo ſequuntur in Cod. nimirum,

Nomen adhuc referens, & corpus, & omnia membra

A mortis tenebris & caeca nocte levata,

qui in editione deſiderantur.

III. pag. 81. Eiuſdem Liber Ditrocheus, qui continetur in titulis hiſtoriarum. Inc.

Eva columba fuit tunc candida, nigra deinde.

Deſ.

Et ſeptem potuit ſignacula pandere ſolus.

In cit. edit. a pag. 491. ad pag. 501. ubi inſcrib. *Diptychon, ſive Enchiridium utriuſque Teſtamenti*.

IV. pag. 86. Eiuſdem Liber Apotheoſis adverſus Haereſes, cui praecedunt duo Prologi; primus cum titulo: *Verſus de S. Trinitate*; alter *Invectiva contra omnes haereſes*. Liber inc.

Plurima ſunt, ſed pauca loquar, ne dira relatu &c.

Deſ.

Deſpicite: exſurgens quo Chriſtus provocat, ite.

Ibid. a pag. 260. ad pag. 311. In Codice tamen nulla Capitum diviſio fit, ſed tantum ad illud Caput, quod in edit. pag. 300. inſcrib. *Adverſus Phantaſmaticos &c.* hic titulus legitur: *Explicit Apotheoſis contra omnes haereſes. Incipit contra Manichaeos*.

V. pag. 106. *b.* Eiuſdem adverſus blaſphemantes duos deos eſſe, ſeu potius, ut inſcribitur in edit. *Eiuſdem Hamartigenia*, cum Prologo, cui titulus: *Prologus adverſus Marcionitas*, quique inc.

Fratres ephebi foſſor & paſtor duo &c.

Liber vero inc.

Quo te praecipitat rabies tua, perfide Cain?

Deſ.

Glorificent: me poena levis clementer adurat.

Ibid. a pag. 312. ad pag. 355.

VI. pag. 124. Eiuſdem in Symmachum Libri duo cum Prologo in ſingulos. Liber primus inc.

Credebam vitiis aegram gentilibus urbem.

Liber ſecundus deſ.

Quemque ducem belli ſequitur, pietate ſequatur.

Ibid. a pag. 405. ad pag. 490. Interim notandum Relationem Symmachi, quae in editione praemiſſa eſt Prudentii Libris, & habetur a pag. 378. ad pag. 405., in Codice adferri diviſam in Capita, ſeu ſectiones, quae Libri ſecundi verſibus, ſuo quaeque loco, interſeruntur. In fine legitur rubris litteris haec ſubſcriptio: *Explicit liber ſecundus contra Symmachum de reſtituenda ara. Deo ſemper gratias. Scriptum Florentiae anno ſalutis MCCCCLXXXIX. & die XXIV. menſis Novembris. Laus, honor, imperium, & gloria ſit omnipotenti Ieſu Chriſto, eiuſque almae Genitrici ſemper Virgini Mariae per infinita ſaeculorum ſaecula. Omnium rerum viciſſitudo eſt*.

VII. pag. 161. C. Vectii Iuvenci Evangeliorum Libri quatuor heroico carmine, cum Prologo, qui inc.

Immortale nihil mundi compage tenetur.

Deſ.

Dulcis Iordanis, ut Chriſto digna loquamur.

Liber I. inc.

Rex fuit Herodes Iudaea in gente cruentus.

Liber IV. deſ.

Aeternam capiat divina in ſaecula vitam.

Exſtant in Corpore omnium Poëtarum Latinorum Londini MDCCXXI. fol. Tom. II. a p. 1539. ad pag. 1559. & in edit. Calaritana per Vinc. Sembeninum, curante Theodoro Poelmano in 8. a pag. 1. ad pag. 121. Notandum in Codice deeſſe ultimum verſum editionis, qui ita ſe habet:

Per Dominum noſtrum Chriſtum, qui in ſaecula regnat.

(1) Titulus in edit. diverſus ita habet: *De loco, quo martyres paſſi erant, nunc Baptiſterium eſt Calagurri*.

(2) In edit. *genuiſſe parentes*.

VIII. pag. 219. Probae Falconiae Centones, ſive excerpta ex Virgilii carminibus de Chriſti vita. Prologus inc.

Aemulet ductor clari lux altera ſolis.

Deſ.

Accipiat, doceatque ſuos Auguſta propago.

Liber inc.

Iamdudum temeraſſe duces pia foedera pacis,

Deſ.

Fit ſonus: ingenti concuſſa eſt pondere tellus.

In fine: *Explicit Centona Proba* (ſic) *ex carminibus P. Virgilii. Deo ſemper gratias, Amen.* Extant, excepto Prologo, in cit. Tomo magnae Biblioth. PP. a pag. 708. uſque ad pag. 715. verſ. 24. Reliqui verſus, qui in edit. ſequuntur, deſiderantur in Codice.

IX. pag. 231. Sedulii Catholici poëtae de ſingulis utriuſque Teſtamenti miraculis ad Macedonium presbyterum Libri IV. carmine heroico. Praecedit Epiſtola nuncupatoria, cuius initium eſt: *Priuſquam me.* Finis: *immolatus eſt Chriſtus, cui honor &c.* Epiſtolam ſequitur eiuſdem Sedulii hymnus, qui inc.

A ſolis ortus cardine.

Deſ.

Seſeque caelis reddidit.

ut in cit. edit. Calaritana a pag. 203. ad pag. 206. In Codice vero ſubiungitur hoc diſtichon, quod in editione deſideratur:

Qui nos in recto faciat perſiſtere calle,
Ut ſibi ſervitium valeamus reddere dignum.

Hymno ſuccedit ſequens Monitum pag. 234. *b.* quod item abeſt in editione: *Hoc opus Sedulius inter chartulas diſperſum reliquit, quod recollectum, adunatum, atque ad omnem elegantiam divulgatum eſt a Tertio Ruſio Aſterio V. C. Ex-Conſule Ordinario, atque Patricio. Deo & Domino noſtro Ieſu Chriſto Redemptori humani generis ſit infinita laus, qui me peccatorem famulum ſuum Evangelicam doctrinam, quam beatus Sedulius per verſus ordinavit, ſcribendo ſinere permiſit; qui vivit, & regnat cum Deo Patre &c.* Monitum vero excipit notitia quaedam de auctore poëmatis, & de occaſione qua illud compoſuit, quae inc. *In capite uniuſcuiuſque libri.* Deſ. *manifeſtantur ea, quae in libris continentur.* Hiſce praemiſſis, occurrit pag. 235. *b.* Praefatio paſchalis carminis, quae inc.

Paſchales quicumque dapes conviva requiris.

Deſ.

Rubra quod appoſitum teſta miniſtrat olus.

Liber primus inc.

Cum ſua Gentiles ſtudeant pigmenta (1) *poëtae.*

Liber quartus deſ.

Sufficeret denſos per tanta volumina libros.

ut in cit. edit. Calaritana a pag. 126. ad pag. 198. In edit. vero cit. Biblioth. PP. Tom. VIII. in quinque libros Opus illud diviſum eſt.

X. pag. 269. Eiuſdem Carmen Elegiacum ſine titulo. Inc.

Cantemus ſocii Domino, cantemus honorem.

Deſ.

Cum Sancto Spiritu gloria magna Patri.

Ibid. a pag. 198. ad pag. 202. (2)

XI pag. 271. Aratoris Cardinalis Subdiaconi S. R. E. Actus Apoſtolorum Libris duobus. Praecurrit de Auctore brevis notitia, quae inc. *Arator iſte Cardinalis &c.* Deſ. *hanc autem primam praefatiunculam ad Florianum Abbatem ſcribit.* Sequuntur Epiſtolae duae nuncupatoriae, prima ad Florianum Abbatem, altera ad Vigilium Papam, ut in editione. Liber primus inc.

Ut ſceleris Iudaea ſui polluta cruore.

Liber ſecundus deſ.

Et tenet aeternam ſocialis gratia palmam.

Subiicitur in fine pag. 317. *b.* Memoria oblationis huius libri factae ab Aratore Subdiacono Papae Vigilio. Inc. *Beato Petro adiuvante.* Deſ. *tertio anno poſt Conſulatum Baſilii cum Viro clariſſimo* (ſic). *Indictione ſeptima.* In cit. edit. Calaritana a pag. 209. ad pag. 297. Tandem claudit Codicem hexaſtichon in laudem Aratoris, ut ſequitur:

Verſibus egregiis decurſum clarus Arator
Carmen Apoſtolicis cecinit inſigne coronis,
Hiſtoriamque prius praeponens cautus ubique
Subſtituit typicae ſenſatim verba figurae.
Lingua canora bonum teſtatur iure poëtam,
Myſticus ingenium ſic indicat ordo profundum.

Abſolutum Florentiae ſalutis anno MCCCCLXXXIX. & die V. Februarii. Laus Deo ſemper. Omnium rerum viciſſitudo eſt.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus cum initialibus Librorum litteris aureis; in quo quidem recenſendo plurimas, eaſque non levis quidem momenti variantes lectiones obſervavimus ab editionibus illis, quas prae manibus habuimus, ut pro certo habeamus ex vetuſtiſſimo aliquo & optimo exemplari fuiſſe deſcriptum. Conſtat foliis ſcriptis 318.

PASTORALIS.

I. pag. 1. Liber Paſtoralis, ſeu de cura, & ſollicitudine Paſtorali, cum Praefatione, & indice Capitum LXV. in principio, auctore S. Gregorio Papa, licet nomen eius non appareat. Praefatio inc. *Paſtoralis curae me pondera fugere &c.* Deſ. re- *Cod. XVI.*

(1) In edit. *figmenta.*

(2) Hoc Carmen in cit. Biblioth. PP. Tomo VIII. pag. 678. Sedulio tribuitur; pag. vero 701. Turcio Ruffio Aſterio Viro Conſulari.

Digitized by Google

repellantur. Liber inc. *Nulla ars*. Deſ. *manus levet*. In fine maioribus litteris legitur: *Explicit Paſtoralis Liber indict. VII. Deo gratias, Amen*. Extſat eius Operum edit. Pariſ. ſtudio monachorum S. Mauri A. MDCCV. Tom. II. a pag. 1. ad pag. 102.

II. pag. 80. *b*. Orationes tres ad Sanctiſſimam Triadem. I. ad Patrem. Inc. *Rogo te immenſa pietas*. Deſ. *ut ſalvos facias peccatores*. II. ad Filium. Inc. *Recordare, Domine Ieſu Chriſte*. Deſ. *quia tu es Deus, & Dominus meus*. III. ad Spiritum Sanctum. Inc. *Spiritus Sancte Deus omnipotens*. Deſ. *in Trinitate perfecta unus, & verus Deus per omnia ſaecula*.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. X. optime ſervatus. Conſtat foliis ſcriptis 83.

PAVLLVS CORTESIVS DE CARDINALATV.

Cod. XVII. PAulli Corteſii (1), Protonotarii Apoſtolici, de Cardinalatu Libri tres ad Iulium ſecundum Pontificem Maximum, praevia Epiſtola Raphaëlis Volaterrani in eoſdem Libros ad Leonem X. Pontificem Max. cuius inſignia, & emblemata auro, variiſque coloribus depicta ſunt in principio Operis; & eiuſdem Paulli Corteſii Prooemio ad dictum Iulium II. Pont. Max. In fine legitur nota impreſſionis: *Finis trium Librorum de Cardinalatu ad Iulium Secundum Pont. Max. per Paullum Corteſium Protonotarium Apoſtolicum, quos Symeon Nicolai Nardi Senenſis, alias Rufus, chalcographus imprimebat in Caſtro Corteſio* (2) *die decima quinta Novembris MCCCCCX. Pontificatus eiuſdem S. D. N. Papae Iulii anno octavo*. Nihil de eo habet Fabricius in Bibl. Lat. med. & inf. aetat. quod valde miror.

Codex chartac. impreſſus in folio. Conſtat foliis 258.

PAVLLI DE MIDDELBVRG DE RECTA PASCHAE CELEBRATIONE.

PAulli Germani de Middelburgo (3), Epiſcopi Foroſemproncienſis de recta Paſchae celebratione (4) ad ſummum Chriſtianae Ariſtocratiae Principem, maximumque ſacrorum Antiſtitem Leonem decimum, praeviis variis Epiſtolis, prima & ſecunda ad eumdem Leonem X., tertia ad Sereniſſimum Regem Maximilianum Imperatorem electum, quarta ad Apoſtolicum coetum, & Chriſtianae Religionis Reipublicae Senatum, quinta ad ſacroſanctum Lateranenſe Concilium, ſexta ad Illuſtriſſimum Principem Franciſcum Mariam Vrbini Ducem, Almae Vrbis Praefectum, Sanctaeque Romanae Eccleſiae Vexilliferum, & ſeptima ad eumdem Leonem X. quae eſt Operis de recta Paſchae celebratione dedicatio. Opus dividitur in duas partes, in quarum prima agitur de Calendarii emendatione, & legitima Paſchae celebratione, & conſtat Libris XIV.; in ſecunda vero, quae Sereniſſimo Romanorum Regi Maximiliano Imperatori electo dicata eſt, indagatur dies Dominicae Paſſionis, & Reſurrectionis, atque haec dividitur in Libros XIX. In fine poſt monitum Hieronymi Poſthumi Foroſemproncienſis de nonnullis huius editionis ty- *Cod. XVIII.*

(1) Paullus è nobili Corteſiorum familia, quae inter primarias S. Geminiani, Etruriae oppidi, eſt habita, Romae anno MCCCCLXV. ortus eſt, ut habet Vincentius Coppi in Chron. Gemin. Florentiae MDCXCV. 4., patre Antonio Corteſio, qui feminam patriciam Aldobrandiniam in matrimonio habuit. Hic a teneris annis optimarum artium ſtudiis adeo addictus fuit, ut non ſolum Philippo Callimacho, Pomponio Laeto, Angeloque Politiano iungeretur, verum etiam cum Raphaële Volaterrano, Pico Mirandulano, Hermolao Barbaro, Marſilio Ficino, ac Bartholomaeo Lampridio, qui eius doctrina & iudicio utebantur, familiariſſime viveret. Summam Principum gratiam virtutis commendatione ſibi promeruit, id quod ipſe ſignificat Lib. III. de Cardinalatu pag. 190. Notanda etiam ſunt quae de ſua familia tradit iam Romae per octogeſimum prope annum magna nominis celebritate florente, in Prooemio dicti Operis. Raphael vero Volaterranus in Epiſtola nuncupatoria ad Leonem X. praefixa eidem operi, de quo iudicium profert, haec habet: *Res multa cogitatione accerſitas, ſaepeque duras cultu orationis, ac latinitate molliebat; cuius ei tanta religio fuit, ut ſententias iuventaque perire mallet, quam non apte, ornateque exiſſent*. Dialogus eiuſdem Corteſii *de Hominibus doctis* ad Laur. Mediceum prodiit primum Florentiae typis Bernardi Paperini A. MDCCXXXIV. 4. Denique mors immatura Anno MDX., aet. ſuae XLV. in Caſtro ſuo Corteſiano Paullum abſtulit.

(2) Haec eſt montana quaedam villa, Corteſianum oppidum appellata, a S. Geminiano duobus paſſuum millibus diſtans, in quam Corteſius res urbanas, aulicaſque pertaeſus, ſub exitum vitae ſeceſſerat, quamque in arcis modum redactam amoeniſſimam fecerat, ubi dulce muſarum diverſorium inſtituit, quo principes viri quamplures ſe conferre conſueverant, inter quos Hercules II. Ferrariae Dux, Guidus Vbaldus Vrbini Dux, Alexander Farneſius, poſtea Paullus III. P. M. & Franc. Soderinius Cardinalis, ſtudio viſendi hominis, qui negociorum peritia, & iudicii maturitate oraculum haberetur. Verba heic referre liceat, quae ipſe in Corteſiano Caſtro ultimis vitae menſibus ſcripſit, dum opus ſuum de Cardinalatu abſolvere feſtinabat, mercede illuc conducto Simeone Nicolai Nardi, Senenſi typographo, ut is ibidem illud praelo ſubiiceret, Lib. III. de Card. pag. 229. t. *Quod quidem quum multis in locis, tum maxime his proximis tribus annis in Corteſiano navi; quo quum incredibilis litteratorum multitudo viſendi mei cauſſa ex Italia cuncta veniſſet, ac ſemper fere inter nos de rerum maximarum ſtudiis legitimus inſtitueretur ſermo, ſaepe interloquendum, & diſputandum ſenſi multos ob id huic opinioni adſentiri velle*. Plures Epiſtolas ad eum a viris clariſſimis ſcriptas adſervamus in privata noſtra Bibliotheca.

(3) Paullus Middelburgenſis, Zelandus, poſito Lovanii tirocinio litterarum, editaque *Epiſtola de Paſchate obſervando, & de die Paſſionis* ad Vniverſitatem Lovanienſem, necnon *Prognoſtico ad Maximilianum Auſtriacum, ſive Practica de pravis conſtellationibus*; profectus eſt in Italiam, ubi Medicus primum Ducis Vrbinatium A. MCCCCLXXXIV. Vrbini contra Io. Barbum edidit *defenſionem Prognoſtici, atque invectivam in ſuperſtitioſum vatem*; factus deinde Epiſcopus Foroſempronienſis, & Pontificibus Iulio II. & Leoni X. charus, interfuit Lateranenſi Concilio A. MDXIII., rebuſque exceſſit humanis Romae A. MDXXXIV., aetatis LXXXIX. Hunc aſtrologiae ſua aetate principem appellat Lucas de Burgo S. Sepulcri in ſua Arithmetica, quam grandi volumine Italice edidit Venetiis A. MCCCCXCIV. Vide eius praefationem ad Guidum Vbaldum Vrbini Ducem.

(4) Conſule de hoc opere Fabricium Bibl. med. & inf. Lat. edit. Patav. 4. Tom. V. pag. 216.

Digitized by Google

typographicis naevis corrigendis (1), & Carmina quaedam in laudem Operis, Chriſtophori Pierii Gigantis, Canonici Foroſempronienſis, eiuſdem Poſthumi, & Blaſii Benverardi Vrbinatis, apponitur impreſſionis nota hoc pacto: *Impreſſum Foroſempronii per ſpectabilem virum Octavianum Petrutium Civem Foroſempronienſem, impreſſoriae artis peritiſſimum, anno Domini MDXIII. die octava Iulii cum privilegio a Summo Pontifice Leone X. auctori operis conceſſo, quod nullus poſſit imprimere, neque imprimi facere, neque vendere dictos libros ſine licentia auctoris, ſub excommunicationis latae ſententiae, librorumque amittendorum poena, quemadmodum patet in Brevi Apoſtolico* (2) *ſuper hoc confecto, cuius exemplar in principio operis poſitum eſt.*

Codex chartac. impreſſus in folio cum ligneis quibuſdam ornamentis in principio Librorum, ſtemmate Leonis X., ipſius auctoris, & Maximiliani Imperatoris; in quo obſervanda eſt initio Libri X. Par. II. tabula crucifixionem exhibens cum multis figuris. Conſtat paginis 394.

SCRVTINIVM SCRIPTVRAR. MAG. PAVLLI DE S. MARIA.

Cod. XIX. DIalogus, qui vocatur Scrutinium ſcripturarum, compoſitus per Reverendum Patrem Dominum Paullum de Sancta Maria (3) Magiſtrum in Theologia, Epiſcopum Burgenſem, Archicancellarium Sereniſſimi Principis Domini Io. Regis Caſtellae & Legionis, quem compoſuit poſt additiones per eum compoſitas ad Poſtillam Nicolai; perfecit autem illum anno Domini MCCCCXXXIV. aetatis vero ſuae anno octuageſimo primo. Prooemium inc. *Scrutamini ſcripturas &c. Ioh. V. Chriſtus volens Iudaeos inſtruere &c.* Deſ. *iuxta illud; in cuſtodiendis illis retributio multa, quam nobis concedat &c.* Dialogus inc. *O Paulle, audivi quod magiſter tuus &c.* Deſ. *felicitas ſine miſeria, cui honor & gloria &c.*

Codex chartac. Ms. in 4. Saec. XV. peſſimae ſcripturae. Conſtat foliis ſcriptis 188.

PAVLLINI EPISCOPI NOLANI EPISTOLAE.

Adde etiam

SS. Ignatii, Polycarpi, Antonii Abbatis Epiſtolas &c.

Cod. XX. COntinet hic nitidiſſimus Codex variorum SS. Patrum Epiſtolas, quarum exactiſſimus index praecurrit. Inter indicem, & initium Epiſtolarum duae occurrunt ornatiſſimae paginae; quarum prima quatuor auctorum nomina in totidem aureis circulis deſcripta; altera vero Mediceum ſtemma variis undequaque picturis decoratum exhibet. Quae igitur in hoc habentur Volumine, ſunt iſta:

I. pag. 5. Meropii Paullini Epiſcopi Nolani Epiſtolae ad diverſos, & aliorum ad ipſum, numero XLVI. quae collatae cum editis inter eius Opera impreſſa Veronae MDCCXXXVI. fol. curante Lud. Ant. Muratorio hoc ordine procedunt:

Ordo Cod. — *Ordo edit.*

I. pag. 5. Paullini Epiſcopi Epiſtola ad Severum monachum. In edit. eſt ſub num. ——— V.

II. pag. 11. Eiuſdem & Theraſiae ad eumdem ——— XXIV.

III. pag. 20. Eiuſdem ad eumdem ——— XXIII.

IV. p. 39 Eiuſdem ad eumdem — XI. In principio tamen aliquantum diverſa: in Codice enim inſcrib. & inc. *Severo fratri unanimo Paullinus in Domino Deo Chriſto Ieſu ſalutem, Sentio, & in te potiſſimum &c.* & in edit *Severo fratri unanimo Paullinus. In Domino Deo Ieſu Chriſto ſentio &c.*

V. pag. 44. *b.* Eiuſdem ad eumdem ——— I.

VI. pag. 48. *b.* Eiuſdem ad eumdem ——— XXII.

VII. pag. 49. *b.* Eiuſdem ad eumdem ——— XXX.

VIII. pag. 51. *b.* Eiuſdem ad eumdem ——— XXVIII.

IX. pag. 54. *b.* Eiuſdem ad eumdem de munere palliorum ex pilis cameli ——— XXIX.

X. pag. 61. Eiuſdem ad eumdem de Cruce ——— XXXI.

XI. pag. 65. Eiuſdem ad Dalphinum (4) quia ab ipſo baptizatus eſt ——— X.

XII. pag. 66. Eiuſdem ad eumdem ——— XX.

XIII. pag. 68. *b.* Eiuſdem ad eumdem ——— XIX.

XIV. pag. 70. *b.* Eiuſdem ad eumdem ——— XIV.

XV. pag. 72. Eiuſdem ad eumdem ——— XXXV.

XVI. pag. ead. Eiuſdem ad Amandum ——— XXXVI.

XVII. pag. 73. *b.* Eiuſdem ad

eum-

(1) Inter alia haec habet: *Inſuper ne neſcius omnium exiſtas, ſcire debes Ioannem Baptiſtam Aethiopem, adoleſcentulum imberbem, excuſoriae artis tirocinium in hoc opere exercuiſſe &c.*

(2) Hoc Breve Apoſtolicum, quod legitur in principio operis, *datum eſt die XXIX. Aprilis MDXIII. Pontif. anno I.* & ſubſcribitur *Petrus Bembus.*

(3) Paullus Burgenſis, ſive de Burgo, inter Iudaeos antea dictus Salemon Levi, inde lectione ſcriptorum Thomae Aquinatis prima ſecundae quaeſt. 93. 106. *de legibus, & legis novae comparatione cum veteri*, profeſſus ſe permotum, ut cum filiis tribus A. MCCCXC. Chriſtianam fidem amplecteretur, factus A. MCCCCII. Carthaginenſis in Hiſpania, & ab A. MCCCCXV. Burgenſis Epiſcopus, & Archicancellarius Regis Caſtellae, & Legionis, ſcripſit A. MCCCCXXXI. valde ſenex *Scrutinium ſcripturarum, ſive dialogum Sauli, & Paulli contra Iudaeos*, diviſum partibus duabus, quarum prior diſtinctiones decem, & poſterior diſtinctiones ſex complectitur, editum Mantuae A. MCCCCLXXV. fol. & alibi deinceps.

(4) In edit. *Delphinum.*

Digitized by Google

Ordo Cod. — Ordo edit.

eumdem ——— xii.

xviii. pag. 78. Eiuſdem ad eumdem ——— ix.

xix. pag. 80. Eiuſdem ad eumdem ——— ii.

xx. pag. 81. Eiuſdem ad eumdem ——— xxi.

xxi. pag. 83. Eiuſdem ad eumdem ——— xv.

xxii. pag. 84 *b.* Eiuſdem ad Victricium ——— xxxvii.

xxiii. pag. 8[illegible]. Eiuſdem ad Victurium (1) ——— xviii.

xxiv. pag. 91. Eiuſdem ad Aprum ——— xxxviii.

xxv. pag. 96. Eiuſdem & Theraſiae ad Aprum & Amandam ——— xxxix.

xxvi. pag. 98. Eorumdem ad eoſdem ——— xliv.

xxvii. pag. 102. Paullini ad Florentinum (2) ——— xlii.

xxviii. pag. 103. *b.* Eiuſdem ad Aletium ——— xxxiii.

Haec autem Epiſtola, quae in editione brevis admodum eſt, & in fine mutila, in Codice integra eſt & longiſſima; quare editam lectionem, quae deſinit in verbis: *ut & verbo Dei, quod bonus miniſter pio ore depromſeris, quaſi virga Prophetae percuſſo cordis* . . . . . (addito in margine *cetera deſunt*) ita continuat Codex noſter pag. 104. *b. ut & verbo Dei, quod bonus miniſter pio ore depromſeris, quaſi virga prophetae percuſſo corde mortem operatur. Quod licet auctore diverſo, tamen uno utrumque ſanctorum, Dei ſpiritu & verbo ſcriptura concinnit. Mors enim vera virtutis operatio eſt: nam ſi virtus Dei, & vita noſtra Chriſtus eſt, vere dictum vides mortem feſtinare hoc moerore quo virtus operiatur, & homo totus, quaſi quadam inferni voragine, ſic graviore triſtitia, ut Apoſtolus ait, abſorbeatur &c.* & progreditur per alias tredecim circiter paginas.

xxix. pag. 111. Eiuſdem ad eumdem (3) ——— xxxiv.

xxx. pag. 115. Eiuſdem & Theraſiae ad Deſiderium ——— xliii.

xxxi. pag. 117. *b.* Eiuſdem ad Severum de baſilicarum diſpoſitione ——— xxxii.

xxxii. pag. 128. Eiuſdem ad Iovium ——— xvi.

Ordo Cod. — Ordo edit.

xxxiii. pag. 132. *b.* Eiuſdem ad eumdem Epiſtola per verſus. In cit. edit. p. 5[illegible]1. Poema ——— xxii.

xxxiv. pag. 135. Auſonii ad Paullinum verſus egregii. Ibid. pag. 359. Epiſtola ——— xxv.

xxxv. pag. 13[illegible]. *b.* Paullini & Theraſiae ad Sanctum & Amandum ——— xl. & xli.

Haec enim Epiſtola in Codice coniungitur cum ſequenti xli. inſerto tantummodo vocibus *viventium*, & *legimus* (4) verbo *continuatur* rubris characteribus exarato.

xxxvi. pag. 143. *b.* Eorumdem ad Auguſtinum ——— iv.

xxxvii. pag. 145. *b.* Eorumdem ad eumdem ——— vi.

xxxviii. pag. 146. *b.* Eorumdem ad Alypium ——— iii.

xxxix. pag. 148. Eorumdem ad Romanianum ——— vii.

xl. pag. 149. Paullini ad Licentium ——— viii.

xli. pag. 151. *b.* Alypii & Auguſtini ad Paullinum. Inc. *Tandem aliquando providit nobis Deus litterarum fideliſſimum perlatorem.* Deſ. *ſperamus nos de omnibus fieri poſſe certiſſimos. Valete.* Auguſtini Operum edit. Venetae cura Monachor. S. Mauri apud Io. Bapt. Albrizzium mdccxxix. fol. Tom. II. pag. 663. num. clxxxvi.

xlii. pag. 164. Auguſtini ad eumdem. In dicta edit. Paullini pag. 16. & eſt Epiſtola ——— xxvii.

xliii. pag. 166. *b.* Eiuſdem ad Paullinum & Theraſiam. Ibid. pag. 32. & eſt Epiſtola ——— xxxi.

xliv. pag. 169. Paullini ad Auguſtinum ——— l.

xlv. pag. 175. Auguſtini ad Paullinum. Ibid. pag. 297. & eſt Epiſtola ——— cxlix.

xlvi. pag. 186. *b.* Eiuſdem ad Paullinum & Theraſiam. Inc. *Chariſſimus frater Celſus quum reſcripta repeteret, debitum reddere feſtinavi.* Deſ. *quid in talibus vel facere ſoleas, vel faciendum eſſe reperias.* In cit. Auguſtini Operum editione Tom. II. pag. 187. Epiſt. lxxx.

II. pag. 188. *b.* S. Ignatii Epiſcopi Antiocheni & martyris Epiſtolae XVI. adnumerata cum ipſis una B. Mariae Virginis ad Ignatium. Praecedunt de ipſo teſtimonia quaedam, Hieronymi unum ex libro de Viris Illu-

(1) In edit. item *Victricium*.
(2) In edit. *Florentium*.
(3) In edit. inſcrib. *Sermo de Gazophylacio*.

(4) Illa eſt ultima vox Epiſtolae XL. haec vero prima Epiſtolae XLI.

Digitized by Google

luſtribus Cap. VI., Marci Michaëlis presbyteri Cortonenſis (1) tria, & Bernardi Abbatis Clarevallenſis unum. Procedunt autem eodem ordine, quo leguntur in Tom. XI. Magnae Biblioth. Veterum Patrum edit. Pariſ. apud Aegidium Morellum an. MDCXLIV. a pag. 1. ad pag. 49. Primae duae ſunt Ignatii ad S. Ioannem ſeniorem, tertia ad B. Mariam Virginem matrem Domini, quarta B. Mariae Virginis ad eumdem reſponſio, quinta ad Mariam Caſſobolitem, quae ita inc. *Ignatius, qui & Theophorus miſericordiam conſequutus & gratiam Dei Patris altiſſimi & Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui pro nobis mortuus eſt, fideliſſimae & Deo dignae Chriſtoferae filiae Mariae plurimam in Deo ſalutem. Optima quidem figuratio litterae, velut pars chori ſenſus continens, non ſolum his quibus impartit affectum honorat accipientem, ſed & in ipſis qui ſuſcipiunt amplius auget deſiderium &c.* Hoc autem initium longius dedimus, ut dignoſcatur magnum diſcrimen, quod inter editionem, & Codicem intercedit. Epiſt. XII. ad Polycarpum, quae in Codice deſinit in verbis: *corporeum vero & contrectabilem propter nos, impaſſibilem ut Deum. paſſibilem vero propter nos, ut hominem*, in editione ita continuatur: *quas* (ſc. *paſſiones*) *omnibus modis propter nos toleravit &c.* uſque ad finem: quae omnia una pagina & amplius continentur. Vltima, quae eſt *ad Romanos de Smyrna ad Epheſios*, (ſic) deſ. *incolumes eſtote uſque in finem in patientia Ieſu Chriſti*. Claudit Epiſtolas, Hironis (2) Epiſcopi, qui S. Ignatio ſucceſſit. perbrevis laus (3) de eodem, quae inc. *Sacerdos Dei & adſertor ſapientiſſimi Dei Ignati, immaculata ſtola indute*. Deſ. *ſicut & prius faciebas*. De variis autem Epiſtolarum S. Ignatii Antiocheni Epiſcopi editionibus conſule quae doctiſſime edifferit Caſimirus Oudinus in Comment. de Scriptor. Eccleſiaſt. Tom. I. pag. 80.

III. pag. 225. *b*. S. Polycarpi Epiſcopi Smyrnaei, diſcipuli S. Ioannis Evangeliſtae, Epiſtola ad Philippenſes, confirmans fidem eorum. Inc. *Polycarpus &c. Congratulatus ſum vobis magnifice in Domino noſtro Ieſu Chriſto ſuſcipiens imitabilia verba dilectionis &c.* Deſ. *incolumes eſtote in Domino Ieſu Chriſto in gratia cum omnibus veſtris*. Cit. edit. Biblioth. Veter. PP. Tom. III. a pag. 923. ad pag. 928.

IV. pag. 228. *b*. S. Antonii Abbatis Epiſtolae ſeptem cum teſtimonio Divi Hieronymi in fine appoſito. Prima inc. *Primum ſaluto vos in Domino. Exiſtimo autem animas quaſcumque &c.* Vltima deſ. *immobilis immobilitatem non adfixit*. Exſtant in citato Tom. III. a pag. 17. ad pag. 34. ubi notandum D. Hieronymi teſtimonium Epiſtolis eſſe praemiſſum.

V. pag. 248. Vranii presbyteri ad Pacatum de vita, & obitu illuſtriſſimi viri Nolanus Epiſcopi. Inc. *Domino illuſtri, & in Chriſto &c. Litteris nobilitatis tuae*. Deſ. *continuo navigare diſpono*. Habetur inter Elogia S. Paullini ex variis Scriptoribus cit. eius Operum edit. a pag. CXXVII. ad pag. CXXXII. ubi clauditur hiſce verbis: *Obiit S. Paullinus Epiſcopus X. Calendas Iulii Baſſo & Antiocho VV. CC. Conſulibus*.

VI. pag. 253. *b*. Meropii Paullini viri illuſtriſſimi, Nolani Epiſcopi, vita a Gregorio Papa libro tertio Dialogorum ſtylo breviore conſcripta. Inc. *Quum vicinis partibus intendo, maiorum facta reliqueram, ita ut Paullini miraculum Nolanae Vrbis Epiſcopi &c.* Deſ. *& ego tam religioſorum virorum relatione didici, ut de his omnimodo ambigere non poſſim*. Ibid. pag. CXIV. ubi tamen tam in principio, quam in fine aliquot verſus brevior eſt.

VII. pag. 255. Sequuntur alia de Paullino teſtimonia deſumpta ex libro Gennadii presbyteri Marſilienſis de Illuſtribus Viris Cap. XLVIII (ibid. pag. CXII.) ex Iſidori Hiſpalenſis Archiep. libro de Viris Illuſtribus Cap. XIX (deeſt loc. cit.) ex Marci Michaëlis presbyteri Corytenſis Libro de Illuſtribus Viris (deeſt), ex Auguſtini Epiſcopi Hipponenſis Epiſtola ad Paullinum (ibid. pag. CVI. ſed aliter excerpta) & ex Libro primo Cap. X. de Civitate Dei (ibid. pag. CIX. ſed multo brevior), ex Hieronymi Epiſtola ad Paullinum, quae inc. *Bonus homo &c.* (ibid. pag. CIII.), item ex alia, cuius initium eſt: *Frater Ambroſius &c.* (ibid. pag. CIV. ſed multo brevior), ex Vincentii (*Bellovacenſis*) Speculo hiſtoriali (4) libro XIX Cap. XXV. (deeſt), tandem iterum ex Auguſtini Epiſt. ad Licentium (ibid. pag. CV.)

Codex membranac. Ms. in folio Saec. XV. nitidiſſimus cum litteris initialibus Epiſtolarum aureis. Conſtat foliis ſcriptis 260.

PAVLLI FLOR. DE ORIGINE ORD. SERVOR.

Cod. XXI.

PAulli Florentini Dialogus de origine Ordinis Servorum Beatae Mariae ad Petrum Coſmae (5). Prologus inc. *Quum ad Petrum Coſmae virum quippe adſpectu iucundum &c.* Deſ. *iterumque legendum*. Liber inc. *Efflagitaſti ex me &c.* Deſ. *in hoc ducem crederem*. In littera initiali interlocutores eleganti pictura exprimuntur; aureoque inſuper titulo, & Mediceo ſtemmate prima pagina exornatur.

Co-

(1) Ita habetur in Codice, ſed legendum *Carnotenſis*.
(2) Male legitur in Catalogo Montfauc. *Herois*.
(3) Ita in Codice inſcribitur, ſed eſt quaedam potius ad ipſum Ignatium oratio.
(4) Prodiit Moguntiae per Io. Fuſt MCCCCLXXIV. fol.
(5) Hunc Dialogum, ex hoc ipſo Codice deſcriptum, edidit Vir Cl. Io. Lamius in Deliciis Eruditor. anno MDCCXLII. 8. ac in praefatione multa profert de eius auctore, qui fuit Paullus Attavantius Servorum Deiparae Coenobita, qui ipſum ſcripſit admodum iuvenis, & quidem quum Petrus Medices quadrageſimum aetatis annum ageret, anno videlicet MCCCCLVI. Interlocutores inducit Petrum Medicem, & Marianum Salvinium Servitam, Epiſcopum Cortonenſem, qui eius magiſter fuerat, quum Paullus ſeptennis Monachicum habitum in Florentino Coenobio induit, ut Pocciantius memoriae prodidit.

Digitized by Google

Codex membranac. Ms. in 8. Saeculi XV. nitidiſſimus, in cuius fine legitur *Recenus ſcripſit*. Conſtat foliis ſcriptis 40.

SVMMA MAGISTRI PETRI DE INSVLELLA.

Cod. XXII. SVmma Grammaticalis, auctore Magiſtro Petro de Inſulella. Inc. *Vt ad ſapientiam per grammaticam venire poſſimus*. Deſ. *propter ſignificationem immutandam, ut quidam*. Explicit liber Summae. *Deo gratias*. Nihil de eo habet Fabricius.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIV. binis columnis exaratus, cum pluribus initialibus litteris varie depictis. Conſtat foliis ſcriptis 56.

SENTENTIAE SS. PATRVM.

Ac praeterea

Alia aliorum SS. PP. Opera.

Cod. XXIII. I. pag. 1. SEntentiae SS. Patrum de variis virtutibus acquirendis, vitiiſque ipſis oppoſitis evitandis, in varia Capita diſtributae. Primum Caput inſcriptum *Qualiter miles Chriſti charitatem habere debeat*, inc. *Scio vere multum eſſe beatum, qui ſe ſolummodo ſalvat Domino adiuvante; ſed multum felicior eſt, qui deſiderat ſecum alios trahere ad caeleſte regnum. Quapropter moneo tuam charitatem, o homo, quicumque legeris hanc ſcripturam, ut quae audieris, perfecto opere compleas, & aliis bonum exemplum monſtres, ut de tuo, & de aliorum labore merearis recipere a Deo remunerationem &c.* Vltimum *de morte* deſ. *quum autem illicita quiſque perpetrat, pavet quod fecit, & apertus damnationis teſtis eſt ipſe timor iniquitatis, quia & timetur quod agitur, & tamen malum non vincitur quod timetur. In omne quod iniquus egit tribulatione & anguſtia bellatur, quia cor eius anxietate, & ſuſpectione confunditur*. Clauditur Opus litteris grandioribus, & rubricatis: *Explicit Liber de ſententiis Sanctorum Patrum*.

II. pag. 48. Libellus Martini (*Dumienſis*, poſtea *Bracarenſis*) Epiſcopi ad Mironem Regem Gallitienſem de quatuor virtutibus, ideſt, Prudentia, Fortitudine, Temperantia, Iuſtitia. Epiſtola nuncupatoria inc. *Glorioſiſſimo, ac tranquilliſſimo, & inſigni catholicae fidei praedito pietate Mironi Regi Martinus humilis Epiſcopus. Non ignoro, clementiſſime Rex &c.* Deſ. *valeant adimpleri*. Liber vero inc. *Quatuor virtutum ſpecies*. Deſ. *aut deficientem contemnat ignaviam*. Exſtat in Biblioth. PP. Pariſ. apud Egid. Morellum MDCXLIV. Tom. V. pag. 689., & Lugdunenſi Tom. X. pag. 382. Praefatio in eamdem formulam, quae ibi omiſſa fuerat, affertur in Spicilegio Dacherii Tom. X. pag. 626. & novae edit. Pariſ. A. MDCCXXIII. fol. Tom. III. pag. 312.

III. pag. 51. *b*. S. Ioannis (*Chryſoſtomi*) Epiſcopi Sermo de patientia, & gratiarum actione, & quia non oportet ſic fortiter lugere mortuos, praeſertim quum parvuli mundi de hac vita ſervati ſint. Inc. *Age Maxime, bonae praecedentium dierum ſollertius ad ſermonem, & doctrinam ingrediamur. Valet doctrina non parve conſolari dolorem*. Deſ. *ſimul cum eis unus ad ſe*. Interpres anonymus. Hanc Homiliam Chryſoſtomo abiudicat Montfauc. eius Operum Tom. IX. pag. 806.

IV. pag. 53. Iſidori Hiſpanienſis (corr. *Hiſpalenſis*) Epiſcopi Synonymorum Libri duo, praeeunte Prologo, qui inc. *In ſubſequente hoc libro*. Deſ. *& admonentis rationis*. Liber primus inc. *Homo, anima mea in anguſtiis eſt*. Secundus deſ. *tu mihi ſupra vitam meam places*. In edit. alias cit. Part. II. a pag. 367. ad pag. 391.

V. pag. 73. *b*. Sermo S. Ambroſii Epiſcopi de Sacramentis. Inc. *In veteri teſtamento ſacerdotes frequenter in primum tabernaculum intrare conſueverant*. Deſ. *& oculos, quos vobis aperuit, plenius illuminare dignetur per Vnigenitum Filium ſuum &c.* Eſt Liber IV. de Sacramentis, & incidit inter eius Opera cit. edit. Tom. II. a pag. 365. ad pag. 374.

VI. pag. 76. Iuliani Collectane (corr. *Toletanae*) Civitatis Epiſcopi (1) Liber Prognoſticorum futuri ſaeculi. ſeu potius Prognoſticum futuri ſaeculi Libris III. quibus ſingulis Capitum index praecurrit. Liber I. inc. *Peccato primi hominis actum eſſe, ut mors in mundum intraret Paullus Apoſtolus docet*. Liber III. deſ. *nam quis alius noſter eſt finis, niſi pervenire ad regnum, cuius nullus eſt finis?* Edidit hoſce Libros Ioannes Cochleus Lipſiae MDXXXV. 4. unde inlati ſunt poſtea in Bibliothecas Patrum, Pariſienſem A. MDCXLIV. Tom. IX. pag. 343., Colonienſem Tom. VII., & Lugdunenſem Tom. XII. pag. 590.

VII. pag. 107. S. Ioannis Chryſoſtomi Liber de reparatione lapſi, interprete anonymo. Inc. *Quis dabit capiti meo aquam &c.* Definit imperfecte in verbis: *ſi mihi credis iam mihi videor videre erga te Dei nutum, & te quidem ſublimari auxilio divino. Adver* .... mutilato fortaſſe Codice inter pag. 127. & 128. Operum Chryſoſt. edit. Montf. Tom. I. pag. 1. ubi inſcribitur: *Paraeneſis, ſive adhortatio ad Theodorum lapſum*.

VIII. pag. 128. S. Baſilii Epiſcopi de Inſtitutis Monachorum Liber in forma dialogi, praevia Capitum CCIV. tabula. Praecedit Ruffini presbyteri ad Vrſatium (2) Epiſtola, quae inc. *Satis libenter*. Deſ. *vel obſervationibus vivant*. Liber inc. *Humanum genus diligens*

(1) Iulianus Hiſpanus, Toletanae Eccleſiae poſt Quiricum ab An. DCLXXX. ad DCXC. Epiſcopus, & Carthaginis provinciae in Hiſpania Metropolitanus, ſcripſit hoc Prognoſticum futuri ſaeculi libris tribus, quorum primus agit *de origine mortis humanae*, ſecundus *de animabus defunctorum, quomodo ſe habeant ante ſuorum corporum reſurrectionem*, & tertius *de ſuprema corporum reſurrectione*. Praemiſſa eſt ad Idalium Epiſcopum Barcinonenſem Epiſtola, & Oratio ad Deum.

(2) In edit. *Vrſeium*.

Digitized by Google

gens Deus. Deſ. *ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt*. Extat in Codice Regularum Lucae Holſtenii Romae per Vitalem Maſcardum MDCLXI. Tom. I. a pag. 173. ad pag. 280.

IX. pag. 161. S. Caeſarii Epiſcopi Arelatenſis Admonitiones XXXII. (1) quarum recenſionem quum per extenſum dederimus in Cod. XX. Plut. XVI. ſupra pag. 261. ſeqq. heic tantum ea, in quibus hic Codex ab illo diſcrepat, adnotabimus. Primae Admonitionis titulus idem cum illo. Secunda, quae ibi eſt anepigrapha, heic inſcribitur: *Admonitio II. per quam oſtenduntur tria genera eleemoſynarum, quibus peccata abſque labore corporis redimi poſſunt*. Tertiae, quartae, quintae, ſextae, & ſeptimae tituli concordant cum editis in Biblioth PP. ibibi citata, quoſque ſuis locis referimus, idemque fit in titulo decimaequintae; in illo decimaeſextae, qui ibi mutilus eſt, inter verba *Deus* & *permiſerit* inſerenda ſunt haec *pauperes in hoc mundo eſſe*; decimaenonae titulus in hoc aliquanto prolixior ita habet: *Item eiuſdem in hoc ſermone quod dicitur: frange eſurienti panem tuum; & quod melius eſt eleemoſyna quam ieiunium, & ut peregrini vel in uno angulo domus excipiantur, & de veſtimentis comeſtis*. Omittuntur deinde in hoc Admonitiones vigeſima, & vigeſimaprima; quare vigeſima in hoc, eſt vigeſimaſecunda in illo, XXI. (ibi XXIII.) inſcrib. *Item eiuſdem*. Omiſſis deinde XXIV. XXV. XXVI. XXVII. XXVIII. & XXIX., quae in hoc eſt XXII. ibi eſt XXX. ac rurſus omiſſa XXXII., quae heic eſt XXIV, ibi eſt XXXIII. & ſic de reliquis. Vltima, nempe XXXII. in hoc, ibi eſt XLI. & inſcribitur *de viduitate ſervanda*, deſinitque *merearis conſequi per eum qui vivit &c.*

X. pag. 204. Fragmentum Regularum Monaſticarum incipiens a Regula XXVIII. ita: *Conſequens ergo eſt, ut etiam vel qui ſuis filiis, vel aliqua neceſſitudine ad ſe pertinentibus in Monaſterio conſtitutis vel quamlibet veſtem, vel aliud aliquid contulerit &c.* Vltima num. XLVII. notata deſ. *orans, ut ſibi debitum dimittatur, & in tentatione non inducetur*. Pertinet ad Regulam Tamatenſis Monaſterii apud Holſtenium in Cod. Regular. Part. I. a pag. 179. ad pag. 194.

XI. pag. 205. Tituli (XLII.) pro quibus ſunt fratres admoniti Paulli, & Stephani. Primus inc. *Inprimis ergo hortamur, ut timorem Dei, & mutuam charitatem, & unanimitatem omnes in bonis ſtudiis habeamus*. Vltimus deſ. *& nobis remiſſionem peccatorum condonans, in aeternam requiem cum ſua pace cuſtodiat*. Exſtant in cit. Cod. Regular. Holſtenii Par. II. a pag. 75. ad pag. 86.

XII. pag. 209. *b.* Sententiae aliquae ex Libro S. Auguſtini de Opere Monachorum ad Aurelium Epiſcopum de hoc, quod praecepit beatus Paullus Apoſtolus, qui non vult operari, nec manducet. Inc. *Sicut ergo non ceſſavit Apoſtolus, immo Spiritus Dei poſſidens, & implens, & agens cor eius, exhortari fideles, qui habent huiuſmodi ſubſtantiam, ut nihil deeſſe neceſſitatibus ſervorum Dei &c.* Deſ. *cui reſpondeo; puta me neſcire, corporaliter tamen operatum eſſe, & inde in carne vixiſſe non utentem poteſtate, qua Dominus . . . . .* Videntur mutilae; dividuntur autem in XIII. Sectiones.

XIII. pag. 211. Beati Auguſtini Liber de natura Boni cum Prologo, qui inc. *Liber de natura Boni adverſus Manichaeos*. Deſ. *quas naturas finxit error ipſorum*. Liber vero inc. *Summum Bonum, quod ſuperius non eſt, Deus eſt*. Deſ. *caeleſtem vitam, aeternamque praeponant. Amen*. In edit. eius Oper. alias cit. Tom. VIII. a pag. 501. ad pag. 518.

XIV. pag. 218. *b.* Excerpta duo ex dictis Gregorii Papae. Inc. *Ventum eſt ad tertiam quaeſtionem, quae propoſuit difficultatem, longiorem exigit diſputationem, quum nos dicamus ab haereticis ordinatos vulneratum per illam manus impoſitionem habere caput &c.*

XV. pag. ead. Excerptum ex Decretis Fabiani Papae. Inc. *De hoc quaeritur, utrum ordinatus a ſimoniaco ſit presbyter, qui probatur non eſſe*. Deſ. *attentantes probare eſſe presbyterum*. Inde duo alii verſus ſequuntur, in quibus abſolvitur Codex, qui ſunt iſti: *Si baptizatus a laico orthodoxo, vel ab haeretico Chriſtianus eſt & ordinatus . . . . . .* reliqua deſiderantur.

Codex membranac. Ms. in fol. min. Saec. XI. optime ſervatus, & binis columnis exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 218.

FINIS PLVTEI XXIII.

PLV-

(1) Montfauc. in ſuo Catalogo perperam habet *XLVII.*

Digitized by Google

PLVTEVS XXIV.

QVI CONTINET LATINOS CODD. MSS. VIII. EDITVM I.

CODEX I.

BEATI REMIGII EXPOSITIO IN EPIST. D. PAVLLI.

IN nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti incipit Beati Remigii (1) Epiſcopi Expoſitio ſuper Epiſtolas Divi Paulli. Prologus inc. *A Corintho civitate Metropoli Achaiae regionis Graecorum ſcripſit Apoſtolus Paullus Romanis hanc Epiſtolam, quos non ipſe, non Petrus, non quilibet duodecim Apoſtolorum primum inſtruxit*. Deſ. *eorumque fama in omnium hominum reſonabat ore*. Expoſitio in Epiſtolam ad Romanos inc. *Paullus ſervus &c. De nomine Apoſtoli iam ſuperius dictum eſt, ſed quaerendum eſt, quum Dominus dicat: iam non dicam vos ſervos, ſed amicos meos &c.* Expoſitio in ultimam, quae eſt ad Hebraeos, deſ. *fidemque, quam docuit integerrime cuſtodientes, boniſque operibus exornantes ad contemplationem ſupernae viſionis Chriſto duce pertingere mereamur*. Hic Commentarius in Epiſtolas Paulli, qui vulgo Remigio Remenſi, vel Haymoni tribuitur, ad Remigium potius Antiſſiodorenſem pertinet, quia Gregorius Magnus cum Beda ibi citatur, & Saracenorum mentio fit. Sub huius nomine prodiiſſe in Biblioth. PP. Colonienſi tradit Caveus, quod longe ſecius eſt. Nam Tomo V. eiuſque Parte III. expreſſe habetur *Remigii Remenſis Epiſcopi Explanatio Epiſtolarum Paullinarum*, ex editione Io. Bapt. Villalpandi Romae MDXCVIII. fol. & Moguntiae MDCXIV. fol. In Bibliotheca vero Lugdunenſi anni MDCLXXVII. Tom. VIII. pag. 883. = 1124. Remigio Lugdunenſi adſcribitur, quam nos editionem conſuluimus, & cum ipſa convenire comperimus. Vid. Hiſtor. Galliae Litterariam Tom. III. pag. 162.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XII. binis columnis nitidiſſime exaratus, in cuius primae paginae infimo margine legitur: *Ludovicus Beccatellus Bononienſis, Archiep. Raguſinus, & Praepoſitus Pratenſis, Mediceae Bibliothecae dicavit MDLXIX.* (2) Conſtat foliis ſcriptis 257.

(1) Remigius, Monachus Coenobii S. Germani, Antiſſiodorenſis, Ord S. Benedicti, poſt A. DCCCLXXXII. a Fulcone Archiepiſcopo Remenſi ad ſcholam ibi regendam evocatus eſt teſte Flodoardo Hiſt. Rem. IV. 9. Fuſius de illo agit Hiſt. Litteraria Galliae Tom. VI. pag. 99.

(2) Montfauc. in ſuo Catalogo perperam habet an. 1669.

D. REMIGII EXPOSITIO EPISTOLAE AD ROMANOS.

Seu potius

In Epiſtolas Paullinas.

COmmentarius B. Remigii in Divi Paulli Epiſtolas, ut in Codice praecedenti. Heic tamen deeſt Commentarius in Epiſt. ad Titum, & in ultimam ad Hebraeos, & deſinit in illo Epiſtolae ad Philaemonem, & quidem in hiſce verbis: *ut adhaereat Domino mente & corpore, & impleatur illud, quod ſcriptum eſt; qui autem adhaeret Domino, unus ſpiritus eſt. Explicit Epiſtola ad Philemonem*. Incidit hic finis in citato Biblioth. PP. Tomo pag. 1078. Animadvertendum eſt Epiſtolarum textum rubrica eſſe exaratum. Cod. II.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIII. ineuntis, binis columnis exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 169.

D. REMIGII EXPOSITIO IN EPISTOLAS DIVI PAVLLI.

SAncti Remigii Archiepiſcopi & Confeſſoris ſuper Epiſtolas Paulli Enarratio. Eadem hic continet omnino, quae ſuperior Codex II. huius Plutei, ex quo videtur fuiſſe deſcriptus. Textus Epiſtolarum cynnabari exaratus eſt, & in prima pagina imago ipſius Expoſitoris repraeſentatur, una cum Leonis X. Pont. Max. inſignibus; ſingularum vero Epiſtolarum initiales litterae auro, variiſque coloribus mirifice depictae ſunt. Cod. III.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus. Conſtat foliis ſcriptis 339 praetermiſſus in Catalogo Montfauconiano.

D. RE-

Digitized by Google

D. REMIGII EXPOSITIO SVPER PSALMOS.

Cod. IV. D. Remigii Commentarius in pſalmos omnes, ut ex ſubſcriptione in fine adpoſita eruitur; nam prima Codicis pagina, ubi fortaſſe titulus Operis erat exaratus, & pulcherrima etiam pictura exornatus, videtur fuiſſe reciſa, ac ſublata. Incipit a primo pſalmo: *Beatus vir. Beatus vir dicitur, quaſi bene auctus, vir a viribus; beatus vir qui non abiit in conſilio &c. Tribus modis omne peccatum agitur*. Definit in pſalmo: *Laudate Dominum in ſanctis eius*, & quidem ita: *& quoniam ſanctiſſimus Propheta univerſa quae dicta ſunt ſpecialiter volebat intelligi, aptiſſimo librum fine concludit. Omnis, inquit quidem ſpiritus laudet Dominum*. Tum ſubiicitur: *Liber Remigii viri excellentiſſimi ſuper Pſalterium feliciter explicit*; & in infimo ultimae paginae margine minutiſſimis litteris ſcriptionis fortaſſe annus ita exprimitur: 1489. 25. *Octobris*. Haec Commentaria in Pſalmos, ex Ambroſio, Auguſtino, & Caſſiodoro contexta, prodierunt Coloniae MDXXXVI. fol. & Tom. XVI. Biblioth. PP. Lugdun. Quidam Manegoldo tribuunt, de quo Fabricius Biblioth. Lat. med. & inf. aetat. Tom. V. pag. 12.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus, & cum litteris initialibus ſingulorum pſalmorum auro pictis. Conſtat foliis ſcriptis 306.

ROGGERII PLACENTINI QVADRAGESIMALE.

Cod. V. Rogerii de Placentia Ordinis Minorum Provinciae Siciliae Conciones quadrageſimales. Inc. *Quum ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritae triſtes. Pro huius thematis introductione invenio tres ſcholas, Moyſi, Mahometti, & Domini noſtri Ieſu Chriſti &c.* Def. *& ſic ex iſta hortus animarum noſtrarum, ſi tamen famulus hortulani, ideſt voluntas noſtra ſollicite extirpavit malas cogitationes, ideſt malas herbas, impleatur abundanter, per quam poſſit invenire gratiam, & poſtea gloriam, ad quam gloriam ille vos, & me perducat, qui in Trinitate vivit, & regnat per omnia ſaecula. Amen*. Tum ſubditur: *Explicit Quadrageſimale ſcholarum ad laudem Dei amen. Dextera ſcribentis ſalvet Filius Omnipotentis. Iſtud Quadrageſimale compoſuit Magiſter Rogerius de Placentia Ordinis Minorum provinciae Siciliae*. Huius ſcriptoris ex hoc ipſo Codice notitia datur in Biblioth. med. & inf. Lat. Fabricii Tom. VI. pag. 119.

Codex chartac. Ms. in 8. maiori Saec. XIV. peſſimae ſcripturae. Conſtat foliis ſcriptis 116.

RAIMVNDI SVMMA.

I. pag. 1. Magiſtri Raymundi (de Penafort) de Ordine Praedicatorum Summae Libri III. cum Prologo, qui inc. *Quoniam, ut ait Hieronymus, ſecunda poſt naufragium tabula &c.* Def. *charitate fraterna corrigas & emendes*. Libri I. Caput I. *De ſimonia* inc. *Quoniam inter crimina Eccleſiaſtica ſimoniaca haereſis obtinet primum locum &c.* Libri III. Caput ultimum *De poenitentiis & remiſſionibus* def. *mereamur audire in die Domini dulcem & ineffabilis iucunditatis illam vocem: venite benedicti, percipite regnum &c.* ut in editione Veronenſi MDCCXLIV. fol. a pag. 1. ad pag. 457. In Codice vero apponuntur nonnullis locis additiones quaedam marginales, & quidem recentioris manus. Cod. VI.

II. pag. 79. Interpretatio quaedam in illum Ezechielis XI. locum, ubi legitur, quod *Cherubim habebat faciem hominis, & faciem leonis*, quae verba intelligenda eſſe adſeritur de primo, & ſecundo Chriſti adventu. Inc. *Cherubim, ideſt plenitudo in Chriſto. Apoſtolus: praedicamus vobis exemplum Dei virtutem & Dei ſapientiam*. Def. *ut reddat illis, quorum eſt, & ſic moriens vadit in os diaboli. Vigilemus igitur &c. Adſit nobis*.

III. pag. ead. Quaedam B. Raymundi Epiſtola ſub titulo: *Quaedam conſultationes Domini Papae, & earumdem reſponſiones*. Inſcrib. & inc. *Dilectis in Chriſto Fratribus N. Priori de Ordine Praedicantium, & N. Miniſtro Fr. Minorum in regno Cunitii commorantium Fr. R.* (ſc. *Raymundus*) *Domini Papae Poenitentiarius ſalutem in Domino. Poſtulaſtis per Sedem Apoſtolicam edoceri quid in ſubſequentibus tenere articulis debeatis. Perlectis itaque coram Domino Papa &c.* Def. *agatis cum eis, prout veſtra diſcretio viderit expedire*. Agitur autem heic de iis, qui vendunt naves, & deferunt arma, vel ferrum, vel impendunt aliquod auxilium Saracenis, inter quos nominantur Ianuenſes; nec non de iis, qui cum Infidelibus cohabitant &c.

IV. pag. 80. *b*. Eiuſdem Decretales novae, quibus hoc breve praecurrit prooemium: *Venerabilibus & chariſſimis in Chriſto Prioribus & Fratribus Ordinis Praedicatorum, ad quos litterae iſtae pervenerint, Fr. R.* (ſc. *Raymundus*), *Domini Papae Poenitentiarius ſalutem & orationes in Domino. Sex Decretales infraſcriptas vobis utiles, & tam in conſiliis, quam in confeſſionibus neceſſarias vobis ad praeſens de nova compilatione per dilectum noſtrum amicum & familiarem, noſtri Ordinis Theſaurarium Vicen. duxi ſub noſtro ſigillo fideliter tranſmittendas. Orate pro me miſero peccatore*. Primum Caput inſcr. *De ſententia excommunicationis*, & inc. *Quum voluntate ac propoſito maleficia diſtinguantur, excommunicationis ſententiam non incurrunt &c.* Vltimum *De poenitentiis & remiſſionibus* def. *dicendum eſt cum*

non

non tantum minori, quae a participatione Sacramentorum, ſed etiam maiori excommunicatione, quae a communione fidelium ſeparat, eſſe ligatum. Sunt autem in quinque tantummodo breviſſimos libellos diviſae; quare quum in prooemio relato ſex enuncientur, videntur in fine mutilae eſſe. Haec autem, quae poſt Summam recenſuimus, haud clare videntur indicari a Iacobo Quetif & Eccard in Scriptor. Ord. Praedicat. Tom. I. p. 106. ſeqq. ubi de Raymundo fuſe loquitur, & eius Operum catalogum refert.

Cod. membr. Ms. in fol. Saec. XIII. exeuntis, binis columnis exaratus, cum auctoris icone monaſtico habitu nigro induti ac cum cucullo, cui adſtat etiam columba. Conſtat foliis ſcriptis 83.

RAIMVNDI SVMMA.

Cod. VII. MAgiſtri Raymundi de Pennafort Summae Theologiae Moralis Libri IV. cum Prologo. Caput I. Libri I. *De ſimonia* inc. *Quoniam inter crimina*. Caput ultimum Libri IV. *De dotibus, & donationibus propter nuptias* deſ. *non invidenti animo, ſed benigno corrigat & emendet*. In cit. edit. a pag. 1. ad pag. 536. Notandum interim eſt Librum III. hiſce verbis claudi: *Explicit Summa Fratris Raymundi Ordinis Praedicatorum amen*, ita ut Liber IV. ad alium auctorem pertinere videatur, in cuius calce deſcripta legitur Tabula Capitum, ſeu Titulorum, qui in ſingulis quatuor Libris pertractantur.

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XIV. binis columnis exaratus, in cuius calce legitur nomen poſſeſſoris, hiſce verbis: *Hic liber eſt presbyteri Iuliani Bartholomaei Tendi, & amicorum eius*. Conſtat foliis ſcriptis 163.

QVAESTIONES THEOLOGICAE CHARACTERIBVS LONGOBARDIS SCRIPTAE.

QVaeſtiones Theologicae, & Philoſophicae incerti auctoris, Latina lingua, ſed Graecis characteribus exaratae. Inc. *Circa ſecundum quaeritur, utrum multitudo creaturarum &c.* Deſ. *hic autem eſt Deus*. Cod. VIII.

Codex chartaceus Ms. in fol. Saec. XV. ineuntis, binis columnis ac perverſis litteris exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 82.

EXAMEN THEOLOGICVM.

EXamen Theologicum in ſecundum Sententiarum pro laureandis ad Clementem VIII. Pont. Max. auctore Fr. Chriſtophoro Sylveſtrano Brenzono Carmelita, Theologiae Doctore Patavino. Nihil de hoc Scriptore neque apud Fabric. in Bibl. Latin. med. & inf. aetat. neque apud Maittaire in Annal. Typograph. occurrit. Cod. IX.

Codex chartac. impr. in fol. Veronae apud Franciſcum a Donnis, & Scipionem Vargnanum Generum MDXCVIII. Conſtat foliis 243.

PLVTEVS XXV.

QVI CONTINET LATINOS CODICES MSS. VII.

CODEX I.

PROVERBIA SALOMONIS,

Ac praeterea

Alii Veteris Teſtamenti Libri, & omnes Novi.

I. pag. 1. LIber Proverbiorum, cui praecedit Praefatio S. Hieronymi ad Chromatium, & Heliodorum Epiſcopos. Inc. *Iungat Epiſtola*. Deſ. *ſuum ſaporem ſervaverint*. Inde ſequuntur duo Prologi, quorum alter inc. *Tribus nominibus*. Deſ. *& neſcit eſſe ſe regem*. Alter inc. *Tres libros Salomonis*. Deſ. *ſemper peregrini memento*. Tum Capitula Proverbiorum, quae ſunt LVIII. Primum eſt *De parabolis Salomonis* Vltimum *Retributio de fructibus manuum & laus ex operibus*.

II. pag. 9. *b*, Liber Eccleſiaſtae, praevia Capitum XXXI. tabula. Primum eſt: *Quod va-*

vanitas vanitatum ſit omne quod tranſit. Vltimum: *Non eſſe amplius requirendum praeter Deum timendum, & mandata eius obſervanda*.

III. pag. 12. Cantica Canticorum.

IV. pag. 14. Liber Sapientiae, praevia Capitum tabula IL. Primum: *De diligenda iuſtitia*. Vltimum: *Quod magnificaverit Dominus populum ſuum, quem eduxit de terra Aegypti*. Addita legitur in margine ſuperiori & quidem ab alia manu breviſſima praefatio, quae inc. *Liber Sapientiae apud Hebraeos nuſquam eſt &c.*

V. pag. 20. *b.* Liber Ieſu filii Sirach cum Prologo, qui inc. *Multorum nobis*. Deſ. *vitam agere*; & cum Capitum tabula CXXXVI. Primum inſcribitur: *Omnis ſapientia a Domino Deo eſt*. Vltimum: *Oratio Salomonis*. In fine uncialibus rubris litteris adſcriptum eſt: *Explicit Liber Eccleſiaſticum* (ſic) *V. N. II. DCCC.*

VI. pag. 36. Liber Pſalmorum, cui praecedit *Origo prophetiae filii David regis Iſrael. Pſalmum* (ſic) *Num. CL.* Inc. *David filius Ieſſe*. Deſ. *qui a David dictus eſt Chriſtus*. Inde ſequitur *Praefatio S. Hieronymi presbyteri in novo translatum*. Inc. *Pſalterium Romae*. Deſ. *quam puriſſimo fonte potare*. Ante pſalmum ultimum, qui inc. *Puſillus eram inter fratres meos &c.* haec uncialibus litteris rubricatis adſcripta ſunt: *Hic pſalmus proprie ſcriptus eſt, & extra numerum, cum pugnavit cum Goliad. Hic pſalmus in Hebraeis Codicibus non habetur: ſed ne a LXX. quidem interpretibus additus eſt: & idcirco repudiandus eſt*. In fine haec alia maioribus item litteris adiiciuntur: *Expliciunt pſalmi DD. verſuum num. quinquemilia*.

VII. pag. 52. Paralipomenon Libri duo, quibus praecedit *Praefatio S. Hieronymi presbyteri in libro Dabreiamin, ideſt verba dierum; quod eſt Paralipominon*. Inc. *Septuaginta Interpretum*. Deſ. *ſi aures ſurdae ſunt ceterorum*. In calce libri ſecundi, quod & in aliis obſervavimus, titulus ſupra relatus repetitur. Inſuper pag. 75. *b.* occurrit a diverſa manu exarata *Oratio Manaſſe regis, filii Ezechiae regis Iudae* Inc. *Domine Deus omnipotens*. Deſ. *& tibi eſt gloria in ſaecula ſaeculorum. Amen*.

VIII. pag. 76. Liber Ezrae cum Praefatione Euſebii Hieronymi, quae inc. *Vtrum difficilius ſit*. Deſ. *& odio deterrebor*.

IX. pag. 85. Liber Tobiae cum Praefatione Hieronymi ad Chromatium & Heliodorum Epiſcopos, quae inc. *Mirari non deſino*. Deſ. *quod iubere eſtis dignati compleſſe*. In fine legitur: *Explicit Liber Tobi V. DCCCC.*

X. pag. 88. *b.* Liber Iudith cum Praefatione, quae inc. *Apud Hebraeos Liber Iudith inter hagiographa legitur*. Deſ. *inſuperabilem ſuperaret*. In calce legitur: *Explicit Liber Iudith V. I. C.*

XI. pag. 93. *b.* Liber Eſther cum Praefatione S. Hieronymi, quae inc. *Librum Eſther*. Deſ. *editione maluimus*.

XII. pag. 98. *b.* Libri Maccabaeorum duo, praevia ſingulis Capitum tabula. Primi Libri Capita ſunt LXI. Primum eſt: *Vbi verſa Ieruſalem conſenſerunt Iudaei edicto regis ſacrificare idolis*. Vltimum: *Vbi Ptolomaeus, filius Abobi, occidit Simonem cum filiis ſuis in convivio, & Ioannes, filius Simonis, occidit eos, qui venerant perdere eum*. In ſuperiori margine manu ſaeculi XIII. adſcriptus eſt Prologus, cuius initium eſt: *Maccabaeorum Libri licet non habeantur in Canone Hebraeorum &c.* Secundi vero ſunt Capita LIII. quorum primum: *Vbi occiſus eſt Antiochus rex in templo Naneae a ſacerdotibus cum his qui ſecum erant*. Vltimum: *Vbi caput & manum Nicanoris abſcidi Iudas praecepit, & Hieroſolymam mitti*.

XIII. pag. 118. Quatuor Evangelia cum Prolegomenis, quae ſunt: I. S. Hieronymi presbyteri in eadem Praefatio, quae inc. *Beato Papae Damaſo Hieronymus. Novum opus facere &c.* Deſ. *& memineris mei, Papa beatiſſime*. II. Argumentum, quod inc. *Sciendum tamen*. Deſ. *quod ſolum eſt*. III. Canonum Tabulae octo. IV. Tandem alia iterum Praefatio, quae inc. *Plures fuiſſe, qui Evangelia ſcripſerunt*. Deſ. *quam Eccleſiaſticis viris canendas*. Hiſce in genere praemiſſis, ſequitur Evangelium Matthaei cum Praefatione S. Hieronymi presbyteri in ipſum, quae inc. *Matthaeus ex Iudaea, ſicut in ordine primus ponitur*. Deſ. *quaerentibus non tacere*: cui adnectuntur Capita ipſius Evangelii, nullis tamen diſtincta numeris. Primum eſt: *Generationem &* (ſic) *duarum ab Abraham uſque ad Chriſtum ordo narratur &c.* Vltimum: *Vndecim diſcipulis in monte adorantibus baptizandi formulam tradit, & ſuam eis uſque in finem ſaeculi praeſentiam pollicetur*.

XIV. pag. 130. Evangelium ſecundum Marcum. Argumentum inc. *Marcus Evangeliſta Dei electus*. Deſ. *qui autem incrementum praeſtat Deus eſt*. Capitula ſunt XLVI. (1) Primum inſcrib. *Iſaiae teſtimonio, Ioannes Angelus, ideſt nuntius appellatur, & praedicatio eius baptiſmuſque refertur*. Vltimum: *Reſurrectionis proinde breviter veritate monſtrata, quorumdam incredulitas clementer arguitur, & adſcenſio atque a dextris Dei conſeſſio, vel diſcipulorum praedicatio ſignis ſequentibus indicatur*.

XV. pag. 136. *b.* Evangelium ſecundum Lucam, cum Prologo, cuius initium eſt: *Lucas Syrus*. Finis: *quam faſtidientibus prodidiſſe*; & cum Capitum CIV. elencho. Primum eſt: *Praefatione Lucas Theophilo Evangelium indicat per ordinem deſcripturum. Sacerdotium iuſti Zachariae refertur*. Vltimum: *Conloquentibus diſcipulis, adſtans in medio dicit: Pax vobis; & adhuc paventes, ſpiritumque putantes oſtenſione trans figuram manuum, pedumque confirmat; edens coram ipſis partem piſcis aſſi, & favum mellis, inſtruit eos; promiſſum Patris miſſurum ſe dicens adſcendit in caelum*.

XVI.

(1) Duobus tamen poſtremis nullus in margine numerus eſt adpoſitus.

Digitized by Google

XVI. pag. 147. *b.* Evangelium ſecundum Ioannem. Hoc quoque praecurrit Prologus, qui inc. *Hic eſt Ioannes*. Deſ. *doctrina ſervetur*. Prologum ſequuntur Capita XLVI. Primum: *In principio Verbum Deus apud Deum, per quem facta ſunt omnia, & Ioannes miſſus refertur ante eum, qui recipientes ſe facit filios Dei per gratiam ſuam*. Vltimum: *Vſque tertio dicit Petro; amas me? qui ter eum negaverat; & paſcendas oves aeque tertio commendans extenſione manuum ſignificat ei, quod crucis morte foret martyrio coronandus*.

XVII. pag. 156. *b.* Liber Actuum Apoſtolorum, cum Prologo, qui inc. *Lucas Antiochenſis*. Deſ. *proficeret medicina*. Capitum vero LXXIV. quorum praecedit elenchus, primum eſt: *Vbi praecepis Ieſus diſcipulis ab Ieruſalem ne diſcederent*. Vltimum: *Vbi poſt menſes tres in navem Alexandrinam, quae in Inſulam hiemaverat navigaverunt*.

XVIII. pag. 168. Epiſtolae VII. Canonicae cum Prologo, & Argumento. Ille inc. *Non ita ordo eſt*. Deſ. *veritatem poſcentibus denegabo*. Hoc vero inc. *Iacobus, Petrus, Ioannes, Iudas ſeptem Epiſtolas ediderunt &c.* Vnicuique autem Epiſtolae ſua praemittitur Capitum ſeries.

XIX. pag. 173. *b.* Liber Apocalypſis Ioannis Apoſtoli. Prologus inc. *Ioannes Apoſtolus*. Deſ. *doctrina ſervetur*. Capita ſunt XXIV. Primum: *Ioannes ſeptem Eccleſiis, quae ſunt in Aſia*. Vltimum: *Ego Ioannes miſi Angelum meum ſignificare vobis haec in Eccleſia*.

XX. pag. 179. Epiſtolae XIV. Divi Paulli, praevio Argumento in omnes (1), quod inc. *Epiſtolae Paulli ad Romanos cauſſa haec eſt*. Deſ. *qui emendatus melior factus eſt*; tum Praefatione S. Hieronymi, cuius initium: *Primum quaeritur, quare poſt Evangelia &c.* Finis: *& manentem ſubſtantiam in caeleſtibus*; tandem Argumento ſolius Epiſtolae ad Romanos, quod inc. *Romani ſunt, qui ex Iudaeis Gentibuſque crediderunt*. Deſ. *ad pacem & concordiam cohortatur*. Singulis autem Epiſtolis ſuus praemittitur Prologus, & Capitum ſeries, quae ita habet: I. Epiſtola ad Romanos Capita habet LXXX., II. ad Corinthios prima XXVI., III. ad Corinthios ſecunda XX., IV. ad Galatas XII., V. ad Epheſios XXXII., VI. ad Philippenſes VIII., VII. ad Coloſſenſes X., VIII. ad Theſſalonicenſes prima X., IX. ad Theſſalonicenſes ſecunda VI., X. ad Timotheum prima XII., XI. ad Timotheum ſecunda VII., XII. ad Titum VI., XIII. ad Philemonem III., XIV. ad Hebraeos XIX.

In fine legitur antiqua manu ſaeculi XI. exaratum *Breve recordationis de refutationibus Eccleſiae S.* (2) ..... *de poſſeſſionibus earum, atque promiſſionibus, quas fecit Manens Comes, quando miſericordia Dei, aegritudine interveniente, ad poenitentiam corde compuncto reverſus eſt.*

Ego Manens Comes indignus peccator pro remiſſione peccatorum meorum, ut miſericordiam Dei aſſequi merear, amodo refuto, & de cetero firmiter ſervare polliceor, omnes malos uſus, quos ego, & pater meus contra Deum, & Eccleſiam ...... quam ſupra memoravimus; quos videlicet ſuperpoſuimus, vel habuimus in villa S. .... ſive in bra ...... aut .... in villa Verola, aut in .... omneſque Eccleſiaſticas poſſeſſiones, uſque modo .... fideliter refuto, & reſtituo pro redemptione peccatorum meorum, & ad honorem Dei, & Eccleſiae S. Petri Apoſtoli.

Et hoc quidem factum eſt in Curte ... . detento. In praeſentia domini .... Archipresb. .... com ... eius germ .... & boiamonte teſtibus.

Haec ſunt nomina hominum, qui debent dare penſiones.

Bonenlo & Rolando Capugoli IX. denari.
Sabatino XII. den.
Petruculo & Stephclo Gori XII. den.
Ianulo Quirto XII. den.
Petruco Rizzuto I. den.
Rolando Mancino VIII. den. de vinea.
Pepulo Preteverizo, & Aldubrandino II. ſolidos.
Roſanenno, & Pincuto XII. den. de vinea de Caiolo.
Gugelmo Ramuſcini VI. den.
Gerardus filius Andree de tegulaia VI. den.

Denique ſubiicitur item antiqua manu fragmentum vitae S. Martini, quod inc. *Martinus Sabaria Pannoniorum oppido oriundus fuit, ſed intra Italiam Ticini alitus &c.*

Codicem claudit ἀρχοτελεία Epiſtolarum, & Evangeliorum de tempore per totius anni circulum recentiori manu exarata.

Codex membranac. Ms. in fol. maximo Saec. XI. ineuntis, binis columnis exaratus ac bene ſervatus. Conſtat foliis ſcriptis 209.

PROVERBIA SALOMONIS.

Seu potius

Veteris Teſtamenti aliquot Libri, & Novi omnes.

TOmus Biblicus ſuperiori ferme conſimilis, in quo continentur Cod. II.

I. pag. 1. Proverbia Salomonis, cum Praefatione Hieronymi tantum, & cum elencho Capitum.

II. pag. 9. *b.* Eccleſiaſtes cum tabula Capitum. Hic tamen Liber imperfectus in fine eſt propter Codicis mutilationem inter pag. 11. & 12. & deſinit in verbis: *in pigritiis humiliabitur contignatio, & in infirmitate manuum ....* quae pertinent ad

(1) Ex titulo quidem, quem habet in Codice, & ex initio, quod retulimus, videtur hoc Argumentum de unica tantum Epiſtola ad Romanos diſſerere; ſed revera poſt aliquos verſus agit de univerſis.

(2) Tam heic, quam infra, ubi puncta appoſuimus, ſcriptura fuit penitus eraſa.

Digitized by Google

ad Cap. X. verſ. 18. in qua quidem mutilatione deperiit fortaſſe etiam Liber Canticorum.

III. pag. 12. Liber Sapientiae cum Capitum tabula, quae ob memoratum Codicis defectum incipit a Capite XIII. *De ſanctis martyribus*.

IV. pag. 18. *b*. Eccleſiaſticus cum Prologo & Capitum tabula.

V. pag. 33. *b*. Liber Iob cum Prologo S. Hieronymi. Heic quoque alia contigit mutilatio inter pag. 33. & 34. propter quam Prologus fine, Liber vero initio caret; ille enim inc. *Cogor per ſingulos divinae ſcripturae libros adverſariorum reſpondere maledictis*. Deſ. *porro a verbis Iob, in quibus ait: pereat dies, in qua natus ſum, & nox* . . . . Prima vero Libri verba ſunt . . . . *iudicium*; *& omnipotens ſubvertit quod iuſtum eſt? &c.* quae ſpectant ad Cap VIII. verſ. 3.

VI. pag. 41. *b*. Liber Tobiae cum Praefatione S. Hieronymi.

VII. pag. 45. *b*. Liber Iudith cum Praefatione anonymi, & hiſce litteris in fine: *V. I. C.*

VIII. pag. 51. Liber Eſther cum Praefatione S. Hieronymi in principio, & ſtichometria in fine, nimirum: *Explicit Liber Eſther. Verſus DCC.*

IX. pag. 55. *b*. Liber Eſdrae item cum Hieronymi Praefatione. In fine: *Explicit Liber Eſdrae ſecundum Hieronymum*.

X. pag. 65. Maccabaeorum Libri duo cum indice Capitum ſingulis praevio, & ſtichometria in fine. Primus habet *verſ. II. CCC.* Secundus habet *verſ. M. DCCC.*

XI. pag. 88. Quatuor Evangelia cum Prolegomenis, quae ſunt: I S. Hieronymi Praefatio, cuius initium: *Novum opus me facere cogis &c.* II. Evangeliorum Prologus, qui inc. *Plures fuiſſe, qui Evangelia ſcripſerunt &c.* III. Euſebii Epiſtola Carpiono fratri. Inc. *Ammonius quidam Alexandrinus magno ſtudio atque induſtria &c.* Deſ. *propriiſque locis ſimilia dixiſſe reperies*. IV. Hieronymi Epiſtola Damaſo Papae. Inc. *Sciendum tamen, nequis ignarum ſimilitudine numerorum error involvat*. Deſ. *quod ſolutum eſt. Opto ut in Chriſto valeas &c.* V. Tabulae decem Canonum Evangeliorum Hiſce abſolutis ſequuntur Evangelia ipſa, & primo quidem illud Matthaei, cui, quemadmodum etiam reliquis, praecurrit Argumentum, & Capitum Breviarium. Argumentum in Evangelium Marci hunc habet titulum: *Brevis Evangelii degeſtio cata Marc.* ac ſimili modo inſcribitur etiam Argumentum in Lucam; elencho vero Capitum Evangelii Ioannis titulus iſte praecurrit: *Brevis Evangel. cata Ioannis eiuſdem Evangeliſtae*. Interim notanda eſt tertia Codicis mutilatio inter pag. 124. & 125. in qua pars Evangelii ſecundum Lucam deperiit; poſtrema enim verba in calce paginae 124. *b*. ſunt: *& iterum dixit, cui ſimile aeſtimabo* . . . . . quae pertinent ad Cap. XIII. verſ. 20.; prima vero paginae 125. ſunt . . . . : *tione ſua. Et ego vobis dico: facite vobis amicos &c.* quae ſunt in Cap. XVI. verſ. 9.

XII. pag. 141. Acta Apoſtolorum cum Prologo, & Capitum tabula.

XIII. pag. 154. *b*. Epiſtolae VII Canonicae cum Capitum elencho, & breviſſimo Argumento in ſingulas. Prologus vero in univerſas ita inc. *Non ita ſapiunt, & fidem rectam ſectantur*. Deſ. *veritatem poſcentibus denegabo*.

XIV. pag. 161. Apocalypſis B. Ioannis cum Prologo S. Hieronymi, Capitum tabula, & alio breviſſimo Argumento, quod inc. *Apocalypſis Ioannis tot habet ſacramenta, quot verba &c.* In fine: *Explicit Liber Apocalypſis V. N. I. DCCC.*

XV. pag. 167. Beati Paulli Apoſtoli Epiſtolae XIV. omnes cum Praefationibus, & Capitum elenchis, ut in Codice ſuperiori.

Codex membranac. Ms. in fol. maximo Saec. XI. binis columnis, & grandiori charactere exaratus, cuius aliquot paginae circa finem recentiori manu ſuppletae ſunt. In aliquorum Librorum initialibus litteris picturae quaedam antiquo more depictae ſunt, & in illa Libri Sapientiae Chriſtus exhibetur cum dextra benedicentis adinſtar ſublata. Conſtat foliis ſcriptis 197.

SVPPLICATIONES VARIAE.

Codex hic mirae prorſus pulcritudinis, videtur eſſe initio mutilus ob primam paginam, in qua fortaſſe egregia aliqua exhibebatur pictura cum ſtemmate illius, pro quo ſcriptus fuerat, avulſam: idque eo magis ſuſpicamur, propterea quod in averſa pagina membranacea, quae adhaeret ligneo Codicis integumento, litteris aureis, & ab eadem antiqua manu ſcriptionis annus exaratus eſt hoc pacto: ✠. *M°. CC°. L°. XX°. XX°. III. Kalendis Ianuarius* (ſic). Quae autem in hoc Codice habentur, iſta ſunt: **Cod. III.**

I. pag. 1. Verſus vulgo dicti *leonini* XLII. ob dictam paginae iacturam fortaſſe mutili, ſententias, & admonitiones varias continentes, ad Manuelem quemdam (1), pro quo videtur ſcriptus hic Codex, Inc.

Quum fueris in diſco, te proſpice, atque miniſtros.

Deſ.

Continua fletum, ne perdas vivere laetum.

II. pag. 2. Litaniae maiores cum precibus. Fides Catholica, ut heic inſcribitur, a S. Athanaſio edita, Canticum Simeonis, Hymnus Angelorum, Oratio Dominica, Symbolum Apoſtolorum, adſcriptis eorum nominibus ad ſingulos articulos, Symbolum Nicaenum, Salutatio Beatae Mariae Virginis ma-

(1) Verſus enim legitur in hiſce, qui ita ſe habet: *Manuel age bonum, ſi vis acquirere regnum &c.*

Digitized by Google

matris Domini, Salutatio, ſeu Antiphona *Salve Regina*, cui adnectitur Oratio rhythmica ad Virginem, & Pſalmus *Miſerere mei Deus*.

III. pag. 14. Verſus quinque item leonini cum ſigno manus benedicentis. Inc.

Lex eſt vera Dei, ſubtexitur huic ſpeciei.
Cuſtos eſt mei dextera ſancta Dei, &c.

In circulo vero, in quo recluditur manus, & quem quatuor alati iuvenes ſuſtentant, hae litterae ſunt adſcriptae: *E. T. V. R. A. L. X. D. I. S.*

IV. pag. ead. *b.* Tabula quaedam, annum ſub humana ſpecie, una cum quatuor ipſius temporibus, & duodecim menſibus repraeſentans.

V. pag. 15. *b.* Imago Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum lineola quadam ſub eius pedibus ducta, ſubſcriptis hiſce verbis: *Haec linea bis ſexties* (ſic) *ducta menſuram Dominici Corporis monſtrat, ſumpta eſt autem de Conſtantinopoli ex aurea cruce facta ad formam Corporis Chriſti.*

VI. pag. 16. Calendarium Eccleſiaſticum ornatiſſimum, cum figuris, ea, quae quolibet menſe facienda ſunt exprimentibus, & appoſita ſingulis menſibus, Ianuario & Februario exceptis, ipſorum denominatione apud Hebraeos, & apud Graecos.

VII. pag. 22. *b.* De Calendis, Nonis, & Idibus, ac de diebus duodecim Menſium brevis notitia, auctore anonymo.

VIII. p. 23. *b.* Orationes dicendae ad Primam, & Completorium.

IX. pag. 25. Pſalmus *Beatus vir &c.* cum antiqua pictura in littera initiali, quae in ſuperiori parte ſacratiſſimam Triadem, in inferiori vero Davidem cytharam pulſantem exhibet: in infimo margine vero huius paginae duae repraeſentantur figurae, fortaſſe SS. Apoſtolorum Petri & Paulli. Poſt hunc Pſalmum ſequitur B. Hieronymi presbyteri Pſalterium cum Prologo, & duabus orationibus in fine.

X. pag. 34. Pſalterium Beatae Mariae Virginis pro unoquoque hebdomadae die cum propriis antiphonis, & ipſius, eiuſque Filii imagine in principio.

XI. pag. 52. *b.* Oratio (*rhythmica*) valde benigna ad eamdem Virginem Mariam, ut quilibet ipſam dicens eius gratiam, & ſubſidium mereatur, auctore anonymo, cum ipſius icone in principio. Inc.

O cunctarum Dominarum
Decus, atque gloria,
Quam electam, & provectam
Scimus ſuper omnia.

Deſ.

Per aeterna nos guberna
Deus unus ſaecula. Amen.

XII. pag. 56. Oratio (*rhythmica*) ad S. Crucem valde humilis, & benigna ad Dei gratiam acquirendam. Inc.

O Crux frutex ſalvificus,
Vivo fonte rigatus.

Deſ.

Ieſus fontalis radius,
Ieſus finis optatus.

In principio depicta eſt Crux, quam duae figurae genibus flexis, & cum manibus iunctis & elevatis adorant.

XIII. pag. 57. Alia Oratio, ut compaſſionem & amoris dulcorem habeamus in Deo, cum figura quadam manibus iunctis genuflexa. Inc. *O dulciſſime Chriſte.* Deſ. *& dimiſit eam in pace.* In fine legitur: *Explicit Pſalterium, & Orationes beatiſſimae Virginis Mariae, & Orationes ſanctiſſimae Crucis.*

Qui ſcripſit ſcribat, ſemper cum Domino vivat,
Vivat in caelis Manuelus iuſtus homo fidelis.

XIV. pag. 58. Officium Beatae Virginis Mariae ſecundum Ordinem Fratrum Minorum cum ipſius imagine in principio.

XV. pag. 89. *b.* Officium pro Defunctis. In principio mortuus homo faſcia alba circumdatus, & ſupra pheretrum poſitus exhibetur, circa quem adſtat Epiſcopus cum miniſtris, qui ſacras preces fundunt. In fine habentur Orationes pro defunctis, & haec ſubſcriptio:

Qui ſcripſit ſcribat, ſemper cum Domino vivat,
Vivat in caelis Manuelus legalis homo fidelis.

XVI. pag. 114. Officium beatiſſimae Paſſionis, & Crucis Domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni. In principio repraeſentatur Chriſtus columnae adligatus, quem perverſus homo flagris percutit: in inferiori vero paginae margine idem cruci adfixus cum quatuor clavis, ſubpodaneo, & femoralibus, e cuius exſecto latere ſanguis cum aqua permixtus emanat, adſtantibus hinc eius matre, illinc vero Ioanne Evangeliſta. Obſervandae ſunt pag. praeſertim 122. *b.* & 123. *b.* figurae quaedam, in quibus habitum, ut arbitror, Franciſcanorum Minorum illius temporis videre eſt.

XVII. pag. 128. *b.* Carmina S. Crucis, vel Letaniae. Inc.

Talis es, & tanta Crucifixi paſſio ſancta.

Deſ.

In medio quorum reſplendeat Ordo Minorum. Amen.

Inde eadem ſubſcriptio legitur, ut ſupra:

Qui ſcripſit ſcribat, ſemper cum Domino vivat,
Vivat in caelis Manuelus ſalvus homo fidelis.

XVIII. pag. 131. Meditatio Paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti cum ipſius effigie in principio, & oratione in fine.

XIX. pag. 137. *b.* Meditatio mortis Chriſti, ad beatam Virginem Mariam directa, cum quinque verſibus leoninis in fine.

XX. pag. 141. *b.* Oratio (*rhythmica*) beati Bernardi ad Deum, & ad Virginem. Inc.

Sum-

Digitized by Google

Summe ſummi tu patris unice.
Deſ.
Satieturque fonte dulcedinum.
Huic ſubiicitur initium Orationis illius rhythmicae ad Virginem, quae inc.
O cunctarum Dominarum
Decus, atque gloria &c.
quam integram habes ſupra §. XI.

XXI. pag. 145. Septem Gaudia Beatae Virginis Mariae, quae fecit Cancellarius Pariſienſis. rhythmice expoſita, cum totidem picturis res ipſas, de quibus agitur elegantiſſime expreſſas exhibentibus. Inc.
Virgo templum Trinitatis.
Deſ.
Et duc tecum ad iocunda
Paradiſi gaudia.
Subiicitur hymnus eiuſdem Cancellarii Pariſienſis, cuius initium eſt:
Miſſus Gabriel de caelis &c.

XXII. pag. 148. Sermo Beati Hieronymi presbyteri in Aſſumptione Dei Genitricis Mariae, cum icone forte eiuſdem S. Doctoris in principio, ut ſupra pag. 389. §. XCVII. Hic Sermo in Capita diſtinguitur.

XXIII. pag. 182. *b.* Auctoritates B. Bernardi ad recordandum de Deo, & ad accendendum ſpiritum in Dei amorem, & primo quidem de Paſſione Chriſti. II. pag. 190. de vilitate humanae conditionis. III. pag. 191. de Virgine Maria. IV. pag. 192. de vera religione, & obedientia, & perſeverantia. V. pag. 194. *b.* de miſeria huius vitae. Horum omnium initium eſt: *O quam vehementi amplexu amplexaſti me bone Ieſu &c.* Finis vero: *Cogita Dominicam paſſionem, & erubeſce ſequi propriam voluntatem.* In principio depicta eſt imago S. Bernardi, & in inferiori margine illa Salvatoris e cruce pendentis.

XXIV. pag. 199. Auctoritates ex Sapientia Salomonis. Inc *Timor Domini principium ſapientiae.* Deſ *de veſtimentis enim procedit tinea, & a muliere iniquitas viri.*

XXV. pag. 207. Orationes variae dicendae in introitu Eccleſiae, & ad Miſſam, cum lectione S. Evangelii ſecundum Ioannem, quae in fine Miſſae recitatur.

XXVI. pag. 210. *b* Salutationis Angelicae pars prima, cum paraphraſi rhythmica. Inc.
Ave, Dei genitrix, & immaculata,
Virgo caeli gaudium toti mundo data.
Deſ.
Ac perennis gaudii te laudamus ore,
Et tui mente Ieſu creſcamus honore.

XXVII. pag. 211. *b.* Septem Gaudia B. Mariae ſemper Virginis, a ſuperioribus diverſa, cum Oratione ad ipſam in fine. Inc.
Gaude Virgo mater Chriſti,
Quae per aurem concepiſti
Gabrielis nuntio &c.
Orationi ſubiicitur hoc monitum: *Quicumque ſupradicta Gaudia Beatae Virginis dixerit, vel audierit cum Oratione praedicta, habebit quadraginta dies* (ſic) *de ſuis peccatis a quodam Archiepiſcopo de Anglia, qui poſtea fuit Cardinalis, & hanc indulgentiam confirmavit Papa Innocentius de Ianua, & Papa Gregorius de Placentia, & plures alii &c.*

XXVIII. pag. 212. *b.* Orationes variae, nimirum primae quinque ad Virginem Mariam, VI. Sancti Brandani, VII. ad vincendum iniquitatem, VIII ſi vis aliquid impetrare a Deo, IX. ad Sanctum Angelum Michaëlem, X. pro patre, & matre, & aliis mortuis, XI. in infirmitate, XII ad SS. Trinitatem in mane, XIII. ad Deum, XIV. ad Confeſſionem, XV in Eccleſia, XVI. in introitu Eccleſiae, XVII. pro domo iſta, XVIII. in die lunae, XIX. in agone; XX. quando homo intrat in mare, XXI. quando accipit Corpus Domini, XXII. quando ponit ſe ad coenandum, XXIII. contra tonitrua, & fulgura, XXIV. contra tempeſtates, XXV. tandem Oratio ad Beatam Mariam optima.

XXIX. p. 226. *b.* B. Auguſtini Epiſcopi Liber Soliloquiorum, cum effigie Salvatoris in littera initiali, & tabula Capitum XXXVI. in principio, & quibuſdam Orationibus in fine. Inc. *Agnoſcam te Domine cognitor meus.* Deſ. *omni hora cuſtodire ſe ab omni peccato timore Dei.*

XXX p. 298. De virtute Pſalmorum ſecundum Hieronymum in prologo ſuper Paralipomenon. cum effigie Sancti Doctoris in littera initiali. Inc. *Prophetiae ſpiritus non ſemper prophetarum mentibus praeſto eſt.* Deſ. *& ad medullam intimi intellectus per Dei gratiam perveneris.*

XXXI. p. 302. Flores Pſalmorum, cum Prologo eiuſdem S. Hieronymi, qui inc. *Porro propter hoc breviatum eſt hoc pſalterium, ut meditetur ab his, qui ſaeculi ſollicitudinem habent.* Deſ. *aut qui vult animam ſuam ſalvam facere & vitam aeternam habere, hoc pſalterium cantet aſſidue.* Flores ipſi inc. *Beatus vir, qui non abiit &c. Domine Ieſu Chriſte, rex altiſſime, fili Dei vivi, fac me ſociari inter viros beatos &c.* Deſinunt in pſalmo ultimo *Laudate Dominum &c.* & quidem ſic: *tibi laus, tibi honor, tibi gloria Deo Patri, Filio, Spiritui Sancto &c.* Subiiciuntur pag. 327. *b.* Orationes quatuor ad Ieſum Chriſtum, in quarum prima ita Manuelis nomen exprimitur: *quaeſo miſericordiam tuam, ut mihi famulo tuo Manueli concedas ſic vitam iſtam perficere &c.*

XXXII. pag. 331. Expoſitio ſuper *Pater noſter* diſputative poſita ſecundum Fratrem Thomam de Aquino Ordinis Fratrum Praedicatorum Inc. *Videtur quod inconvenienter ſeptem petitiones Orationis Dominicae aſſignentur.* Deſ. *& ideo dicimus: qui es in caelis.*

XXXIII. pag. 335. *b.* Alia Expoſitio ſuper *Pater noſter*, tracta de libro, qui dicitur *Catholicon*, quem conſcripſit Frater Ioannes Balbus Ianuenſis Ordinis Praedicatorum. Inc. *Scias, quod ſeptem ſunt petitiones Dominicae, quae continentur in Pater noſter.* Deſ. *ultimo ponitur concluſio, amen, qua ſi verae & iuſtae ſunt*

Digitized by Google

ſunt petitiones tibi propoſitae, exaudire nos digneris.

XXXIV. pag. 343. Inflammatorium poenitentiae, ſeu (ut inſcribitur in fine) Capitula, & Ordinationes mundi fabricae, anonymo auctore, ſed fortaſſe Fratre quodam Ordinis Minorum, ut ex ipſius imagine in littera initiali depicta coniici poteſt. Sunt autem Capita XIV. Primum inc. *Inflammatorium poenitentiae per deſcriptionem cuiuſdam novi mundi mirae fabricae &c.* Vltimum deſ. *numquam permiſeris occupari*. In fine occurrunt ſoliti verſiculi:

Qui ſcripſit ſcribat, ſemper cum Domino vivat,
Vivat in caelis Manuelus bonus homo & fidelis.

XXXV. pag. 351. *b.* Carmina inventa a Beato Bernardo de dilectione Dei, ſive Hymnus de SS. Nomine IESV, prolixior multo quam vulgatus, ſtrophas enim continet XLI. Inc.

Dulcis Ieſu memoria,
Dans vera cordis gaudia,
Sed ſuper mel & omnia
Dulcis eius praeſentia.

Deſ.

Iam proſequamur laudibus
Ieſum hymnis & precibus,
Vt nos donet caeleſtibus
Cum ipſo frui ſedibus.

XXXVI. pag. 356. *b.* Expoſitio in decem praecepta legis veteris, ſeu in Decalogum. Praemittitur Praeceptorum ipſorum enumeratio, quae etiam tetraſticho hexametro comprehenſa repetuntur. Expoſitio inc. *Audi Iſrael: Dominus Deus tuus, Deus unus eſt &c. In hoc praecepto ſunt tres clauſulae. Prima eſt: non habebis deos alienos coram me*. Deſ. *de quo non procedo, quoniam ſuper hoc multa in praecepto ſeptimo dicta ſunt.*

XXXVII. pag. 261. Quaedam ad Chriſtianam catecheſim pertinentia, videlicet VII. Peccata capitalia, VII. Sacramenta, XII. Articuli Fidei, VII. Virtutes Theologales, & Cardinales, XIV. Peccata quae fiunt per linguam, VII. Dona Spiritus Sancti, & alia, quibus coronidis loco adiicitur Reſponſorium de Beata Maria Virgine litteris aureis exaratum.

XXXVIII. pag. 363. Denique hunc pretioſiſſimum Codicem claudunt Tabulae XLV. quae publicam profecto lucem mererentur, in quibus repraeſentantur Vitae Chriſti, ac Deiparae potiora facta, necnon aliquot Sanctorum imagines, nimirum Stephani, Laurentii, Baſilii, Benedicti, Romualdi, Dominici, Franciſci, Antonii, Mariae Magdalenae, Nicolai, Chriſtophori &c. & huic quidem poſtremo triſtichon ſequens ſubſcriptum legitur:

Chriſtophori ſancti ſpeciem quicumque tuetur,
Illo namque die nullo languore tenetur,
Chriſto viſa phori manus eſt inimica dolori.

Cod. membr. Ms. in 4. Saec. XIII. exeuntis in ſingulis fere paginis ornatus, in cuius integumento interiori legitur manu recentiori exaratum poſſeſſoris nomen hiſce verbis: *MCCCCLXVI. Queſto . . . . . . ſi è di me . . . . . di Giovanni di Nicholò Folchi quartiere S. Spirito Gonfalone Dragho*. Conſtat foliis ſcriptis 385.

SVPPLICATIONES ET PSALMI QVI TOTO ANNO LEGVNTVR IN ECCLESIA.

I. pag. 1. PRaecedit omnibus Calendarium Sanctorum per anni circulum occurrentium, ex quo nonnullorum ex ipſis nomina in medium proferenda duximus, ut, in cuius Eccleſiae uſum confectum fuerit, ex iis lector agnoſcat. Habentur igitur in ipſo deſcripta prae ceteris, quae ſequuntur: *Cod. IV.*

III. Non. Ian. *S. Genovefae virg.*
III. Kal. Febr. *S. Aldegundis virg.*
VIII. Idus Febr. *Vedaſti & Amandi epiſcoporum.*
IV. Idus. *Auſtrebertae & Scholaſticae virginum.*
XIII. Kal. Mart. *Silvini epiſc.*
VI. Non. Mart. *S. Albini epiſc. & conf.*
VIII. Idus Apr. *hic incipiunt aves cantare.*
VI. Idus Iun. *Translatio S. Audomari epiſc.*
IV. Non. Iul. *Translatio S. Martini.*
V. Idus. *Translatio S. Benedicti abbatis.*
Idibus. *Diviſio Apoſtolorum.*
XVII. Kal. Aug. *Translatio S. Bertini.*
XIII. Kal. Aug. *Vulmari conf.*
II. Kal. *Germani epiſc.*
Nonis Sept. *Bertini abbatis.*
V. Idus. *Audomari epiſc.*
XVI. Kal. Octob. *Octava S. Audomari.*
VII. Kal. *Firmini epiſc. & mart.*
Kalendis Oct. *Remigii, Bavonis, & aliorum.*
VI. Non. *Leodegarii epiſc. & mart.*
VI. Idus. *Inventio S. Auſtreberti.*
V. Idus. *Nigaſii ſociorumque eius mart.*
XVII. Kal. Nov. *Mummolini epiſc.*
XII. Kal. *Inventio S. Audomari.*
X. Kal. *Severini epiſc.*
VIII. Idus Novembr. *Winnocii conf.*
VI. Idus Dec. *Conceptio S. Mariae Virginis.*

Singulis autem menſibus verſus leoninus praecurrit.

II. pag. 7. Tabulae quatuor, quarum prima exhibet Nativitatem Domini, altera Magorum adorationem, tertia Crucifixionem IESV, & quarta eumdem in throno ſedentem, cum dextra benedicentis adinſtar extenſa, ac ſiniſtra volumen ſuſtinente, cui An-

Digitized by Google

Angeli adſtant, & in quatuor angulis totidem Evangeliſtae una cum ipſorum ſymbolis.

III. pag. 11. Pſalterium David iuxta ferias hebdomadae recitandum, cum antiqua pictura in littera initiali primi Pſalmi, in qua praeter cetera, quatuor viri inſtrumenta quaedam pulſantes, & in medio David interimens Goliath, ac deinde coronatus exhibetur. Accedunt in fine, pag. nimirum 292. Cantica Prophetarum, hymnus *Te Deum laudamus*, & Symbolum vulgo S. Athanaſio tributum.

IV. pag. 319. *b.* Litaniae Sanctorum prolixiores, quam vulgatae, cum Precibus & Orationibus in fine. Inter Apoſtolos adnumeratur S. Martialis; inter Martyres SS. Dionyſius, Mauricius, Gereon, Chriſtophorus, Quintinus, Lambertus, Leodegarius, Criſpinus, Criſpinianus, Fuſcianus, Victorius, Firminus, Piatus; inter Pontifices SS. Hilarius, Severinus, Briccius, Maximus, Remigius, Germanus, Vedaſtus, Eligius, Gaugericius, Amandeus, Egidius, Audomarus, Erkenboudus, Bertinus, Folquinus, Silvinus, Winnocius, Iudocus, Romanus, Audoenus, Richarius, Vulmarius, Benedictus, Baſilius; inter Virgines, & Viduas SS. Maria Aegyptiaca, Felicitas, Perpetua, Praxedis, Columba, Benedicta, Brigida, Margareta, Aldegundis, Auſtreberta, Fides, Spes, & Charitas. Notanda praeterea ſunt haec in Precibus:

A ſpiritu fornicationis, & ardore libidinis *libera &c.*
A deſideriis malis *libera &c.*
Ab omni immunditia mentis & corporis *libera &c.*
Vt Pontificem noſtrum in ſancta religione conſervare digneris *te rog.*
Vt repellas a nobis omnes principes tenebrarum *te rog.*

Denique notandae ſunt in hoc egregio Codice variae antiquae picturae, ac praecipue pag. 54. ante pſalmum *Dominus illuminatio mea &c.* Deus, & David invicem conloquentes; pag. 131. *b.* ante pſalmum *Salvum me fac &c.* David nudus ex aqua emergens, corona caput redimitus, & ad Deum qui ſupra adſtat manibus extenſis converſus; pag. 166. ante pſalmum *Exſultate Deo adiutori noſtro &c.* idem David ſedens, regia redimitus corona, ac duobus malleolis quinque campanas pulſans; pag. 195. *b.* ante pſalmum *Cantate Domino canticum novum &c.* duo, ut mihi videntur, Monachi, ſacris veſtibus induti, ac pſallentes; pag. 229. ante pſalmum *Dixit Dominus Domino meo &c.* Sanctiſſima Trias; pag. 257. *b.* ante pſalmum *Ad Dominum quum tribularer &c.* ſanctus David genuflexus, ac manibus iunctis orans.

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XIV. ornatiſſimus, & cum notis quibuſdam in margine ad chori cantum accommodatis. Conſtat foliis ſcriptis 328.

PARABOLAE SALOMONIS, ET ALIA.

Cod. V.

I. pag. 1. Parabolae Salomonis.
II. pag. 17. *b.* Liber Eccleſiaſtae.
III. pag. 23. *b.* Canticum Canticorum.
IV. pag. 27. Liber Sapientiae.
V. pag. 39. Eccleſiaſticus, ſive Liber Ieſu filii Sirach, cum Prologo, qui inc. *Multorum nobis, & magnorum per legem & prophetas*. Deſ. *qui ſecundum legem Domini propoſuerunt vitam agere*.
VI. pag. 71. Epiſtolae Paullinae XIV. cum Prologis in ſingulas, ut in Codicibus I. & II. huius Plutei.
VII. pag. 124. *b.* Epiſtolae Catholicae VII. item cum Prologis.

Claudit Codicem ſententia quaedam de perſecutionibus ab iis, qui pie volunt vivere tolerandis.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIII. binis columnis perſpicue exaratus, ac bene ſervatus. Conſtat foliis ſcriptis 136.

CANTICA SALOMONIS.

Cod. VI.

Cantica Salomonis cum ſcholiis marginalibus, & gloſſis interlinearibus anonymi. Primum ſcholion inc. *Tangat me dulcedine praeſentiae ſuae, quam ſaepius a prophetis promiſſam audivi*. Vltimum deſ. *cum in montibus figat pedes, dignare dilabi ad valles*.

Codex membranac. Ms. in 8. maiori Saec. XII. optime ſervatus, in cuius calce legitur: *Liber Petri de Medicis Coſ. Fil.* Conſtat foliis ſcriptis 36.

BEATI SALVIANI DE VERO IVDICIO, ET PROVIDENTIA DEI.

Cod. VII.

Beati Salviani Epiſcopi de vero iudicio, & providentia Dei, & ipſius gubernatione hominum, & rerum huius mundi Libri VIII. ad Sanctum Salonium Epiſcopum. Prooemium inc. *Sancto Epiſcopo Salonio &c. Omnes admodum homines*. Deſ. *hinc ergo exordiar*. Liber primus inc. *Incurioſius a quibuſdam*. Liber VIII. deſ. *aeſtimentur quae patiantur & quae fecerunt*. Concordant cum editione Pedepontana MDCCXLIII. in 4. cum notis Steph. Baluzii a pag. 1. ad pag. 182. Scripſit autem Salvianus, qui obiit anno circiter CCCCXCVI. hoc opus *de gubernatione Dei*, occaſione inruptionis gentium Septentrionalium in Italiam, & alias regiones, quod etiam *De providentia* inſcribitur.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus, & cum litteris initialibus ſingulorum Librorum aureis, in cuius calce nomen fortaſſe poſſeſſoris erat exaratum, ac poſtea eraſum. Conſtat foliis ſcriptis 78.

PLV-

Digitized by Google

PLVTEVS XXVI.

QVI CONTINET LATINOS CODD. MSS. XVII. EDITOS IV.

CODEX I.

TESTAMENTVM VETVS.

TOmus Biblicus prior celeberrimae & antiquiſſimae editionis Moguntinae, continens Libros Teſtamenti Veteris a Geneſi uſque ad totum Pſalterium, cum Praefationibus D. Hieronymi, in cuius fine legitur: *anno MCCCCLXII.*

Codex membranac. impreſſus Moguntiae in fol. maiori binis columnis per Ioannem Fuſt, & Petrum Schoiffher de Gernserheym anno ſupra notato, cum icone S. Hieronymi in littera initiali, cum ornamentis in prima pagina, in qua ad ſtemma Mediceum adumbrandum ſpatium relictum eſt, & cum litteris initialibus Librorum auro, variiſque coloribus depictis. Conſtat foliis 242.

PROPHETAE, ET TESTAMENTVM NOVVM.

Cod. II. TOmus Biblicus ſecundus editionis Moguntinae, comprehendens reliquos Teſtamenti Veteris Libros, a Libro videlicet Proverbiorum uſque ad totum ſecundum Maccabaeorum, & univerſum Teſtamentum Novum, cum prologis Sancti Hieronymi. In fine legitur impreſſionis nota rubris litteris excuſa, & quidem ita: *Preſens hoc opuſculum finitum, ac completum & ad euſebiam Dei induſtrie in civitate Maguntn. per Iohannem Fuſt civem, & Petrum Schoiſſher de Gernſerheym clericum dioceſis eiuſdem eſt conſummatum anno Incarnacionis Dominice M. CCCC. LXII. in vigilia Aſſumpcionis glorioſe Virginis Marie*. Inde ſequitur teſtimonium manuſcriptum Laelii Spagnae Medici de origine artis impreſſoriae, quod heic cenſuimus proferendum, propterea quod eius ſcriptura in dies magis evaneſcit. Habet autem ſic: *Nota quia impreſſio iſtius voluminis, ut ſupra dicitur, facta a Ioanne &c. quod iſte Ioannes fuit inventor imprimendi, & publicavit hanc artem Maguntiae Anno 1456. in fine Pontificatus Caliſti, fuitque iſte Ioannes Vitemburgenſis Germanus; immo ante dictum tempus annis XVI. Maguntiae primum innotuit ars imprimendi tantae frugis, tantaeque apud omnes bonos dignitatis, ut nulla ex antiquis inventionibus ſit cum iſta conferenda, ſive ingenii ſolertiam, ſive rei uſum, & praeſtantiam ſpectemus. Tandem nota, quod hodie 1566. lapſi ſunt in univerſum anni 126. ab inventione artis impreſſoriae, quod ego Laelius Spagna Medicus animadverti ex fide dignis ſcriptoribus ad perpetuam rei magnae memoriam, & D. O. M. laudem. Amen.*

Ceterum de hac praeſtantiſſima editione, quae omnium antiquiſſima habetur, & aureis conſtat ſexcentis, conſulendus Iacobus le Long in Biblioth. Sacra Pariſiis MDCCXXIII. fol. Tom. I. pag. 250. ſeqq. Notandum tamen eſt in Catalogo quodam impreſſo Pariſ. MDCCLIV. Librorum, qui olim erant Claudii de Boze, ac poſtmodum empti fuerunt a Praeſidente Coſſ., quem ego novi, una cum Abbate Bartolommeio Florentiae anno MDCCLV. legi antiquiorem Moguntina hac noſtra fuiſſe a Sallierio creditam Tom. XIV. Memorabil. Academ. Bonar. Litterar. pag. 238. eam, quae exſtat in Regia Bibliotheca, & in Boziana ſub num. 13. Claſſ. Theolog. *Biblia ſacra latina. Editio perantiqua abſque anni, loci, & typographi indicatione fol. II. Vol. dans leur ancienne reliûre. Cette meme edition eſt à la Bibliothéque du Roi; & M. l' Abbé Sallier, qui la croit plus ancienne que celle de Mayence, en a donnè la notice dans les Memoirès de l' Academie des Belles Lettres, Tome XIV. pag. 238. & ſuiv.*

Codex membranac. impreſſus in fol. maiori binis columnis anno ſupradicto, & cum litteris item initialibus Librorum auro, variiſque coloribus pictis. Conſtat foliis 237.

EXPOSITIO DIVI THOMAE SVPER EVANGELIA.

GLoſa continua Thomae de Aquino ſuper Matthaeum, Lucam, Marcum, & Ioannem. Prologus ad ſanctiſſimum, ac reveren- *Cod. III.*

Digitized by Google

diſſimum Patrem Dominum Vrbanum divina providentia Papam IV. inc. *Fons ſapientiae*. Deſ. *flumina revertantur*. Gloſa inc. *Evangelii pronunciator apertus Iſaias Propheta*. Deſ. *quia ipſe eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſaecula &c.* Exſtat in edit. eius Operum Veneta apud Domioicum Nicolinum ann. MDXCII. ſeqq. Tom. XV. a pag. 1. uſque ad finem. In principio, & fine huius Codicis habentur infraſcripti verſiculi :

Anno millen quater CCCC. ter quoque deno
Hartvveich vocatus Panholtz de Cambia natus
Huius Conventus pro tunc Lector bene tentus
Hunc librum ſtruxit, manu ſua propria ſcripſit,
Et huic donavit Conventui, rite legavit,
Anniverſario pro perpetuo faciuro,
Ac pro florenis Renenſium bis quoque denis,
Ad Chriſti laudem, animae ſuaeque ſalutem,
Et in ſolamen animabus omnibus. Amen.

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XV. binis columnis, minori charactere quoad interpretationem, maiori vero quoad Evangeliorum textum exaratus, & cum litteris initialibus Capitum varie depictis. Conſtat foliis ſcriptis 280.

EXPOSITIO DIVI THOMAE EPISTOLARVM D. PAVLLI.

Cod. IV. EXpoſitio D. Thomae de Aquino ſuper Epiſtolas Paulli, cum icone in principio eiuſdem Sancti Doctoris, nimbo caput redimiti, ac librum apertum ante pectus utraque manu ſuſtinentis. Expoſitio in Epiſtolam ad Romanos inc. *Vas electionis &c. Homines in ſacra ſcriptura inveniuntur vaſis comparari*. Expoſitio in ultimam ad Hebraeos deſinit imperfecte in verbis: *nolite obdurare corda veſtra, ſicut in exacerbatione, quae fuit in die tentationis. Sed hoc eſt contra expoſitionem Apoſtoli, unde dicendum eſt ſic: nolite ob* . . . . . . relictis aliquot foliis vacuis ad ea quae deſunt ſupplenda. Exſtat autem haec Expoſitio in cit. Operum edit. Tom. XVI. pag. 1. & ſeqq ultima vero verba, quae retulimus pertinent ad Cap. III. Lectionem VI Epiſt. ad Hebraeos, & incidunt in pag. 207. col. 2. verſ 30. unde eruitur integrum quaternionem in Codice deſiderari.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. binis columnis, minuto quidem, ſed perſpicuo charactere exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 240.

DIVI THOMAE EXPOSITIO IN IOB.

Adde etiam

In Iſaiam, & Hieremiam.

I. pag. 1. DIvi Thomae Aquinatis poſtilla ſuper Iob. Prologus inc. *Sicut autem in rebus, quae naturaliter generantur &c.* Deſ. *ut iis nihil ultra addendum videatur*. Expoſitio ipſa inc. *Vir erat in terra Hus &c. Quia, ſicut dictum eſt, intentio huius libri tota ordinatur &c.* Deſ. *quibus perductus eſt ad futuram gloriam, quae durat per omnia ſaecula ſaeculorum. Amen*. In fine legitur: *Explicit poſtilla Fratris Thomae ſuper Iob XIV. Februarii anno MCCCCXXXV. per me Conradum Ruttenmaul*. Exſtat Tom. XIII. Oper. cit. edit. a pag. 1. ad pag. 49. Cod. V.

II. pag. 126. *b*. Eiuſdem ſcriptum ſuper Iſaiam. Inc. *Scribe viſum, & explana eum ſuper tabulas &c.* Deſ. *laetabitur iuſtus cum viderit vindictam*: quibus verbis haec annotatio immediate ſubnectitur: *Ab iſtis poenis nos liberet, qui incipere, & conſummare dedit; & ſic terminatur ſententia, & expoſitio ad litteram ſuper Iſaiam, ſecundum Fratrem, & Thomam de Aquino, quam tranſtulit ad litteram legibilem cum complemento auctoritatum Fr. Iacobinus Aſtenſis de provincia Lombardiae, tunc temporis ſtudens in ſtudio generali Neapolitano; ordinavit etiam collectiones certis locis ſuper qualibet lectiones, & hoc fecit ad utilitatem Fratrum Ordinis noſtri, & ut de ſanctis ſcriptis copia haberetur. Laus ergo ſit ei, qui incipere dedit, & conſummare fecit. Amen. Explicit ſcriptum ſuper Iſaiam ad litteram Fratris Thomae de Aquino per me Conradum Ruttenmul anno MCCCCXXXV.* Exſtat in cit. Tom. Part. II. a pag. 1. ad pag. 51.

III. pag. 233. Eiuſdem in Hieremiam. Inc. *Hic eſt fratrum amator & populi Iſrael &c. Verba iſta ſunt Oniae ſummi ſacerdotis*. Deſ. *Deus auxiliator tuus*. Ibid. Part. III. a pag. 1. ad pag. 33. ſed finis aliquantum diverſus.

Codex partim chartac. partim membr. Ms. in 4. Saec. XV. minuto charactere, ac binis columnis exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 277.

D. THOMAE AQVINATIS SECVNDVS LIBER SENTENTIARVM.

SEcundus Liber Sententiarum clariſſimi & ſummi Theologorum principis S. Thomae Aquinatis Ordinis Praedicatorum. Dividitur in Diſtinctiones XLIV. praevio Prologo, cuius initium eſt: *Spiritus eius ornavit caelos, & obſtetricante manu eius eductus eſt coluber tortuoſus. Iob XXVI. Creaturarum conſideratio pertinet ad theologos.* Deſ. *& lapſu* Cod VI.

per

per peccatum Angeli, vel hominis. Diſtinctio I. inc. *Dividitur ergo Liber iſte in partes duas &c.* Vltima deſ. *non corrumpetur in ſaecula &c. Laus Deo, pax vivis, & defunctis*. In cit. edit. Tom. VI. Part. II. a pag. 1. ad pag. 147. ubi inſcribitur: *Scriptum Thomae Aquinatis in ſecundum Librum Sententiarum Magiſtri Petri Lombardi*.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. ornatiſſimus, cum D. Thomae effigie in littera initiali, ſtemmate gentilitio Leonis X. in ſuperiori margine primae paginae, aliiſque emblematibus & ornamentis, nec non litteris initialibus ſingulorum Capitum auro depictis. Conſtat foliis ſcriptis 327.

D. THOMAE SVMMA.

Seu potius

Summae Theologiae S. Antonini Archiep. Florentini Pars III.

Cod. VII. SVmmae Theologiae Moralis iuxta mentem D. Thomae, auctore S. Antonino Ordinis Praedicatorum, Archiepiſcopo Florentino, Pars tertia, cum indice Titulorum in principio alia manu exarato, qui tamen non eſt integer. Prologus inc. *Adſtitit regina a dextris tuis &c. Verba iſta prophetae loquentis ad Dominum Deum exponi poſſunt & de Virgine glorioſa*. Deſ. *ab inferioribus inchoando*. Titulus I. de Matrimonio per modum ſermonis inc. *Beatus es, & bene tibi erit*. Vltimus Titulus de diverſis ſtatibus Comprehenſorum, numero XXXIII. deſignatus, (in edit. eſt XXXI.) deſ. *quando nemo operari poteſt, ſcilicet meritorie. Ioan. 9.* Habetur in edit. Veronenſi apud Aug. Carattonium Anno MDCCXL. fol. Tom. III. a pag. 1. ad pag. 1608. ubi notandum poſtremos quatuor Titulos in Codice ſecus atque in editione eſſe diſpoſitos.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. binis columnis, ac minuto charactere exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 389.

DIVI THOMAE AQVINATIS QVAESTIONES.

Cod. VIII. DIvi Thomae Aquinatis Quaeſtiones de Malo num. XVI. cum ipſarum tabula in fine. Prima Quaeſtio, *Vtrum malum ſit aliquid*, inc. *Quaeſtio eſt de malo, & primo quaeritur, an malum ſit aliquid*. Quaeſtio ultima *De Daemonibus*, cuius titulus XII. inſcribitur, *Vtrum poſſint immutare intellectum hominis*, deſ. *ſicut patet in arreptitiis*. In cit. edit. Tom. VIII. Part. I. a pag. 99. uſque ad pag. 190.

Codex membranac. Ms. in folio Saec. XV. elegantiſſimus, cum ſtemmate Leonis X. in principio, adſcriptis litteris *L. X. P. M.* & litteris initialibus auro, variiſque coloribus inluminatis. Conſtat foliis ſcriptis 288.

DIVI THOMAE DE VERITATE CATHOLICAE FIDEI.

Cod. IX. LIber de Veritate Catholicae Fidei contra errores infidelium editus a Fratre Thoma de Aquino Ordinis Fratrum Praedicatorum, ſeu potius Libri IV. praevia ſingulis, primo excepto, Capitum tabula. Liber I. inc. *Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea deteſtabuntur impium. Prov. 8. Multitudinis uſus, quem in rebus nominandis ſequendum philoſophus cenſet &c.* Liber ultimus deſ. *ſed gaudebitis, & exſultabitis uſque in ſempiternum. Amen*. In cit. edit. To. IX. a pag. 1. uſque ad finem.

Codex membranac. Ms. in fol. min. Saec. XV. ineuntis, minuto, ſed perſpicuo charactere, binis columnis exaratus, & cum icone S. Doctoris in principio. Conſtat foliis ſcriptis 162.

DIVI THOMAE DE VERITATE CATHOLICAE FIDEI.

Cod. X. ALiud Exemplar Operis ſupra memorati, cum tabula Capitum ſingulis quatuor Libris praemiſſa. Notandum interim eſt in calce paginae 36. haec eſſe adſcripta ab antiqua manu: *De hoc libro debet habere Benivieni ſcriptor de ſola manu libras XIV. & ſolidos XII. & debet facere paragrapha, & in principio operis debet habere duos florenos aureos, & in medio alia tertia pars reſidui, & in fine alia a dicto presbytero Benvenuto Canonico S. Pauli*.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. binis columnis exaratus, & optime ſervatus. Conſtat foliis ſcriptis 238.

COMPENDIVM DIVI THOMAE.

Cod. XI. IN prima Codicis pagina manu valde recenti exaratum legitur tetraſtichon in tumulum Coſmi primi, Magni Etruriae Ducis, quod ita ſe habet:

Hic Coſmi terrena iacent, caeleſtia regnant,
Iuſtitia, & pietas, relligioque ſimul.
Omnia Franciſco remanent, deponite fletum,
Alter erat magnus, magnus & alter erit.

In averſa vero eiuſdem paginae parte occurrunt propoſitiones quaedam Magiſtri Sententiarum. Opera vero ſunt haec:

I. pag. 2. Divi Thomae Aquinatis Compendium Theologicae Veritatis Libris VII. cum tabula Capitum ſingulorum Librorum in fine. Concordat cum Codice XI. Plut. XIII. ſupra pag. 48. ubi eſt ſub Alberti Magni nomine.

II. pag. 98. Abbreviatio ſuper primam partem Summae B. Thomae, auctore anonymo, in Quaeſtiones CXIX. tributa, quarum in-

Digitized by Google

index habetur in fine. Prologus inc. *Quia Catholicae veritatis doctor non ſolum provectos debet inſtruere, ſed ad eum etiam pertinet inſipientes erudire &c.* Deſ. *& ad quae ſe extendat*. Quaeſtio I. inc. *Neceſſarium fuit ad humanam ſalutem eſſe doctrinam quamdam ſecundum revelationem divinam &c.* Quaeſtio ultima deſ. *talis enim partus decebat Deum, qui eſt ſuper omnia benedictus in ſaecula.* Inde haec ſubiiciuntur: *Explicit abbreviatio primae partis Beati Thomae, cuius ſcriptura aſcendit ultra tertiam partem totius Libri per XXXV. folia, ſive tres quinternos de iſtis, ſcripta a quarta Maii uſque XXVI. Iulii anno Domini MCCCCXXXVI. Baſileae, Sacro Concilio ibidem ſedente, pro Reverendiſſimo Patre, & Domino Domino Iuliano Sanctae Romanae Eccleſiae tituli Sanctae Sabinae presbytero Cardinali Sancti Angeli vulgariter nuncupato, Apoſtolicae Sedis Legato, & Sacri Concilii Praeſidente.*

III. pag. 236. Compendium Divi Thomae ex eo libro, in quo agit de Virtutibus tam Theologicis, quam Moralibus, & de ſtatibus. Poſt titulum *Omnes Virtutes reducuntur ad tres Theologicas, & quatuor Cardinales &c.* inc. *Fidei obiectum ſecundum rationem eſt Veritas prima &c.* Deſ. *& ſempiternam requiem animarum, ad quam nos perducat ipſe, qui promiſit Ieſus Chriſtus. &c.* Clauditur hiſce verſiculis:

Glorifico Chriſtum, dono cuius ago librum
Pro Re. Pa. Legatoque pio Domino Iuliano
Cardine Romano, qui ſacro praeſides iſti
Concilio coepto Baſileae, quando beati
Fit Iacobi feſtum tricesimus annus, & unus
Mille quatercentum cum triginta tribus annis
Iunius impletum dant hunc manibuſque minoris
Veſpere cum trina fuit eclipſis quaſi plena.

Huius autem Cardinalis nomen minutiſſimis litteris adnotatur etiam in littera initiali huius Opuſculi, adiecto anno *MCCCCXXXII.*

IV. pag. 332. Sequuntur Tabulae Virtutum, Theologalium videlicet, & Cardinalium, variis depictae coloribus. Ex annotatione vero ſubiecta tabulae Spei pag. 333. eruitur Codicem hunc eſſe autographum. Ita enim legitur: *Notandum quod haec figura, ſive arbor eſt extracta de Secunda Secundae B. Thomae de mandato Reverendiſs. in Chriſto Patris ac Domini Domini Iuliani S. Romanae Eccleſiae tituli S. Angeli Cardinalis, Apoſtolicae Sedis Legati, ac in ſacro Baſileenſi Concilio Praeſidentis anno Domini MCCCCXXXIII. per extractorem hic primo depicta, ſine exemplari, propter quod ſcriptori parcatur, ſi nimis compreſſe, & cum multis raſuris hac prima vice confecta ſit &c.* In fine habetur tabula rerum notabilium.

Codex membranac. Ms. in 4. minori Saec. XV. binis columnis exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 340.

TERTVLLIANVS DE CARNIS RESVRRECTIONE.

Seu potius

Tertulliani Opera varia, ſcilicet.

I. pag. 1. DE Carne, & Reſurrectione Liber. Exſtat inter eius O- *Cod. XII.*
pera edit. Pariſ. curante Nicolao Rigaltio ann. MDCLXXV. fol. a pag. 307. ad pag. 325. ubi inſcribitur *de Carne Chriſti*. Notandum tamen eſt in repetitione tituli, quae adfertur in fine, veram Opuſculi inſcriptionem *de Carne Chriſti* exhiberi.

II. pag. 18. *b*. Eiuſdem de Carnis Reſurrectione. Ibid. a pag. 325. ad pag. 365.

III. pag. 59. *b*. Eiuſdem de corona militis Liber. Ibid. a pag. 100. ad pag. 111.

IV. pag. 68. Eiuſdem Liber ad Martyrias (1). Ibid. a pag. 136. ad pag. 139.

V. pag. 71. Eiuſdem de poenitentia Liber. Ibid. a pag. 120. ad pag. 129.

VI. pag. 78. *b*. Eiuſdem de Virginibus velandis Liber. Ibid. a pag. 172. ad pag. 183.

VII. pag. 88. *b*. Eiuſdem de habitu muliebri Liber. Ibid. a pag. 149. ad pag. 153. ubi inſcrib. *de cultu feminarum Liber I.*

VIII. pag. 92. Eiuſdem de cultu feminarum. Ibid. a pag. 154. ad pag. 161. ubi inſcrib. *de cultu feminarum II.*

IX. pag. 98. Eiuſdem ad Vxorem Libri duo. Primus inc. *Diu Domino conſervam quid tibi feſtandum ſit &c.* Secundus deſ. *non licet aliter fidelibus nubere, & ſi liceret, non expediret*. Ibid. a pag. 161. ad pag. 172. ubi tam initium Libri I., quam finis Libri II. aliquantum differunt.

X. pag. 106. Eiuſdem de perſecutione Liber. Ibid. a pag. 536. ad pag. 544.

XI. pag. 115. Eiuſdem ad Scapulam Liber. Ibid. a pag. 68. ad pag. 72.

XII. pag. 118. Eiuſdem de exhortatione caſtitatis Liber. Inc. *Non dubito frater*. Deſ. *a quo Paradiſus inſtructus eſt. Gratia ergo cum indulgenti haec momento orationibus tuis Tertullianum ad haec exercentes*. Ibid. a pag. 519. ad pag. 525. ubi finis aliquantum differt.

XIII. pag. 124. Eiuſdem de Monogamia Liber. Ibid. a pag. 525. ad pag. 535.

XIV. pag. 136. *b*. Eiuſdem de Pallio Liber. Ibid. a pag. 111. ad pag. 119.

XV. pag. 142. *b*. Eiuſdem de patientia Dei (2). Liber. Ibid. a pag. 139. ad pag. 149.

XVI. pag. 150. *b*. Eiuſdem adverſus Praxeam Liber. Ibid. a pag. 500. ad pag. 518.

XVII. pag. 173. Eiuſdem adverſus Valentinianos Liber. Ibid. a pag. 250. ad pag. 263.

XVIII.

(1) In edit. *Martyras*.

(2) In edit. abeſt *Dei*.

Digitized by Google

XVIII. pag. 184. *b.* Eiuſdem adverſus Marcionem Libri quatuor. Ibid. a pag 365. ad pag. 460. ubi ſequitur Liber V. a quo exorditur Codex ſequens XIII. ita ut ab eodem ſcriptore videatur uterque fuiſſe exaratus.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. ſupra quam dici poſſit nitidiſſimus, & elegantiſſimis picturis cum Mediceo ſtemmate, & emblematibus in primis duabus paginis mirifice illuminatus, & cum litteris initialibus ſingulorum Librorum auro variiſque coloribus pictis. Conſtat foliis ſcriptis 295. Ante primam paginam legitur: *Conſuli ego A. M. Biſcionius ann.* 1728.

TERTVLLIANVS.

Adde etiam

S. Ioannis Chryſoſtomi, Ioannis Caſſiani, & Proſperi Opera quaedam.

Cod. XIII. I. pag. 1. IN hoc ornatiſſimo Codice continentur Opera quaedam Tertulliani, & aliorum, quae in ſeptem circulis adnotata prima exhibet Codicis pagina auro variiſque coloribus una cum ſubſequenti, ubi Mediceum ſtemma conſpicitur, mirifice illuminata. Occurrit itaque primo Tertulliani Carthaginenſis Epiſcopi contra Iudaeos Liber primus (1). Inc. *Nihil ſine origine, niſi Deus ſolus.* Deſ. *nec illic diffidentiam iudicabis.* In fine rubris litteris repetitur verus titulus hoc pacto: *Adverſus Marcionem Liber quintus explicit.* In cit. edit. a pag. 461. ad pag. 486.

II. pag. 31. *b.* Eiuſdem Apologeticum. Ibid. a pag. 1. ad pag. 40.

III. pag. 66. Eiuſdem Opus adverſus Iudaeos. Ibid. a pag 183. ad pag. 202.

IV. pag. 84. Eiuſdem adverſus omnes haereticos. Ibid. a pag. 219. ad pag. 223.

V. pag. 88. *b.* Eiuſdem de praeſcriptionibus haereticorum. Inc. *Conditionem praeſentium temporum etiam hanc admonitionem &c.* Deſ. *ſpecialiter quibuſdam reſpondebimus.* Ibid. a pag. 202. ad pag. 219. ubi in fine pauca alia ſubiiciuntur.

VI. pag. 102. Eiuſdem adverſus Hermogenem. Ibid. a pag. 233. ad pag. 249.

VII. pag. 119. Ioannis Chryſoſtomi Archiepiſcopi contra Anomoeos Sermones quinque e Graeco per Fratrem Ambroſium Ordinis Camaldulenſis in Latinum verſi. Primus inc. *Quid eſt hoc? paſtor non adeſt.* Vltimus deſ. *& aeternis bonis perfruemur gratia, & miſericordia Ieſu Chriſti &c.* Silet de hoc Codice Laur. Meh. in Vita Ambroſii pag. CCCXC. ubi de eius verſione iſtorum Librorum plura notat.

VIII. pag. 154. Eiuſdem contra Iudaeos, ac iudaizantes Chriſtianos Sermones ſex, interprete eodem Ambroſio. Sermo primus inc. *Vellem vobis hodie prioris illius diſputationis voſtrae &c.* Vltimus deſ. *intra in gaudium Domini tui, quo nos omnes perfrui contingat gratia, & benignitate Domini noſtri &c.* Illi nempe ſunt, quos commemorat in Epiſtolar. Lib. VIII. Ep. 1. col. 351. ad Nicolaum Nicolum ipſemet Ambroſius.

IX. pag. 214. *b.* Ioannis Caſſiani presbyteri de Incarnatione Chriſti Dei contra Neſtorium Libri ſeptem. Praefatio inc. *Abſolutis dudum.* Deſ. *male imperaſſe videaris.* Liber primus inc. *Tradunt fabulae poëtarum.* Vltimus deſ. *quanto humilior propter nos factus eſt a ſe Deus.* In editione eius Operum Lipſienſi MDCCXXXIII. fol. cum Commentariis Alardi Gazaei a pag. 679. ad pag. 809.

X. pag. 276. *b.* Liber Proſperi contra Caſſianum Conlatorem, ut ſupra pag 279. §. II.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. aeque ac ſuperior nitidiſſimus, & cum litteris initialibus ſingulorum Librorum auro variiſque coloribus mirifice pictis. Conſtat foliis ſcriptis 301. Heic quoque ante primam paginam legitur: *Conſuli ego A. M. Biſcionius anno 1728. Opera Tertulliani tantum.*

FRATRIS THOMAE DE VIO SVMMARIVM DE CONCEPTIONE VIRGINIS MARIAE.

FRatris Thomae de Vio Caietani Ordinis Praedicatorum, A. MDXVII. S. R. E. Cardinalis titulo S. Sixti, Summarium de Conceptione Beatiſſimae Virginis Mariae ad Sanctiſſimum Dominum noſtrum D. Leonem Medicem X. Pontificem Maximum. Inc. *Fauſtum felixque ſit, Leo X. Pont. Maxime, quod de ſupremo poteſtatis tuae opere prima offerendae tuae Beatitudini lucubratiunculae cauſſa ſeſe obtulit; definitio ſecretorum Chriſtianae fidei, quae noſſe ſoli Deo natura convenit, in medium venit. Propoſitum eſt ut decernas in Lateranenſi Synodo, an Deus Beatiſſimam Virginem Mariam a peccato originali praeſervaverit &c.* Deſ. *vel a publicis oblocutionibus, & ſcandalis conſulere digneris, memor illius oraculi: Non in multitudine, nec in commotione Dominus. Vale felix ſemper Auguſte. Romae anno ſalutis MDXV.* Exſtat inter eius Tractatus ſpeciales de variis materiis in tres Tomos diſtributos, & ad calcem Summae Theologiae S. Thomae de Aquino editos Antuerpiae MDCXII. fol. quos quidem Tractatus ſingillatim recenſet Echard Tom. II pag. 18. ſeqq. ubi incidit ſub num. 48. pag. 20. Prodierant autem antea ſeparatim hi Tractatus etiam Lugduni MDXLI. fol. in quatuor Tomos diviſi. Nullam tamen nos ex hiſce editionibus conſulere potuimus. *Cod. XIV.*

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XVI. ineuntis, nitidiſſime exaratus, & cum ſtemmate Leonis X. in prima pagina. Conſtat foliis ſcriptis 25.

THO.

(1) Ita quidem inſcribitur perperam in Codice, ſed eſt *Liber V. adverſus Marcionem.*

Digitized by Google

THOMAE DE VIO DE COMPARATIONE AVCTORITATIS PAPAE, ET CONCILII.

Cod. XV. FRatris Thomae de Vio Caietani Sacrae Theologiae Profeſſoris, ac totius Ordinis Praedicatorum Generalis Magiſtri Auctoritas Papae, & Concilii, ſive Eccleſiae comparata ad Reverendiſſimum in Chriſto Patrem Dominum D. Nicolaum S. R. E. tituli S. Priſcae presbyterum Cardinalem de Fliſco. Epiſtola nuncupatoria inc. *Tametſi putem*. Deſ. *& obſervantiae erga te meae teſtimonia*. Sequitur Tabula Capitulorum XXVIII. Primum, *Quod Papa habet ſupremam poteſtatem in Eccleſia Dei*, inc. *Intendens reſolute comparare &c.* Vltimum, *An in eventu aliquo Papa ſine culpa ſua ſubſit Eccleſiae, ita quod poſſit deponi*, deſ. *& ſic cenſores ſe exhibeant rectos ad Dei &c.* Paullo ante finem eruitur annus, quo ab auctore liber eſt exaratus, & quidem ita: *Haec ſcripſi Romae die XII. Octobris MDXI. aetatis vero meae XLIII.* In fine legitur: *Iulius Secundus Pontifex Max. edicto vetuit ne quis in Italia hunc librum imprimat, neve imprimi permittat. Si quis contra hinc ad XV. annos fecerit anathema ſit, noxamque Iacobo Mazochio Bibliopolae pendat. Tractatus de auctoritate Papae, Eccleſiae, & Concilii univerſalis Romae felici ſydere impreſſus per Marcellum Silber, alias Franck, in Campo Florae anno ſalutis MCCCCCXI. die XIX. Menſis Novembris.*

Codex chartac. impreſſ. in 4. minori, Conſtat foliis 54.

THOMAE DE VIO APOLOGIA.

Cod. XVI. APologia R. P. Fratris Thomae de Vio Caietani S. Theol. Profeſſoris, & Ordinis Praedicatorum Generalis Magiſtri de comparata auctoritate Papae, & Eccleſiae ad R. D. D. Nicolaum de Fliſco S. R. E. Card. B. M. Occurrit ſtatim Prologus, cuius initium: *Charitas Ieſu Chriſti*. Finis: *iuxta propoſitum ordinem reſpondendum*. Opus inc. *Ex naturali igitur iure &c.* Deſ. *& hoc etiam ubique & ſemper ſub ſacroſanctae Romanae Eccleſiae correctione Romae die XXVI. Novembris MDXII. ad laudem &c.* In fine Tabulae contentorum in Opere legitur: *Impreſſum Romae per Magiſtrum Iacobum Mazochium IV. Ianuarii MDXIII.*

Codex membr. impreſſ. in 8. cum ſtemmate Leonis X. & aliis ornamentis in prima opuſculi pagina, necnon litteris initialibus aureis. Conſtat foliis 38.

F. VINCENTII BELVACENSIS TRACTATVS THEOLOGICI.

Cod. XVII. I. pag. 1. FRatris Vincentii Bellovacenſis Ordinis Praedicatorum Conſolatoria ad Ludovicum Francorum Principem ſuper morte filii eius, Capitibus XIII. Praecedit Epiſtolae quidam Prologus, cuius inſcriptio, & initium eſt: *Dilecto Deo, & hominibus Illuſtriſſimo Domino in Chriſto ſibi chariſſimo, divina favente clementia Francorum Principi, Ludovico &c. Regiae maieſtati veſtrae ſcribendi fiducia*. Deſ. *pro parvitatis meae modulo ſolatium aliquod adhiberem*. Sequitur Tabula Capitum. Primum inc. *Inprimis igitur advertere debet illa, quae maxime Perſonam veſtram decet Regalis prudentia*. Vltimum deſ. *bene, ac diu valeat in vobis modeſtia Regiae maieſtatis. Amen.* Haec Epiſtola videtur impreſſa Baſileae veteri charactere anno MCCCCLXXXI. apud Io. Amerbachium. Vid. Oudinum Tom. III. pag. 453.

II. pag. 44. Speculum Exemplare Magiſtri Raynaldi, ſeu (ut in margine antiqua manu adnotatur) Ramberti Bononienſis Ordinis Fratrum Praedicatorum (1), in ſectiones quinque diſtributum, in quarum prima de iis, quae ad Principes, & Praelatos, in ſecunda ad Clericos, in tertia ad Religioſos, in quarta ad mulieres, in quinta ad omnes generaliter ſpectant, pertractatur. Singulae autem ſectiones dividuntur in Capita. Caput primum primae ſectionis de pueris non promovendis, inc. *Primo igitur, quia iugum Praelationis eſt graviſſimum*. Vltimum Caput quintae ſectionis de ſuffragiis mortuorum, deſ. *ſe fratrum orationibus liberatum ad laudem &c.* In fine rubris litteris adnotatum eſt: *Explicit Speculum Exemplare compilatum a Fratre Ra* (2) . . . . *Ordinis* . . . . .

Finito libro ſit laus, & gloria Chriſto.
Qui ſcripſit ſcribat (3), *ſemper cum Domino vivat.*

III. pag. 80. Extracta de tractatu Lothogarii (*ſic*) Cardinalis ſuper miſeria humanae conditionis, ſcilicet ex Capitibus III. IV. & VIII.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIII. binis columnis, & grandioribus litteris exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 80.

FR. VBERTINI DE CASALI DE VITA DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI.

Cod. XVIII. DE vita, ſeu factis Ieſu Chriſti Liber tertius, qui ab Ioannis Baptiſtae praedicatione initium ſumit, & uſque ad Dominicam Reſurrectionem deducitur. Inc. *Erecto animo ſuſcipite per vitae actum altiſſimum &c.* Deſ. *per aſſumptionem paſſibilis naturae noſtrae monſtravit*. In fine alia manu legitur: *Nota, quod*

(1) Rambertus de Bononia e nobili Primaditiorum genere, Magiſter Pariſienſis, Ord. Praedic. poſtea Epiſcopus Venetiarum Caſtellanus MCCCII. Obiit A. MCCCVIII. Scripſit hoc Speculum Exemplare, de quo vid. Quetifum loc. alias cit. pag. 504.

(2) Vbi puncta appoſuimus litura eſt in Codice.

(3) Inter voces *ſcribat*, & *ſemper* inſertum eſt nomen *Cucumi*, quid vero ſibi velit, prorſus ignoramus.

Digitized by Google

quod in Chronica Ordinis Fratrum Minorum, compoſita a Fratre Angelo Clarini, in qua narrantur multa facta Ordinis uſque ad tempora Clementis V. habetur, quod Frater Vbertinus (1) *de Caſali Ordinis Minorum de Chriſti Ieſu natura, vita, praedicatione, morte, reſurrectione, adſcenſione, miſſione Spiritus Sancti, gubernatione Eccleſiae, & regno gloriae in monte Alvernae librum in paucis diebus ſcripſis breviter, & devotum, Chriſti ſapientiae, & luminis contentivum, & explicativum, fideliter, & pure.*

Codex chart. Ms. in 4. Saec. XV. compendiario charactere exaratus, in cuius primo folio legitur nomen cuiuſdam *Fratris Gullelmi de Malavalle Ordinis Fratrum Minorum*, Codicis huiuſce fortaſſe poſſeſſoris. Conſtat foliis ſcriptis 201.

FRANCISCI PADVANI PRO D. FRANCISCO TRACTATVS.

Cod. XIX. I. pag. 1. FRanciſci cognomine Paduani (2) Ordinis Minorum pro Seraphico & almo Chriſti Confeſſore Franciſco Tractatus utilis (Theologico-Moralis) ad plebem Veronenſem per octo dies. Inc. *Dilectus Deo & hominibus, cuius memoria in benedictione eſt &c. Eccl.* 41. *habentur. Sapientiſſimus ſiquidem Eccleſiaſticus in eius codice de laudibus eorum Patrum, qui fuerant ante legem diligentiſſime quum tractaſſet &c.* Deſ. *& in die feſtivitatis S. Franciſci in Conventu Candiae plenam indulgentiam conceſſit* (ſc. Alexander V.) *viſitantibus Eccleſiam Conventus Candiae perpetuis temporibus duraturam*. Clauditur enim Tractatus iſte enumeratione ſingularium Indultorum, quae a ſummis Pontificibus Ordini Minorum fuerunt conceſſa, quaeque, uti dicitur pag. 47. *b. decerpta ſunt ex Apoſtolicis regiſtris, prout notantur in ſacriſtia Aſſiſii.*

II. pag. 50. Epilogus praedictorum, ſeu formalior ac brevior Sermo pro concrucifixo Chriſto Franciſco ad plebem (3). Inc. *Qui ſe humiliat exaltabitur &c. Hoc vero Redemptor noſter quum de rationali creatura praecipue, & de ſe omni ſanae menti conſiderandum atque credendum relinqueret &c.* Deſ. *& nauta foramen navis obturat, ut aquam intrare & demergere prohibeat.*

III. pag. 73. *b.* Recreatorium compendium eorum notabilium, quae plurimum conferunt ad mundi contemptum, ſive Collectio ſententiarum e Sanctis Patribus, & ſcripturis circa varias materias, quarum argumenta ſunt iſta: I. de religioſo & irreligioſo cultu. II. de violatione divini cultus, III. de temeraria ſcientia, & de ſapientia, quae eſt propria ſcientia. IV. de ſapientibus. V. de Eccleſiaſtica libertate. VI. Abuſiones ultimorum temporum. VII. de ſcientia tradenda ac doctrina. VIII. de incorrigibilibus. IX. de quiete utriuſque hominis procuranda. X. de conſervanda fama. XI. de infamia iniuſta non curanda. XII. tandem inducentia ad mundi contemptum, & ad patientiam in adverſis, & ad temperantiam in proſperis, & ad ſpem futurorum. Horum omnium initium eſt: *Religio eſt humanarum divinarumque virtutum debitus uſus &c.* Finis vero: *numquam eis tantum prodeſſe potuiſſet obſequio, quantum profuit odio.* Subiiciuntur deinde quatuor verſiculi de Democrito & Heraclito, ac tandem Tabula materiarum tum praecedentium Opuſculorum, tum eorum, quae ſequuntur.

IV. pag. 91. Quidam Sermo pro noſtro Seraphico, & Archimandrita Franciſco, quaſi epilogus ſupra diffuſe dictorum. Inc. *Quid vobis videtur de Chriſto? occurrentis Dominicae in Evangelio habentur. De noſtro ipſo pauperum Patriarcha Franciſco &c.* Deſ. *quos Deus illuminet &c.*

V. pag. 92. Alius Sermo de eodem glorioſo Franciſco. Inc. *Amice, adſcende ſuperius &c. Quamquam unicuique electorum ipſa verba dici intelligantur &c.* Deſ. *ſed neque poenitentiam agis, quod occideris.*

VI. pag. 95. *b.* Modus dicendi formaliter. Inc. *Amice, adſcende ſuperius &c. Ex Evangelicis verbis infraſcripta ſumimus documenta noſtris mentibus imprimenda.* Deſ. *ſaepe. multi equi minoris pretii minorumque virium in attingendo ad bravium ſunt praehonorati.*

VII. pag. 99. Pro magnifico Chriſti Confeſſore Lodoico. Inc. *Erat vir magnus inter omnes Orientales &c. Iob Cap.* I. *habentur. Ea ipſa verba licet originaliter de Iob ſcripta ſint &c.* Deſ. *ut ad caeleſtia regna feliciter perveniret.*

VIII. p. 107. Pro evangelizando Chriſtiformi Franciſco in die natalis eius. Inc. *Vae mihi ſi non evangelizavero! Verba haec ſunt Apoſtoli aeternam poenam ſibi comminantis.* Deſ. *ne divinae ultionis acrimoniam habeant in ſe, vel in rebus utcumque ſuis continuo formidare.*

IX. pag. 113. *b.* Sermo de Stigmatibus Franciſci brevior & formalior. Inc. *Mirabilis Deus in ſanctis ſuis &c. David in ſpiritu praevidens beneficia a Chriſto Eccleſiae ſuae conferenda.* Deſ. *nec ignoro periculoſum eſſe de ſanctorum meritis diſputare.*

X. pag. 117. Pro evangelizando pauperum Patriarcha Franciſco Sermo. Inc. *Acceſ-*

(1) Hic Vbertinus de Caſali ex monacho Franciſcano denique Carthuſianus ſcripſit anno MCCCV. trium menſium, & ſeptem dierum ſpatio in monte Alverniae, anno aetatis ſuae XLVI. *Arborem vitae Crucifixi Ieſu*, in qua caute quaedam legenda eſſe notavit Ioannes Gerſonius. Libri quinque huius Operis, memorati a Trithemio cap. 525. prodiere Venetiis MCCCCLXXXV. in 4. Gothicis characteribus; verum in Mss. Codicibus Vltraiectinis libros XV. notavit Oudinus, qui conſuleodus Tomo III. pag. 749. Totius igitur Operis eſſe pars videntur ea, quae in noſtro Codice continentur.

(2) Franciſcus Florentinus, cognomento Paduanus, poſt medium ſaeculi XV. a Nicolao V. uſque ad Sixti IV. tempora floruit, & plura compoſuit, quae habentur in Codicibus Mss. Bibliothecae S. Crucis, nunc Laurentianae. Inter haec recenſetur hic Tractatus de B. Franciſco.

(3) Tam haec, quam quae ſequuntur in hoc Codice ferme omnia videntur eidem Franciſco Paduano tribuenda.

Digitized by Google

ceſſerunt ad Ieſum Phariſaei, & interrogavit eum unus ex eis legis doctor &c. Pro evangelicis his inſtitutis medullitus & integre intelligendis &c. Deſ. *ſeptimo a Franciſco noſtro Chriſtum incomparabiliter imitante.*

XI. pag. 124. *b.* Anni Franciſci, ortus, & profectus. Inc. *Nota quod almus Chriſti Confeſſor ac magnae familiae Ordinis Minorum fundator, inſtitutor, & pater Franciſcus natus ſub annis Domini MCLXXIX.* Deſ. *ab inſtitutione autem regulae annis XX.*

XII. pag. 125. In natali S. Franciſci Sermo Fratris Franciſci cognomento Paduani. Inc. *Magnus Dominus & laudabilis nimis &c. Pro ſingulari eorum intelligentia verborum impraeſentiarum vobis procuranda &c.* Deſ. *ſi qui pertinaciter fuerint contumaces in eo crimine perdurantes.*

XIII. pag. 136. Pro Seraphico pauperum Patriarcha Franciſco in eius natalitio. Inc. *Haec eſt celſitudo altiſſimae paupertatis, quae vos chariſſimos meos fratres heredes & reges regni caelorum inſtituit.* Deſ. *nemo ſit quod perbibeatur.*

XIV. pag. 148. Concluſiones tres deſumtae ex Decretis Nicolai III., Bonifacii VIII., & Clementis V. pro Regula Ordinis Minorum. Inc. *Prima concluſio eſt, quod Dominus Romanus Pontifex &c.* Deſ. *concedens, ut praefertur nobis, ſimplicem Fratri uſum.*

XV. pag. 150. Bullae Apoſtolicae copia, quae miſſa fuit ad Fratres in congregatione Aſſiſii congregatos. Inc. *Calixtus Epiſcopus &c. Quum omnium Chriſtifidelium unio & pax ſit procuranda a Romano praeſertim Pontifice &c.* Deſ. *providere curabimus. Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae MCCCCLV. XVI. Kal. Novemb. Pontificatus noſtri anno primo.* Exſtat apud Waddingum in Annal. Minor. nuperae edit. Rom. Tom. XII. pag. 268.

XVI. pag. 151. *b.* Copia Brevis Apoſtolici directi ad eoſdem. Inc. *Dilectis filiis Generali &c. Calixtus tertius. Licet per alias litteras noſtras.* Deſ. *etiam obedientiae filii appellemini. Datum &c. XXI. Octobris MCCCCLV. Pontificatus noſtri anno primo.* Ibid. pag. 267.

XVII. pag. 152. Littera Domini Protectoris ad eoſdem. Inc. *Dominicus tituli Sanctae Crucis in Ieruſalem presbyter Cardinalis Firmanus Reverendis Patribus &c. Licet ſanctiſſimus Dominus noſter ſalutis veſtrae cupidus hortetur vos ad pacem & quietem Ordinis veſtri & veſtram.* Deſ. *& ita a vobis accipi rogamus. Pax Domini noſtri Ieſu Chriſti ſit vobiſcum ſemper. Amen. Romae die XXIV. Octobr. MCCCCLV.* Non invenimus in citatis Annalibus.

XVIII. pag. 153. Copia Bullae Martini V. in favorem Ordinis Minorum. Inc. *Martinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Generali Miniſtro Ordinis Fratrum Minorum ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ad ſtatum Ordinis Fratrum Minorum proſpere conſervandum curam noſtrae ſollicitudinis dirigentes.* Deſ. *concedimus tenore praeſentium facultatem ac etiam poteſtatem. Datum Romae apud ſanctos Apoſtolos X. Kal. Septembr. Pontificatus noſtri anno XIII.* In cit. Annal. Tom. X. pag. 164.

XIX. pag. 154. Adviſamenta pro reformatione facienda Ordinis Minorum in ſacro Conventu Aſſiſii, tempore ibidem factae congregationis de mandato Sanctiſſimi Domini noſtri Papae Calixti III. atque beneplacito R. P. Magiſtri Iacobi de Mozanica eiuſdem Ordinis Generalis Miniſtri in feſto Omnium Sanctorum anno Domini MCCCCLV. Inc. *Quoniam teſte Apoſtolo viri non refrenantis linguam ſuam, ſed ſeducentis cor ſuum vana eſt religio.* Deſ. *& Orientalem exterminavit Eccleſiam, & Romanae Eccleſiae continuo comminatur.* Ibid. pag. 273. ſeqq.

XX. pag. 168. *b.* Copia litterarum, quas ipſe (ſcilicet *ego Fr. Franciſcus Paduanus*, ut ex ipſius ſubſcriptione patet) ad Generalem Ordinis noſtri Miniſtrum (1) direxi ex Senis. Inc. *Etſi, Reverendiſſime Pater, ſuperioribus annis ſupernae medicinae iudicio correptus, ne cum hoc mundo damnari contingeret &c.* Deſ. *vale quaeſo, Pater optime, & ut ipſe te colo, te ama, morique memento. Raptim ex Senis X. Decembris* 1455. Non invenimus neque has, neque inſequentes litteras in memoratis Annalibus.

XXI. pag. 171. *b.* Eiuſdem ad eumdem alia Epiſtola. Inc. *Pertimeſcens, Reverendiſſime Pater, ne ſi tacuero ſim crimino ſus, longum tecum nunc rumpo ſilentium.* Deſ. *cui me commendare non ceſſo. Curſim ex Florentia XXI Aprilis.*

XXII. pag. 173. Dicta notabilia Fratris Aegidii, Divi Franciſci ſocii, vernacula lingua exarata. Inc. *Dixe Frate Egidio a uno dottore ſecolare.* Deſ. *el male non ci potrebbe far danno.*

XXIII. pag. 175. *b.* Canzone, o Ballata dell' amare Gesù, e odiare le mondane coſe. Inc.

Chi penſaſſi ai piacer del Paradiſo.

Deſ.

Et viverai eſſendo ſempre ucciſo.

Codex chartac. Ms. in 4. Saec. XV. compendiariae ſcripturae, & ab eodem, ut videtur, Franciſco Paduano exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 176.

EVANGELIA HEXAMETRIS VERSIBVS CONSCRIPTA A IVVENCO PRESBYTERO HISPANO.

I. pag. 1. QVatuor Evangelia verſibus hexametris, auctore Iuvenco, Libris IV. cum Prologo, ut in Codice XV. Plut. XXIII. ſupra pag. 722. §. VII. In principio legitur teſtimonium de Iuvenco deſumtum ex Hieronymi Libro de Viris *Cod. XX.*

(1) In indice exactiſſimo materiarum huius Codicis, quem memoravimus ſupra pag. 770. §. III. additur *de negligentia arguendum.*

ris Illuſtribus Cap. LXXXIV. & in fine ſtichometria, ſcilicet: *Finis. Verſus tria millia ſeptingenti.*

II. pag. 77. Teſtimonia duo de Xiſto Pythagorico, primum Hieronymi, alterum Auguſtini, ac deinde Prooemium in eius Enchiridium, quod inc. *Quoniam grex ad vocem proprii paſtoris adcurrit*. Deſ. *ut merito omne opuſculum enchiridion ſi Graece, vel ſi Latine, annulus appelletur.*

Codex chartac. Ms. in 12. Saec. XV. Conſtat foliis ſcriptis 77.

VGOLINI VERINI PARADISVS.

Cod. XXI. IN hoc elegantiſſimo, & pulcherrimo Codice, Mediceo ſtemmate inſignito, continetur Vgolini Verini Florentini; Michaëlis Verini, diſtichorum nobilium ſcriptoris, anno aetatis XVII. exſtincti; patris, & qui plura feliciter panxit Carmine, Poëma, cui titulus *Paradiſus*, ex quo, quum adhuc ineditum deliteſcat (1), excerpta quaedam duximus proferenda. In averſa igitur primae paginae parte ſequens epigramma legitur aureis ornamentis incluſum, quo auctor opus ſuum Laurentio Medici inſcribit:

Si quondam noſtrae luſus placuere iuventae,
Nec tibi laſcivi diſplicuere ſales,
Qui teneros elegos luſi puerilibus annis,
Dum meru castris, ſaeve Cupido, tuis;
Hanc lege, Laurenti, graviori carmine Librum,
Materia vires exſuperante meas.
Regia magnanimi nunc eſt cantata Tonantis,
Verſibus heroicis intonuere poli;
Aſtrorumque faces cecini, ſedeſque beatûm,
Divorumque hortos, ſidereumque nemus.

Titulus Poëmatis eſt: *Paradiſus de rebus ſupernis, & de beatorum ſplendore, & maxime de his, qui optime rempublicam adminiſtrarint Vgolini Verini.*

Initium vero ſequens:

Fraternis radiis nitido fulgebat Olympo
Filia Latonae, rapidiſque invecta quadrigis
Lampade luſtrabat tenebroſa ſilentia noctis;
Omnia quum placidum carpunt animalia ſomnum,
Et duras triſti ponunt e pectore curas.
Aſt ego, quanta meos maneant diſcrimina cives,
Et quantas Latio caedes Bellona minetur
Inſomnis mediae meditabar tempore noctis.
Dumque animo dubio, celeri dum mente revolvo
Vaſtari Italiam, & pulcros cultoribus agros,
Et miſeras tantis viduari civibus urbes,
Vt grave Martis opus ſub mille pericula tractent;
Spiritus ecce meus ſopito corpore viſus
Ardua ſublimis caeli ſuper aſtra volare.
Cernere tunc licuit propius miracula, toto
Quae ſunt ſparſa polo, furioſi brachia Cancri &c.

Variis caeli conſtellationibus deſcriptis, ita Florentiam adloquitur, quam ex alto vidiſſe ſe fingit poëta, pag. 3.

Vix inſtar puncti viſa eſt telluris imago.
Hei mihi Tyrrheni quam parva potentia regni!
Poenituiſque tuae, mater Florentia, ſedis:
Non altae turres, montis non ardua moles
Templa Reparatae celſas aequantia nubes,
Qua nec maiori ſe homines teſtudine iactant,
Nec poterant celſae ſpectari moenia Romae.
Pertimui barathro ne praecipitata profundo
Orbis & antiqui deſiſſet forma videri.
Heu ſcelus ad tantum potuis diſcordia demens
Pro tali imperio, & dominandi inſana cupido
Ducere tranſverſos minimo pro iugere terrae,
Iuſtitiae & recto torquere a limite cives!
Talia dum lacrimis iactarem maeſtus obortis,
Quam tenues vexent mortalia pectora curae,
Percuſſis noſtras divini carminis aures
Concentus, ſubitoque poli miro ordine viſi
In gyrum flecti: Phoebus contrarius illis
Volvitur, & miſeris ſic praebet lumina terris,
Vnde homines pecudumque genus variaeque volucres
Creſcendi vires ducunt, & noxia vitant.
Dicite, Pierides, ſanctoſque inflate furores,
Nunc mihi Parnaſi totos aperite receſſus;
Si mereor, Divae, veſtrum praebete favorem;
Creſcat in ore ſonus; nam nos maiora paramus
Dicere, nec teneri nobis luduntur amores.
Spiritus Alme, precor, noſtro ſuccurre labori,
Ignis ut inſpiret divini pectus amoris
Sanctus, & altiſono cantem myſteria verſu.
Regia magnanimi nunc eſt referenda Tonantis,
Quoſque frui aeterno divos feliciter aevo,
Atriaque ipſorum tectis miranda ſuperbis,
Quae vidi, narrate Deae; vos omnia noſtis,
Namque meo ſcitis falſum nil carmine dici &c.

Mox ad Dei regiam perductus, quam auro gemmiſque mirifice rutilantem depingit, ubi Cherubim ianitor adſtat, dum conclavia Superûm perluſtrat, in Coſmum Mediceum, Patriae ſervatorem, incidit, cuius occurſum ita deſcribit pag. 6.

Dum ſic mentis inops penderem limine in ipſo,
Tunc veneranda meas ſubito vox attigit aures:
Surge age, nec dubita poſtes intrare ſuperbos;

(1) Plura eiuſdem ſcriptoris Poëmata inedita recenſentur inferius.

Pelle metum: aeterni dedit hoc ſapientia Regis,
Hoc tibi fatorum ſeries conceſſit, ut ante
Quam tuus exutus terreſtris carceris artus
Spiritus aethereas divini Numinis aedes
Viſites, ac ipſos inveris, in aethere divos,
Qui factis meruere ſuis poſt funera caelum.
Me duce carpe viam, dixit, dextramque timentis
Prehendit, & hoc dubiam confirmat pignore mentem.
Pone tamen lento comitor veſtigia paſſu;
Nam vocem agnovi; ſed erat mutata figura &c.

Poſt eius habitus deſcriptionem, ita eumdem alloquitur pag. 7.

Vt faciem agnovi, patriae lux inclyta noſtrae,
Dic, venerande pater, dixi, ſanctiſſime Coſme,
Cur urbi incubuere tuae diſcrimina tanta,
Cur tantas caedes, cur tanta incendia cives
Inſtituere mali, cur vertere funditus urbem,
Quam tu ſervaſti tranquilla pace tot annos,
Foederibus ruptis crudelis turba parabat?
Conſiliis ac aere tuo quos ſaepe fugaſti
Iſti in perniciem ducunt, urbiſque ruinam,
Externos hoſtes addens civilibus armis.
Petrus Medices — *At Petrus ille tuus, patriae ſpes unica noſtrae,*
Extorſit praedam rabioſo ex ore luporum,
Incolumes cives, miſeram ſervavit & urbem.
Profuit adflictis ſummo in diſcrimine rerum
Laur. Medices — *Fortiter ipſe nepos pulcris Laurentius armis;*
Artibus imperium quam longe extendet avitis!
Quo tibi nil timeo, Florentia, ſoſpite: quo tu
Florebis vero felix cognomine dicta.
Sic ego: ſic Coſmus divino eſt ore loquutus:
Bartholom Colleo — *Exſulibus quamvis comitatus Colleo noſtris*
Aſtorgius Faventinus — *Flaminiae populetur agros, Aſturque rebellis*
Fugerit ad Venetos abrupto foedere demens,
Perfidiae poenas ſceleratas imbuet auctor,
Quum ſua vaſtari tam pinguia culta videbit,
Ingentem abduci praedam, valliſque Lamonae
Viderit infelix raptari hominesque pecuſque;
Inſultetque licet caſtris, & territet armis
Veneti — *Marcicola, & noſtris minitetur moenibus hoſtis,*
Credit & Italiae cunctis dominarier oris,
Si Florentinos Romana a ſtirpe nepotes,
Laus Florentinorum — *Quos nulli populi, nulli domuere tyranni,*
Sub iuga miſiſſet; neſcit quid vivida virtus
Poſſit in Etruſcis, quos nulla pericula terrent,
Non labor adſiduus, non hoſtes mille fatigant;
Si totus contra armatus contenderit orbis,
Marte ſatis minime cedit fiducia Thuſcis.
Pro Florentinis Deus eſt, & Numina cuncta
Adtollunt humiles, deponunt arce ſuperbos.
Foederibus ruptis vix tandem ſuſcitat arma
Martia Romanae Syllanus ſtirpis alumnus.
Quin Rex Ferrandus, Thuſci pars maxima belli, — *Rex Ferrandus*
Mittet opes magnas nobis, ſocia agmina iungens,
Vt natum Lydi pro libertate leonis,
Tantus amor noſtri eſt! in aperta pericula mittat.
Parte alia victor ſociis Galeactius armis — *Galeactius Dux Mediolanen.*
Gallica terribili populabitur oppida bello.
Forſitan Alpino deſcendet ab aggere, magnum
Agmen agens, hoſtis quondam, nunc factus amicus,
Adſueta bellis comitatus gente Philippus. — *Philippus*
Mantua quin etiam iuſtam conſurget in iram, — *Mantua*
Inflammata odiis gladium diſtringet in hoſtes.
Nec non magnanimus coniunget caſtra Robertus, — *Robertus*
Et Dux Vrbini, belli cui ſumma gerundi — *Dux Federicus*
Mandetur, pietate bonus, praeclarior armis,
Qui nunc in bellis Latio eſt Sertorius alter.
Et dubitatis adhuc, cives, cum gente nefanda,
Cum Duce praedone, & cum deſertoribus urbis
Saepe laceſſiti tam iuſta capeſſere bella?
Quin etiam impleri Tyrrhenum navibus aequor, — *Navale bellum*
Illyricoſque ſinus celſas percurrere puppes
Adſpicies, credas Oſſam, Taurumque revulſos, — *Oſſa Taurus*
Aut Alpes mediis fluitantes dixeris undis, — *Alpes montes*
Vt ratibus Venetûm turritis oſtia claudant;
Quas meruere dabunt abrupto foedere poenas.
Exſtirpate metus, & duras pectore curas
Ponite; certa manet iam nunc victoria Thuſcis,
Et ſero optabit ſupplex poſt praelia pacem,
Qui modo naſcentis flammas exſtinguere belli
Poſſet, ſed caeco mavult contendere Marte.
Auſoniam heu miſeram ferro flammiſque ruentem!
Sed meliora dabit ſummi regnator Olympi.
Sic memini quondam, dum priſtina vita manebat,
Vltima quum nobis legerent ſua fila ſorores,
Et mors iam Stygiis circum me ſerperet umbris,
Quum circumſtarent proceres & turba ſenilis
Circumfuſa thorum lacrimis lugeret obortis:
Iuſtitiam inprimis colite, & vitate nefandum
Ac civile odium; meritis bene munera dentur;
Exſtirpate malos, totum ne perdat ovile
Inficiatque pecus turpi porrigine porcus;

Eſſe

Eſſe Deum memorem iuſti iniuſtique putate,
Qui volet exacte rationem exquirere rerum.
Non aurum, non te Ciceronis lingua tuetur,
Non tibi conſultus nodoſa aenigmata ſolvet.
Non vi, non precibus, non victus munere Iudex
Regali ſolio, Tyrio ſublimis in oſtro,
Supplicium miſeris, virtuti praemia reddet &c.

Inde proſequitur narrare mortem Coſmi Medicei, Patriae Patris; Iudicium Vniverſale deſcribit, Choros Angelorum, Evangeliſtarum, Apoſtolorum, Martyrum &c. tum in viridario floribus & frondibus conſito, & innumeris animalibus pleno ſeſe illi offert Ioannes Medices, pag. 18. *b.*

Obvius ecce mihi inſignis pietate Ioannes,
Egregia Medicis Coſmi de ſtirpe creatus,
Qui poſtquam iuſto eſt veneratus honore parentem,
Ad me converſus veterem compellat amicum,
Apprehenſaque manu, nobis dedit oſcula centum:
O fautor Medicum, duroque in tempore fidus,
Vetine, a vero vere cognomine dictus,
Quae virtus ſuper aſtra tulit, quum carcere nondum
Corporeo exemtus fatalem impleveris horam?
Impetus ille ſacer fortaſſis ad aethera vexit
Pieridum, quarum miro perculſus amore
Ludere coepiſti carmen lactentibus annis.
Quid faciunt, urbis duo lumina clara, Nepotes?
In caelumne parant patriis virtutibus ire?
Dixerat haec Medices, quum lumina fixa parumper
Continui, tandemque meo vox excidit ore:
Tunc ille Etruriae es quondam ſpes altera gentis?
Liquiſti heu quanto morient diſcrimine cives!
Sed Deus Omnipotens caelo miſeratus ab alto
Reddidit incolumes cives urgente periclo.
Define fata Dei, caecaſque inquirere ſortes.
Nam me caelicolum voluerunt viſere ſedes
Anteaquam Lacheſis mihi fila noviſſima rumpat.
Laus Laurentii & Iuliani *At gemini ad caelum, Medicum pulcherrima proles,*
Ire viam adfectant omni virtute nepotes,
Qui quamquam teneris vix pubeſcentibus annis
Nunc ſint, cura tamen prudens in corde virili
Eſt, animus, doctique ſenis prudentia velox.
Vrbis uterque ſenex habeat Florentis habenas,
Expleat & genitor Saturni ſaecula terna,
Ne navim mediis vexatam deferat undis,
Quam prius attingat portum ſecura procellae &c.

Ad alias deinceps caeli regiones deſcribendas progrediens, locum tandem depingit, in quo clariores duces & heroes veteris aevi, nec non Poëtas, Oratores, & Philoſophos habitare fabulatur: inter quos praecipue Platonem inducit pag. 26.

Aſt illum, qui te dudum miratur euntem,
Et ſua qui nuſquam radiantia lumina flectit,
Quique humeris latis longe ſuperemmet omnes,
Alloquere; eſt Plato, ſimilem cui nulla tulerunt
Saecula, cui rerum ſenſum natura recluſit;
Vt quod mortali licitum eſt cognoſcere, novit!
His animus miro dictis ardebat amore
Compellare virum, & dextram coniungere dextrae;
Sed pudor & tanti tenuit reverentia vatis.
At prior ille inquit; Nate o melioribus annis,
Quum verbum, Chriſtique fides totum occupat orbem,
Chriſticolis quum lux ablatis clara tenebris
Fulget, & aeterni portam reſeravit Olympi.
Felices animae, quibus haec in tempora naſci
Contigit, & meritam vitam nunc ferre per auras!
Quid non tentavit mea mens, dum vita manebat,
Inquirens totum diverſis partibus orbem &c.

Denique de Florentia Platonica haec habet pag. 27.

Illud non etiam poſtrema in parte repono,
Quod multos Latio noſtris incumbere chartis
Accepi, nomenque meum volitare per ora.
Praecipue colit ante omnes pulcherrima longe,
Quam mediam liquidis undis interfluit Arnus, Arnus
Stirps quondam Romana, tui Florentia mater. Florentia Platonica
Tu ſiquando mei ſtudioſos cernis alumnos,
Noſtra legant moneat minime contraria ſacris
Scripta voluminibus, fidei condita ſapore
Adſpergant; ſiqua inveniant contraria tollant;
Sed nihil eſſe reor; dubia ad meliora reducant;
Officioque boni lector fungatur amici.
Namque etiam poſſet divinas carpere leges
Perfidus interpres. Quantis vexata procellis
Vera fides olim, quam paene ſub aequore merſa eſt!
Sed ſtetit inviolata tamen, ſtabitque per aevum.
Tunc Medices Coſmus monuit non eſſe morandum.
Fata inſtant, Plato, ſuperis diſcedere regnis, Coſmus ad Platonem

Ter-

Digitized by Google

Terreſtres habitare domos, vitamque ſub aſtris
Hunc agitare Deus iubet, & ſe reddere terrae.
Ne dubites, quodcumque mones ſub mente repoſtum eſt &c.

Deſ.

Ocyor ad terram labi ſum viſus ab alto.

Codex membranac. Ms. in 12. Saec. XV. nitidiſſime ac diligentiſſime exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 28.

PLVTEVS XXVII.

QVI CONTINET CODD. MSS. XV.

VNVM LATINVM (1), ALTERVM GERMANICVM, RELIQVOS ITALICOS.

CODEX I.

VITAE SANCTORVM PATRVM.

LEctionarium antiquum, olim ad uſum Monaſterii, & Eccleſiae S. Laurentii (2). Continet quorumdam Sanctorum Vitas, & Acta ſequenti ordine diſpoſita.

I. pag. 1. Prima eſt Vita S. Paulli Monachi & Eremitae cum Prologo, ut ſupra pag. 553. §. I.

II. pag. 4. *b.* Vita S. Antonii Monachi cum Prologo, ut ibid. §. II.

III. pag. 25. *b.* XVIII. Kal. Febr. Vita S. Mauri Abbatis. Inc. *Beatiſſimus igitur Maurus clariſſimo Senatorum genere, patre Equitio, matre vero Iulia exortus.* Deſ. *qui ſimul ſiunt anni ſeptuaginta duo, & dies duodecim. Per omnia benedictus Dominus in ſaecula.* In Actis SS. Tom. I. pag. 1040. cap. I. §. VIII. uſque ad pag. 1050.

IV. pag. 39. Narratio de Icone Domini N. I. C. auctore S. Athanaſio Patriarcha Alexandrino, e Graeco in Latinum verſa, ut ſupra pag. 602. §. CV. Legitur autem haec relatio in edit. Oper. S. Athanaſii Pariſ. cura Monachorum Ord. S. Benedicti anni MDCXCVIII. fol. Tom. II. a pag. 351. ad pag. 353. In fine narrationis poſt editionis verba *&c. dignos vos fecerit eſſe*, in Codice ſubiunguntur haec pauca: *Finitis his ſermonibus a Petro Nicomediae Epiſcopo de Sancti Athanaſii Libello ſancta & magna Synodus in Dei prorumpens laudes ait: Nihil in caelo ſuper hac re mirabilius conſtare poteſt, quod verius & iuſtius ſancta virgo mater Eccleſia credere & tenere debeat; & qui aliter crediderit, vel ſenſerit, a liminibus ipſius ſanctae procul pellatur Eccleſiae: Chriſto itaque &c.* Quatuor diverſae Hiſtoriae de Chriſti Imagine Beritenſe adferuntur Tom. III. cit. edit. Oper. S. Athanaſii pag. 344. ſeqq.

V. pag. 43. *b.* Vita S. Cerbonii Epiſcopi, & Confeſſoris, ut ſupra pag. 613. §. LIII.

VI. pag. 46. *b.* Vita S. Donati Scotti Feſulani Epiſcopi. Inc. *Sanctus, & ſollemnis, chariſſimi fratres, adeſt dies omni laude extollendus, omni devotione colendus, in quo beatiſſimi Patris noſtri tranſitu exſultat Ordo Angelicus.* Deſ. *& quia nequimus ad Paradiſi pervenire paſcua, tua ſaltem ſancta ſuffragia inter ſupplicia ſentiamus ſolatia praeſtante Domino &c.* Notandum carmina plura eſſe intermiſta huic narrationi.

VII. pag. 53. Natale S. Romuli martyris, ut ſupra pag. 589. §. LVIII. ubi inſcrib. *Paſſio SS. martyrum Romuli, Marchitiani, Chariſſimi, & Creſcentii.* Haec Acta contracta ſunt in principio ex apocryphis illis, quae vulgavit Cl. Lamius ex Codice Archivi Aedilium Maioris Templi Flor. in Deliciis Eruditor. Tom. VI. pag. 214. & in Praefatione pag. XXX. Tres Codices huius Bibliothe-

(1) Vnius huiuſce Codicis recenſioni locum fecimus in hoc Volumine; reliquos vero quatuordecim deſcribendos in poſtremum Catalogi noſtri Volumen, Italicis Codicibus deſtinatum, reiecimus.

(2) In integumento enim Codicis ſcriptum eſt: *Hic ſacratiſſimus Liber eſt Monaſterii & Eccleſiae S. Laurentii de Florentia.*

Digitized by Google

thecae, in quibus Acta exſtant D. Romuli, innuuntur a doctiſs. Petro Franc. Fogginio in Opere de Romano D. Petri itinere & Epiſcopatu. Exercit. XIV. pag. 360.

VIII. pag. 57. *b.* Vita S. Euſtaſii martyris. Inc. *In diebus Traiani Imperatoris creſcebat idolorum ſaevitia ipſo exhibente, & erat magiſter militum nomine Placidus.* Deſ. *ut de ipſorum interceſſionibus in hoc mundo & in perpetuo gaudeamus per Dominum &c.*

IX. pag. 60. *b.* S. Gregorii Papae Dialogorum Libri quatuor, qui cum editis quoad initium & finem concordant, ſi illud excipias, quod primus Liber poſtremo loco repoſitus eſt in Codice.

X. pag. 117. *b.* XII. Kal. Novembr. Natale Sanctarum undecimmilia Virginum. Inc. *Regnante Domino N. I. C. quum poſt paſſionem ſuam, reſurrectionem, & adſcenſionem eius converſis ad Dominum cunctis finibus terrae &c.* Deſ. *vel noviſſimae ſortis municipatum capiamus, praeſtante &c.*

XI. pag. 121. Paſſio Sanctorum Quirici, & Iulittae. Inc. *In tempore illo agente Praeſide Alexandro in civitate Iconia ſub Iuliano Caeſare facta eſt perſecutio magna Chriſtianorum.* Deſ. *paſſus eſt autem beatus Quiricus una cum matre ſua Iulitta in Antiochia in Tharſo Ciliciae ſub Alexandro Praeſide, regnante &c.*

XII. pag. 123. *b.* Paſſio S. Margaritae virg. & mart. Inc. *Quia auxiliante atque largiente Domino ad hanc feſtivitatem diei huius quamvis immeriti celebrandam convenimus.* Deſ. *complevit autem agonem martyrii ſui beatiſſima Margarita martyr Chriſti & virgo ſub die XX. menſis Iulii, ideſt XIII. Kalendarum Auguſtarum, Indictione XIII. feliciter regnante &c.* Videtur diverſa ab edita in Actis SS. Tom. III. Iunii die XVI.

XIII. pag. 130. Nonis Octobris. Vita S. Marci Papae cum Prologo ad Ioannem Sanctae Romanae Eccleſiae Cardinalem titulo S. Marci, auctore anonymo. Prologus inc. *Crebris me, Ioannes S. Romanae Eccleſiae Cardinalis &c.* Deſ. *atque non macrologa, ſed brachiloga ratione deſcribam.* Vita inc. *Marcus igitur ſtemmate Romanus, cuius pater Priſcus nuncupabatur, Pontificali viguit orcheſtra.* Deſ. *idemque quoque cilicium in altare praefati Marci Pontificis hactenus cernitur, ad laudem & gloriam &c.* Inter haec Acta interitur Epiſtola eiuſdem ad Athanaſium & omnes Aegyptiorum Epiſcopos de miſſione Nicaeni Concilii, quae quoad initium & finem concordat cum illa, quam recenſuimus ſupra pag. 256. §. I. ſub titulo: *Marci Papae reſponſio ad Athanaſii Epiſtolam.* In calce huius Vitae pag. 137. *b.* diverſa manu exarata eſt ſequens notitia: *Florentiae in Baſilica Ambroſiana condidit B. Ambroſius corpus Beati ſupradicti Marci Papae ſub altariolo, quod ipſemet conſecravit in honore ſanctorum martyrum Vitalis & Agricolae in parte orientis. Corpus dico repoſitum in capſula lignea, quod corpus magno labore magniſque precibus a ſummo Romano Pontifice acquiſivit.* Tandem eadem pag. ſequuntur Carmina triginta elegiaca in laudem ipſius S. Marci, quae inc.

Hunc famuli Marcum laudemus carmine ſancto,
Qui quantum decuit moribus emicuit.

Deſ.

Gloria ſit Domino, mortis qui vincla reſolvit,
Ac Patri ſummo Spirituique pio.

XIV. pag. 138. Vita S. Zenobii Confeſſoris, perperam S. Simpliciano tributa, in Codice tamen auctoris nomine deſtituta. Prologus inc. *Romae namque poſiti novum opus me facere cogis. Immo Sancti Spiritus gratia nutriendo edocet, vitam beati Zenobii Florentinae Eccleſiae Praeſulis deſcribere.* Deſ. *pauca ad memoriam revocemus.* Vita inc. *Igitur Zenobius, ut erat ex nobili Florentinorum progenie natus, & nobiliter educatus, litteris eſt traditus.* Deſ. *qui* (ſcilicet *Deus*) *tam mira, tam praeclara per ſervum ſuum Zenobium quotidie operatur.* Conſule Acta SS. Tom. V. Maii pag. 515.

XV. pag. 141. Vita S. Eugenii Archidiaconi & Conf. Inc. *Temporibus ſummi Patris noſtri Ambroſii erat in partibus Tuſciae quidam Clarus &c.* Deſ. *ſuper candelabrum poſita lucerent.* Ad calcem huius Vitae ab eadem antiqua manu repetitur eadem notitia paullo ante relata de corpore S. Marci, ac deinde haec alia ſubnectuntur; *In eadem Baſilica iacet Panſophius Panſophiae filius in ingreſſu Eccleſiae contra meridiem, quem beatus Ambroſius ibidem me adſtante a mortuis ſuſcitavit: ad cuius caput repoſitus fuit libellus, quem illi Pater Ambroſius conſcripſit, docens quomodo vivere debuiſſet. Sepulta eſt ibi cum filio mater eiuſdem Panſophii, quae mulier caſta & ſancta fuit. Deo gratias. Amen.*

XVI. pag. 144. Vita S. Catharinae virginis, & martyris. Inc. *Catharina, Coſti Regis filia, omnibus liberalibus ſtudiis erudita fuit.* Deſ. *in hiſtoria de Inventione Crucis habetur.*

XVII. pag. 148. *b.* Vita S. Thomae Cantuarienſis Epiſcopi, & martyris. Inc. *Thomas Cantuarienſis, dum in curia Regis Angliae conſiſteret.* Deſ. *miſerabiliter interirent.*

XVIII. pag. 151. *b.* Vita S. Eliſabethae Hungariae Reginae. Inc. *Eliſabeth illuſtris Regis Hungariae filia.* Deſ. *laetus ad propria remeavit.*

XIX. pag. 167. Vita S. Thomae Apoſtoli, ut ſupra pag. 583. §. VIII.

XX. pag. 180. *b.* Vita S. Barnabae Apoſtoli cum Prologo. Prologum innuimus ſupra pag. 604. §. CXXV., Vitam vero ibidem §. CXXVI.

XXI. pag. 184. Enarratio in Sanctae Mariae ad Nives. Inc. *Tempore quo Liberius Papa beati Petri ſedem provida gubernatione regebat &c.* Deſ. *divina beneficia proveniſſe.*

XXII. pag. 186. *b.* Homilia venerabilis Bedae presbyteri in Evangelium Lucae: *In il-*

Digitized by Google

illo tempore loquente Ieſu ad turbas &c. legendum in eodem feſto. Inc. *Magnae devotionis, ac fidei*. Deſ. *aſſeverans eſſe beatos*.

XXIII. pag. 187. Sermo S. Auguſtini Epiſc. in natale ſanctorum martyrum a Paſcha uſque ad Pentecoſten. Inc. *Dignum, & congruum eſt, fratres, ut gaudia noſtra cum ſanctis martyribus conferamus*. Deſ. *& gelatas humore venas priſtini vigoris pulſut agitaverit*.

XXIV. pag. 188. Homilia eiuſdem in Evang. Ioan. *Ego ſum vitis vera &c.* Inc. *Iſte locus Evangelicus, fratres*. Definit imperfecte in verbis: *Chriſtus quippe nobiſcum vitis cum patre agricola dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro . . . . . .*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XI. a pagina prima uſque ad paginam 143. & Saec. XIV. ineuntis a pagina 144. uſque ad finem, binis columnis exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 189.

QVAEDAM ERRATA	ITA CORRIGENDA
pag. 141. *verſ.* 23. ut in Cod. X. huius Plutei §. XIII.	ut in Cod. X. huius Plutei ſupra pag. 103. §. X.
pag. 460. *verſ. penult.* nominibus.	nomina.

ΤΩΝ . ΠΟΝΩΝ . ΠΑΝΤΑ

VOLVMEN. HOC. PRIMVM. EXACTISS. EXHIBENS. RECENSIONEM

CODICVM. LATINORVM. ECCLESIASTICORVM. BIBLIOTH. LAVRENT.

ADORNARI. ET. IMPRIMI. CAEPTVM

DIE. II. MENSIS. IANVARII. ANNI. CIↃ. IↃ. CC. LXXII.

FELICITER. ABSOLVTVM. EST

DIE. I. MENSIS. IANVARII. ANNI. CIↃ. IↃ. CC. LXXIIII.

REGNANTE. PETRO. LEOPOLDO. AVSTRIACO

REGIO. PRINCIPE. HVNG. ET. BOIOHEMIAE

MAGNO. ETRVRIAE. DVCE

QVI. DIV. VIVAT. REGNET. TRIVMPHET

Digitized by Google

MAESTRELLI
LEGATORE

Digitized by Google